BIBLIOTECA NAZIONALE
13
25 D
7

M

13 — 25. C. 2

Decisiones aureę Graffij non ricercati ——
Nau. in manual. / et Com. di Vnius. —
Silvestri summa tom. 1. et 2.

TRACTATVS
DE VSVRIS

CIRCA CONTRACTVM MVTVI, pignorationis, fideiuſsionis, & aſſecurationis, & de obligatione, ac modo reſtitutionis earundem, ritè faciendæ tam ab vſurario, (eiusquè hæredibus) quàm à quocunq; reſtitutioni cuiuſcunque rei ob quamcunque cauſam obnoxio.

Diuiſus in Quæſtiones XXXV.

SCITV NECESSARIAS, EXAMINATAS, AC DECISAS iuxtà Sanctiones iuris Diuini, Pontificij, atque Imperatorij: decretaq; ſacrorum Theologorum, Canoniſtarum, ac Iuriſperitorum orthodoxorum tam antiquorum, quàm recentiorum.

CVM TRIPLICI LOCVPLETISSIMO REPERTORIO.
Primum quorum eſt omnium Quæſtionum: Secundum Concluſionum omnium allatarum pro ipſiš Quæſtionibus decidendis, ac abſoluendis: Tertium Index materiarum erit.

AVCTORE D. ALPHONSO VILAGVT A NEAPOLI IVRIS CANONICI PROFESSORE.

Ad laudem, & decus Dei Optimi Maximi (omnium bonorum benigniſſimi largitoris) ſalutem animarum, commodum Iudicum, Aduocatorumq́, Eccleſiaſticorum, Confeſſorum, atque Prælectorum munere laudabiliter fungi exoptantium.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem,
M D LXXXIX.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. DOMINO, D. ASCANIO COLVMNAE S. R. E. CARDINALI,

Domino ſuo Colendiſſimo.

IAMPRIDEM *(Cardinalis Ampliſsime) quædam, quæ ad difficillimam, ac ferè inextricabilem vſurarum materiam, necnon & earum reſtitutionem pertinent, Romæ in noſtro Cœnobio Sancti Pauli extra Vrbem Prælectoris munere fungens, congeſſeram: Idq́; eo animo, atque conſilio à me factum eſt, vt ijs non minùs honori diuino, noſtræ Congregationis Caſsinenſis decori, auditorumq́; vtilitati inſeruirem: quàm vt me ipſe ad confitentium, iudicum, aduocatorum, ac mercatorum ſaluti proſpiciendum expeditiorem redderem. Cùm autem, quæ præſenti tractatu continentur peritiſsimis ſacræ Theologiæ, ſacrorum canonum, legumq́; Imperatoriarum profeſſoribus examinanda dediſſem: ipſi mecum precibus egerunt, vt hæc in lucem edere, & Chriſtianæ Reipublicæ, vt cùmque prodeſſe vellem; ex quod niſi præſtarem, talenti in terram defoſsi mihi rationem reddendam fore ſæpiùs inculcabant. Id verò cùm ad Reuer.mor. Patrum noſtræ Congregationis aures veniſſet: ad id ipſum quàm citiùs præſtandum me ſummoperè cohortati ſunt, ne Eccleſiæ Dei aliquo pacto deeſſe viderer: quorum omnium, & precibus, et hortationibus haud mihi repugnandum iudicaui. Voluiq́; opus præſens typis commendari. Verùm, cùm multi antea, ijq́; in hac facultate excellentiſsimi in ijſdem rebus verſati ſint, quid ipſe nunc agerem? id ſanè volui, vt, cùm plurima ſcitu digna, ac neceſſaria eos aduerterem omiſiſſe, quæ ipſi præteriere ſilentio, pertractanda aſſumerem: quæ verò tradiderunt, breuiori, ac faciliori ſtilo in quæſtiones reſolutorias perſtringēda curarem.*

 Sed cùm,

Sed cùm, quæ typis mandantur, ab auctoribus, ijs dicari conſueuerint, quos ſingulari amore, atque obſeruantia proſequuntur, & quibus præclara beneficia referunt accepta: vt & ipſe quoque id efficerem, videbatur. Cùm, igitur, tu ille ſis, quem præcipuè ab ineunte ætate dilexerim, ſummoq; animi ſtudio, atque conatu obſeruauerim, tibiq; plurimùm debeam, te vnum non eligere non potui. Nam cùm mea Congregatio maximè deuincta ſit fœlicis memoriæ MARTINO *V. Pontifici Maximo gentili tuo, quòd ab eo amata, ſeruata, & aucta fuerit priuilegijs innumeris, Cœnobijs nouem. (inter quæ eſt illud nobiliſſimum Sancti Pauli extra Vrbem, illius Beatiſſimi Patris memoriam præcipuè antè oculos noſtros conſtituit.) Mea hæc ſcripta, ego quippè eiuſdem familiæ alumnus nomini tuo deuinctiſſimus, tibi conſecranda curaui: Quemadmodum enim, & nobilitatis, & doctrinæ, & virtutis, & ſanctitatis illius extas legitimus hæres; ita animorum illorum (de quibus tantus Pontifex optimè fuit meritus) grati animi hæres iure optimo exiſtimari debes. Præterquàm, quòd nobiliſſimæ facultatis (ex qua, velut vberrimo fonte, hoc opus emanat) fructus tanquàm patrono, tibi iure debentur. Hanc, enim, ornaſti maximè, atq; decoraſti: cùm ſacræ Theologiæ, ſacrarumq; legum in Ill.*^mo^ *Salmanticæ Gymnaſio ſumma cum dignitate præcepta tradideris. Hùc accedit, quòd cùm meus genitor Michael Vilagut Illuſtriſ.* IOANNAE *Aragoniæ auiæ tuæ, necnon Illuſtriſ.* MARCO ANTONIO *patri tuo ſeruitutis obſequium olim exhibuerit: hoc munus, gratitudinis illius, & meæ in tuam familiam, teq; (præcipuè illius præclariſſimum ſydus) ſignum eſſe poterit. Te itaque (Cardinalis ampliſſime) ſummis precibus rogatum volo; vt hoc opus (qualecumq; ſit) eo vultu, quo talem, ac tantum Principem decet, ſuſcipias: tibiq; me totum obſequentiſſimum commendatum habeas. Interim te multos annos fœlicem, & incolumem in totius Reip. Chriſtianæ patrocinium conſeruari à Deo Opt. Max. orationibus obnixè contendam. Datum Neapoli in Cœnobio SS. Seuerini, & Soſſij Ordinis S. Benedicti de obſeruantia Congregationis Caſſinenſis, aliàs de Sancta Iuſtina à Patauio. Sexto Idus Ianuarij, Anno, verò, ſalutis* M D LXXXIX.

Illuſtriſ. ac Reuerendiſ. Amplitudinis Tuæ

Addictiſſimus ſeruus

D. Alphonſus Vilagut à Neapoli Monachus Congregationis Caſſinenſis.

AD LECTOREM
PRAEFATIO.

QVAMVIS omnibus hominibus natura inſitum ſit, (candidiſſime Lector) vt veritatem ament, & ea potiri deſiderio flagrent: cur ipſam, tamen, pari ſtudio non omnes perquirant, non poſſum non mirari? Siquidem veriſſimam Salomonis ſententiam eſſe ipſe rerum vſus me docuit; Quoniam ſapientia ipſa clara eſt, & quæ nunquam marceſcit, & Sap. cap. 6. facilè videtur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. Qui de luce vigilauerit propter illam, ſecurus erit; quoniam præ foribus ſuis inueniet. Cogitare, ergo, de illa ſenſus eſt conſumatus, & qui vigilauerit propter illam, ſecurus erit: quoniam dignos ſe ipſa circuit quærens, & in vijs oſtendet ſe hilariter. Et in omni prouidentia occurret illis: Initium, verò, illius veriſſima concupiſcentia diſciplinæ. Et alibi idem Sapiens normam ſapientiæ diſcendæ nobis præſcribens, dixit: Fili concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, Eccleſ. c. 1. & Deus præbebit illam tibi. At, verò, quoniam contractus vſurarius aduerſatur iuſtitiæ (vt latiùs in præſenti tractatu probatur) iccircò hunc tractatum maximo cum labore ad Dei Optimi Maximi cultum, Congregationis meæ decus, proximi commodum, & communem ſalutem animarum edere ſtudui. In quo accuratiſſima lima (Deo ipſo duce) abſoluentur trigintaquinque quàm difficillimæ quæſtiones in ſe, quàm breuiſſimo (etſi Scholaſtico) ſtilo, ac ſermonis periodo continentes quicquid ſcitu dignum, atque neceſſarium videtur fore circa materiam contractus mutui vſurarij, & obligationis indè contractæ: & modum ſeruandum circa reſtitutionem faciendam quacunque de cauſa incurſam; vt ex triplici Indice non obſcurè percipies. Ex cuius, quidem, operis ſtudio quàm facillimè (pie Lector) omnes circa vtranque materiam ambiguitates inſurgentes explicare poteris: cùm in ipſo tractatu attulerim ſententias omnium ferè ſacrorum Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſperitorum: præter Sanctiones Diuinas, Pontificias, & Imperatorias. Te, inſuper, non fugiat, me pro ipſis Quæſtionibus terminandis in medium produciſſe quàmplurima (quod aiunt) notabilia, & argumenta pro vtraque parte cum ſuis fundamentis, & auctoritatibus tam iurium, quàm Doctorum, necnon & rationes validiſſimas, quibus concluſiones inibi allatæ fulciuntur: vt luce meridiana clariùs indè ipſarum concluſionum veritas magis, atque magis eluceſceret. Operæpretium, quoque, duxi

reſpondere

reſpondere omnibus auctoritatibus contra ipſas concluſiones adductas: & pro viribus eas concordes noſtris concluſionibus reddere. In omnibus, tamen, per me in præſenti tractatu afferendis correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubmittens, obnixè precor te, vt ſi in ipſo tractatu (maximo cum labore peracto) aliquid ad votum tibi ceſſerit: Deo Optimo Maximo (omnium bonorum munificentiſſimo largitori) gratias immortales referre ſtudeas, & pro me ad ipſum pias effundere preces non pigeat: Sin, verò, ſecus contigerit, imperitiæ meæ, ac effrenato ſtudio proximorum ſaluti proſpiciendi magis, quàm mentis ſupercilio adſcribas obſecro, atque obteſtor in Domino. Vale.

PRIMVM

PRIMVM REPERTORIVM,

IN QVO CONTINENTVR GRADATIM OMNES QVAESTIONES XXXV.

Quæ examinantur in præſenti Tractatu,

Quæſtio prima.

VTRVM vnuſquiſque fidelis teneatur omnib. indifferenter, et ſemper mutuare pecuniã ſuam, vel aliud cadẽs ſub mutuo (propriè dicto) gratis, abſque exactione vſuræ, ſeu lucri temporalis, vltra ſortem mutuatã. fol. 1

Quæſtio ſecunda.

Vtrum mutuare ſpe, vel exactione lucri vltra ſortem, ſit rationi conſentaneum, an potius prohibere mutuum uſurarium aliquo iure rationabilius ſit & Reipublicæ Chriſtianæ. fol. 26

Quæſtio tertia.

Vtrũ mutuare ſub vſuris ſit prohibitũ de iure naturali, vel ſit cõtra ius naturale. fol. 30

Quæſtio quarta.

Vtrum vſuram ex mutuo exigere, ſit generaliter, & indifferenter omnibus prohibitum de iure diuino contento in teſtamento veteri. fol. 39

Quæſtio quinta.

Vtrum vſuram exigere ſit prohibitũ de iure diuino cõtẽto in teſtamẽto nouo. f. 49.

Quæſtio ſexta.

Vtrum vſuram exigere ſit prohibitum de iure canonico. 49

Quæſtio ſeptima.

Vtrum vſuram exigere pro re mutuata ſit prohibitum de iure ciuili. 53

Quæſtio octaua.

Vtrum Deus omnipotens poſſit (cũ hominibus diſpenſando) præcipere, ꝓ licitè ſine peccati labe uſuras propriè dictas, prohibitas in præcepto ſeptimo, Non furtum facias, *poſſint ipſi homines exigere. 60*

Quæſtio nona.

Vtrum ſummus Pontifex poſſit diſpenſare cum hominibus, vt ipſi exigentes vſuras malas in ſe non peccent. 80

Quæſtio decima.

Vtrum Principes Chriſtiani poſſint licitè permittere in terris ſibi ſubiectis exigi vſuras. 84

Quæſtio vndecima.

Vtrum Poteſtas ſecularis, ac Prælatus eccleſiaſticus poſſit, atq; teneatur prohibere Iudæis mutuare Chriſtianis ſub uſuris, & ipſos contrauenientes poſſit, ac debeat punire. 86

Quæſtio duodecima.

Vtrum liceat aliquem inducere, vel alicui conſulere mutuationẽ vſurariã, vt a peccato aſſaſſinij, vel alterius peccati grauioris peccato uſuræ (qđ omnino ille perpetrare intẽdebat, ſi ei tale conſiliũ traditum non fuiſſet) aliquem cohiberet. 93

Quæſtio tertiadecima.

Vtrũ liceat Principib. Chriſtianis, et Eccleſiæ Prælatis tolerare vſurariã mutuationem Iudæorum, vt indè euitaretur aliquod malũ temporale, vel ſpirituale maius, ꝗ ſit damnũ temporale, vel ſpirituale: quod per uſurarum exactionem ipſi Iudæi inferrent Chriſtianis. fol. 101

Quæſtio quartadecima.

Vtrum ſummus Pontifex poſſit diſpenſare cũ Chriſtianis, & alijs, vt impunè (ideſt ſine alicuius pœnæ incurſu) poſſint vſurariam mutuationem exercere. 109

Quæſtio quintadecima.

Vtrum mutuans pro beneuolentia mutuatarij acquirenda, ſit vſurarius. 117

Quæſtio decimaſexta.

Vtrum ſi mutuator (qui mutuauit propter beneuolentiam) vltra ſortem aliquid receperit, peccauit, & ad reſtitutionem ſic accepti, teneatur. 128

Quæſtio decimaſeptima.

Vtrum mutuans ſperando aliquid captare ex mutuo, & ex huiuſmodi uſura mẽtali aliquid recipiens, mortaliter peccet, &

ad tale

ad tale quid reſtituendum omnino teneatur eſt, à quo ipſe extorſit, vel alteri illud tale tradere. fol.125

Quæſtio decimaoctaua.

Vtrum mutuanti liceat paciſci (tẽpore mutuationis) cum mutuatario, de aliquid ſibi dando à mutuatario ipſo vltra ſortem mutuatam, ratione intereſſe lucri ceſſantis, & illud tale exactum tuta conſcientia ſibi retinere ſine crimine prauitatis vſurariæ. 139

Quæſtio decimanona.

Vtrum mutuanti antè, vel poſt mutuum liceat paciſci cum mutuatario de aliquo ſibi ſoluendo vltra ſortem, ratione intereſſe damni emergentis patiendi ratione mutui, & tale quid ſibi ſolutum tuta conſcientia retinere. 175

Quæſtio vigeſima.

Vtrum mutuanti ad certum terminum liceat obligare mutuatarium ad aliquid ſibi tradẽdum vltra ſortem nomine pœnæ: ſi ille in præfixo termino non reſtituerit ſortem ſibi mutuatam: & deinceps huiuſmodi pœnã exactam tuta conſcientia ſibi retinere. 184

Quæſtio vigeſimaprima.

Vtrum mutuanti liceat recipere pignus a mutuatario, illudq́; detinere, eiusq́; fructus non computando in ſortem, donec ſoluta fuerit res mutuata, nullo habito reſpectu ad intereſſe lucri ceſſantis, vel dãni emergẽtis, vel pœnæ cõuentionalis. 193.

Quæſtio vigeſimaſecunda.

Vtrum gener, vel eius hæredes poſſint tuta conſcientia rei pignoratæ ſibi (pro dote non ſoluta, fructus facere ſuos. & quid de vidua, cui poſt mortem viri ſui non reſtituitur dos, ſed pignoratur poſſeſſio, vel ſtatuitur cenſus. 204

Quæſtio vigeſimatertia.

Vtrum fideiuſſor aliquid recipiens pro fideiuſſione ſit habendus vſurarius. 229

Quæſtio vigeſimaquarta.

Vtrum mutuans ſub vſuris ſuis hoſtibus, vel eis, à quibus damnum timet, vel recipit eas, ſit vſurarius. 234

Quæſtio vigeſimaquinta.

Vtrum in vſura exacta transferatur dominium. 249

Quæſtio vigeſimaſexta.

Vtrum mutuans, & aſſecurans rem mutuatam, et pro aſſecuratione vltra ſortẽ aliquid recipiat, ſit vſurarius, & ad reſtitutionem taliter accepti teneatur. 253

Quæſtio vigeſimaſeptima.

Vtrum ij, qui mutuant cum pacto expreſſo de aliquid vltra ſortem recipiendo ex vi mutui ſint vſurarij, & ad reſtitutionem taliter accepti vnà cum fructibus indè ſuſceptis, teneantur. 256

Quæſtio vigeſimaoctaua.

Vtrum vſurarij (quos diximus teneri ad reſtituendas vſuras) teneantur vſuras ipſas reſtituere de neceſsitate ſalutis, aut ſolùm de conſilio. 275

Quæſtio vigeſimanona.

Vtrum vſurarum reſtitutio ſit ſemper facienda ei, à quo vſurarius extorſit. 282

Quæſtio trigeſima.

Vtrum vſurarius ſemper proprijs expenſis teneatur reſtituere res extortas per vſuram, eis à quibus illas extorſerat. fol.315.

Quæſtio trigeſimaprima.

Vtrum vſurarius teneatur ad ſtatim reſtituenda extorta per vſuram. 327

Quæſtio trigeſimaſecunda.

Vtrum omnia bona vſurarij ſint hypothecata, ſeu obligata (pro vſuris ſoluendis) illis, à quibus ipſa fuerant extorta vſura: ita vt quicumque aliquid ex ipſis habuerit, reſtituere teneatur. folio 437.

Quæſtio trigeſimatertia.

Vtrum ſolùm vſurarij teneantur reſtituere vſuras extortas, an etiam cooperatores ipſorum.

Quæſtio trigeſimaquarta.

Vtrum liceat pecuniam, vel aliud mutuabile, accipere mutuo ſub vſuris.

Quæſtio trigeſimaquinta.

Vtrum vſurarij publici, ſeu manifeſti ſint plectendi aliqua alia pœna temporali vltra reſtituendi vſuras obligationem, vnà cum omni damno inde illato proximo ſuo.

FINIS.

REPERTORIVM
OMNIVM CONCLVSIONVM
VNIVSCVIVSQVE QVÆSTIONIS,

QVAE IN PRESENTI TRACTATV DE contractu mutui, ſeu de Vſura quæ circa contractum mutui interuenire aſſolet, continetur.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum vnuſquiſque fidelis teneatur omnibus indifferenter, & ſemper mutuare pecuniam ſuam, vel aliud cadens ſub mutuo propriè dicto gratis abſque exactione vſuræ, ſeu lucri alicuius temporalis vltra ſortem mutuatam. fol. 1.

PRIMA CONCLVSIO.

EXISTENS in extrema neceſſitate naturæ ſuæ, & ſuorum, id quod ſibi & ſuis neceſſarium eſt, non tenetur ſub pœna peccati mortalis mutuare alteri patienti eandem neceſſitatem, quemadmodum non teneretur de tali re illi eleemoſynam elargiri. Immo regulariter mutuando peccaret mortaliter. Dixi regulariter propter concluſiones ſubſequentes. ſolio 15. numero 58.

SECVNDA CONCLVSIO.

Si exiſtens in extrema neceſſitate naturæ habuerit tantam facultatem, qua propriæ vitæ tantùm & ſuorum, opem ferre poſſet, ne inſimul morerentur, non teneretur ſub pœna peccati mortalis, & ſub præcepto donare, vel mutuare huiuſmodi facultatem (ſine qua ipſe, & ſui morerentur) alteri homini Reipublicæ etiam ſummopere neceſſario, exiſtenti in eadem neceſſitate, quamuis bene de conſilio, quando hoc euidenter nō appareret, ſecus ſi appareret, quoniam tunc quis teneretur mutuare, vt bono publico, ac communi conſuleret. hoc modo reconciliari poſſunt Diuus Thomas, & ſequaces cum Riccardo. fol. 17. nu. 61

TERTIA CONCLVSIO.

Eleemoſyna, vel ſaltem mutuatio erit in præceptó ei, qui videt aliquem patientem extremā neceſſitatem naturæ, ita ꝙ niſi tunc ei ſubueniretur in victu, aut veſtitu, ſit veriſimile illum paulò poſt moriturum, & is, qui illum ſic videt, non eſt conſtitutus in ſimili neceſſitate; licèt non habeat ſuperflua ſtatus ſeu perſonæ: & ſufficienter ſibi conſtat a nullo alio in tali neceſſitate, ipſi ſubueniendum fore. fol. 18. nu. 63

QVARTA CONCLVSIO.

Vnuſquiſque tenetur ſub pœna peccati mortalis eleemoſynam dare, vel mutuare de bonis, quæ ei ſuperflua ſunt ad neceſſitatem naturæ, & perſonæ propriæ, & ſuorum, ei, qui eſt conſtitutus in quaſi extrema neceſſitate, & hoc ſi ipſe petierit: & alij non poſſunt, vel nolunt taliter conſtituto in neceſſitate opem ferre, & hoc ipſi habenti vltrā neceſſitatem naturæ, & perſonæ ſit notum: & appello quaſi extremam neceſſitatem, notabilem, & arctam neceſſitatem, & ſi extrema non ſit: ſed tanta, vt niſi illi ſubueniatur, ſit veriſimile, quòd notabiliter vita illius abbreuiabitur, aut in aliquā ęgritudinem notabilem incidet. fol. 21. nu. 65

QVINTA CONCLVSIO.

Eleemoſynam elargiri, vel mutuare non erit in præcepto ei, qui habet ſuperflua naturæ, & perſonæ, ſi petens mutuum non eſt in extrema neceſſitate, vel quaſi: licèt iccirco qui non mutuaret, vt ſuam propriam dignitatem ampliaret, congerendo nummos, ac facultates, vt emere

poſtmodum poſſet dominia, ciuitates, & huiuſmodi, & ſic nobilitare ſuam familiam, ſi laicus hic eſſet: (ſecus ſi clericus, aut hoc faceret ductus tantùm cupiditate augendi pecunias, in ipſum augmentum ponens vltimum finem, non curando de pauperibus, vt communiter faciunt auari: quia tunc hic talis eſſet in mortali) fol. 23. nu. 68.

SEXTA ET VLTIMA CONCLVSIO.

Quicunque iuxta adducta in præcedentibus concluſionibus tenebitur mutuare pecuniam, vel rem aliam cadentem ſub mutuo proximo ſuo, illud tale tenebitur gratis mutuo dare, nec indè aliquod lucrum expetere, quod ad vſuræ peccatum ſpectat, vnde quicquid indè ex tali mutuo tali intentione facto, acquiſitum fuit, reſtitutioni erit obnoxium. fol. 29. nu. 71.

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum mutuare ſpe, vel exactione lucri vltra ſortem, ſit rationi conſentaneum, An aliquo iure potiùs prohibere mutuum vſurarium, ſit rationabiliùs, & Reipublicæ Chriſtianæ vtiliùs.

VNICA CONCLVSIO.

Vſuram propriè dictam, ſeu mutuare ſub vſuris prohibitum fuiſſe, fuit rationi valdè conſentaneum. fol. 27. nu. 1.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum mutuare ſub vſuris ſit prohibitum de iure naturali: ſeu ſit contra ius naturale.

VNICA CONCLVSIO SIT HÆC.

Mutuare ſub vſuris, ideſt, velle ſibi ſolui aliquid vltra ſortē, ſeu rem mutuatā, pro ſolo vſu rei mutuatæ; nullo alio reſpectu habito, niſi ad lucrum captandum ratione (cōceſſi ad tempus) vſus rei mutuatæ, eſt prohibitum à iure ipſo naturali. Dixi (nullo alio habito reſpectu &c.) vt excluderem eos, qui ſibi volunt ſolui aliquid vltra ſortem mutuatam, ratione intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis paſſi ex mutuo, vel ratione pœnæ additæ mutuationi ex pacto inito cū mutuatario, de quibus omnibus ſigillatim latiùs infra dicetur in quæſtione de intereſſe lucri ceſſantis, in quæſtione de intereſſe damni emergentis, & in quæſtione de aliquid accipiendo vltra ſortem ratione pœnæ contractus mutui appoſitæ. fol. 35. nu. 13.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum vſuram ex mutuo exigerè ſit generaliter, & indifferenter omnibus prohibitum de iure diuino contento in teſtamento veteri.

VNICA CONCLVSIO SIT HÆC.

Vſuram exigere, ideſt, vendere vſum rei mutuatæ, omnibus hominibus etiam Iudæis, indifferenter ab omnibus, etiam non Iudæis eſt prohibitum à iure diuino in lege veteri tradito; ſub pœna peccati mortalis. fol. 43. nu. 2.

QVÆSTIO QVINTA.

Vtrum vſuram exigere ex mutuo ſit prohibitum de iure diuino contento in teſtamento nouo.

VNICA CONCLVSIO SIT HÆC.

Vſuram exigere, ideſt velle pretium vſus rei mutuatæ ſibi ſolui ſolo reſpectu vſus illius rei, eſt prohibitum de iure diuino contento in nouo teſtamento. fol. 47. num. 2.

QVÆ-

QVÆSTIO SEXTA.

An vſuram exercere ſit prohibitum de iure canonico.

VNICA CONCLVSIO.

Vſuram exercere eſt prohibitum de iure canonico. fol.50.nu.1.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Vtrum vſuram accipere pro re mutuata ſit prohibitum de iure ciuili.

PRIMA CONCLVSIO.

Vſuræ vſurarum, de iure ciuili ſunt prohibitæ, & huiuſmodi vſuras exigentes præcipiuntur puniri à iure ciuili. fol.58.nu 13.

SECVNDA CONCLVSIO.

Vſuræ centeſimę, & alio nomine nuncupatæ, præter vſuras vſurarum (vt in notabili ſecundo) fuerunt permiſſæ, ac conceſſę (non tamen vt licitæ, & ſine peccato: ſed, vt non punibiles in foro fori) a iure ciuili ad maiora mala vitanda, & non ſine maxima ratione. fol.58.nu.14.

QVÆSTIO OCTAVA.

Vtrum Deus omnipotens poſsit cum hominibus diſpenſando præcipere, quòd licitè ſine peccati labe vſuras propriè dictas, prohibitas in ſeptimo decalogi præcepto, ipſi homines poſſint exigere.

PRIMA CONCLVSIO.

Deus optimus maximus diſpenſando præcipere non poteſt hominibus, vt ſibi liceat mutuare ſub vſuris propriè ſumptis, ideſt, vt ſtante malitia vſurarum ſecundum ſe, & in ſuo robore perſeuerante, ſeu ſtante praua vſurarum formali ratione: mutuantes ſub huiuſmodi vſuris non peccent tranſgrediendo præceptum decalogi [Non furtum facies] ſub quo prohibita fuit exactio vſurarum prædicta, tanquam de ſui natura intrinſecâ, mala, continens iniuſtitiam. folio 75.nume.13.

SECVNDA CONCLVSIO.

Deus ipſe omnipotens diſpenſando, ideſt, declarando ſuo præcepto iuſtiſſimo, præcipere poſſet, quòd vſuram malam in ſe (vt in primo notabili) liceret hominibus exigere: quia tunc huiuſmodi vſura exacta, non eſſet (propriè loquendo) vſura prohibita præcepto [Non furtum facias] ſtante tali præcepto, immo aſſequutio rei non ſuæ iuſtiſſima eſt ratione dominij illius à vero domino ſibi traditi: vnde ex huiuſmodi exactione nullum peccatum violationis præcepti [Non furtum facies huiuſmodi exactor incurreret. Cùm talis uſura exacta non eſſet dicenda formaliter uſura, ſed materialiter, ſicut & furtum, quod fecerunt Hebræi aſportantes ſpolia Aegypti, inuitis ipſis ægyptijs, conſentiente, tamen, Domino Deo, ac præcipiente ipſo omnium rerum directo domino. fol.75.nu.14.

QVÆSTIO NONA.

Vtrum ſummus Pontifex poſſit diſpenſare cum hominibus, vt exigendo vſuram malam in ſe, ipſi non peccent.

VNICA CONCLVSIO.

Summus Pontifex non pôt, diſpenſando pcipere hominibus, vt exigerêt ſine peccato vſurã

malam in ſe, Niſi ſpecialiter ſibi Dominus Deus hanc facultatem dediſſet: Dixi [Vſuram malam in ſe] iuxta notabile primum allatum, ac enucleatum in præcedenti quæſtione, ad differentiam concluſionis ſecundæ dictæ quæſtionis: in qua diximus Deum poſſe præcipere rationibus allatis in recitatione ſententiarum Doctorum, cùm tunc ibi nulla reperiatur diſpenſatio præcepti[Non furtum facies] ſub quo uſuræ exactio prohibetur ab ipſo Deo (& latius ibi) & in reſponſione ad ſecundam auctoritatem allatam in reſponſionem ad argumentum. Dixi [Niſi ſpecialiter &c.] quoniam tunc repreſentaret Dei perſonam, & eſſet nudus miniſter, vt diximus, & probauimus fuiſſe Abraham intendentem immolare filium, & ipſos Hebræos ſpoliantes Ægyptum, & ſic nō poteſtate priuata, & ſua uoluntate Papa concederet per extorſionē vſurarum uni, quod erat alteri, ſcilicet, ſoluentis uſuras: ſed proprium ſuum, inquantum in hoc repreſentaret Dei iubentis perſonam, undè quò ad hanc particulam ultimam aliam probationem non adducam, cùm per allata in dicta quæſtione octaua, harū ueritas pateat. fol. 82. nu. 4.

QVÆSTIO DECIMA.

Vtrum Principes Chriſtiani poſſint licitè permittere fieri vſurarium exercitium in terris ſibi ſubiectis.

PRIMA CONCLVSIO.

Principibus Chriſtianis, communitatibus, & uniuerſitatibus terrarum prohibitum, ſub præcepto, eſt, permittere, vt in terris ſibi ſubiectis vſurarum exercitium ab alienigenis fiat. folio 85. numero 1.

SECVNDA CONCLVSIO.

Principes Chriſtiani, & officiales communitatum facientes, dictantes, uel ſcribentes ſtatuta ſuper uſuris ſoluendis non repetendis, uel non reſtituendis uel iudicantes ſecundum illa, uel non delentes illa (ſi poſſunt) intra tres menſes de libris communitatum, uel illa ſeruantes, ſunt excommunicati. fol. 85. nu. 2.

QVÆSTIO VNDECIMA.

Vtrum poteſtas ſecularis, ac prælatus eccleſiaſticus poſſit, ac debeat prohibere Iudæis mutuare Chriſtianis ſub vſuris, & ipſos contrauenientes poſſit, ac debeat punire.

PRIMA ERGO CONCLVSIO SIT HÆC.

Poteſtas ſecularis & prælatus eccleſiaſticus poteſt, & debet Iudæis ſubſe degentibus prohibere mutuationem uſurariam Chriſtianis faciendam, & ſi contrauenerint prohibitioni, illos punire. fol. 87. nu. 1.

SECVNDA CONCLVSIO.

Prælatus eccleſiaſticus, & poteſtas ſecularis nō iccircò ſolùm punire poteſt Iudæos, ac ipſos cogere ad reſtituendas vſuras exactas à Chriſtianis, ſolo reſpectu hoc, ut indemnes ſeruentur Chriſtiani ab ipſis accipientes mutuum ſub uſuris, ſed etiam vt ipſis prohibeat in ſuis terris tranſgreſſionem iuris diuini de non mutuando ſub uſuris, cùm hoc illis fuerit prohibitū multis in locis ſacræ ſcripturæ, adductis in præcedenti quæſtione quarta. fol. 88. nu. 4.

QVÆSTIO DVODECIMA.

Vtrum liceat alicui aliquem inducere, vel alicui conſulere mutuationem vſurariam, vt à peccato aſſaſſinij, uel alterius peccati grauioris peccato uſuræ (quod omnino quis perpetrare intendebat, ſi tale conſilium ſibi traditum non fuiſſet) aliquem cohiberet.

VNICA CONCLVSIO.

Pro certo ſciens nullo modo ſe aliqua arte, vel ingenio poſſe ab animo alicuius euellere

aliquod

aliquod homicidium, vel quid ſimile graue peccatum, ad quod perpetrandum accinxerat ſe, niſi ipſum hortando ad vſurariam mutuationem exercendam, vel ad aliud minus peccatum exequendum, nullo peccati vinculo ſe innodat, ſi tantùm hoc procuret charitatis gratia, & vt alter minus graue peccatum committat, etiam ſi non exprimat huiuſmodi cōditionem: Cùm ſemper ſubintelligenda ſit. Idem dicendum erit, ſi quis vellet omnino alterum è duobus facere, vel minus graue peccatum committere, vt furari: vel grauius, vtputa homicidium perpetrare. fol. 98. nu. 2.

QVÆSTIO TERTIADECIMA.

Vtrum liceat principibus Chriſtianis, & Eccleſiæ prælatis tolerare mutuationem uſurariam Iudæorum, ut inde euitaretur aliquod malum temporale, vel ſpirituale maius, quàm ſit damnum temporale, vel ſpirituale, quod per uſurarum exactionem ipſi Iudæi inferunt Chriſtianis.

PRIMA CONCLV IQ.

Principibus Chriſtianis, & prælatis eccleſiaſticis, non licet tolerare vſurariam mutuationē Iudæorū faciendam Chriſtianis, etiam ſi ex tali tolerantia ipſi, vel alij conſequerentur maius lucrum temporale, quàm ſit damnum temporale, quod Iudæi ex exactione vſurarum inferūt Chriſtianis. fol. 102. nu. 2.

SECVNDA CONCLVSIO.

Prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares tolerantes vſurariam mutuationem Iudæorum in terris ſibi ſubditis, pro aliquo damno temporali vitando grauiter peccant. fol. 104. nu. 7.

TERTIA CONCLVSIO.

Prælato eccleſiaſtico, & poteſtati ſeculari licitum erit tolerare Iudæorum vſurariam mutuationem, vt euitetur aliquod malum maius ſpirituale, quàm ſit peccatum ipſius vſurariæ mutuationis: ſi nullatenus veriſimiliter huiuſmodi peccatum maius vitari poſſit alia via, vel modò. fol. 105. nu. 8.

QVARTA ET VLTIMA CONCLVSIO.

Prælato eccleſiaſtico, & poteſtati ſeculari licitum eſt, & non ſolùm licitum: immo debent ipſi tolerare Iudæorum mutuationem vſurariam moderatam, vt indè proueniat maius bonum ſpirituale, quàm ſit illud bonum ſpirituale, quod per eorum vſuras aufertur: dummodo illud bonum ſpirituale ſit debitum, ſeu præceptum, vt obtineatur, & dummodo aliàs obtineri non poſſet. Dixi notanter primò in concluſione præſenti [Dummodo ſit debitum] Nam propter bonum conſilij, & perfectionis, ſine quo eſt homini ſalus, non eſt tolerandum malum deſtruēs ſalutem hominis: ſicut non debet medicus tolerare damnoſam ægritudinem membri ſui infirmi, vt idem, vel aliud membrum aſſequatur aliquod bonum ſibi non neceſſarium: ſimiliter non eſt deſerendum præceptum, vt ſeruetur conſilium: nec deſerendum neceſſarium, vt obtineatur id quod eſt ſuper erogationis. Præceptum autem & neceſſarium eſt puniri crimina, ergo ipſa particula concluſioni inſerta peroptimè fuit dicendo, dummodo ſit debitum. Dixi ſecundo in concluſione. [Dummodo aliàs obtineri poſſet] quia ſi abſque huiuſmodi tolerantia illud nihilominus obtineri poſſet, nullatenus tolerandum eſſet illud malum: ſicut eſt in propoſito. fol. 107. nu. 11.

QVÆSTIO DECIMAQVARTA.

Vtrum ſummus Pontifex poſſit diſpenſare cum Chriſtianis, & alijs, vt impunè id eſt, ſine alicuius pœnæ incurſu, poſſint uſurariam mutuationem exercere.

PRIMA CONCLVSIO.

Summus Pontifex diſpenſare non poterit cum Chriſtianis, Iudæis, & aliis infidelibus,

vt impunè omninò poſſint exercere vſurariam mutuationem, ita q; tales pœnæ æternæ, ſeu diuinæ debitæ tranſgreſſoribus diuinæ legis de non furãdo (ſub qua fuit prohibita Vſura) nõ ſubiaceant. Cùm ſit illius auctoritatiuè dimittere peccatum huiuſmodi mutui vſurarij: cui peccato debetur pœna æterna: niſi per pœnitentiam fuerit deletum. fol. 112. nu. 14.

SECVNDA CONCLVSIO.

Summus Pontifex poteſt diſpenſare cum aliquibus Chriſtianis, vel Iudæis, & alijs infidelibus, vt (ſtantibus in ſuo robore conſtitutionibus canonicis pœnam infligentibus vſuram exercentibus) poſſint illi impunè exercere vſurariam mutuationem, ita q; ipſam exercentes non incurrant pœnas ſtatutas de iure Pontificio contra vſurarios. fol. 115. nu. 22.

TERTIA CONCLVSIO.

Licèt ex diſpenſatione Papæ vſurarij non incidant in pœnas iuris pontificij, & culpam, quæ incurreretur ex tranſgreſſione conſtitutionis iuris canonici: tamen ipſe taliter diſpenſandò (cùm tribueret occaſionem tranſgrediendi legem diuinam) peccaret ſi ſine cauſa rationabili hoc faceret. fol. 115. nu. 25.

QVÆSTIO QVINTADECIMA.

Vtrum vſurarius ſit, mutuans pro beneuolentia mutuatarij acquirenda.

PRIMA CONCLVSIO.

Mutuare alicui ex beneuolentia, & propter beneuolentiam primo modo dictam licitum eſt. fol. 119. nume. 5.

SECVNDA CONCLVSIO.

Mutuare alicui propter beneuolentiam ſecũdo modo dictam, ideſt vt inde obtineat ſolummodo ipſius mutuatarij amorem, licitum eſt. fol. 119. nu. 6.

TERTIA CONCLVSIO.

Mutuare non propter beneuolentiam obtinendam, ratione ſui ſimpliciter, ſed vt ex vi mutui, ex quo beneuolentia acquiritur, tanquàm medium quoddam, & non finis mutui, & vt ex quadam obligatione ciuili incurſa à mutuatario, ipſe mutuator obtineat vltra ſortem aliquod temporale a mutuatario: vt ſunt officia, dignitates, & huiuſmodi, ut ex his obtentis ille lucrum inde captet, illicitum, & vſurarium erit: ſecus autem erit ſi mutuator ſperaret lucrum principaliter, ex vi beneuolentiæ contractæ per mutuum, & non lucrum ex vi mutui, ideſt, ex obligatione ciuili contracta à ſe, ſeu incurſa à mutuatario ex vi mutui recepti: quia tunc cùm nihil ſperetur, quod ſibi non debeatur de iure naturali ratione beneficij collati ipſi mutuatario, nihil recipit, aut ſperat recipere vltra ſortem. Indè patet, ipſum peccare peccato vſuræ, vt in primo caſu diximus contingere, non autem in ſecundo hoc caſu. fol. 120. nu. 7.

QVÆSTIO DECIMASEXTA.

Vtrum ſi mutuator (qui mutuauit propter beneuolentiam) vltra ſortem aliquid receperit, peccauerit, & ad reſtitutionem taliter accepti teneatur.

PRIMA CONCLVSIO.

Mutuans ex beneuolentia, vel propter obtinendam beneuolentiam, nõn alio fine, quàm ut mutuatarius ipſum mutuatorem amet, poteſt ſine peccato accipere, ac ſibi retinere quicquid vltra ſortem à mutuatore ſibi fuit donatum. fol. 122. nu. 1.

SECVNDA CONCLVSIO.

Mutuans ex beneuolentia, vel propter beneuolentiam (vt finis mutui eſt) & recipiens aliquid vltra ſortem à mutuatario (quem credebat ſibi gratia amoris, ac gratitudinis dediſſe illud) licèt re uera ille talis mutuatarius inuoluntariè dederit illud, & vt pretium vſus rei mutuatæ ſibi, & ut pretium redimendi vexationem ſuam; eò q; timebat ſe poſtea malè habendum

dum fore apud mutuatorem:& quòd ſi aliquid non ſibi offerret vltra ſortem: puta, quia timebat mutuatorem indè concepturum malum animum, erga mutuatarium ipſum, & q̃ iccirco aliàs ſibi non mutuaſſet, uel ſolutionem ſortis principalis non diſtuliſſet vltra tempus ſtatutum,non peccat. fol.122.nu.2.

TERTIA CONCLVSIO.

Mutuans ex beneuolentia ſi receperit aliquid vltra ſortem à mutuatario, qui non uoluntariè dedit hoc ipſo mutuatore ignorante: quàm primum ad ſui notitiam illud deuenerit fuiſſe datum ſibi non ſponte,ſed ex vi mutui, tenebitur reſtituere illud mutuatario vnà cum fructibus rei ſic acceptæ,tam naturalibus,quàm induſtrialibus ipſius rei,ſi lucroſa res illa fuiſſet;detrahendo, tamen, ab ipſis fructibus quantum induſtria ſua æſtimanda fuerit in dicto negotio exercitata in utilitatem, ſeu augmentum dictorum fructuum accipiendorum, & detractis expenſis factis, gratia ipſorum fructuum quærendorum,congregandorum, & conſeruandorum: & hoc eſt uerum ſolùm,ſi res ipſæ ſic acceptæ extent, & fructus earum: ſed ſi non extent ambo,quoniam durante tali bona fide conſumpta illa fuiſſent a mutuatore: tunc ille non tenebitur ea reſtituere: niſi inquantum ratione ipſarum rerum acceptarum vltra ſortem factus ille fuiſſet locupletior;ut puta, quia in eam rem expendit taliter acceptum,in quam oportuiſſet eũ tantum expendere de ſuo:vel aliqua emit ex quibus ampliauit patrimonium ſuum: attamen ſi res ſic accepta non fuiſſet lucroſa de per ſe, ſeu ex ſui natura, ſed ex induſtria ſolùm hominis; vt eſt pecunia,vinum & huiuſmodi:tunc fructus, quos quis induſtria ſua ex re taliter accepta recepiſſet,non tenebitur reſtituere mutuatario:ſed tantum rem ipſam nudam,ſi extet: & ſi nõ extat,tunc ſolùm illam tenebitur reſtituere, ſi ex cõſumptione illius factus fuiſſet locupletior: ſecus ſi conſumpſiſſet illam durante tali bona fide, & ratione illius non fuiſſet factus locupletior. fol.123.nu.3.

QVÆSTIO DECIMASEPTIMA.

Vtrum mutuans ſperando aliquid captare ex mutuo, & ex huiuſmodi vſura mentali aliquid recipiens mortaliter peccet, & ad tale quid reſtituendum omnino teneatur ei, à quo accepit, vel alteri dare taliter acquiſitum.

PRIMA CONCLVSIO.

Mutuans non intendens lucrum, ſed ſperans lucrum, ſiue ſpe lucri (quæ concomitans mutuationem dicitur à ſacris Theologis, & à canoniſtis appellatur intentio, ſeu ſpes lucri ſecundaria (de qua latiùs in notabili ſeptimo primæ quæſtionis) ſiue ſpe lucri (quæ ſpes lucri impulſiua à ſacris Theologis, & à nonnullis canoniſtis minùs principalis dicitur, de qua latius in dicto notabili) non vt lucrum eſt, ſeu ſub ratione lucri,ſed ſpe lucri, ut ſignum grati animi eſt,ideſt,ſiue mutuans principaliter mutuet ratione amicitiæ, quæ inter ipſum mutuantem, & mutuatarium, vel alios eſt: aut indè futuram ſperet, & ſecundariò ſperet lucrum indè captare mutuaturus nihilominus,etiam ſi pro certo ſciret ſe nihil indè acquiſiturum, ſiue ipſe mutuãs non mutuaret,niſi ſperaret indè aliquid fore accepturum à mutuatario, non affectu lucri,vt lucrum eſt,ſed affectu lucri,non ut lucrum eſt,ſed ut ſignum grati animi eſt. ad quod unuſquiſque ex naturali obligatione reddẽdum tenetur ſuo benefactori, ſi ingratus haberi nolit (vt debet) huiuſmodi mutuator nullatenus peccato uſuræ fœdatur, ac macula vſurariæ prauitatis deturpatur. fol.129.nu.5.

SECVNDA CONCLVSIO.

Mutuans principaliter propter lucrum, vt lucrum eſt temporale, & inquantum ipſum lucrum(ut lucrum)eſt ſperatum ſpe præcedenti finali ipſius mutuationis,ſcilicet,tanquàm quid ſibi debitum ex vi mutui conceſſi ab ipſo mutuatario alicui, de qua ſpe latiùs dixi in notabili ſeptimo quæſtionis primæ,licèt nullo ſigno, nutu,aut uerbo,ipſe mutuator oſtendat,ſeu patefaciat mutuatario huiuſmodi uſurariam ſpem,ſeu intentionem, mortaliter peccat. Dixi in cõcluſione(vt lucrum eſt temporale) quoniam ſiquis mutuaret intentione non lucrandi aliquod

temporale,

temporale, ſed ſpirituale:utputa, quòd ex tali opere charitatis mereretur a domino ueniam peccatorũ,quod maximum lucrum ſpirituale eſt,non peccaret, iuxta uaticinium prophetæ dicentis [Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ propter retributionẽ] Vti etiam elegantiſſimè docuit ſacrum Concilium Tridentinum his uerbis utens videlicet, [ſiquis dixerit iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & ſperare æternam retributionem à Deo per eius miſericordiam,& Ieſum Chriſti meritum: ſi bene agendo,& diuina mandata cuſtodiendo, vſque in finem perſeuerauerint,Anathema ſit.fol. 133.numero 7.

TERTIA CONCLVSIO.

Mutuans principaliter propter lucrum, vt lucrum eſt temporale, ſeu ductus ſpe finali præcedente mutuationem (de qua ſpe latius in notabili ſeptimo primæ quæſtionis)ſeu intendens lucrum ex mutuo(vt in notabili ſecundo præſentis quæſtionis ſupra allato) quicquid ultra ſortem à mutuatario accederit,illud ei inuoluntariè ſoluente,vt puta,ne alias mutuum accipere non valeat, a dicto mutuante, uel ex alia ſimili cauſa, omnino ſub præcepto erit reſtitutioni obnoxium,quamuis ipſe mutuator nullo ſigno, aut uerbo, aut nutu ipſi mutuatario ipſiuſmet talem prauam intentionem patefeciſſet. fol.134.nu.8.

QVARTA CONCLVSIO.

Is qui principaliter Intendit lucrum ex vi mutui, recipiens aliquid vltra ſortem à mutuatario,qui illud tale dederat ei ſponte,& ſolùm in ſignum grati animi erga ſuum benefactorem, ignorans,quòd mutuator ultra ſortem ſperaſſet aliquid, cognita huiuſmodi ſpontanea donatione mutuatarij non tenebitur illud tale ei, vel pauperibus reſtituere ſub præcepto aliquo, nec alteri(abſolutè loquendo) ſed tuta conſcientia ſibi retinere, quamuis teneatur pœnitere de ſua praua intentione. Dixi, [cognita huiuſmodi ſpontanea donatione] quoniam traditur hæc regula à doctoribus præceptis,quòd niſi conſtet contrarium, ſemper præſumitur eadem intentione aliquid ultra ſortẽ datum fuiſſe a mutuatario, qua mutuator mutuauit. Quapropter in tali caſu reſtituere teneretur,ut probauimus in concluſione præcedenti.fol.136.nu.10.

QVÆSTIO DECIMAOCTAVA.

Vtrum mutuanti liceat paciſci tempore mutuationis cum mutuatario de aliquid ſibi dando à mutuatario ipſo ultra ſortem mutuatam, ratione intereſſe lucri ceſſantis,& illud tale exactum tuta conſcientia retinere ſine crimine prauitatis vſurariæ.

PRIMA CONCLVSIO.

Ratione intereſſe lucri ceſſantis ex mutuo paſſi, unuſquiſque tuta conſcientia poterit ultra ſortem mutuatam(concurrentibus nouem conditionibus) paciſci de recipiendo aliquod certum lucrum poſt moram mutuatarij: immo in conſcientiæ foro ad illud tenebitur ipſe mutuatarius. fol.147.nu.27.

SECVNDA CONCLVSIO.

Ratione intereſſe lucri ceſſantis unuſquiſque tuta conſcientia,poterit ultra ſortem mutuatam (concurrentibus conditionibus allatis in præcedenti concluſione) à principio mutuationis pecuniæ,ſeu ante moram mutuatarij,cum ipſo mutuatario paciſci, de recipiendo aliquod certum ſibi ſoluendum, cum ipſo mutuatario ratione intereſſe lucri ceſſantis, quod verè ipſe incurreret ex mutuo. fol.161.nu.30.

TERTIA CONCLVSIO.

Quamuis ueriſſimæ ſint præcedentes duæ concluſiones, nihilominus, quia quaſi raro omnes conditiones, allatæ in prima concluſione,in contractu mutui, in quo ultra ſortem aliquid petitur, & recipitur ratione intereſſe lucri ceſſantis, & quàm faciliimè mentitur iniquitas ſibi: ideo antè factum ſunt tales mutuationes diſſuadendæ, etiam ſi dixerint huiuſmodi contrahẽtes ſe uelle cõditiones adductas obſeruare.Poſtfactum tamen,ideſt poſt mutuum præſtitum cũ

pacto

pacto exigendi ultra ſortem ratione lucri ceſſantis, diligenter attendendum erit, an fuerint omnes obſeruatæ, nec ne: quoniam ſi fuiſſent obſeruatæ, non erit huiuſmodi contractus, taliter celebratus, condemnandus vti uſurarius. fol. 165. nu. 32.

QVARTA CONCLVSIO.

Volens probare in foro iudiciali intereſſe lucri ceſſantis, debebit capitulare, & inſimul probare, primò, quòd ipſe mutuator erat, & eſt ſolitus negotiari, ac merces emere. Secundò, quòd lucrum ceſſans ab ipſo petitum, erat in potentia propinqua, immo quaſi in actu conſequendi: vt, quia ipſe iam habebat præ manibus tales merces emendas ex quibus veriſimiliter, ſecundum communem æſtimationem, tantùm fuiſſet lucratus ex ipſis, ſi emiſſet illas pecunia mutuata: & tertiò, quòd ex mutuatione huiuſmodi, fuit ab huiuſmodi lucri aſſequutione impeditus, & ſic paſſus fuerit intereſſe, lucri ceſſantis totius ſummæ, quàm ipſe petierat; quòd quidem intereſſe, cùm in facto conſiſtat, ad plenum probandum erit: quæ omnia etiam probanda erunt ab eo, qui non erat ſolitus negotiari, utputa a nobili diuite, aut alio quouis homine, qui ſimile intereſſe petere uellet, ad rationem puta fructuum, ac redditṹum, quos percepiſſet à prædio, caſtro, uel alio cenſuali redditu empto, ſi per mutuationem impeditus fuiſſet ab huiuſmodi emptione, & per conſequens à talium redditaum, uel fructuum aſſequntione. Hæc tamen differentia erit inter ſolitum negotiari, & inter diuitem non ſolitũ negotiari: quoniam à non ſolito negotiari probanda erunt ſupra allata: à ſolito, autem negotiari tenebitur ſolum probare ſe fuiſse, & eſse negotiatorem talis conditionis, & qualitatis, & quòd mercatores talis conditionis, prout ipſe eſt, communiter lucrantur, & lucrari conſueuerunt deductis expenſis, ad rationem ſeptem pro centenario quolibet anno, & quòd ipſe hoc idem lucratus indè fuiſset, ſi non mutuaſset pecunias illas, de quibus utique potuiſset negotiari. fol. 166. nu. 25.

QVINTA CONCLVSIO.

Mutuans, ſeruatis omnibus conditionibus adductis in concluſione prima, tuta conſcientia, poterit exigere à mutuatario, ultra ſortem principalem, aliquid ratione intereſse lucri ceſsantis, non tantùm, poſt primum annum a die mutuationis, & paſſi intereſse lucri ceſsantis; verùm etiam in ſubſequentibus annis, donec integraliter fuerit ſibi facta ſolutio ſortis principalis mutuatæ, & intereſse lucri ceſsantis; ſecundum ratam tamen ſolutionis; vt ſi fuiſset ſoluta media pars mutuatæ pecuniæ, tunc tantùm exigat pro medietate pecuniæ mutuatæ, & nõ pro alia medietate iam ſoluta: nec non poterit exigere intereſse lucri ceſsantis, illius intereſse lucri ceſsantis, quod ſoluendum erat ſibi ratione ſortis principalis mutuatæ, non tantùm pro primo anno, ſed etiam pro aliis, donec ſibi ſatisfactum fuerit de ipſo intereſse lucri ceſsantis ſibi debito priùs (ut exemplo clariùs patebit) concurrentibus tamen, duabus conditionibus. Prima quarum eſt, quòd in fine cuiuslibet anni ipſe mutuator pecuniam ſuam repetat à mutuatario, & realiter exoptet ſibi reddi a mutuatario non ſolùm pecuniam mutuatam, uerùm etiam intereſse lucri ceſsantis illùc uſque decurſi ratione dictæ pecunię mutuatę, ſecunda uerò conditio eſt, quòd reuera ipſe mutuator ſit conſtitutus in fine anni in terminis primę concluſiònis, ratione quorum terminorum diximus, ac probauimus multis mediis, licere ipſi mutuanti (ſtantibus illis conditionibus) exigere aliquid vltra ſortem ratione intereſſe lucri ceſſantis. Exempli gratia. Petrus eſt mercator, habetque præ manibus tantummodo centum aureos implicandos mercaturæ, reliquos autem nonnullos ſibi neceſſarios pro uictus ſui, & ſuorum neceſſitate, & pro occurrendo diuerſis huius miſerrimæ vitæ incommodis, & infortuniis, & non habeat aliquam aliam pecuniam otioſam in arca, & ex emptione talis mercis deductis deducendis, prout in concluſione prima, ſibi probabiliter arbitrio boni uiri obueniat lucrum ad rationem decem pro centenario quolibet anno: & paciſcitur cum Franciſco eius mutuatario de ſibi ſoluenda ſorte capitali mutuata .i. centum, unà cum illis decem anno elapſo, ratione huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis, quod ex mutuo facto pateretur. Tranſacto anno Petrus petit à Franciſco ſortem principalem .i. centum, & intereſſe .i. decem, & per conſequens centum, & decẽ; Franciſcus rurſus rogat, tempus alterius anni ſibi indulgeri ad ſoluendum: ex cuius termini prolongatione impeditur Petrus rurſus probabiliter à lucro ſibi captando ex mercibus, quas emere parauerat pro centum, & decem aureis illi ſibi debitis, & tunc ſoluendis ab ipſo Franciſco: ex quarum emptione deductis deducendis (vt in conditionibus allatis in prima concluſione) lucratus fuiſſet vndecim aureos. Dico quòd in tali caſu, tuta conſcientia, mutuator poſſet vltra ſortem exigere à mutuatario poſt alium annum, non tantùm, centum & decem, verùm etiam & illos vndecim aureos pro intereſſe paſſo ſecundo anno: ac per conſequens expleto dicto ſecundo

cudo anno centum viginti, & unum exigere ac exactos retinere ſine peccato. Et quod diximus de exigendo intereſſe in ſecundo anno, ſic dicendum erit in tertio, quarto, & reliquis annis ſucceſſiuè, donec in totum fuerit ſatisfactum ipſi Petro pro ſorte, & intereſſe ſibi debito, deducta tamen, aliqua parte pro rata ſolutionis factæ, ſiquæ fuiſſet ſibi ſoluta: ſecus tamen eſſet dicendum, primò ſi in fine cuiuslibet anni. i. ſecundi, tertij & aliorum ſucceſſiuè mutuator non petiiſſet ſibi ſolui, ſortem, & primum intereſſe, vel ſecundum &c. ſecundò ſi realiter mutuator non habuiſſet merces emendas paratas, vel cenſualem redditum paratum, in cuius emptionem expendiſſet huiuſmodi pecuniam ſibi debitam (temporibus ſupra præfixis) in totum, vel in partem: eò q ſi ſolùm pro parte ipſam expendiſſet, iuxta ipſius ratam poterit exigere, & non plus. fol. 167. nu. 34.

QVÆSTIO DECIMANONA.

Vtrum mutuanti, antè vel poſt mutuum liceat paciſci de ſibi aliquid ſoluendo vltra ſortem mutuatam, ac poſtea taliter exactum à mutuatario, ſibi retinere ratione, damni emergentis.

PRIMA CONCLVSIO.

Mutuanti, ante moram mutuatarij tuta conſcientia licebit paciſci de ſibi ſoluendo aliquod ultra ſortem à mutuatario, & poſt modum ſic exactum ratione damni emergentis retinere, ſeruatis tamen, octo conditionibus, quarum aliqua deficiente, ei illud exactum retinere non licebit. fol. 176. nu 3.

SECVNDA CONCLVSIO.

Sicut prima concluſio eſt uera de facultate ritè recipiendi aliquid ultra ſortem ratione intereſſe damni emergentis antè moram mutuatarij, ſic & erit uera de intereſſe damni emergentis poſt moram mutuatarij concurrentibus tamen, iiſdem conditionibus. fol. 182. nu. 4.

QVÆSTIO VIGESIMA.

Vtrum mutuanti ad certum terminum, liceat obligare mutuatarium ad aliquid ſibi tradendum vltra ſortem nomine pœnæ: ſi mutuatarius in præfixo tempore, non reſtituerit ſortem ſibi mutuatam, & huiuſmodi pœnam exactam tuta conſcientia poſt modum ſibi retinere.

PRIMA CONCLVSIO.

Mutuator, licèt nullum patiatur, aut pati metuat intereſſe ex mora ſolutionis ſibi faciendæ de re mutuata, uel æquiualenti a mutuatario, poterit nihilominus cum ipſo paciſci de aliquo ſibi ſoluendo vltra ſortem nomine pœnæ, ſi non ſoluerit ſibi mutuatam pecuniã ſtatuto tempore, iuxta pactum initum inter ſe, & tale quid exactum tuta conſcientia retinere, quod ſi ex non ſoluta re mutuata tempore ſtatuto, pateretur aliquod dãnũ ipſe mutuator, in tali caſu (ſi præceſſerit inter ſe pactum huiuſmodi, de illo etiam ſoluendo) tunc & illud poterit exigere, & exactum tuta conſcientia retinere, concurrentibus tamen conditionibus paulò poſt afferendis. fol. 186. nu. 9.

SECVNDA CONCLVSIO.

Mutuatarius licitè poterit obligari ad pœnam iudicialem ſoluendam ſi ſtatuto tempore nõ ſatisfecerit mutuatori concurrentibus infraſcriptis conditionibus. fol. 190. nu. 11.

TERTIA CONCLVSIO.

Mutuatarius licitè poterit obligari ad ſoluendam pœnam legalem, ſi non ſatisfecerit mutuatori in termino præfixo, concurrentibus tamen tribus conditionibus, etiam ſi dicta pœna eſſet ſoluenda ipſimet mutuatori. fol. 191. nu. 12.

TERTIA ET VLTIMA CONCLVSIO.

Quando mutuatarius tempore præfixo ſoluit tantùm partem pecuniæ mutuatæ (cuius ſolutioni adiecta fuit pœna conuentionalis, ſecus dicitur de pœna iudiciali, uel legali) non poterit iuridicè, & tuta cõſcientia à mutuatore cogi ad totã ſolutionẽ pœnæ, ſed tantùm ad ipſius partem

partem pro rata pecuniæ non ſolutæ, cum pecunia,ac omnia, quæ mutuari poſſunt (propriè loquendo) ſint diuiſibilia,uel diuidua (vt docet Panormitanus in c.ſuam,de pœnis,poſt Bar.& glo.iuxta quartum notabile per me allatum ſupra) Vnde ſequitur, quòd ſi mutuator exegiſſet illam,pro rata partis ſolutæ etiam reſtituere teneretur illam mutuatario. fol.191.nu.13.

QVÆSTIO VIGESIMAPRIMA.

Vtrum mutuanti recipere liceat pignus à mutuatario,illud detinendo,& fruendo eius fructibus,donec ſibi ſoluta fuerit mutuata pecunia,nullo habito reſpectu ad aliquod aliud intereſſe paſſum indè ratione lucri ceſſantis,uel pœnæ conuentionalis aut damni emergentis.

PRIMA CONCLVSIO.

Mutuator recipiens in pignus rem de ſui natura frugiferam, uel uſu nõ conſumptibilem, ut ueſtis,& huiuſmodi,pro ſecuritate rei ſuæ mutuatæ à mutuatario non patiente extremam neceſſitatem illius rei,quam in pignus ille tradidit,computando fructus huiuſmodi, & uſus precium in ſortem, nullius peccati macula ſe fœdat: ſi uerò re pignorata extremè indiguiſſet mutuatarius,tunc mutuator peccaret mortaliter faciendo contra charitatem, cùm in tali caſu ſibi ſuffeciſſet mutuare illi ſub fidei cautione idonea. fol.194.nu.4.

SECVNDA CONCLVSIO.

Mutuator,qui recipit in pignus rem de ſui natura fructiferam, ab eo,qui uerus eſt dominus directus,& utilis illius rei pignoratæ,ſi nullo habito reſpectu an intereſſe damni emergẽtis,vel lucri ceſſantis,aut pœnæ mutuo adiectæ (Vt in tribus immediatè præcedẽtibus quæſtionibus) ſed ſolùm ad mutuationem,recipit fructus ipſius rei pignoratæ, in ſortem ipſos non computãdo,uſurarius eſt,& ad reſtitutionem talium omninò tenebitur dicto mutuatario, uel ipſos cõputare in ſortem. Quapropter quàm primùm ex dictis fructibus (demptis expẽnſis,& aliis, ut in ſequentibus concluſionibus latiùs) ſibi fuerit ſatisfactum ratione mutui, ſtatim tenebitur rẽ pignoratam reſtituere eius domino,non obſtante quacunque longi temporis præſcriptione, Dixi in hac concluſione [Dominus verus directus,& utilis] propter finalem concluſionem, in qua agitur de feudatario mutuatario,qui dicitur rei feudalis dominus utilis. fol.195.nu.5.

TERTIA CONCLVSIO.

Mutuator tenetur in caſu præcedentis concluſionis, reſtituere fructus rei pignoratæ, ſi non computaſſet eos in ſortem,non tantùm perceptos, verùm etiam illos quos percipere potuiſſet: & hoc in tribus caſibus tantùm.Primus quorum eſt,ſi mutuator ex dolo,omiſit, ſit percipere fructus rei pignoratæ,utpura,odio mutuatarij, ut ſic ipſo non percipiente, mutuatarius priuetur fructibus rei pignoratæ.Secundus caſus eſt,quando mutuator non percipiendo illos fuiſſet in lata culpa (& ille dicetur eſſe in lata culpa, qui non agit illud, uel non nouit illud, quod omnes eiuſdem profeſſionis agunt,uel ſciunt) quoniam lata culpa æquiparatur dolo : unde ſi mutuator accepit in pignus domum uel rem huiuſmodi ſolitam locari, & noluit, aut neglexit locare eam,tenebitur ad penſionem annuam:quam percipere ſolebat mutuatarius,eam locando, quando hic contractus fuit celebratus gratia mutuatarij ſolum: ſed ſi fuiſſet gratia utriuſque, tunc etiam de leui culpa teneretur,utputa,ut tu inhabitares domum meam, pignoraui tibi eã, uel conſtitui tibi aliquod lucrum, eo enim caſu debet mutuator teneri mutuatario non ſolùm de dolo,& lata culpa,ſed etiam de leui culpa,ut in l.ſi ut certo.ff.cõmodati,uel contra: & ideò debet ſibi computare illos fructus,quos diligens pater familias percepiſſet, quod & Panormitanus quoque in c.primo,de vſur.in gl.1. in fine docuit. & dictus textus quoque apertiſſimè decreuit:Inſuper animaduertere expedit, quòd traditio pignoris ratione mutui dicitur contractus celebratus gratia utriuſque,quoniam mutuum fit gratia mutuatarij, traditio verò pignoris fit

tis fit gratia mutuantis, ut elegantiſſimè docer textus in §.fina.Iuſtitu.quibus modis re contrahitur obligatio. Tertius caſus eſt, ſi mutuatori percipienti fructus pignoris iam fuiſſet ſatisfactum pro ſorte principali à ſe mutuata perceptione fructuum dictæ rei pignoratæ, ſi illos computaſſet in ſortem, ut debebat, & probatum fuit: nec non pro intereſſe, ſi quod paſſus fuiſſet gratia mutuationis factæ, & pro expenſis factis (forſan) cauſa pignoris, mox tenebitur pignus mutuatario reſtituere, nulla alia ſolutione recepta pro mutuo ab eo facto, ut docuit Alex. tertius in concilio Turonenſi, & habetur in c.1. extra de vſur. & ibi per Doctores. ſol.198.nu.7.

QVARTA CONCLVSIO.

Mutuator non ſeruans per annum fructus pignoratæ rei, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ut cariori pretio illos vẽdere poſſet, ſi uiliori precio illos uendidiſſet, h.c de cauſa tenetur de huiuſmodi intereſſe illato mutuatario, ac per conſequens illos in ſortem computare debet. folio 199. numero 7.

QVINTA CONCLVSIO.

Mutuator illos fructus rei pignoratæ non tenebitur in conſcientia deducere in ſortem, quorum pretium ipſe expendiſſet gratia fructuum quærendorum, colligendorum, ac conſeruandorum: nec & expenſas bonafide factas neceſſarias, uel utiles, non autem uoluptuarias circa rẽ ſibi pignoratam, ut puta reparando domum ruituram, excolendo agrum, uel paſcendo iumentum, & huiuſmodi: quoniam, ſi ille eſſent immoderatæ, uoluptariæ, & inutiles mutuatario: tũc tales non poterit exigere ex fructibus rei pignoratæ ſibi. fol.199.nu.8.

EXTA CONCLVSIO.

Mutuator paciſcens cum mutuatario de uendendo pignore, ſi in termino inter eos præfixo, non reddiderit rem mutuatam, licet poterit uendere pignus illo non conſentiente, tamen poterit mutuatarius ab illo petere id, quod mutuator uendidiſſet ultra ſortem mutuatam: uel ſi nondum uetè uendidiſſet, uel dolo malo minus uendidiſſet, habebit actionem contra ipſum, quoniam illum talem in conſcientia furtum committere comprobatur, cùm contra iuſtitiam impediat mutuatarium à receptione illius pluris, quod eius eſſe per ſe patet: & per conſequens ad reſtitutionem tenebitur. fol.200.nu.9.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Mutuans alicui aliquid ſub pignore recepto, cum expreſſò pacto, ꝙ ſi infra tale tempus mutuatarius ſibi nõ reſtituer rem mutuatam, ſeu æquiualens, mutuator efficiatur dominus rei ſic pignoratæ: ita ut non teneatur reſtituere mutuatario pignoratam rem ſibi offerenti ęquiualens rei mutuatæ, nihil iuris acquirit ſuper rem pignoratam: vndè ſtatim oblato æquiualenti rei mutuatæ ipſi mutuanti, tenebitur ei illud aſſignare. fol.201.nu.18.

OCTAVA CONCLVSIO.

Quamuis mutuatoris pactum (de quo in pręcedenti concluſione) ſit inualidum: tamen ſi fieret hoc ipſum inter mutuatarium, & fideiuſſorem ſuum, ut ſi opus eſſet ipſi fideiuſſori ſoluere mutuatori mutuatam pecuniam pro mutuatario, pignus ſit ipſius fideiuſſoris inſolutum, nulla facta, aut interueniente fraude de perſona ad perſonam, huiuſmodi pactum eſſet ualidũ, & obſeruandum. ſol.202.nu.12.

NONA CONCLVSIO.

Si mutuator ſine ſua culpa leui, aut lata, aut dolo amiſerit rem ſibi pignoratam, non tenebitur mutuatario reſtituere ualorẽ rei mutuatæ ſi hoc manifeſtiſſimis documentis probauerit: ſed ſi culpa eius hoc acciderit, uel ipſummet eſſe immunem à culpa probare non poterit, tenebitur reſtituere domino pignoris, quanti ipſius intereſset amiſſio talis rei. fol.202.nu.13.

DECIMA CONCLVSIO.

Mutuator qui caſu fortuito amiſit rem pignoratam ſibi, non tenetur reſtituere ualorem ipſius, mutuatario, nec talis amiſſio liberat mutuatarium à ſolutione mutui, niſi expreſsè inter eos conuentum fuiſſet, ut in tali caſu etiam amiſſio pignorum ipſum mutuatarium liberaret à redditione rei mutuatæ. fol.202.nu.14.

VNDECIMA CONCLVSIO.

Mutuator, qui fundos, uel domos pignoratas accepit, damnum in decidendis arboribus, vel in domibus deſtruendis ab eo datũ in rationem debiti cauſa mutui facti à mutuatario deducere

cogitur

cogitur: & ſi rem pignori ſuppoſitam dolo, vel culpa (vt in præcedentibus concluſionibus fuit probatum) deteriorem fecerit, tenebitur mutuatario ad omne huiuſmodi intereſſe, & talem rem illam reſtituere ipſi, qualis fuerat tempore pignorationis: mutuator autem neceſſarios, & vtiles ſumptus, quos circa res pignoratitias fecit, poterit exigere; Qui verò ſumptus dicantur neceſſarij, dixi in concluſione quinta præſentis quæſt. fol. 203. nu. 15.

DVODECIMA CONCLVSIO.

Recipiens vltra ſortem mutuatam non reſpectu mutui, ſed iuris ſibi debiti de iure, licet modò acquiſiti mediante mutuo, vel quia ſua erat, vel ex natura rei feudalis pignoratæ, non committit vſuram, concurrentibus quatuor conditionibus, quarum prima eſt, ſi res feudalis pignorata, fuiſſet conceſſa gratis ipſi feudatario: ſecunda, quòd non fuiſſet meliorata per feudatarium. Tertia, quòd durante tali impignoratione, mutuator non recipiat aliquod ſeruitium ratione feudi ab ipſo mutuatario. Quarta, quòd ſi conceſſa fuiſſet res feudalis, vel emphiteotica à domino feudi, vel talis poſſeſſionis, pignoratæ, ſine præmio, cum pacto expreſſo, quòd ſi contingeret, ipſum feudatarium ipſam impignorare poſſeſſionem, dominus directus feudi poſſet ſuſcipere fructus non tantùm ipſius, qui pro tunc recipiebantur à feudatario, verùm etiam fructus eius prouenientes ex melioratione facienda à feudatario. Quapropter concludendum erit à contrario ſenſu, quòd nullatenus licebit alicui recipere fructus rei pignoratæ etiam feudalis, vna ex his conditionibus deficiente, quia tunc eſſet recipere lucrum ex mutuo: quod eſt merè vſurarium, vt docuit Vrbanus Tertius in capit. Conſuluit. extra de Vſur. folio 203. numero 16.

QVÆSTIO VIGESIMASECVNDA.

Vtrum gener, vel eius hæredes ratione dotis non ſolutæ à ſuo ſocero, vel eius hæredibus ſuſtinendo onera matrimonij, tuta conſcientia poſſint percipere fructus pignoris fructiferi ſibi traditi loco ſolutionis dotis promiſſæ à ſocero, illos non computando in ſortem, donec ſibi aſſignata fuerit dos, ſeu dotalis pecunia ſibi promiſſa: & quid ſentiendum ſit de vidua, cui non fuit reſtituta dos, vnà cum alijs rebus, ſi quas habuiſſet poſt mortem viri ſui, an & ipſa poſſet ſuſcipere fructus rei ſic pignoratæ ſibi, illos non computando in ſortem.

PRIMA CONCLVSIO.

Gener ducens vxorem dote ſibi non ſoluta, nec promiſſa ſolui ſtatim, ſed poſt tres annos vel huiuſmodi, nullo aſſignato pignore, nec aliquo interueniente pacto de pignore fructifero aſſignando, ſi poſt traductionem vxoris aſſignaretur ei pignus frugiferum ipſi genero antè decurſum triennij, vel huiuſmodi alterius temporis conuenti, tenebitur ipſe gener fructus rei pignoratæ perceptos antè dicti triennij finem, computare in ſortem: aliàs vſurarius eſſet. folio 211. numero 2.

SECVNDA CONCLVSIO.

Gener ducens vxorem promiſſa dote (licèt liberè conceſſerit terminum dotis ſoluendæ ſuſcepto pignore frugifero in principio contracti matrimonij) tuta conſcientia poterit recipere fructus illius, eos non computando in ſortem, etiam nullo alio pacto ſpeciali inito de faciendo fructus rei pignoratæ ſuos, dummodo contrarium non expreſſum fuerit. folio 212. numero 3.

TERTIA CONCLVSIO.

Gener, qui noluit contrahere niſi aſſignata dote, uel pro ipſa aſſignato fructifero pignore,

etiam ſi fructus huiuſmodi pignoris excedant onera matrimonij, tuta conſcientia poterit recipere regulariter à die aſſignati pignoris omnes fructus non extenuátes ſortem ipſam pro ſupportandis oneribus matrimonij, illos non computando in ſortem. Non autem ſi poſſeſſio pignorata fuiſſet ſibi vti mandatario ſoceri ſui aſſignata, ut puta, ſi promiſiſſet ſocer ipſe alimenta præſtare propriæ filiæ, & familiæ ipſius, donec ſolueretur ſibi dos, & poſtea impeditus alijs negotijs, tradidiſſet genero poſſeſſionem, vel aliud frugiferum, vt ille ex fructibus ipſius poſſeſſionis nomine ipſius ſoceri alimenta præſtaret vxori, & familiæ. fol. 215. nu. 4.

QVARTA CONCLVSIO.

Maritus non ſuſtinés onera matrimonij, ſed pater vxoris, vel alter, qui eam dotauit, non poterit tuta conſcientia lucrari fructus rei pignoratæ ſibi, pro dote ſoluenda, ſeu non ſoluta ſibi, niſi hoc ſibi concedatur titulo donationis gratuitæ. fol. 216. nu. 5.

QVINTA CONCLVSIO.

Maritus recipiens fructus pignoris pro dote non ſoluta, anteqnam ad domum ſuam duxiſſet vxorem, & ei alimenta præſtaret, tenetur illos computare in ſortem. fol. 216. nu. 6.

SEXTA CONCLVSIO.

Maritus lucrabitur fœtus dotalium pecorum in pignus datorum pro dote ipſi non ſoluta, cùm ipſi veniant appellatione fructuum rei pignoratæ, dummodo ex huiuſmodi fructibus ſuppleatur priùs numero pecorum præmortuorum, ſi quæ fuiſſent mortua, ex ijs, quæ nomine dotis ſibi aſſignata fuiſſent. fol. 217. nu. 7.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Maritus non lucrabitur fructus ancillarum ſibi pignoratarum pro dote non ſoluta ſibi. folio eodem. numero 8.

OCTAVA CONCLVSIO.

Regula generalis traditu r, quòd maritus facit fructus ſuos rei pignoratæ ſibi pro dote non ſoluta, ſtantibus conditionibus adductis in ſecunda concluſione, ſi huiuſmodi fructus de ſui natura, renaſci poſſint, vt ſunt, arbores, pecudes, & huiuſmodi: ſecus dicitur de alijs, vt ſi reperiatur in huiuſmodi poſſeſſione, Theſaurus, vel quid ſimile, quod non poſſit rurſus pullulare de per ſe. fol. eodem. nu. 9.

NONA CONCLVSIO.

Sicut licèt genero ſuſcipere fructus rei ſibi pignoratæ pro dote ſibi non ſoluta, (vt fuit probatum ſupra) ſic eadem ratione, ac iure tuta conſcientia licebit paciſci de aliqua honeſta quátitate pecuniæ ſibi danda à ſocero habito reſpectu ad lucrum indè ceſſans, vel damnum emergens ſibi ratione onerum matrimonij (ſicut in contractu mutui ſupra probauimus licere) donec ſibi ſoluta fuerit dos promiſſa: quapropter talem pecuniæ quantitatem pactam poterit ipſe gener exigere, & poſtmodum exactam retinere tuta conſcientia. fol. 217. nu. 10.

DECIMA CONCLVSIO.

Hæredes legitimi, vt filij ipſius generi (eo mortuo) tuta conſcientia poterunt rei dotalis pignoratæ à ſocero (eorum auo) fructus facere ſuos ſi onera matrimonij ſupportarent: ſicut ſupra probatum fuit, hoc poſſe generum (eorum patrem) concurrentibus tamen ijſdem conditionibus, quas neceſſariò diximus concurrendas fore in genero nam ratione intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, quàm præſumptæ donationis factæ genero eorum patri à ſocero. fol. 22 . nu. 12.

VNDE-

VNDECIMA CONCLVSIO.

Hæredes extranei, i. non legitimi & naturales filij ipſius generi, recipiendo fructus poſſeſſionis pignoratæ ipſi genero (cuius ſunt hæredes) à ſocero eius ipſos computare in ſortem debent, aliàs vſuram committerent, etiam ſi alimentarent indè relictam viduam ſponte, cùm poſſint ipſam poſſeſſionem pignoratam, vel quid ſimile pro dote non ſoluta, acceptum reſtituere viduæ relictæ, eius, cuius ſunt ipſi hæredes. fol. 222. nu. 13.

DVODECIMA CONCLVSIO.

Mariti defuncti (cui fuit ſoluta dos) hæredes ſi ſe obligant vxori illius relictæ viduæ poſt aliquod taxatum tempus tradere dotalem pecuniam, aſſignando ei interim fructus alicuius poſſeſſionis percipiendos, non computandosque in ſortem, ipſa vidua tuta conſcientia huiuſmodi fructus ſuſcipere non poterit, niſi computet eos in ſortē, vel cōcurrentibus infraſcriptis conditionibus. Prima quarum eſt, quòd illos recipiat ratione lucri ceſſantis, ſi quod vidua indè verè incurriſſet vt puta: quia ſi habuiſſet illam dotalem pecuniam, ſtatim emiſſet cenſum annuæ penſionis præparatæ emptioni, vel quid ſimile frugiferum, vel ratione damni emergētis ſibi paſſi ex non ſoluta dotali pecunia. Secunda, ſi reuera illud tale ſibi donaretur ob memoriam ſeruitiorum, ac fidelitatis præſtitæ viro ſuo defuncto (cuius illi ſunt hæredes) vel dictis hæredibus. Tertia ſi illud plus ſuſcipiat ratione alimentorum (quæ ſalua dote dari poſſunt) donec illi ſoluatur dotalis pecunia, per quam non ſtat quòd ei ſoluatur, non tantùm durante primo anno luctus proprij viri, in quo hæredes de iure tenentur ipſam alimentare, non reſtituendo bona mobilia dotalia. vt in l. Vnica. C. de Rei vxor. act. Verùm etiam poſt annum prędictum, ſi ipſa in viduitate permaneat, etiam ſi nullum intereſſe ex dote ſibi non ſoluta pateretur, ſi non habeat vndè alimentari poſſit, licèt habeat aliqua bona non fructifera, vt ſunt anulus, & huiuſmodi pretioſa, quæ non fructificant: quoniam ex his non tenetur vidua parare ſibi alimenta, vt docet Bartol. in conſil. 224. vt refert Additio ipſius Bartol. in l. Diuortio, in principio. ff. ſoluto matrimonio. cùm ad id hæredes teneantur ratione hæreditatis initæ: & ex quo ſentiunt cōmodum hæreditatis, meritò ſentire & debent incōmodum illam alimētandi: qua ratione maritus eius (cui ipſi ſucceſſerunt) olim tenebatur iuxta infraſcriptas regulas iuris. Nam is qui in ius ſuccedit alterius, eo iure, quo ille vti debebit: vt in ca. Is qui. de reg. iur. in ſexto, & in capit. Qui ſentit. de regul. iur. in ſexto. Vbi dicitur. Qui ſentit onus; ſentire debet cōmodum, & ècontra. & in cap. Nemo poteſt. de reg. iur. in ſexto. Vbi dicitur. Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur: Quapropter meritò huiuſmodi viduæ volenti lucrari ex dotis fructibus, Panormitanus in cap. ſalubriter. extra de Vſur. conſuluit, vt ipſa faciat ſibi aſſignari pecuniam dotalem, & ex ipſa emat poſſeſſionem, vel ſibi poſſeſſionem aliquam dari ab hæredibus mariti inſolutum: ſed ſi hoc ab hæredibus viri ſui obtinere non poſſet, tunc poſſet fructus recipere illius poſſeſſionis ſic ſibi traditæ, vel quantitatem aliquam pecuniæ annuatim loco intereſſe lucri ceſſantis ſuſcipere donec ſibi ſoluta fuerit dotalis pecunia, quæ ad alimenta ſibi paranda ſufficiunt, & non excedant expenſas, niſi titulo donationis ſuperflua dediſſent hæredes. fol. 223. nu. 14.

TERTIADECIMA CONCLVSIO.

Vidua, cui ab hæredibus viri non eſt ſoluta dos, poterit alimenta ſumere, donec ſibi ſoluatur dos: ſeruatis tamen conditionibus allatis (in præcedenti concluſione,) & huiuſmodi hæredes habebunt fructus dotis, cum hac tamen diſtinctione dicendo ſic, quòd aut ipſa permanet in domo hæredum, aut non, ſi primo, tunc quicquid acquireretur ſuo artificiolo: debebit cedere in vtilitatem hæredum, ſicut antè mortem viri, ipſi viro debebatur huiuſmodi lucrum, cùm eo ipſo quòd ſuccedunt hæredes mortuo in onere (ſcilicet illam alendi) poterunt quoque ſuccedere in honorem, ſcilicet percipiendi huiuſmodi lucrum; ſed ſi non permanet in domo viri ipſa vidua, & tunc ſubdiſtinguendum erit, quòd aut ipſa diſcedit à domo hęredum, vt proprio honori, vel quieti conſulat, vt euaderet contentiones, ad patris vel cōſanguineorū

ſuorum domum conualuit iuxta aliquam conſuetudinem patriæ: aut diſceſſit à dicta domo hæredum ſine rationabili cauſa: ſi ergo, vt conſulat ſuo honori, vel quieti diſcedat, inibi alimentanda erit ab hæredibus, argumen. in l. Caio. §. Imperator. ff. de Aliment. & cibar. legat. in qua dicitur quòd legata alimenta debentur libertis emancipatis in domo hæredum: & extra domum eorum, ſi imponeretur ab eis ipſis libertis grauior ſeruitus, quæ fuerat impoſita. Specul. in titu. Qui filij ſint legitimi. §. 1. ver. ſed pone, vxor petebat ab eo. Bartol. in l. diuortio. in princip. & reliquas authoritates & diſtinctiones inuenies. fol. 225. nu. 15.

QVARTADECIMA CONCLVSIO.

Vidua quæ ſuſcipit alimenta ab hæredibus mariti, donec dos ſibi ſoluatur, debet quicquid lucrata fuerit ex proprio artificiolo tribuere hæredibus viri ſui, à quibus alimentatur, tam ſi in eorum domo permaneat, quam ſi ab ea diſcedat: cum hac tamen diſtinctione facienda circa ipſum lucrum, & opera: Nam nonnullæ ſunt mulieres viduæ, quarum in domo non ſunt operę vllæ, vt ſunt iſtæ dominæ magnæ quæ manibus ſuis nihil operantur, & tunc de talium operibus nulla eſt ratio habenda in expenſis deducendis circa alimenta præſtanda: ſi verò eſt domina, quæ operaretur, tunc de alimentis debet deduci quantum intereſt hæredis ipſam in domo eius operari. fol. 226. nu. 16.

QVINTADECIMA CONCLVSIO.

Vidua, quæ vigore alicuius ſtatuti hoc ſtatuentis in pœnam moroſi debitoris, in caſu, quo poterat ſuſcipere tuta conſcientia alimēta ab hēdibus mariti donec fuiſſet dos ſoluta ab eis, vt in duabus præcedentibus concluſionibus 12. & 13. poterit etiam tuta conſcientia recipere annualem cenſum aliquem honeſtum pecuniarum pro alimentis, quia hoc honeſtius erit, quàm ſi quotidiè ad eam tranſmitterentur cibaria, & alia neceſſaria pro alimentis. fol. 226. nu. 17.

QVÆSTIO VIGESIMATERTIA.

Vtrum fideiuſſor aliquid percipiens pro fideiuſſione dicatur implicitè mutuare ei, pro quo fideiubet, ac per conſequens committere vſuram, aliquid ſuſcipiendo ratione huiuſmodi fideiuſſionis,

PRIMA CONCLVSIO.

Fideiuſſor fictus, & verus mutuator aliquid accipiens pro huiuſmodi fideiuſſione eſt vſurarius, & ad reſtitutionem taliter accepti tenebitur. fol. 230. nu. 2.

SECVNDA CONCLVSIO.

Paulus fideiuſſor verus aliquid recipiendo ſolo intuitu mutui à ſe faciendi ipſi Petro, in caſu, quo non poſset Petrus pro quo fideiuſſit, ſoluere rē mutuatam ſibi ab Ambroſio tempore ſtatuto, efficitur vſurarius, cùm velit lucrum ex mutuo. fol. 230. nu. 3.

TERTIA CONCLVSIO.

Paulus fideiuſsor verus, pro Petro, aliquid recipiendo pro ipſa fideiuſſione intuitu intereſse damni emergentis, vel lucri ceſsantis, quod pateretur indè veriſimiliter ratione huiuſmodi fideiuſſionis, cōcurrentibus conditionibus, quas ad iuſtificationem talis contractus neceſsarias eſse probauimus in præcedentibus quæſtionibus de lucro ceſsante & damno emergente, non erit vſurarius. fol. 230. nu. 4.

QVAR-

QVARTA CONCLVSIO.

Fideiuſſor abſque vſuræ labe, & ſine peccato poterit aliquid ſuſcipere pro ſua fideiuſſione, habito reſpectu ad laborem, & periculum, cui ſubiacere arbitrio boni viri æſtimabitur: quoniam ubi maiori labori, & periculo illum oporteret ex fideiuſſione ſubiacere, maiorem quantitatem pecuniæ poſſet exigere pro tali officio. fol.231.nu.5.

QVINTA CONCLVSIO.

Fideiuſſor, licèt ex officio fideiuſſionis nullum timeret periculum, uel intereſſe ſuſtinere, tamen tuta conſcientia poterit aliquid ſuſcipere pro fideiuſſione ipſa. fol.232.nu.7.

QVÆSTIO VIGESIMAQVARTA.

Vtrum quis poſſit tuta conſcientia ſub vſuris mutuare ſuis hoſtibus, ſeu lædentibus ſe, & redimere ſic vexationem ſuam ab hoſtibus, ipſis mutuando taliter, & vſuras conuentas, vel exactas retinere.

PRIMA CONCLVSIO.

Regulariter nemini licet à ſuis hoſtibus uſuras exigere, ſeu mutuare ſub uſuris, ſiue illi ipſum iniuſtè ſiue iuſtè perſequantur, nullo alio habito reſpectu, niſi ratione odij, vel mutui. Dixi regulariter, propter concluſiones ſubſequentes. fol.235.nu.1.

SECVNDA CONCLVSIO.

Mutuans ſub uſuris hoſtibus illis, à quibus fuit ipſe iniuſtè damnificatus, licèt mortaliter peccet, ultra ſortem aliquid recipiendo, ſolo reſpectu, & ratione mutui, nihilominus non tenebitur in foro conſcientiæ illud reſtituere: ſi illud de cætero non ut vſuram, ſed vt refuſionem damnorum iniuſtè illatorum ab eis, detineat: dummodo ex huiuſmodi detentione ſcandalum, vel infamia indè ſibi non proficiſceretur: nec pateret aditus illud via iuſtitiæ recuperandi. Dixi primo, in concluſione, notanter [dummodo ex illa detentione] puta ſi ob id oriretur infamatio, aut ſcandalum actiuum. fol.236.nu.2.

TERTIA CONCLVSIO.

Mutuare ſub uſuris hoſtibus ſuis licebit eis, qui habent ius, ſeu auctoritatem à iure, uel à Principe bona illorum utcumque, etiam per uim accipiendi uti bellatoribus in bello iuſto, in dicto contra hoſtes, qui habent ius à principe hoſtes ipſos ſuis bonis ſpoliandi, & eos ac ipſorum bona armis aggrediendi, tunc etiam licebit bellatoribus ipſis eos grauare mediante mutuo ſub vſuris, modò abſit infamia, & ſcandalum. fol.237.nu.6.

QVARTA CONCLVSIO.

Recipiens aliquid ultra ſortem mutuatam non reſpectu mutui, ſed ratione debiti, quod ſibi debebatur à mutuatario alia de cauſa, quod exigere ipſi mutuanti creditori alia uia ſit impoſſibile, & indè infamiam, uel ſcandalum nullum incurreret: nullam uſuræ labem incurret, nec ad reſtitutionem taliter accepti tenebitur, ſi non ultra ſibi debitum recipiat hac uia. folio 238. numero 7.

QVINTA CONCLVSIO.

Mutuans aliquam quantitatem pecuniæ ei, à quo timet iuſtum damnum, vel iniurias, ad hoc principaliter vt ceſſet ab inferendo ipſi huiuſmodi intereſſe in facultate, vel honore, vſuræ peccato ſe maculat. fol.239.nu.8.

SEXTA CONCLVSIO.

Mutuans aliquam quantitatem pecuniæ,& à quo timet ſuſcipere iuſtum damnum temporale, (vt in præcedenti concluſione) principaliter ad ſibi illum reconciliandum,ac reddendū beniuolum,& amicum poſt iniurias illi irrogatas,licèt ſperet non ex ui huiuſmodi mutui,ſed ex ui beneuolentiæ,ac amicitiæ,ſic mutuo mediante adeptæ ſibi illum reconciliare, & ex tali reconciliatione euadere multa incomoda temporalia, & expenſas , ad quas de iure potuiſſet condemnari, vel ipſum ſubire oportuiſſet , ducendo ſecum maiorem familiam pro ſui cuſtodia, ne ab offenſo ab ipſo mutuatore, offendi poſſet ipſe mutuator,non erit vſurarius,ſed vir prudens. fol.242.nu.12.

QVÆSTIO VIGESIMAQVINTA.

Vtrum in uſura exacta transferatur dominium,ita quòd poſſet dici fuiſſet trāſlatum dominium rei taliter exactæ à mutuatario ad mutuatorem.

VNICA CONCLVSIO.

Ad vſurarium minimè transfertur dominium rei extortæ per vſuram , cuiuſcunque valoris illa ſit , à mutuatario illam ſoluente ex ui mutui , aliàs non da turo:Dixi ex ui mutui aliàs non ſoluturo,vt excludam rem datam gratis, & non ex quadam obligatione ciuili contracta cum mutuante. fol.245.num.4.

QVÆSTIO VIGESIMASEXTA.

Vtrum mutuanti pecuniam liceat pro aſſicuratione (quia ſcilicet periculum ſortis mutuatæ perdendæ in ſe ipſe mutuans ſuſcipit) emolumentum: ſeu pretium aliquod tuta conſcientia accipere ultra ſortem,& acceptum ſibi retinere.

PRIMA CONCLVSIO.

Mutuans pecuniam hac lege, vt nullus præter mutuantem aſſicuret ipſam pecuniam negotiationi implicandā,qū mutuatarius vellet non mutuāte,ſed ab aliquo alio aſſicurari, vel nō indiget aſſicuratione, nec de ipſa curat , non mutuaturus ſine talis aſſecurationis acceptione, vſurarius eſt. fol.253.nu.1.

SECVNDA CONCLVSIO.

Simpliciter mutuans quantitatem pecuniæ , vel alterius rei cadentis ſub mutuo (vt in prima quæſtione) rogatus à mutuatario, vt illud mutuatum ſibi , aſſicuret pro aliquo pretio inter eos rationabiliter conuento,ne aliquod incurrat periculum in negotiando,vel in aſportando pecuniam mutuatam,vel indè merces emptas, vel quid ſimile : & econtrà , mutuans obligando ſe & ſua,mutuatarium indemnem ſeruare in caſibus p̄dictis dictus mutuator,qui ex vi mutui non intendebat mutuatarium ipſum obligare ad aliquid ſibi tradendum vltra ſortem mutuatam,ſed ſolùm conſentiens p̄dictæ aſſicurationi precibus mutuatarij pro pretio conſueto,& rationabili arbitrio boni viri,nullatenùs erit vſurarius cenſendus:ſed charitate feruidus & prudens,& omni ſuſpitione vſurariæ prauitatis carens. fol.255.nu.2.

QVÆSTIO VIGESIMASEPTIMA.

Vtrum ij, qui mutuant cum pacto expreſſo de aliquo recipiendo vltra ſortem, ex mutui ui peccent, & teneantur reſtituere quicquid ex vſuris, i. ratione huiuſmodi lucri vſurarij adepti fuerint, vſuras exactas.

PRIMA CONCLVSIO.

Vſurarius tenetur ſub præcepto reſtituere omnia, quæ ipſe acquiſiuit per extorſionem vſurarum. fol 259.nu.8.

SECVNDA CONCLVSIO.

Vſurarius recipiens à mutuatario vltra ſortem ex vi mutui aliquid de ſui natura fructiferum naturaliter, vel induſtrialiter, mixtè, vt ſunt domus, agri, equæ, vitulæ & huiuſmodi, tenebitur non ſolùm ad illius rei perceptę reſtitutionem, verùm etiam ad fructuum eius reſtitutionem, ſeruata tamen diſtinctione inferenda in ſequentibus concluſionibus, & ad fructus nõ ſolùm perceptos reſtituendos, verùm etiam ad percipiendos. fol.260.nu.12.

TERTIA CONCLVSIO.

Vſurarius non ſolùm tenebitur reſtituere mutuatario quicquid vltra ſortem ſibi mutuatam ex vi mutui accepiſſet, ipſa re extante, verùm etiam perijſſet etiam ſine ſua culpa, nihilque vtilitatis ex ipſa vſurarius percepiſſet, ſi apud verum dominum non perijſſet; ſicut perijt apud vſurarium, (cùm ipſe fuerit poſſeſſor malæfidei, & occupator rei alienæ,) & ideo ſemper ſit in mora reſtituendi, eo quòd (vt probabitur in penultima concluſione) qui tenetur aliqua de cauſa reſtituere ratione iniquæ acceptionis, tenetur ad ſtatim: ſic ergo huiuſmodi vſurarius, re per vſuram extorta, perempta non liberabitur ab illius pretio ſoluendo. fol.262.nu.13.

QVARTA CONCLVSIO.

Poterit vſurarius cogi ĩ foro fori, tamquam fur, & malę fidei poſſeſſor ad reſtituendũ quicquid per vſuram acquiſiuit, etiam ſi illud fuiſſet peremptum in manu Domini ſui, ſcilicet mutuatarij infra tempus illud, infra quod decreuiſſet dominus illarum rerum, illas non alienare, vt puta; equum, domum & huiuſmodi, cùm ratione malæ fidei ſemper dicatur ipſum vſurarium fuiſſe in mora, etiam ſi eodem modo, quo ipſa res apud verum dominum fuiſſet perempta, & hoc verum erit de rigore iuris ciuilis. fol.264.nu.15.

QVINTA CONCLVSIO.

Vſurarius, apud quem res extorta per vſuram, perijt, (quæ perijſſet eodem modo apud mutuatarium) ſine ſua culpa non tenebitur in foro conſcientiæ, & de æquitate ad ipſam reſtituendam, licèt ad intereſſe forſan, paſſum medio tempore per mutuatarium, antequam res illa perijſſet, necnon ad fructus, ſecundum diſtinctionem tamen adductam in ſecunda concluſione. fol.265.nu.16.

SEXTA CONCLVSIO.

Vſurarius tenetur (vt ſupra dictum fuit) ad reſtitutionem rei extortæ per vſuram, ea extante eadem ipſa, & non alia, mutuatario, à quo extorſit eam, niſi amiſſa fuiſſet: attamen ſi res illa meliorata fuerit induſtria, laboribus, ac expenſis ipſius vſurarij videlicet, factis gratia fructuum quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum. Vel ſi aliàs feciſſet vſurarius expẽſas neceſſarias, & vtiles: ſi in dicta re iam meliorata, & tunc vtiles poſſent extrahi ſine læſione prioris ſtatus rei, quia in tali caſu conceditur deductio expenſarum vtilium, non autem voluptariarum: ſi ergo vtiles expenſas vſurarius feciſſet, & tunc erit diſtinguendum tali pacto: aut illas fecit denuo fabricando, aut reficiendo veterem domum: Si primò, aut poteſt donare, aut non: Si primò, non auferet expenſas, quia videtur donaſſe. Si ſecundò, auferet, vt ſupra: ſi refecit, poterit vſurarius extrahere & exigere huiuſmodi meliorationis pretium, in foro fori, & illud retinere, ſed re perempta nullatenus huiuſmodi expenſas poterit deducere ab ipſa re: quæ verò ſint appellandæ expenſæ neceſſariæ, quæ verò vtiles, & quæ voluptuariæ, traditur in l. Impenſæ ff. de verborum ſign. & in l. Vtiles. ff. de petit. hæreditatis, & notatum fuit pro me in queſt.21. Notabili 3. immediatè poſt concluſionem, ante eius probationẽ. f.266.nu.17.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Licèt vſurarius in foro fori non poterit ex re per vſuras extorta, ac meliorata deducere expenſas vtiles, ac laboris proprij mercedem, niſi hoc fieri poſſit ſine læſione huiuſmodi rei, tamen in foro conſcientiæ poterunt ab vſurario deduci. fol.267.nu.18.

OCTA-

OCTAVA CONCLVSIO.

Vſurarius tenetur ad reſtitutionem quoque omnium fructuum, quos ipſe ſuſcepit ex re naturaliter, vel mixtè fructifera extorta per vſuram, & non tantùm ſuſceptos per ſeipſum, verùm etiam illos, quos ſuſcepiſſet mutuatarius, vetus Dom. nus illius rei huiuſmodi, ex vi mutui extortæ, vnà cum damnis indè illatis dicto mutuatario, (deductis tamen expenſis vt diximus in præcedenti concluſione) licèt ſua culpa vſurarius, illos fructus non ſuſcepiſſet. folio 263.num.20.

NONA CONCLVSIO.

Vſurarius ac omnis malæ fidei poſſeſſor, qui ex re lucroſa mala fide, acquiſita per vſuras, maiores fructus ſuſcepit ex ſua induſtria, ac labore quam adeptus fuiſſet mutuatarius, cuius erat res illa, non ſolùm ad talem rem reſtituendam in foro conſcientiæ tenebitur, verùm etiã & ad illos fructus (ſi modo extent) vel ex illis fuiſſet vſurarius factus locupletior: ideſt ſi illos expendiſſet in domeſticos vſus, vel alios huiuſmodi in quos de ſuo opus ei fuiſſet expendere: deducto tamen pretio ac mercede huiuſmodi induſtriæ & laboris, vt fuit probatum in concluſione ſexta, & ſeptima. fol. 249.

DECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius recipiens cauſa mutui à mutuatario ex vi mutui rem de ſui natura non habentẽ vſumfructum, ſeu non exiſtentem fructiferam (ut ſunt vinum, frumentum, pecunia, & his ſimilia) quicquid ex ipſis (vel ipſis rebus mediantibus) lucratus fuerit, tuta conſcientia poterit retinere, cùm ad illius reſtitutionem minimè teneatur: ſed ſolùm & pœnitùs reſtituere tenebitur rem ipſam ſic extortã, vel eius valorẽ, quã ex vi mutui accepiſſet, vnà cum reſtitutione dãni illati ei, ratione lucri ceſſantis vel damni emergentis ipſi mutuatario, quod forſan ille inde incurriſſet. fol. 269. nu. 31.

VNDECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius, in foro conſcientiæ (de quo fuit ſermo in præcedenti nona concluſione) ſi ex fructibus per ſuam induſtriam auctis, ac receptis (ut ſupra) non fuiſſet factus locupletior, vel ſi non extent modò, non tenebitur ad illos reſtituendo, ſed ſolùm ad illos, qnos percepiſſet honeſtè dominus illius rei, ſi ab vſurario occupata non fuiſſet per vſurarum extortionem. folio 275. num. 27.

QVÆSTIO VIGESIMAOCTAVA.

Vtrum vſurarij (quos diximus teneri ad reſtitutionem extortorum per vſuram) teneantur de neceſſitate ſalutis, an de conſilio tantùm, ad reſtitutionem huiuſmodi faciendam.

VNICA CONCLVSIO.

Vſurarius tenebitur de neceſſitate ſalutis reſtituere omnia extorta per vſuram vnà cum eorum fructibus, iuxta tamen diſtinctionem allatam in concluſionibus præceden i quæſtionis, ipſamet, inquam, ſi extant: aliàs eorum pretium & valorem, vnà cum omni alio damno indè illato ei, à quo vſuras huiuſmodi extorſit, ſi habeat facultatem reſtituendi, iuxta ea, quæ afferenda erunt infra in concluſionibus quæſtionis, trigeſimæ primæ. fol. 279. nu. 7.

QVÆSTIO VIGESIMANONA.

Vtrum reſtitutio rerum per vſuram acquiſitarum ſit facienda ſemper ei tantùm, à quo uſurarius illas extorſit.

PRIMA CONCLVSIO.

Vſurarius tenetur vſuras extortas ei, à quo illas accepit, ſi ille talis dominus illius rei verus fuiſſet: vt indè ſpoliatus re ſua, iniuſtè, rurſus rem ipſam obtineat: tamen hæc regula patitur nonnullas exceptiones vt ex ſubſequentibus concluſionibus patebit. fol. 284. nu. 1.

SECVN-

SECVNDA CONCLVSIO.

Vſurarius id ipſum,quod per uſurarum exactionem extorſit(mortuo vero domino rei, quã ſic acceperat ipſe) tenebitur reſtituere hæredibus ipſius. fol.285.nu.2.

TERTIA CONCLVSIO.

Vſurarius res extortas per uſuram tenebitur reſtituere pauperibus, ſi poſt diligentiſſimam inquiſitionem non reperiret ueros dominos illarum:hac tamen cautela uſens, ne forſan ad bis idipſum reſtituendum compelleretur,ſi res reſtitutioni obnoxia ſit maximi momenti: quoniã aliàs non erit ita exacta cautela ſeruanda, cùm ſemper reſtitutio alienæ rei uero domino eius regulariter ſit facienda, vt tutus eſſe poſſit in conſcientia is, qui reſtitutioni ipſius obnoxius erat. Cautela,ergo,erit hæc(quam elicere operæ pretium duxi ex dictis à Caietano, & Soto ubi ſupra in locis citatis in concluſione prima)videlicet:Debet q reſtitutioni eſt obnoxius faciẽdæ, ignoto domino(vt puta, ſi poſtquàm vſurarius per multos annos à multis uariarum regionũ vſuras exegiſſet) quantum erit in ſe, accuratiſſimè inquirere, inueſtigando, vbi, quando,per quos,& à quibus, huiuſmodi lucrum uſurarium acquiſierit: quoniam ſi hoc non faceret,non poſſet ab ipſo haberi talis rei dominus pro ignoto: quapropter ſiquis abſque tali inquiſitione uſuram reſtituiſſet pauperibus, non ſatisfeciſſet præcepto, de reſtituendo: undè poſtea inuento domino, teneretur reſtituere, & ſibi ipſi imputare, qui ſic imprudenter alienauit alienum: & ſic patet, quòd,ut dominus poſſit dici omnino ignotus,oportet, ꝙ quàm accuratiſſimè præcedat inquiſitio veri domini:nam ſi aliqualiter eſſet notus, puta ſi audiſſet vſurarius eſſe talem dominum rei extortæ per uſuram unum de tali uilla, ciuitate, uel de tali familia: tunc inquiſitio facienda de uero domino rei extortæ per vſuram deberet procedere ad vlteriora;ut particularis notitia haberetur de dicto vero domino, prout prudens uir ſciret inquirere. Rurſus,quando ſciri non poteſt dominus in particulari,ſed ſcitur quaſi ſub diſtinctione, ꝙ ſcilicet,iſtorum alicui debeatur,non dicetur tunc omnino ignotus dominus:vndè debet illis in communi dari res huiuſmodi, vel diſtribui ſigillatim inter eos, uel ut forte aliquis eorum illud tale recipiat;maximè quando res talis diuiſa pluribus,ipſis non prodeſſet, & unita aliquem releuaret:& ne alicui eorum fiat iniuria, de eorum uoluntate agẽdum eſt quicquid fiet. & hæc cautela ſeruanda erit, ſi res per uſuras extorta,ac reſtitutioni obnoxia,eſſet parui valoris: ſed ſi res talis eſſet magni ualoris, tunc ut uſurarius in vtroque foro iudiciali, ſcilicet, & conſcientiæ tutus eſſe poſſit,hanc ſequentem cautelam ſeruabit.Debebit vſurarius,uel per ſe,vel per confeſſorem, vel aliam prudentem, ac fidelem perſonam coram publica poteſtate facere quàm diligentiſſimã perquiſitionẽ veri domini per banna,uel alia edicta,& proclamationes,& penès ipſam publicam poteſtatem deponendum erit illud tale reſtitutioni obnoxium: ſi autem poſtea eius auctoritate in pauperes,uel impios alios vſus diſtribuatur,tunc uſurarius ipſe reſtitutioni obnoxius tutus manebit in utroque foro:quapropter ſi poſtmodum uerus dominus illius rei repertus fuerit,ad nihil reſtituendum ei in vtroque foro cõpelli poterit vſurarius prędictus. fol.286.nume.6.

QVARTA CONCLVSIO.

Vſurarius pauper,vel habens pauperes conſanguineos,authoritate epiſcopi,uel proprij confeſſoris,uel ſine talium conſilio de præcepto(licet de conſilio) tuta cõſcientia poterit quicquid extorſit propter vſuram ſibi retinere de conſilio proprij confeſſoris, & elargiri eleemoſynaliter ſuis conſanguineis pauperibus, ſi poſt diligentiſſimam inquiſitionem ueri domini talium rerum,quæ extortæ fuerant per vſuras,non reperiatur verus dominus, uel eius hæres.quapropter facta dicta elargitione,uel applicatione(etiam ſi uenerit ad pinguiorem fortunam)non tenebitur ſub præcepto ad reſtitutionem dictarum rerum, quæ extorſit per vſuras, & ſibi prædicto modo retinuit:uel ſi ſuperueniſſet notitia ueri domini, uel legitimorum ipſius hæredũ. fol.289.nume.8.

QVINTA CONCLVSIO.

Vſurarius tenetur reſtituere rem extortam per uſuram ei,à quo extorſit, (licèt uerus dominus illius non fuiſſet)dummodo iuſto titulo illam poſſediſſet,ut titulo commodati,depoſiti,& huiuſmodi,uel ſi fuiſſet diſpenſator dictæ rei, uel illius adminiſtrationem habuiſſet à vero domino ipſius rei ſibi conceſſam. fol.297.nu.11.

SEXTA CONCLVSIO.

Vſurarius rem extortam per uſuram tenetur reſtituere ei à quo extorſit, ſi ille talis ab illa acquirenda(quam per uſuram uſurarius ab eo extorſit)nulla lege fuiſset prohibitus (licèt cauſa ſeu modus acquiſitionis fuiſſet à iure prohibitus tanquàm peccaminoſus, ideſt, tanquàm

factus,qui exerceri nō poteſt ſine peccato, ut patet de rebus extortis ex meretricio) fuerat res tabrei extorta per uſuram acquiſita ex dicto mererricio (uel alia cauſa prædicta) perperrato à meretrice tam publica, (.i. quæ ſe expoſuit publico quæſtui) quàm à meretrice non publica.i.quæ non ſe expoſuit quæſtui publico,ſed quæ habebatur pro pudica coniugata, uel uirgine, aut uidua:idem dicitur, de extortis per uſuram à lenonibus, adulatoribus, & huiuſmodi, qui illud tale acquiſierant mediante lenocinio,adulatione, & huiuſmodi, qui licèt non prohibeantur aliquid acquirere, tamen cauſa ex qua illud acquiſierunt,ſibi prohibita eſt de iure: quàmuis nemini liceat uelle lucrari ex tali cauſa, tamen tale quid lucratum nemo tenetur reſtituere(& ſi tanquàm pretium illi nephario operi correſpondens nemini liceat acquirere) cùm uideantur hi tales titulo donationis ſibi factæ acquiſiuiſſe:nec obſtat,quòd cauſa talis donationis fuerit huiuſmodi opus turpe,& per conſequens ſine qua non: quapropter ſi non adfuerit in ipſis aliquis dolus,ſeu fraus in pdictis acquirēdis, tunc ueri domini illarum rerum effecti fuiſſent,ſecus uerò dicitur,ſi dolo,uel iniuſtitia mediāte,pdicta acquiſiuiſſent: quoniam in tali caſu reſtitutio prædictarum rerum ab uſurario, ab ipſis extortarum,fieri debebit illis, à quibus dictæ meretrices,& reliqui pdicti habuiſſent,& non ipſis meretricibus,cùm per huiuſmodi traditionem,ſeu iniuſtam acquiſitionem doloſam non fuerint dictæ perſonæ acquiſitæ dominium dictarum rerum. fol.297 nu.11.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Vſurarius,qui per uſuram extorſit aliquid ab eo, qui id acquiſierat, ut aliquod maleficium non faceret, ad quod non perpetrandum de præcepto tenebatur, utputa, ut non committeret furtum,uel ſacrilegium, uel homicidium, uel huiuſmodi mala:non tenebitur ei illud reſtituere,à quo extorſit, ſi id repetiiſſet is, à quo ipſe perceperat,ne tale malū committere (cùm huiuſmodi homo poſſit iure repetere illud) & iccirco ſtante tali repetitione iuridica,ille talis teneretur ei reſtituere taliter ab eo acceptum ob tale malum non committendum: ſed ſi non repetiiſſet,tunc tenebitur uſurarius reſtituere ei, à quo extorſit,quia videt uerum dominium illi traditum à ſibi donante etiam ex tali cauſa, & per conſequentem conſenſum eius, cùm regulariter reſtitutio uſurarum ſit faciend. ei, à quo fuerunt illę extortæ. fol.305.nu.13.

OCTAVA CONCLVSIO.

Vſurarius,qui aliquid per uſuras extorſit ab illis (qui ab illo tali acquirendo prohibiti non fuerant ratione ſui, ſed ratione eorum,à quibus illud habuerint, utputa ſi accepiſſent à minore, à furioſis, aut mente captis, & huiuſmodi, tenebitur reſtituere non ipſis furioſis, aut mentecaptis,& huiuſmodi,ſed curatori eorum,aut patri (ſi eſſent filij familias) quia in talį caſu non daretur ipſis curator, cùm huiuſmodi officio curatoris nulli dubium ſit,functurum fore patrem eorum,ut docet textus in l.cum furioſus.C.de cur.fur.& in l.1.ff.de cura.fur. ſed ſi non fuiſſent pęnitus inſani,ſed paterentur lucida interualla,tunc dicendum,quòd ſi in tali ſenſu inſano dediſſent,illud tale reſtituendum foret,dum rurſus gaudebit intellectu bono,quoniā talis traditio non erit appellanda donatio aliquo pacto, eo, ꝙ tunc non fuerit compos ſui, ſecus tamen, ſi dum in ſenſu rationabili exiſtens, & compos ſui de proprio donaſſet, eò quòd in tali caſu nullo iure fuerit inhibitus à tali donatione, & infra tale tempus non habere curatorem dicatur,iuxta expreſſum tex.in l.cum alij.C.de cur.fur.& in l.1.ff.de cur.fur.& ibi per Bar.dicentem,quòd curator furioſi ceſſat in adminiſtratione tempore dilucidi interualli,& eam reaſſumit reuertente furore, unde dicendum, quòd uſurarius extorta per uſuram ab eo cui donauit furioſus,uel mente captus durante tali infirmitate, reſtituere tenebitur curatori, uel patri eius (ut ſup.fuit probatum) ſi uerò ab eo cui donauit patiens lucida interualla, durante uſu rationis tenebitur reſtituere ei à quo ipſe extorſit. fol. 306.nu.14.

NONA CONCLVSIO.

Vſurarius recipiens aliquid per uſuram à prodigo poſt ſibi aſſignatum curatorem à iudice tenebitur illud reſtituere non ſibi,ſed prodigi curatori,cùm quoad hoc iuris fictione non dicatur ille dominus talis rei: ſed eius curator, cui per iudicem adminiſtrandi bona illius fuit conceſſa facultas. fol.307.nu.15.

DECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius recipiens aliquid ultra ſortem ex vi mutui à minore vigintiquinque annorum, & à fortiori à pupillo minoris ætatis,uel ab alio,qui ab iſtis illud tale donatum fuiſſet, tenebitur non ipſis reſtituere illud taliter acceptum,ſed eorum curatori,uel tutori,niſi illi huiuſmodi donationem poſt uigeſimumquintum annum ratam habuerint,quoniam, in tali caſu non tutori, aut curatori eorum, ſed ei,à quo ipſe extorſerat,quoad donata ab illis, alteri pdicto,à quo ipſe

vſurarius

vſurarius extorſerat, ſed extorta ex vi mutui ab illis minoribus omnino ipſis, aut eorum cura toribus tenebuntur reſtituere. fol.308.nu.16.

VNDECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius recipiens vltra ſortem aliquid à filiofamilias, non tenebitur ei reſtituere, ſed patri, etiam ſi adminiſtrandi peculium fuiſſet ei conceſſa à patre licentia, cùm huiuſmodi conceſſio non fuerit indulta ei ad diſſipanda paterna bona, ſed ad illa expendenda loco, & tempore congruo pro cauſis rationabilibus. fol.308.nu.17.

DVODECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius recipiens ratione mutui vltra ſortem à ſeruo, ideſt mancipio, vel alio clerico regulari, vel à ſimilibus perſonis alieni iuris, quibus nec ipſa propria corpora ſunt: non ipſis, ſed eorum ſuperioribus reſtituere tenebitur, cùm tale quid acceperit ab his, qui nihil habent, & per conſequens, quod alienum eſt, dederunt; niſi adminiſtrationem temporalium haberent, & donarent rationabiliter, quod non eſt in caſu noſtro. fol.3[illegible]8.nu.18.

TERTIADECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius recipiens aliquid ultra ſortem mutuatā ab aliquo Abbate, prælato vel monacho, illud reſtituere tenebitur eorum monacho, expendendum in illius beneficium: & idem dicitur, ſi accepiſſet ab aliquo, cui illud per pdictos donatum fuerat ſine iuſta cauſa, [illegible] mē ſi crederet pdictos in beneficium monaſterij, expenſuros taliter reſtitutum, poterunt illis reſtituere: & idē dicitur, de omnibus nullum habentibus dominium alienandi rem alienam, ſi tamen illi fideles haberentur, tunc poterit ipſis reſtitutio fieri. fol.309.nu.19.

QVARTADECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius aliquid recipiēs ratione mutui ultra ſortem ab eo, qui illud tale per ſimoniā conuentionalem à ſponte dante acquiſierit, non ipſi, ſed eccleſiæ (in cuius iniuriam datum fuerat) reſtituere tenebitur. fol.309.nu.20.

QVINTADECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius accepta per uſuram à ſimoniaco, qui illa acquiſierat per ſimoniam ab eo qui non ſponte dederat, ſed ut redimeret iniuſtam uexationem ſuam, utputa; ſi illam dediſſet, ut ſibi cōferretur ſacramentum aliquod, ad quod eius prælatus de iure tenebatur, qui alias noluerat e[illegible] illud exhibere, uel ſi pro ingreſſu religionis ſibi concedendo ab ijs, qui aliàs gratis debuiſſent, & potuiſſent ſtantibus opibus monaſterij, & alijs cōmodis, & qualitatibus ingredi uolentis: in tali caſu vſurarius non ijs, à quibus extorſit illud tale, ſed ei, qui illud dediſſet illis, reſtituere teneretur. cū per huiuſmodi inuoluntariam traditionem dominium talis rei ad illos non fuerit trāſlatū, ſecus tū dicetur ſi illud tale recepiſſent cōcedētes monaſterij īgreſſum, pp paupertatē monaſterij, quod alias eum alere non potuiſſet, quoniam tunc monaſterio reddendum erit, & non illi ingreſſo in monaſterium. fol.310.nu.21.

DECIMASEXTA CONCLVSIO.

Vſurarius extorta p uſurā ab eo, q illa extorſerat p ſimoniā mētalē. i. ſine pacto expreſſo uel tacito, tenebit illa reſtituere tali ſimoniaco, & nō eccleſiæ i cuius iniuriā data fuerāt. f.310.n.22.

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO.

Vſurarius, q p uſuras extorſit aliquid à iudice, teſte, lictore, milite, uel à quocūq; qui illud tale receperint ab inuitē dātibus p exequēda re, ad quā de iure ſine mercede illi faciēdā tenebant, nō pſis reſtituere tenebitur, ſed illis, qui p tali opere dederūt dictis pſonis. f.322.n.38.

DECIMAOCTAVA CONCLVSIO.

Vſurarij, qui extorſerunt aliquod per uſuram à iudicibus, qui illud tale acquiſierant pro ferenda iniuſta ſententia, uel à cæteris miniſtris iuſtitiæ pro aliquo opere explendo contra ordinem iuris, uel à teſte pro teſtimonio falſo, tenebuntur ipſiſmet illud reſtituere, & non illis, à quibus dictæ perſonæ receperant: cùm & illę ad talium reſtitutionem non teneantur ſub præcepto antè ſententiam, ſeu condemnationem à iudice latam, licèt ſi condemnentur à iudice ſupremo taliter extortum debeatur fiſco, ut in l. in hęredem. ff. de calumniatorib. tamen prędictę perſonæ in foro conſcientiæ tam ante ſententiam, quàm poſt oīno tenebuntur inſolidū vnà cū corruptoribus ſuis ad omne intereſſe iniuſtæ ſententiæ, uel alterius actus iuridici, ſeu forenſis iniuſti, aliquæ perſonæ paſſę fuerint hac de cauſa: licèt dictæ perſonæ de conſilio teneantur, taliter accepta tanquàm turpe lucrum, reſtituere ijs, in quorum iniuriam acceperūt. f.323.n.39.

DECIMANONA CONCLVSIO.

Vſurarius tenebitur reſtituere quicquid per vſurā extorſit ab eo qui illud tale acquiſiuiſſet per furtum rapinam, vſuram, & huiuſmodi, nō ei à quo accepiſſet illud, ſed uero dn̄o rei illius

à quo fuiſſet

à quo fuiſſet extorta res illa cõcurrẽtib. trib. cõditionibus infraſcriptis, aliàs ei à quo vſurarius ipſe extorſiſſet. Prima uerò conditio eſt, ut ipſi uſurario (qui reſtitutioni obnoxius eſt) citra vllam dubietatem conſtet rem ipſam, quam ipſe per exactionem vſurarum acquiſierat, non eſſe eius à quo illam habuit, ſed alterius de iure, licèt per iniuriam ac iniuſtitiam fuiſſet ſpoliatus re illa, puta, Petrus: nam ſi hoc eſſet dubium, tunc (cùm melior ſit conditio poſſidentis) eidem à quo fuit res illa extorta per vſuram reddenda erit, & non alteri, vt ille idem videat cuius res illa realiter ſit: quandoquidem in foro iudiciali, niſi planè probaueris rem non eſſe illius, eidem à quo abſtuliſti, compelleris reddere (& conſultò dixerim non eſſe illius) puta, quia nunquàm habuit eius dominium. Secunda conditio eſt, vt vſurarius ipſe poſſit abſque magno ſcandalo, & detrimento, taliter acceptum per vſuram vero domino rei reſtituere: quoniam ſi meritò latronem vel raptorem, vel uſurarium illum (à quo ipſe extorſerat) repetentem taliter per ipſum extortum, timeret, indè ſe incurſurum aliquod notabile detrimentum, niſi ipſiſmet, à quibus ipſe vſurarius extorſerat, redderet: tunc non teneretur cum tali ſuo incommodo illud taliter extortum reddere vero domino, quoniam in tali caſu conſulendo ſibi poſſet illud reſtituere illis à quibus per vſuram extorſerat. Tertia conditio eſt, ut vſurarius reſtituens vero domino rei extortæ per vſuram teneatur admonere tam latronem, vel alias prædictas perſonas, quàm dominum ipſius rei ac certiorare de tali reſtitutione facta. Dixi, admonere & c. ne illæ perſonæ poſtea pœnitentia ductæ iterato reſtituant, & ipſe dicto domino rei, ualorem ipſius: Dixi, certiorare dominum & c. ne ille alia uia procuraret illud taliter iniuſtè à ſe ſublatum ab aliqua, prædictarum perſonarum reſtitui ſibi; & ſic ageret contra rationem. fol. 337. nu. 46.

QVÆSTIO TRIGESIMA.

Vtrum vſurarius proprijs expenſis ſub præcepto teneatur reſtituere quicquid per vſuram extorſit ei à quo illud exegit, illud tale dirigendo ipſi, ſi diſceſſiſſet à loco in quo eas extorſit ab illo, necne: vel ſufficiet vſurario reſtituere uſuras in eodem loco in quo extorſit, ſignificando tamen illi, vt mittat pro illis recipiendis.

PRIMA CONCLVSIO.

Vſurarius, qui poſt uſuras exactas diſceſſit à loco in quo illas extorſit, etiam ſi longinquas regiones petijſſet, tenebitur proprijs expenſis dirigendo illas ei à quo extorſit, reſtituere. folio 351. numero 1.

SECVNDA CONCLVSIO.

Vſurarius, qui aliquid extorſit per vſuras ab eo qui poſt ſolutionem uſurarum in aliam regionem ſe recepit, diſcedendo à loco in quo ſoluit vſuras, qui ſi illud tale ſolutum non fuiſſet extortum ab vſurario, ſecum detuliſſet, quò abijt, ſine expenſis proprijs, tenebitur reſtituere huiuſmodi per vſuram extortum, illud dirigendo taliter ſpoliato vbicunque ille talis pro tunc reperiretur, expenſis ipſiuſmet uſurarij; & non taliter, ſoluentis ſpoliati, uel ſaltem ipſum mutuatarium certiorem reddere ſe velle reſtituere taliter extortum per vſuras vbicunque, & qualitercunque ipſi eſſet cordi, cum præparatione animi illud tale reſtituendi in loco in quo ipſemet moratur, uel dirigere proprijs expenſis taliter extortum ad locum in quo ipſe mutuatarius reperitur. fol. 353. nu. 2.

TERTIA CONCLVSIO.

Vſurarius, qui extorſit aliquid per uſuras ab eo qui receſſit à loco in quo ſoluerat uſuras, qui tamen, ſi illud non ſoluiſſet, ſecum detuliſſet nonnullis expenſis, non tenebitur illud tale ad ipſum mutuatarium proprijs expenſis dirigere, ſed expenſis mutuatarij, iuxta, tamen, qualitatem expenſarum quas ipſe mutuatarius feciſſet, ſecum illud deferendo, non autem maiores, quas modo, forſan, opus eſſet uſurario facere: quoniam ad illud plus non tenebitur: dummodo rationabiliter vſurarius credat, ipſum mutuatarium reſtituturum fore huiuſmodi expenſas factas ab vſurario, ad quas de iure non tenebatur, illud dirigendo ad ipſum mutuatarium, quoniam ſi non ſperaret ſibi illud plus reſtitui ſibi, non teneretur, ſed ſolùm ei ſufficeret certiorare ipſum

re ipſum

te ipſum mutuatarium de re ſibi reſtituenda, iis rogando, vt ei declaret quid facto opus ſit, aut velit. f.355.nu.4.

QVARTA CONCLVSIO.

Vſurarius, qui extorſit aliquid per vſuras ab eo qui taliter extortum ſecum non detuliſſet, ſed in loco extorſionis vendidiſſet, non tenebitur ad dirigendum illud tale propriis expenſis ipſi mutuatario, ſed ad ipſam rem ſolùm reſtituendam, ſi extet, ſi uero non extaret, tenebitur illi dirigere pretium eius iuxta valorem, cuius erat res illa ſic extorta tempore extorſionis, nec non ad omne aliud damnum & intereſſe tam ratione lucri ceſſantis, quàm ratione damni emergentis, quod ex carentia ualoris illius rei mutuatarius ipſe incurſiſſet: ut puta, ſi ex pretio ipſius ille emiſſet merces, ex quibus tantum lucratus fuiſſet, vel ſi non ſoluiſſet illud tale non fuiſſet opus ei mutuatam pecuniam ſub vſuris accipere & ipſo pretio potuiſſet domum ruituram reparare, quæ poſtmodum hac de cauſa ruit, quia in talibus caſibus teneretur vſurarius iuxta diſtinctionem & deciſionem adductam in quæſtionibus de lucro ceſſante & damno emergente. f.356.nu.5.

QVINTA CONCLVSIO.

Vſurarius habens rem extortam per vſuram ab eo qui poſt talem extorſionem paſſam, diſceſſiſſet à loco extorſionis, & in locis remotis ſe recepiſſet, non abſoluitur ab obligatione reſtituendi mutuatario ipſi, erogando illud tale in eleemoſinam pauperum, licèt forſan talis rei reſtitutio popoſciſſet maximas expenſas etiam maioris pretij quàm res reſtituenda, eſſet, dummodo notum ſit ipſi vſurario, vel facillimè fieri notum. Vbi mutuatarius ipſe (a quo extorſit per vſuras illud tale) aut eius hæredes incolatum faciant: quia tunc tenebitur ipſis notificare ut ſupra fuit dictum, ſed ſi ignorentur vbi ſint, tunc dicetur vt in præcedenti 29. quæſtione concluſione terza. f.319.

QVÆSTIO TRIGESIMAPRIMA.

Vtrum vſurarius teneatur ad ſtatim reſtituendas vſuras extortas ſub pœna peccati mortalis.

PRIMA CONCLVSIO.

Vſurarius habens facultatem actu exteriori.i.effectualiter, ſeu cum effectu reſtituendi rem extortam (vel æquiualens) per vſuram tenebitur regulariter ad ſtatim, ei reſtituendum, à quo illud extorſit, vel ab eo inducias reſtituendi impetrare: aliàs ſemper erit in peccato mortali. Dixi actu exteriori, propter concluſiones ſequentes in quibus de reſtitutione facienda actu interiori.i. voluntate ſermo eſt. f.362.nu.6.

SECVNDA CONCLVSIO.

Vſurarius, qui non poteſt ſtatim reſtituere extorta per vſuram ſine magno eius detrimento, primo ſecondo, & terzo modo in ſecundo notabili interpretato, paulò ante adducto: non iccirco liberatur a præcepto ſtatim reſtituendi extorta per vſuram ſub pœna peccati mortalis, niſi dilationem petierit, & obtinuerit ab eo cui reſtitutio huiuſmodi facienda eſſet: licèt non ſtatim quòd recordaretur ſe eſse obnoxium reſtitutioni, vt puta, ſi hoc memoriæ occurreret media nocte dum in lectulo ſoporaturus requieſceret, vel dum miſſarum ſollemniis intereſset, vel comederet: ſed bono modo.i.quamprimum ab his occupationibus ferè neceſsariis abſolui contingeret, vt puta, ſurgendo mane à lectulo ſtatim habita facultate, ad reſtituendum tale quid extortum per vſuram pergat. Cùm omnia ſint intelligenda & exequutioni mandanda cum grano ſalis. f.365.nu.7.

TERTIA CONCLVSIO.

Vſurarius reſtitutioni rei extortæ per vſurã obnoxius habens voluntatẽ reſtituẽdi cũ adfuerit cõmodũ non valẽs ſtatim reſtituere ſine ſuo incõmodo ẽt ſi nobilis ſit, tenebit᷑ ad ſtatim re-

d ſtituendum

ſtituendum extorta per vſuram etiam cum ſuo incommodo, licèt huiuſmodi rei reſtitutionis dilatio nihil aut parum lædat eum cui de iure fieri debet reſtitutio, & ſi ipſa reſtitutio ſtatim facta, vſurarium notabiliter in bonis damnificaret: hoc tamen non intelligitur de vſurario arti fice qui nihil habet niſi inſtrumenta, artis ſuę quibus vtcunque alimenta lucratur, quia illa nõ tenebitur vendere. fol. 366. num. 8.

QVARTA CONCLVSIO.

Vſurarius tenebitur in utroque foro reſtituere extorta per vſuram ei, a quo illa extorſit, licèt ex huiuſmodi reſtitutione integrè facta ita pauper efficeretur, quòd opus eſſet ei, uel mendicare, uel labore manuum acquirere ſibi, & familiæ ſuæ alimenta, ſi bonis ſuis nõ ceſſiſſet (ſed ſi ceſſiſſet, dic ut in ſequenti concluſione octaua) niſi eum alia iuſta cauſa excuſaret, prout in ſequentibus concluſionibus. fol. 377. nu. 11.

QVINTA CONCLVSIO.

Vſurarius tenebitur ſtatim reſtituere extorta per uſuram ei a quo illa extorſerat, licèt ille talis incidiſſet in excommunicationem maiorem, & pro excommunicato nominatim denunciatus, ſi huiuſmodi rem extorſiſſet ab eo ante uel poſt incurſum illius in excommunicationem, cùm ſit eadem ratio in utroque caſu, ratione radicis huiuſmodi obligationis, quæ procedit a iure naturali, & diuino, ut fuit probatum in ſuperioribus quæſtionibus, non tamen uſurarius poterit tuta conſcientia manu propria, talia illi reſtituere (quia participaret ſecum contra prohibitionem eccleſiæ ſanctę) ſed tunc debebit illa deponere apud epiſcopum per ſe, uel per alium, procurando, ut hoc ſecretè denuncietur illi per perſonam, cui alloqui illum liceret, ut hoc modo morem gerat naturali, & diuino iuri reſtituendo, & eccleſiaſtico non participando ſecum. fol. 388. num. 14.

SEXTA CONCLVSIO.

Vſurarius, qui nõ ceſſit bonis, nec pęnitus habet facultatem qua omnia extorta per uſuram vel partem eorum, reſtituere poteſt, excuſatur a reſtituendo ſtatim, taliter, extorta, tenebitur tamen ad præſtandum in foro iudiciali (ſi huiuſmodi extorſio ad ipſum fuiſſet conuolata) ſaltem iuratoriam cautionem de illa reſtituendo, cùm peruenerit ad pinguiorem fortunam, & poſſit in totum, uel pro parte reſtituere, etiam non deducto, ne egeat. fol. 342.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Vſurarius liberatur a præcepto ſtatim reſtituendi extorta per uſuram, ſi huiuſmodi extorta ab eo, cui reſtituenda erant, & ipſa potuiſſet donare de iure, fuiſſent ei remiſſa, ſeu donata, dico hoc quoad obligationem illam dicto mutuatario reſtituendi taliter extorta per uſurã, & quoad peccatum uitandum ſi uſurarius ipſe præpoſuiſſet omnino reſtituere, ſi illa ipſi remiſſa, ſeu donata non fuiſſent, ſed ſi reſtituere non propoſuiſſet, licèt in conſcientia non remaneat obnoxius reſtitutioni talium rerum, tamen donec perdurauerit huiuſmodi peſſimum propoſitum, ſemper noxa mortalis culpæ conſtringetur, & loquor de eo qui in actu non reſtituiſſet illa, & tamen is cui facienda fuerat reſtitutio, ipſi illa donauit, qua remiſſione, ſeu donatione ſtante nõ tenebitur taliter extorta reſtituere, ſed ſolum ad pęnitentiam de ſuo peſſimo propoſito. f. 343.

OCTAVA CONCLVSIO.

Vſurarius, qui vt reſtitueret extorta per uſuram, paratus eſt cędere bonis, & cedit, cũ effectu bonis omnibus præter veſtes proprias quibus corpus eius regitur, ei a quo vſuras extorſerat, excuſatur a præcepti tranſgreſſione de reſtituendo ſtatim omnia extorta per uſuram, nec deducendum erit a dicta ceſſione, ne ipſe cedens bonis, egeat, nec non tenebitur etiam tradere ei cui reſtituere tenet ſaltem iuratoriam cautionem de ſtatim reſtituendo, cũ ad pinguiorem fortunã deuenerit: vnde ſi poſt ceſſionem aliqua acquiſiuiſſet ad illa reſtituenda ei (cui talium reſtitutio debebatur) tenebitur, deducto tamen ne egeat, quo ad iudicium faciendum in iudiciali foro, licèt quoad forum pœnitentiæ teneatur illa reſtituere, non deducto ne egeat, etiam ſi huiuſmodi vſurarius eſſet clericus, & hoc in odium vſurarum. fol. 351.

NONA CONCLVSIO.

Vſurarius regulariter abſoluitur a præcepto reſtituendi extorta per uſuram, ſi uſurarum reſtitutio ſtatim fieri non poſſet ſine iactura propriæ famæ. Dixi regulariter propter concluſiones ſubſequentes.

DECIMA

DECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius, qui aliqua extor .r per vſuram, non tenebitur ſtatim illa reſtituere: ſi ex reſtitutione ſtatim incurreret damnum vitæ, aut libertatis, aut famæ: licèt id quod reſtituit oni eſt obnoxium ſit maximi ualori , tamen tali impedimento, aut periculo tranſacto tenebitur ad ſtatim reſtituendum: idem dicitur, ſi illud talı reſtitutioni obnoxium de iure eſſet reſtituendum patienti extrema neceſſitatem. fol.360.

VNDECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius reſtituens rem extortam per vſuram creditori eius à quo ipſe extorſerat regulariter liberatur à præcepto re tituendi ei à quo ipſe extorſerat. fol 365.

DVODECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius in foro fori non liberatur ipſo iure a præcepto reſtitutionis rerum quas extorſiſſet per uſuras ſi illas inuito, aut ignorante eo a quo extorſerat, ſoluiſſet creditori ipſius. fol.367.

TERTIADECIMA CONCLVSIO.

Quamquàm uſurarius reſtituens extorta per uſurã creditori eius à quo ipſe extorſerat vſuras, ipſo ignorante, aut inuito, quoad forum fori remaneat adhuc reſtitutioni eorũ obnoxius, ut in I,inuito, uel ignorante. C de ſolutionibus, tamen benè liberatus à tali obligatione iudicabitur in foro fori a iudice cauſarum, forenſium. fol.368.

QVARTADECIMA CONCLVSIO.

Quamuis in foro fori uer ſſi mæ ſint præcedentes duæ concluſiones, in foro autem conſciẽtię uerſſimum quoque erit, quòd vſurarius, vel quicunque alius debitor ſoluens creditori eius a quo ipſe extorſerat: etiam eo ignorante, uel inuito liberatur à præcepto illud idem reſtituendi ei a quo ipſe ſic inuitè acceperat. fol.369.

QVINTADECIMA CONCLVSIO.

Vſurarius excuſabitur a reſtitutione vſurarum, non ſolùm ſtatim facienda, uerùm etiam pro ſemper propter ingreſſum illius in religionem approbatam, emittendo ibi profeſſionem. Primò ſi ante ingreſſum, ceſſiſſet bonis, ſi quæ habuiſſet ijs, a quibus ipſe extorſerat uſuras. Secundo ſi ſalua regulari diſciplina nihil in clau tro lucrari poſſet, uel ſpem haberet aliqua bona hereditandi: ſed ſi ante ingreſſum eius in religionem habuiſſet unde ſoluere potuiſſet uſuras, & ſua bona donaſſet monaſterio, tunc monaſterium, illud teneretur iuxta, ualorem rerum ſibi donatarum vſuras ſoluere creditoribus illius: idem dicitur, ſi monaſterium, aliqua lucraretur nomine ipſius vſurarii, uel aliquo eius artificiolo, quia tunc ipſe uſurarius aliquo modo non diceretur per ingreſſ m religionis fuiſſe abſolutus ab obligatione reſtituendi extorta per uſuram, cùm remanet obligatus ipſe in prædictis caſibus, & monaſterium in prædictis caſibus, & non aliter, quoniam non tenebitur perſiſtere in ſęculo, ut ſolueret debita huiuſmodi contracta, dũmodo ingrediatur ſpiritu Dei agitatus, & non ut euaderet incommoda ſęculi quæ huiuſmodi homines incurrere aſſolent: quoniam tunc peccarent grauiter. fol.370.

DECIMASEXTA CONCLVSIO.

Vſurarius non tenebitur de neceſſitate, ſalutis omnia extorta per uſuram erogare pauperib. quando ueri domini illarum, rerum ſunt penitus ignot (ut in quæſt. concluſione) a cedente cõſenſu, & diſpenſatione, ſeu compoſitione facta ſolùm ſummi pontificis, aut alterius ad id deſtinati, rationabili de cauſa, ut puta, paupertatis gratia alias non. fol.382.

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO.

Si uſurarius, de quo in præcedenti concluſione, poſt obtentam prædictam compoſitionem, & poſt diligen iſſimam inueſtigationem quantitatis rerum per uſuram extortarum, nõ potuerit perfectè deuenire in cognitionem omnium rerũ, quæ taliter extorſit, & conſulens ſuæ ſcrupuloſæ ac timoratæ cõſcientiæ, petat & obtineat rurſus cõpenſationẽ, de qua ſup. ab epiſcopo ipſius ordinario, e it tutus in conſcientia, licet forſan, non oĩa quæ extorſerat per uſurã, q̃ memoriæ eius nõ occurrunt, quapropter in tali caſu a reſtitutione facienda illius partis ſibi condonatæ prædicta de cã ab epiſcopo, excuſabitur, & liber permanebit ab obligatione aliquid reſtituendi, ſed ſi iudex uel eps noluiſſet arbitrari ſecundũ ꝙ uerіſimiliter ſibi uiſum fuiſſet, rema-

nebit ipſe, & non vſuratius obligatus ad reſiduum. Vnde tunc hæc non poterit dici propriè cõpenſatio, ſeu diſpenſatio, ſeu condonatio de aliqua parte uſurarum extortarum, ſed nudum iudicium, ſeu arbitrium de taxanda quantitate uſurarum extortarum, & iccirco hoc licebit epiſcopo, & non illud, quod continetur in præcedenti concluſione. fol. 385.

QVÆSTIO TRIGESIMASECVNDA.

Vtrum omnia bona vſurarij ſint hypothecata, ſeu obligata pro vſuris ſoluendis, illis, à quibus ipſæ extortæ fuerunt, ita vt quicunque ex ipſis aliquid aſſequutus fuiſſet, reſtituere illud teneatur.

PRIMA CONCLVSIO.

Bona quæ per uſuram ſunt extorta, & uſu non conſumuntur, ſunt obligata ei à quo ſunt extorta per uſurarium obligatione reali, ſi ipſa adhuc extant, & perſeuerant tam in manu uſurarij; quàm alterius etiam ſi per manus mille hominum ad ipſum titulo tã gratuito, quàm oneroſo, uel cauſa lucratiua, uel oneroſa perueniſſent, ac per conſequens eadem numero. fol. 389.

SECVNDA CONCLVSIO.

Bona per uſuram extorta uſu ipſo conſumpt.bilia, quæ alias functionem recipere dicũtur, ſi fuerint alienata, & ad alios translata, ſiue titulo oneroſo, ſiue lucratiuo, cùm per ipſa ſint vſurariorum perſonæ obligatæ obligatione perſonali, & non reali: cùm iam præſupponantur conſumptæ ſeu diſtinctæ, inde fit, ut regulariter, qui ea acceperunt a prædictis, non tenentur reſtituere illa ueris dominis, cùm remaneat perſona uſurarij obligata ad illa omnia reſtituenda: dixi regulatiter propter concluſiones ſubſequentes, quoniam ſolum ipſi uſurarij, uel eorum hæredes legitimi, quicunque illi ſint, ex teſtamento, cùm ratione hæreditatis ſubrogentur in locum eorum, & fictione iuris dicantur repreſentare perſonas eorum, & hoc regulariter. etiam & ſecundo dixi regulariter propter ſubſequentes concluſiones. fol. 392.

TERTIA CONCLVSIO.

Scienter recipientes talia extorta per uſuram uſu conſumptibilia ab ipſis uſurarijs, qui non erant ſoluendo, ſeu non habebant aliunde unde poſſent ſoluere, ſeu reſtituere extorta per uſuram ueris dominis, datur contra ipſos officio iudicis actio perſonalis, & ſubrogantur in locũ vſurariorum · vnde tenebuntur ſoluere vſuras extortas ab uſurarijs, uel reſtituere recepta ab vſurarijs ijs qui huiuſmodi uſuras ſoluerunt: ſi uerò ignorantes eos non poſſe ſoluere uſuras illa bona alienauerint, & ſibi tradiderint, recipientes non peccabunt: hi uerò qui uſuras ſoluerũt habent actionem perſonalem officio iudicis contra tales recipientes, ſi titulo lucroſo illa receperint: ſi uerò titulo oneroſo, ſubdiſtinguendum erit, quoniam aut tunc uſurarius nihil recipit, ut reſtituat creditoribus, ſed expendat in alimentis, uel dotando filiam. unde de rigore tenetur uidua effecta ipſa filia reſtituere creditoribus patris, & idem dicitur de genero, de uxore, filijsque uſurarij ab ipſo alimenta recipientibus. dicitur, quòd aut præcepti, habent unde ex proprijs bonis, uel conſanguineorum uiuere poſſint: aut non: ſi primo, tenentur, ſi ſumptuoſiùs, quàm eorum ſtatum decet, uolunt uiuere (loquendo de uxore) ſecus ſi iuxta eorum ſtatũ, cum ratione dotis aſſignatæ ſibi liceat ex ipſa uiuere. De filijs, quòd tenentur ſi aliunde uiuere poſſunt, & idem de famulis uolũtarijs ſcientibus bona uſurarij omnia eſſe uſuraria, & ſic ſunt concordandi ac interpretandi Cardinalis Zabarella in clem. 1. de vſur. quæſt. 8. Imola ibidem numero 54. & docet Nauarrus vbi ſupra, numero 268. & 271. & reliqui canoniſtæ in prima, & ſecunda concluſione citati, in üſdem locis. Vel ex diſtracta una poſſeſſione emit quid ſimile, uel ex ipſa pecunia ſatisfacit creditoribus, qui ei ſoluerunt uſuras: ſi ergo primo is qui ſoluit uſuras, habet actionem perſonalem contra eum, qui titulo etiam oneroſo recepit extorta ab uſurario: ſi ſecundo, non erit moleſtandus is ad quem peruenit res extorta per uſuram; ſed ſi ignoranter aliquis impendit ſeruitia, ſeu obſequia

vſurarij,

vſurarij, ſi aliquid ab ipſis recipiunt, tuta conſcientia illud retinebunt: Idem dicitur de eo, qui titulo oneroſo accepit aliquid ab vſurarijs, qui vltra ex torta per vſuras habebant alia bona legitimè acquiſita, quibus poterant ſatisfacere ſiȷ à quibus aliquid extorſerunt per vſuras. fol. 394.

QVÆSTIO TRIGESIMATERTIA.

Vtrum ſoli vſurarij teneantur vſuras extortas reſtituere, an etiam cooperatores.

PRIMA CONCLVSIO.

Iubentes, vt ſunt principes, aduocati, & quotquot ad tale iudicium concurrunt, per quos ſtatuta de ſoluendis, & exigendis vſuris conduntur, vel facta ſeruari præcipiuntur, vel aliàs ad vſuras ipſas ſoluendas fore alios compellunt quomodocunque, vel iam exactas non reſtitui adiudicantes, vſurarium mutuum fieri, ſine quorum iuſſione prædicta omnia non fierent, & ſi nihil de ipſis vſuris exactis aſſequuti fuiſſent, tñ ad illas reſtituendas inſolidũ tenebuntur cũ vſurarijs ipſis, & ſunt excommunicati ipſo facto niſi infra tres menſes dicta ſtatuta deleri iuſſerint cum effectu. Necnon & ratum habentes quando hoc fuiſſet factum, vt ſibi gratum exhiberetur. folio 397.

SECVNDA CONCLVSIO.

Conſulens vſurarium mutuum, etiam ſi ipſo non conſulente, alij conſuluiſſent, tenetur reſtituere vſuras indè exactas, ſi exigens ipſe à ſe conſultus non reſtitueret, quia tenetur inſolidum, ſed ſi taliter conſultus iam decreuiſſet ante tale conſilium vſuras exigere, tunc non teneretur, ſed ſi decreuiſſet, tamen non tam largas petijſſet, & exegiſſet vſuras, niſi ſuperueniſſet tale conſilium, tunc huiuſmodi conſulens tenebitur in defectum principalis reſtituere ſolùm illas plures quas vſurarius exegiſſet ratione ſui conſilij, non autem reliquas vſuras, quas iam ſtatuerat ante omne conſilium ſibi præſtitum exigere, cùm in illis conſules non fuerit occaſio talis exactionis. In dubio tamen præſumitur quòd vſurarius fuerit motus conſilio & non propria voluntate. Vnde niſi aliud conſtiterit, poterit cogi ad reſtitutionem, vt docet multis medijs, Fœlinus in cap. ſicut dignum. numero 16. folio 399.

TERTIA CONCLVSIO.

Conſentientes mutuis vſurarijs, & vſurarum exactionibus inde ſequutis, ſine quorum conſenſu non fuiſſent exactæ vſuræ, tenentur inſolidum reſtituere illas, etiam ſi nihil ex ipſis aſſequuti fuiſſent, ſi uſurarius ipſe non reſtituerit. folio 404.

QVARTA CONCLVSIO.

Palpantes ſeu adulatores vſurariorum, quotieſcunque eorum adulatio fuit cauſa exactionis vſurarum vel in totum vel in partem. Videlicet: vt iam propoſita vſurarum exactio augeretur, tenebũtur inſolidum cum vſurarijs illas reſtituere in totum vel in partem iuxta cauſam datam ab ipſis vt in ſecunda concluſione. folio 404.

QVINTA CONCLVSIO.

Præbentes domos & alia huiuſmodi commoda vſurarijs ad ſe recurrentibus pro abſcõdendis uſurarijs exactionibus, vel libris & alijs ſcripturis, quibus poſſent conuinci, & cõpelli vſurarij ad reſtituendas vſuras, ſi propterea, qui ſoluerant vſuras, illas obtinere non poſſent, quoniam in tali caſu tenerentur inſolidum, licèt idem fuiſſet conceſſum ab alijs. folio eodem.

SEXTA CONCLVSIO.

Participantes quoque cum vſurarijs in exactione vſurarum, tam ij qui in lucris vſurarijs participant, quàm mediatores quocunque nomine cenſeantur, famuli ſeu miniſtri vſurariorũ, cooperantes in exactione vſurarũ, vt ſunt illi qui illas negotiantur, ſeu exercent nomine alieno, licèt de illis nihil recipiant niſi conſuetum ſalarium reliquis miniſtris dari conſuetum, notarij quoque ſcienter vſurarium contractum ſcribentes palliando vſurarium mutuum: om-

nes enim hi ad reſtitutionem exactarum vſurarum tenentur inſolidum cum vſurarijs principalibus, nec excuſabuntur, eò quòd ſi ipſi non feciſſent, quàmplurimi alij feciſſent. folio 405.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Mutus & non manifeſtans, ſeu qui ſcit ubi ſint inſtrumenta uſuraria, uel libri uſurariorum, ex quibus poſſet is qui uſuras ſoluit, compellere uſurarios ad ſibi reſtituendas uſuras extortas, & in iudicio à iudice competenti compulſus fateri ueritatem præfatorum dicit ſe neſcire: quoniam hic talis tenebitur quoque ad reſtitutionem uſurarum inſolidum, cum uſurarijs ipſis. folio 405.

OCTAVA CONCLVSIO.

Non obſtans exactioni uſurarum is ad quem ex officio ſpectat, tenetur reſtituere inſolidum cum uſurariis ipſis, utpura, ſi princeps, aut officialis publicus fuerit, ad quem ſpectat prohibere delicta in ciuitate, uel caſtris, uel huiuſmodi, ne fiant: ſecus ſi hoc ex officio ſibi non competat.

NONA CONCLVSIO.

Prædicti omnes, quos dixi teneti inſolidum cum uſurariis ipſis reſtituere uſuras exactas, etiam ſi nihil ad eos peruenisſet, principali uſurario reſtituēte, abſoluuntur à præcepto, & obligatione huiuſmodi uſuras reſtituendi: ſed ſi aliquis ex huiuſmodi cooperatoribus uſuras ipſas reſtituiſſet, non tamen uſurarius ipſe eximetur ab obligatione reſtituendi uſuras exactas, ſed illas tenebitur reſtituere ei qui pro ſe ſoluit mutuatario. fol. 405.

QVÆSTIO TRIGESIMAQVARTA.

Vtrum liceat pecuniam, vel aliud mutuabile accipere mutuo ſub vſuris.

PRIMA CONCLVSIO.

Licebit vnicuique exiſtenti in extrema neceſſitate, uel pro exiſtente in tali extrema neceſſitate ſine aliquo peccato inducere ſuaſionibus ſuis diuitem ad ſibi mutuandum, vel alteri ſub vſuris, quando omnino ille talis noluiſſet mutuare gratis, licèt non eſſet paratus mutuare ſub vſuris, illi conſulendo minus peccatum, quod committet dando ad uſuram, quàm commiſiſſet non mutuando penitus, & ſic ipſum permittendo fame perire, quod pertinet ad peccatum homicidij, (quod grauius peccato uſuræ eſſe nulli dubium eſt.) fol. 408.

SECVNDA CONCLVSIO.

Sub vſuris petens mutuum ab eo qui eſt paratus mutuare ſub uſuris, & non gratis, nullo peccato ſe maculat in duobus caſibus. Primus eſt, ſi ſibi uel proximo, illud quod mutuo petitur, ualde neceſſarium eſt. Secundus, eſt, ſi uelit ex mutuata re ſibi conſulendo uacare mercaturæ licitæ, vt tali modo ſibi uictum, & omnia ad ſuum ſtatum decentia congregare poſſit. Veniale autem peccatum committet ſi hoc fecerit ad ſuperfluas congregandas diuitias, uel ut lautius uiuat: mortale peccatum autem erit, Primò ſi pro re illicita non ratione ſuſceptionis mutui, ſed ratione finis praui: & ſecundò ſi ſciens ſe non poſſe ſoluere poſt modum tempore debito, nihilominus mutuum ſub uſuris ſuſcipit: tertiò, uel ut ſic fallat mercatores: quartò, uel indè ſequitur depopulatio totius ſubſtantiæ ac patrimonij ſui, & propriæ familiæ, quam in perpetuum, uel quaſi egeſtati ſubiicit: quintò uel ratione ſcandali actiui, ut ſi epiſcopus, vel alia perſona religioſa ſuſciperet mutuum ſub uſuris habens neceſſaria, ut lautius uiueret. folio 409.

QVÆSTIO

QVÆSTIO TRIGESIMAQVINTA.

Vtrum vſurarij publici ſeu manifeſti ſint plectendi aliqua alia pœna vltra pœnam peccati mortalis, & obligationis reſtituendi extorta per vſuram, vnà cum omni damno indè illato.

PRIMA CONCLVSIO.

Laicus vſurarius manifeſtus eſt infamis infamia iuris, nulla expectata ſententia. fol. 412.

SECVNDA CONCLVSIO.

Laicum uſurarium occultum nulla iuris infamia notari, donec eius crimen detectum fuerit per ſententiam iudicis, patet, unde & poterit occultè reſtituere uſuram exactam, qua reſtituta ab infamia huiuſmodi omnino liberabitur. fol. 413.

TERTIA CONCLVSIO.

Laicus vſurarius manifeſtus non erit admittendus ad communionem altaris, quam tamen communionem altaris Innocentius, & Ioannes And. & Didacus Couarruuias locis citandis exponunt, ad recipiendum corpus Domini, alij verò, ut infra. fol. eo.

QVARTA CONCLVSIO.

Laici manifeſti uſurarij oblationes ablatæ in eccleſia non erunt ſuſcipiendæ. fol. eod.

QVINTA CONCLVSIO.

Laicus vſurarius manifeſtus non poterit tradi ſepulturæ eccleſiaſticæ, licèt in ultima uoluntate mandauerit hæredibus ſolui vſuras, quas exegiſſet dum ſanus fuiſſet: ſed oportebit eum omnino vel ſoluiſſe extortas uſuras, uel dediſſe non qualemcunque cautionem de ſoluendo illas, ſed pignoratitiam, uel fideiuſſoriam, de ſoluendo vſuras omnes extortas, & hoc mediante inſtrumento publici notarij: Hæc omnia tamen iuxta facultatem ipſius vſurarij: quia ſi nihil haberet (& hoc notoriè conſtaret) non eſſet moleſtandus, & reſtitutio plenaria facienda eſt, nec habebitur ratio ne egeat, vt latiùs probauimus (exponendo quoque, qualiter erit intelligenda huiuſmodi particula (ne egeat) in quæſt. concl. fol. 414.

SEXTA CONCLVSIO.

Vſurarii manifeſti, qui nullam poterunt præſtare cautionem propter paupertatem notam omnibus, poterunt ſepeliri in eccleſia, ſi præſtiterint iuratoriam cautionem de reſtituendis vſuris cùm ad pinguiorem fortunam deuenerint. fol. 415.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Laicus vſurarius manifeſtus reſtituens vſuras, & non intereſſe ſeu damnum illatum iis à quibus uſuræ fuerant extortæ, non ſubiacebit pœnæ indictæ in c. quáquàm, de vſur. in ſexto. Vnde & poterit ſepeliri in eccleſiaſtica ſepultura. fol. eod.

OCTAVA CONCLVSIO.

Vſurarii laici manifeſti teſtamentum, eſt ipſo iure nullum, nec alicui licebit ipſorum teſtamentis, intereſſe, immo, ſecundum Bal. in conſil. 334. lib. 2. lex principis non poſſet hoc ſtatuere, niſi præmiſſa cautione prædicta. fol. 416.

NONA CONCLVSIO.

Codicilli, ac donationes cauſa mortis manifeſtorum uſurariorum ſunt nullæ, ſicut fuit probatum de teſtamentis, niſi præmiſſa cautione prædicta. fol. 416.

DECIMA CONCLVSIO.

Laici vſurarii manifeſti teſtamentum ualidum erit, licèt factum fuiſſet ante præſtitam prædictam cautionem, dummodo ante mortem ipſius illam præſtitiſſet; ualidum verò non erit, ſi nõ ipſe, ſed hæres ipſius poſt mortem illius eam præſtitiſſet, ſicut nec ſi ipſam dictus vſurarius nõ præſtitiſſet propter abſentiam ſacerdotis, uel notarii publici, & hoc imputetur ſibi: in caſu tamen, quo hæredes poſt mortem ipſius cautionem præſtitiſſent, tunc concederetur illi ſepultura eccleſiaſtica. fol. 418.

VNDECIMA

VNDECIMA CONCLVSIO.

Cadauer vſurarij manifeſti ſepultum non præmiſſa cautione prædicta contra textus prædictos ſi poterit diſcerni ab alijs, debet ab eccleſiaſtica ſepultura ammoueri in odium tanti criminis. folio eodem.

DVODECIMA CONCLVSIO.

Laici vſurarij manifeſti ad confeſſionem, & ſacramentalem abſolutionem non debēt admitti, niſi facta reſtitutione vſurarum, vel ſaltem præmiſſa cautione prædicta prout in concluſione quarta. folio eodem.

TERTIADECIMA CONCLVSIO.

Laici vſurarij manifeſti non oriundi non poſſunt ab aliqua vniuerſitate, collegio, ciuitate, vel à ſingulari perſona, vel huiuſmodi, ad commorandum in eorum locis (vt ibi exerceant vſuras) admitti, verùm potius omnino infra tres menſes expelli, quod ſi non fecerint, vniuerſitas, & huiuſmodi incurrent ipſo iure pœnam interdicti epiſcopi verò, & ſuperiores pœnam ſuſpēſionis: inferiores verò eccleſiaſticæ perſonæ excommunicationis: & laicales perſonæ per cenſuram eccleſiaſticam compeſcantur. folio 419.

QVARTADECIMA CONCLVSIO.

Quæcunque adducta fuerunt in præcedentibus concluſionibus de pœnis vſurariorum manifeſtorum laicorum, locum habent etiam in clericis vſurarijs manifeſtis, imò fortiùs. f. eodē.

QVINTADECIMA CONCLVSIO.

Clerici vſurarij ſunt ſuſpendendi ab officio, & beneficio eccleſiaſtico, & laici excommunicandi: niſi deſtiterint ab extorſionis vſurarum exercitio, vſque ad dignam ſatisfactionem. folio 420.

DECIMASEXTA CONCLVSIO.

Clerici accipientes oblationes de manu vſurariorum manifeſtorum, illas reſtituere tenentur, & exequutione officiorum ſuorum carebunt, donec ſatisfaciant ad arbitrium epiſcopi. folio eodem.

DECIMASEPTIMA CONCLVSIO.

Sepelientes tam clerici, quàm laici in loco ſacro vſurarios manifeſtos non præuia reſtitutione vſurarum, vel idonea cautione de vſuris reſtituendis (prout latiùs in præcedentibus concluſionibus fuit dictum) illis perſonis, à quibus extortæ ipſę vſuræ fuerant, ipſo facto incidūt in excommunicationem maiorem. Et animaduertendum quòd appellatione ſepelientium, nō ſolùm veniunt actu ipſo ſepelientes vſurarios ipſos, ſcilicet, tumulantes, ſeu in foueam proijcientes, aut proprijs humeris ipſos in foueam deferentes (cùm ſint viliſſimæ perſonæ) uerùm etiam appellatione ſepelientium veniunt clerici portantes cereos, comitantes cadauer, decantantes officium ſolitum pro mortuis, paulò poſt ſepeliendis, portantes funus, fabricantes foueam, & denique omnes cooperatores huiuſmodi ſepulturæ talium vſurariorum. Cùm & in pœnalibus (etiam in materia excommunicationis,) fiat extenſio de caſu expreſſo ad caſum, qui implicitè in caſu expreſſo continetur: ſine qua extenſione, ſeu (& veriùs) interpretatione non ſaluaretur mens legiſlatoris; & dicta conſtitutio pœnalis eſſet eluſoria ac fruſtratoria. Vnde talem extenſionem legis pęnalis nolunt doctores extenſionem legis appellare, ſed mentem legis comprehenſiuam, cùm hoc intendiſſet prohibere tacitè legiſlator, quàmuis expreſsè ex ſonitu verborum hoc non innotuerit. folio 417.

Laus Deo.

REPERTORIVM AMPLISSIMVM MATERIARVM CONTENTARVM

IN PRÆSENTI TRACTATV DE VSVRIS circa contractum mutui, & obligatione & modo reſtitutionis earundem.

A

ABBATI excommunicato an monachus obedire teneatur. folio 382. nu 1.

Abraham non peccauit quando voluit immolare filium ſuum Iſaac, licèt Deus tunc talem immolationem præcipiendo non diſpenſauerit ſecum in præcepto, Non occides. 7. nu 17.

Abrahæ an diſpenſauerit Deus in matrimonio contracto cum Sara ſorore ſua. 79. nu. 20.

Abrahæ an verè fuerit Sara ſoror. 7. nu. 21.

Actio iniuriarum eſt quid pretio appretiabile. 24. numero 9.

Acquiſita malè ſunt in duplici differentia. 244. numero 3.

Adulatores uſurariorum quando ad reſtitutionem uſurarum teneantur. 454. num. 20.

Adultera quare impunè poſt occidi à patre & marito, & quare & in quo foro. 403. nu 43.

Adultera an teneatur fateri ſuo coniugi uel legitimis hæredibus uiri ſui ſe ſuſcepiſſe filium ex adulterio. 411. nu. 6.

Agentes & conſentientes pari pœna puniendos fore probatur. 104 nu. 6. & 117. nu. 28.

Alienæ rei appellatione quid veniat. 124. nu. 5.

Alienæ rei reſtitutio quare præcipiatur. 137. nu 8.

Alienam rem reſtituere dupliciter quis dicitur. 409. num 58.

Alienum inuadere, & detinere alienum an differant. 135. nu. 9.

Ad Amandum aliquem inclinari poſſumus, non autem cogi ab hominibus, & quare. 242. nu. 12.

Amicitia, & beneuolentia differunt: & quid vtrumque ſit. 119. nu. 4.

Amicitiam alicuius ſperare quando non liceat mediante mutuo. 239. nu. 8.

Anima uſurarij triplex detrimentum incurrit propter peccatum extorſionis uſurarũ. 114. n. 14.

Anima vſurarii propter peccatum vſuræ contrahit maculam, & quid ſit hæc macula. 114. numero 15.

Ancillarum pignoratarum fœtus ſibi pro dote non ſoluta non lucrabitur Gener, ſeu maritus. 217. num. 7.

Ad Antidora quiſque tenetur. 121. nu. 6.

Apoſtolica ſedes quas conſtitutiones, & decreta mutare poſſit. 116. nu. 27.

Aſſecurans & mutuans quando poſſit aliquid ſuſcipere. Vide in Ver. Mutuãs, et aſſecurans. Auari comparantur inſanis, & quare. 29. nu. 5.

B

BEneuolentia, & amicitia differunt, & quid utrunque ſit. 119. nu. 4.

Bona incertorum dominorum ſunt pauperibus eroganda de iure poſitiuo. 433. nu. 83.

Bona vſu non conſumptibilia per vſuram extorta an ſint obligata ſemper dominis ſuis etiam ſi per manus multorum pertranſierint. 4.7. numero 7.

Bona per vſuram extorta vſu ipſo conſumptibilia, cui ſint obligata. 410. nu. 9.

Bonæfidei poſſeſſor quos fructus rei bona fide poſſeſſæ reſtituere teneatur. 22. nu. 5.

Boni naturalis corruptio, quæ in vſurario relinquitur poſt peccatum extorſionis vſurarum, quid ſit. 114. nu. 16.

Bonis temporalibus indigentes ſunt in triplici differentia. 15. nu. 57.

Bonis egenti quid facere opus ſit. 377. nu. 12.

C

CAdauer vſurarij manifeſti ſepultum in eccleſia quando exhumari debeat. 46 nu 18.

Canonici iuris, & ciuilis ſcopus quid ſit. 116. numero 15. & 16.

Canonum voluntarij tranſgreſſores dicuntur blaſphemare in Spiritum Sanctum, & quare. 116. nu. 25.

Cauſa quid ſit. 453 nu 23.

Cauſa ſecundum Ariſt. quid. eodem. nu 24.

Cautela

Cautela ſeruanda ab vſurarijs in reſtituendo vſuras extortas ab ignoto domino. 286. numero 5 & 6.
Cautela per ſulchra qua reſtituens vti poteſt dum ſperat remiſſione debiti potiri. 388. numero 22.
Cautio & cautio idonea vel ſufficiens an differant. 463. num. 11.
Cenſum recipere loco dotis ſibi non reſtitutæ ab hæredibus mariti defuncti, quando vidua tuta conſcientia poſſit. 226. nu. 17.
Cenſum annuũ poterit accipere Gener donec ſolutæ ſibi fuerit dos vxoris ſuæ à ſocero. 117. numero 10.
Cenſus appellatione quid veniat. 39. nu. 16.
Centeſima vſura quid ſit. Vide in ver. Vſura centeſima.
Charitas ordinata incipit à ſeipſo. 16 nume. 59. & fol. 371.
Cibus, & labor moderatè ſumpti quid operentur; & quid immoderatè. 15. nu 56.
Ciuilis obligatio eſt pretio appretiabilis. 2 2. nu. 6.
Clauſtra monialium ingrediens eſt excommunicatus per bullam Gregorij XIII. 477. nu. 47.
Clerici accuſantes aliquos criminaliter quid facere debeant ne incurrant irregularitatem. 414. numero 64.
Clerici uſurarij manifeſti ſubiacent etiam pœnis uſurariorum laicorum manifeſtorum. 468. numero 21.
Clerici uſurarij ſunt ſuſpendendi ab officio & beneficio. 468. nu 23.
Clerici an poſſint accipere oblationes de manu uſurariorum manifeſtorum. 469. nu. 25.
Clericus an teneatur obedire epiſcopo excommunicato. 38. nu. 15.
Clericus conuentus ex maleficio cogitur ſoluere debitum incurſum non habito reſpectu ne egeat. 402. num. 40.
Codicilli, & donationes cauſa mortis uſurariorum manifeſtorum ſunt ipſo iure nullæ, non præmiſſa reſtitutione. 465. nu. 15.
Commiſſoriæ legis pactum in contractu mutui de iure canonico reprobatur. 196. nu. 6.
Committere in legem quis dicatur. 477. nu. 46.
Communia omnia habere quare hodie nemo teneatur ex laicis. 277. nu. 2.
Commodatum quomodo differat à mutuo, & quotupliciter ſumatur, & quam obligationem pariat. 5. nu. 5. & 6.
Conceſſio à doctoribus trib. modis ſumitur. Primò, pro nõ punitione, ſeu ſimplici pmiſſione, vel diſſimulatione. Secundò pro non punitione, & prohibitione impeditionis ſimul. Tertiò, pro non punitione, pro prohibitione impeditionis, ac auxilio ſimul. 54. nu. 1.
Conceſſio annuæ penſionis pecuniarum pro dote non ſoluta, an differat à conceſſione fructuum poſſeſſionis pignoratæ. 220. nu 11.
Condemnandus nemo erit inauditus. 326. nu. 42.
Conditiones nouem, quibus iuſtificatur contractus mutui cum pacto de aliquo recipiendo vltra ſortem ratione intereſſe lucri ceſſantis. 149. nu. 28. *& ratio conditionum aſſignatur.* 15. nu. 29.
Conditiones octo, quibus iuſtificatur contractus mutui cum pacto de aliquo recipiendo vltra ſortem ratione intereſſe damni emergentis. f. 178. *& ratio conditionum aſſignatur.* nu. 182.
Conditiones quinque quibus iuſtificatur contractus mutui cum pacto de pœnam aliquam conuentã ſoluenda à mutuatario, ſi tempore præfixo non reſtituerit mutuum, 189. *& ratio conditionum redditur.* 189. & 190.
Confeſſus, aut conuictus in legitimo iudicio poterit condemnari à iudice, non autem non confeſſus, aut non conuictus. 326. nu. 44.
Confeſſores mercatorum ponderare, ac obſeruare, quæ teneantur. 170. nu. 35.
Confeſſores quam regulam obſeruare debeant in iniungendo reſtitutionem faciendam à quocunq; reſtitutioni obnoxio. 133. nu. 45.
Confitenti ſacramentaliter fides adhibenda erit pro ſe, & contra ſe quoad ea, quæ ibi dicuntur ſine præiudicio alterius. 295. nu. 10.
Contra legis mentem faciens, & non contra verba legis incidit in pœnam legis. 469 nu. 30.
Contra legem facere quis dicatur. 477. nu. 44.
Cooperantes in ſtatutis fauentibus vſuras ſunt excommunicati. 85. nu. 2.
Cooperantes in vſuris exigendis in quam pœnam incurrant. 415. nu. 7.
Cooperari in damno proximis illato tripliciter ſumitur ac fieri contingit in materia uſurarum. 444. numero 3.
Cooperari in exactione vſurarum dupliciter contingit ibidem. nu. 4.
Cooperari in exactione vſurarum negatiuè quis dicatur, & quis poſitiuè. 445. nu. 5.
Cooperari uſurario ad mutuationem uſurariam differt à cooperari eidem ad acceptionem lucri ex mutuo, ſeu non reſtitutionem. ibidem. numero 6.
Cooperatores quando abſoluantur à præcepto reſtituendi uſuras, ipſis vſurarijs reſtituentibus. 455. numero 31.
Conſentientem & facientem par pœna conſtringere debet. 440. nu. 15.
Conſentientes exactionibus uſurarum, ſine quibus uſurarum exactio ſequuta non fuiſſet, tenentur inſolidum eas reſtituere. 454. nu. 25.
Conſentientes, & agentes pari pœna puniendos ſore probatur. 104. nu. 6. & f. 117 nu. 28.
Conſentire in peccatum & tollerare peccatum differunt:

ferunt: & quid denotet utrunque. 102.nu.1.

Conſentire quando quis dicatur erranti. 102.nu.3.

Conſcientia quando dicatur nos ſtimulare. 273.num.24.

Conſcientia noſtra nobis, fama verò noſtra proximis annis eſt neceſſaria. 275.nu.5.

Conſcientiæ forus in quo differat à foro iudiciali. 267.num.19.

Conſcientiæ iudicium, quando dicatur obligare ad aliquid comittendum, uel omittendum. 274.numero 25.

Conſcientiæ contrafaciens ædificat ad gehennam. 274.num.26.

Conſilium nudum in maleficio quis dicatur. 449.numero 16.

Conſilium dari contingit dupliciter. 450.nu.17.

Conſilium contrahendi dans ad quid teneatur. eod. numero 18.

Conſilium delinquendi dans ad quid teneatur. eod. numero 19.

Conſulere, vel inducere aliquem ad peccatum dupliciter conſideratur. 97 nu.1.

Conſulens minus peccatum, vt conſultus euitet maius, an peccet. 98.nu.2.

Conſulens mutuum uſurarium ad quid teneatur. 449.num.14.

Conſulens aut aliquid faciens in detrimentum proximi quando alij hoc ipſum feciſſent, ad quid teneatur. 451.nu.20.

Contractus mutui dicitur contractus bonæfidei. 159.numero 29.

Contractus mutui quando ſit vſurarius, quomodo poſſit cognoſci. 186.nu.5.

Contractus inutilis, quando non transferat dominium. 247.nu.5.

Conuentionalis pęna quid ſit, & ipſius exemplum. 185.num.2.

Contentus ex maleficio etiam clericus cogitur ſoluere debitum incurſum non habito reſpectu ne egeat. 402.nu.40.

Corrigere ſubditorum exceſſus negligentis pęna quæ ſit. 102 nu.40.

Corrigens multùm offendit. 106.nu.9.

Corruptio boni naturalis, quæ in vſurario relinquitur poſt peccatum vſuræ incurſum, quid ſit. 114.num.16.

Creditorem remittere debitum ex metu quotupliciter contingere poteſt. 395.nu.31.

Crudelitas eſt prohibita ſub præcepto, non occides. 404.nu.47.

Crudelis eſt famam ſuam negligens. 410. nu.60. & fol.404.nu.46.

Culpa lata quæ dicatur. 197.poſt nu.7.

D

Damni emergentis intereſſe quid ſit, & eius exemplum. 176.nu.1.

Damni emergentis intereſſe dupliciter contingit aliquem pati. 176.nu.2.

Damni emergentis intereſſe mutuator poterit paciſci antè moram mutuatarij concurrentibus octo conditionibus.f.176.nu.3.quæ tamen conditiones gradatim probantur.

Damni emergentis intereſſe poterit paciſci, & exigere mutuator poſt moram mutuatarij. 182.numero 4.

Dans ſpirituale pro aliquo temporali poteſt moueri aliqua ex quatuor cauſis, ſeu reſpectibus ibi recenſitis. 315.nu.36.

Debita res vt ſit alicui, dupliciter cōtingere poteſt. 38;.num.17.

Debiti remiſſio facta ex metu incuſſo non ad hoc obtinendum ualida eſt. 495.nu.32.

Debiti remiſſio facta à creditore non ualet in tribus caſibus. 389.nu.25.

Debiti remiſſio facta ex metu incuſſo iuſtè à magiſtratu ualet. ibid.nu.33.

Debiti remiſſio facta ex metu probabili damni notabilis ad hoc incuſſo, non ualet: Secus ſi metus fuiſſet leuis. ibid.nu.34.

Debiti remiſſio facta ex metu non lucrandi id, quod ex remiſſione facta lucrari ſperatur, eſt ualida. 396.nu.35.

Debiti remiſſio obtenta propter ignorantiam quādo ſit ualida in foro iudiciali. ibid.nu.36.

Debiti remiſſio obtenta propter ignorantiam quando ſit ualida in foro conſcientiæ. ibidem. numero 37.

Debitor moroſus comparatur furi. 260.nu.11.

Debitor moroſu: ad quid teneatur. 271.nu.23.

Debitor poſt ceſſionem bonorum, ad quid teneatur. 427.num.74.

Decalogi præcepta ſunt in duplici differentia, & quæ dicantur affirmatiua, & quæ negatiua: & quæ ſit eorum natura. 3.num.1.

Decalogi, ſeu moralia præcepta contenta in prima tabula in quod differant à præceptis ſecundæ tabulæ. 63.nu.2.

Defenſio vnicuique eſt indulta de iure naturali: & ideo nemini eſt denegandum. 326.nu.43.

Delicta non fore derelinquenda impunita multis legibus probatur. 103.nu.5.

Detinere iniuſtè alienum, & inuadere alienum, an differant. 135.nu.9.& 399.nu.39.

Deum non poſſe diſpenſare in uſuris quando dicatur. 75.nu.13.

Deum poſſe diſpenſare in uſuris quando dicatur. 75.numero 14.

Deus quando dicatur facere contra naturam, & quando ſupra naturam. 34.nu.6.

Deus præcipiendo Abrahæ immolationem Iſaac filij ſui, non diſpenſauit ſecum in præcepto. Non occides. 78.nu.17.

Deus ſolus poteſt auctoritatiuè dimittere peccata, & quare. 112.nu.20.
Dictantes, & cooperantes in ſtatutis fouentibus vſuras ſunt excommunicati. 85.nu.2.
Dies interpellat pro creditore. 354.nu.3.
Dignitas maior, ac ſublimitas peccantium maiora efficit eorum peccata. 16.nu.24.
Dilectio hominis ad ſeipſum eſt ſicut exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterum. 17.numero 6.
Diligendus eſt proximus non verbo, & lingua, ſed opere, & veritate. 19.nu.64.
Diſpenſans Papa cum vſurarijs circa pœnas à iure poſitiuo inflictas tali crimini: an peccet. 115.numero 23.
Diſpenſare quid ſit, & vnde dicatur. 75.nu.12. & f. 81.nu.1. & f. 110.nu.1.
Diſpenſare in vſuris quando dicatur Deum poſſe. 75.num.13.
Diſpenſare in vſuris quando dicatur Deum non poſſe. 75.nu.14.
Diſpenſare poterit, epiſcopus in infamia incurſa à clerico propter vſuras manifeſtè ab ipſo exactas. 4 8.nu.22.
Diſpenſare circa ius, et declarare ius, quomodo diſſerant inter ſe. 81.nu.2.
Diſpenſare propriè quid importet. 82.nu.3.
Diſpenſare an poſſit Papa, vt vſurarum exactio fiat ſine peccato. 82.nu.4.
Diſpenſatio papæ an aliquem eximat à pœna incurrenda propter peccatum vſuræ perpetratum. 112.num.14.
Diſpenſauit ne Deus in præcepto: Non occides, cum Abraham quando ei præcepit immolare ſibi filium ſuum Iſaac. 78.nu.17.
Diſpenſauit nè Deus in præcepto: Non occides, cum Samſon, qui ſe interfecit. 78.nu.18.
Diſpenſauit nè Deus in præcepto: Non occides, cum Eleazaro, qui ſe ſuppoſuit Elefanti, vt ipſum interficiendo ſaluaret populum ſuum. 79.numero 19
Diſpenſauit nè Deus cum Abraham, & Sara, vt matrimonio ſe coniungerent. 79.nu.20.
Doctorum varia opinio circa intellectum textum libri Deuter. c.23. ver.19. refertur, & examinatur. 40.nu.1.
Dolus, & fraus nemini debet patrocinari. 271. numero 22.
Dominia rerum temporalium ſunt in duplici differentia: nam alia dicuntur ortum habuiſſe de iure diuino, & alia de iure humano. 277.nu.1.
Dominij tranſlatio, & rei traditio differunt. 244. numero 2.
Dominiorum diuiſio proceſſit ac originem duxit à iure humano. 278.nu.3.
Dominiorum tranſlatio ut fiat iuſtè debet concurrere alterum ex tribus. 278.nu.6.
Dominium rerum extortarum per vſuram non transfertur ad vſurarios. 245.nu.4.
Dominium rerum quando non transferatur per contractum inutilem. 247.nu.5.
Dominium rerum an acquiratur per vim compulſiuam. 251.nu.9.
Dominium alicuius rei quando dicatur transferri, & quando non. 278.nu.9.
Donare non poteſt maritus vxori. 471.nu.38.
Donationes cauſa mortis, & codicilli vſurariorum manifeſtorum ſunt ipſo iure nullæ, non præmiſſa reſtitutione. 405.nu.15.

E

Ecclesia Santa quare permittat iudæis obſeruantiam ſuorum rituum non autem exactione vſurarum. 91.nu.8.
Eccleſia quando veniat appellatione pauperum. 292.numero 8.
Eleemoſina, & mutuatio quando erunt faciendæ ſub præcepto. 18.nu.63.
Eleemoſinam elargiri obligatus in aliquo caſu ſub præcepto an liberetur à tali præcepto mutuando ſolùm. 23.nu.69.
Eleazar an peccauerit ſe ſubmittendo elefanti ex ſuro propter vulnus inflictum ab ipſo Eleazaro. 79.num 19.
Empta res pecunia aliena nomine emptoris, erit emptoris & non domini pecuniæ. 440.nu.1.
Epiſcopo excommunicato, an clericus teneatur obedire. 382.nu.15.
Expræpoſitio quid importet. 118 nu.2.
Exactionibus vſurarijs non obſtans quando ad reſtitutionem vſurarum teneatur. 454.nu.39.
Exceptio firmat regulam in contrarium. 390. numero 26.
Excommunicati an ſint ingredientes monaſteria monialium ſine prætextu licentiarum. 479. numero 48.
Excommunicati ſunt ſepelientes vſurarios manifeſtos in loco ſacro. 469.nu.26.
Excommunicato Epiſcopo an clericus teneatur obedire. 382.nu.15.
Excommunicato Abbati, an monachus obedire teneatur. 381.nu.15.
Excommunicatis dominis an vaſalli obedire teneantur. 382.nu.16.
Excommunicatus eſt per bullam Gregorij XIII. ingrediens clauſtra monialium. 477.nu.47.
Excuſatus dicitur vſurarius à ſtatim reſtituendo propter remiſſionem creditoris. 385.nu.21.
Extenſio legis in pœnalibus an fiat ad id quod eſt de mente ipſius legis, & non de ſenſu verborum. 470.numero 31.

Extenſiua mens legis ſiue extenſa quid ſit. eodem. numero 33
Extrema in neceſſitate exiſtenti, vel pro tali licebit mutuum accipere ſub vſuris. 457. numero 3.

F

FAcere contra, & ſupra naturam Deus quando dicatur. 34. nu 7
Faciens contra legis mentem, & non contra verba legis incidit in pœnam legis. 470 nu. 30
Facta aliqua, quæ fieri ſunt prohibita, facta tamen tenent. 157
Factum opus lege prohibente, pro infecto, & nullius valoris habendum erit 246
Fama noſtra proximis, & conſcientia noſtra nobis neceſſaria eſt. 237 nu. 5
Fama pretioſior auro 404. nu. 45
Famam propriam ſpernere an liceat. 237. numero 4.
Famam negligere eſt crudelis. f. 404. num. 46. & f. 410. nu. 6.
Fideiuſſor fictus aliquid recipiens eſt vſurarius. 230. nu 2.
Fideiuſſor ſolo intuitu mutui contingentis eſt vſurarius ſi indè aliquid receperit. 230. nu. 3
Fideiuſſor intuitu damni emergentis, & lucri ceſſantis aliquid ſuſcipiens non erit vſurarius. 230. num 4
Fideiuſſor intuitu laboris recipiendi ratione ſoluendi fideiuſſa, & poſtea ea recuperandi: non erit vſurarius ſi aliquid recipiat pro tali fideiuſſione. 231. nu. 5
Fideiuſſor poteſt aliquid recipere ratione obligationis ciuilis, quam incurrit fideiubendo. 232. numero 7.
Fideiuſſorem aliquid recipere pro munere fideiuſſionis quotupliciter fieri contingat. 230. nu. 1
Fidem Catholicam accipere nullus infidelis cogi poterit. 91. nu 9
Filij vſurarij, & vxor & famuli quando excuſentur a reſtitutione eorum quæ conſumpſerunt in domo vſurarij, quæ per vſuram extorta fuerant. 441. nu. 11
Fœnerari an ſemper in ſacra ſcriptura ſumatur pro mutuare ſub vſuris. 46. nu. 3
Fœtus pecorum pignoratorum pro dote ſibi non ſoluta Gener faciet ſuos, illos non computando in ſortem. 217 nu. 7
Fœtus ancillarum pignoratarum ſibi pro dote non ſoluta, Gener non lucrabitur. 217. nu. 7
Forus conſcientiæ in quo differat à foro fori. 267. nu. 9
Fraus, & dolus nemini debet patrocinari. 271. numero 22
Fructus & intereſſe in quo differant. 147. ante numero 25
Fructus pignoris non computans in ſortem mutuatam quando ſit vſurarius. 195 nu. 5
Fructus rei pignoratæ quando quis teneatur computare in ſortem. 197. nu. 7
Fructus pignoris non ſeruatos quando quis reſtituere teneatur. 199. nu. 7
Fructus rei pignoratæ quis poſſit deducere pro expenſis. 199. nu. 8
Fructus rei pignoratæ quando Dominus directus non teneatur computare in ſortem 203. nu. 16
Fructus rei pignoratæ genero pro dote ſibi non ſoluta an ipſe gener faciat ſuos, ex ſolo priuilegio ſibi conceſſo, eos non computando in ſortem. 208. nu. 1
Fructus pignoris pro dote non ſoluta ſibi quando Gener faciat ſuos. 211. nu. 2
Fructus pignoris gener quãdo ſuſcipere poſſet, eos nõ cõputando in ſortem etiam conceſſo termino ſuo ſocero ad ſoluendam dotem ſuæ vxoris: pro qua fuerat ſibi aſſignatum pignus. 212. numero 3
Fructus pignoris aſſignati à ſocero ipſi genero pro dote ſibi non ſoluta, a quo die ipſe gener poſſit capere. 20?. nu. 4
Fructus pignoris aſſignati à ſocero ipſi genero pro dote ſibi non ſoluta, quando Gener ſuos facere poſſet. 216. nu. 5
Fructus ſunt in triplici differentia. 218. nu. 3
Fur ſurripiens pecuniam negotiationi paratam, ad quid teneatur. 142. nu. 10
Fur non poteſt petere intereſſe rei furtiuæ ab alio occupatæ, & quare. 144. nu 15
Fur comparatur debitori moroſo. 26?. nu. 11
Furari quid ſit. 6?. nu. 4
Furtum quid ſit. 6?. nu 1
Furtum, vſura, & rapina an differant quò ad obligationem reſtituendi altero ex his modis obtenta. 444. nu. 2

G

GEner quando non poſſit capere fructus pignoris pro dote non ſoluta ſibi. 211. numero 2
Gener fructus pignoris quando ſuſcipere poſſit, eos non computando in ſortem, etiam conceſſo termino ſuo ſocero ad ſoluendam dotem ſuæ vxoris, pro qua fuerit ſibi aſſignatum pignus. 212. nu. 3
Gener à quo poſsit capere fructus pignoris ſibi aſſignati pro dote non ſolutæ. 215. numero 4.
Gener quando non poſſit ſuos facere fructus rei pignoratæ ſibi à ſocero pro dote non ſolutæ ſibi.

ſibi. 216 nu. 5

Gener computare debebit in dotem omnes fructus rei pignoratæ ſibi pro dote, ſi quos percepiſſet antequam vxorem ſuam in domum ſuam duxiſſet. 216 nu 6

Gener faciet ſuos fœtus pecorum pignoratorum ſibi pro dote non ſolutæ. 217.nu.7

Gener non lucrabitur fœtus ancillarum ſibi pignoratarum pro dote non ſoluta 217.nu.8

Gener ſeu maritus quando lucrifaciat fructus rei pignoratæ ſibi pro dote non ſolutæ traditur regula optima. 217.nu.9

Gener poteſt accipere cenſum annuum donec ſoluta fuerit ſibi dos à ſocero. 217.nu.10

Generans omne generat ſibi ſimile. 163. numero 11.

Genero an fuerit priuilegium à iure quòd fructus rei pignoratæ ſibi pro dote non ſoluta à ſocero, faciat ſuos, illos non computando in ſortem. 208.nu.1

Granum tritici, vel cuiuſcunque ſeminis ſeminabilis quoad eius pretium quotupliciter poterit conſiderari. 141.nu 9

Humanum regimen deriuatur à diuino, & ideo in aliquibus ipſum imitari debet. 59.nu.17

H

HÆbrei, ſeu filij Iſrael quare non peccauerunt ſpoliando Aegyptum. 77.nu.16

Hæredes legitimi an poſſint ſuſcipere fructus rei pignoratæ pro dote non ſoluta ei, cuius ſunt hæredes. 221.nu 12. & quid dicendum ſit de hæredibus extraneis. 222.nu.13

Hæredes ſunt in triplici differentia. 285.nu.3

Homicidium quale ſit prohibitum per præceptũ: Non occides. 69.nu 6

Homines indigentes bonis temporalibus ſunt in triplici differentia. 15.nu.17

Homines accipientes de bonis uſurarij, ſunt in triplici differentia. 4 .nu.6

Hominis dilectio ad ſeipſum eſt ſicut exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterum. 17.nu 60

Homo liber teneri in carceribus an poſſit pro debito, ſi non habeat vnde illud ſoluat ſuo creditori. 419.nu.70

Homo liber an aliquando perſonaliter obligari potuerit pro debito pecuniario. 423.nu.70.

Humano vſui neceſſariæ res ſunt in duplici differentia. 13.nu.49

I

IEſus Chriſtus Dominus noſter, an poſſit dimittere peccata vt homo. 112.nu.21

Impedire maius peccatum non valens, niſi conſuluerit minus peccatum an conſulendo illud peccet. 98 nu.2

Impenſæ ſunt in triplici differentia. 194.nu 3

Impunita delicta minimè fore probatur per multas leges imperatorias 103.nu 5.

Indigentes bonis temporalibus ſunt in triplici differentia. 15 nu.17

Inducere aliquem ad peccatum dupliciter conſideratur. 97.nu 1

Inducere aliquem ad totum hoc, ſcilicet, minus peccatum, & inducere ſolùm ad ly minus, differunt. 100.nu 4

Inducere aliquem ad peccandum, & vti peccato alterius in bonum finem in quo differant. 456. numero 1.

Inducere aliquem ad aliquid faciendum quando quis dicatur. ſ.eod .nu.2

Induci ad aliquod faciendum quis dicatur propriè. 98 nu.3

Infideles non ſunt cogendi à principibus ad fidem catholicam ſuſcipiendam. 91.nu.9

Iniuriarum actio eſt quid pretio appretiabile. 240.nu.9

Iniuſtus ſpoliator rei alienæ de iure ciuili ſolum compellitur ipſum reſtituere, & non detentor ipſius: de iure autem canonico vterque. 458.nu 8

Inſtrumenta vſurariorum, vel alios libros non manifeſtans quando teneatur reſtituere inſolidum. 454.nu 29

Intendere aliquid, & ſperare aliquid differunt. 126.num.2

Intereſſe quid ſit. & vnde dicatur 141.nu.1

Intereſſe ſumptum vt genus generaliſſimum quid, & quotuplex ſit. 14 , poſt nu.15

Intereſſe inæſtimabile quid ſit. 143 nu 14

Intereſſe æſtimabile petibile quid ſit. 144. numero 15.

Intereſſe æſtimabile largè ſumptum quid ſit. 144.nu 17

Intereſſe æſtimabile, ac petibile ſtrictè ac propriè ſumptum quòd ſit triplex. 144 nu.18

Intereſſe ſingulare quid ſit, & quando quis ſoluere teneatur. 145 nu. 19

Intereſſe conuentum quid ſit. 145.nu.20

Intereſſe commune quid ſit. 145. numero vigeſimoprimo.

Intereſſe intrinſecum quid ſit. 146. numero vigeſimoſecundo.

Intereſſe extrinſecum quid ſit. 146. numero vigeſimotertio.

Intereſſe intrinſecum an in iudicio peti poſſit, & quale. 145.nu.24

Intereſſe, & fructus in quo differant. 147. ante. numero 25.

Intereſſe extrinſecum an in iudicio peti poſſit, & quale.

quale, quando agitur propter non factum. 147.nu.25

Intereſſe extrinſecum quando agitur propter maleficium, quando, quomodo, & quale peti poſſit in iudicio. 147 nu 26

Intereſſe lucri ceſſantis ratione mutui incurſum peti poterit concurrentibus nouem conditionibus. 149.nu.28.

Et ratio ipſarum conditionum requiſitarum redditur. 156.nu.29

Intereſſe lucri ceſſantis ratione, aliquid exigere antè factum erit diſſuadendum, & quare: poſt verò factum concurrentibus conditionibus prędictis non erit damnandum tanquàm vſurarium. 165.nu.32

Intereſſe lucri ceſſantis quomodo erit probandum in foro fori. 165.nu.33

Intereſſe lucri ceſſantis reſpectu, quando licebit mutuatori exigere aliquid à mutuatario vltra ſortem mutuatam, non tantùm pro primo anno, verùmetiam pro vlterioribus annis, & exẽplum traditur. 167.nu.34

Intereſſe lucri ceſſantis conditiones ſunt conſiderandæ à confeſſoribus mercatorum iuxta normam traditam in ſex corolarijs. 170. numero 35.

Intereſſe damni emergentis quid ſit. 176.numero 1.

Intereſſe damni emergentis dupliciter contingit aliquem pati. 176.nu.2

Intereſſe damni emergentis mutuator poterit paciſci antè moram mutuatarij concurrentibus octo conditionibus. 176.nu.3

Intereſſe damni emergenti poterit mutuator paciſci & exigere poſt moram mutuatarij. 182. numero 4.

Interpretari præceptum quid ſit. 74.nu.10

Inuadere & detinere aliena an differant. 135. nu.9 & f.497.nu.39.

Inuaſus quando præcepto charitatis teneatur interficere inuadentem, & quando totum oppoſitum. 17.nu.62

Iudæi quare compellendi ſint reſtituere vſuras exactas. 87.nu.2.& f.88.nu.4

Iudæi in duodecim caſibus (qui, & enumeratur) puniri poſſunt ab eccleſiaſticis prælatis, & poteſtatibus ſecularibus. 92.nu.10

Iudæorum vſurariam mutuationem tolerare quando principes, & prælati teneantur. 107. numero 11

Iudæis exactionem vſurarum prohibere teneantur principes, et officiales illarum terrarum, in quibus ipſi habitant. 87.nu.1

Iudæis quare Eccleſia Santa permittat impunè obſeruare ſuos ritus, & præcepta cerimonialia: & non exactiones vſurarum. 91.nu.8

Iudex inauditum condemnare non debet. 326. numero 42

Iudex denegare defenſiones reo non poteſt. 326. numero 43

Iudex non poteſt punire aliquem non confeſſum, vel non conuictum. 326.nu 44

Iudicis, ac teſtis aliquid accipientis pro iniuſtè exequendo munere ſuo peccatum, an differat à peccato meretricis quoad obligationem reſtituẽdi lucrum turpe huiuſmodi. 302.nu.11

Iudicialis pœna quid ſit. 185.nu.3

Iudicium conſcientiæ quando dicatur obligare ad aliquid committendum, vel ommittendum. 274.nu.25

Iura pęnalia etiam in materia excommunicationis extenduntur. 466.nu.16

Iuramentum & promiſſio de aliquid faciendo, vel omittendo quam recipiant interpretationem. 384.num.18

Iuramentum mutatum in melius non dicitur violatum, vt in c. peruenit. el 2. extra de iureiuran. 424.nu.7.

Ius naturale tripliciter ſumitur, ſcilicet, communiter, propriè, & magis propriè, & quid ſit vnumquodq; eorum. 34 nu 12

Ius idem vbi eadem ratio. 416. numero 67. & f.430.nu 76.

Iure naturali aliquid dicatur conceſſum, aut prohibitum, quæ requirantur. 35.nu.14

Iuris canonici, & ciuilis ſcopus quid ſit. 59. nu. 15. & 16.

L

Labor, & cibus moderatè ſumpti quid operentur, & quid immoderatè ſumpti. 15. numero 56

Laici vſurarij ſunt excommunicandi ſi non deſtiterint ab exactione vſurarum. 469.nu.24

Laicus vſurarius manifeſtus eſt infamis. 461.numero 5.

Laicus vſurarius occultus nulla infamia fœdatur donec per ſententiam denudetur crimen ſuum. 462.nu 6

Laicus vſurarius manifeſtus an admittatur ad cõmunionem altaris. f.eodem.nu 7

Legalis pęna quid ſit, & ipſius exemplum. 185. numero 4

Legalis pęna adiecta mutuo licitè exigi poterit à mutuatario. 191.nu.12

Legi facere fraudem quot modis contingat, & an talis incidat in pœnam ſtatutam non obſeruantibus legem talem. 471.nu.37

Legi fraudem quis dicatur facere. 477.nu.45

Legis commiſſoriæ pactum in contractu mutui de iure canonico reprobatur, & quare. 196. nume-

numero 6.
Legis mens ex tribus colligitur. 469.nu 28
Legis ratio dicitur mens ſeu anima legis. eodem. num.29.
Legis extenſio in pœnalibus an fiat ad id quod eſt de mente ipſius legis, & non de ſenſu verborum. 470.nu.31
Legis mens comprehenſiua quid ſit, & quotupliciter colligatur. eodem.nu.32
Legis mens extenſiua ſiue extenſa quid ſit. eod. numero 33.
Legis mens eſt ratio legiſlatorem mouens ad legem condendam. 471.nu.39
Legis mentem ſeruanti non eſt curandum de verbis legis. 472.nu.40
Lex poſitiua intendere debet exequi præceptum à iure naturali. 326.nu.41
Lex humana neminem excuſat à peccato tranſgreſſionis legis naturalis aut diuinæ. 403. numero 41.
Lex an extendatur in pœnalibus ad comprehenſa ſub mente. 470.nu.34
Lex etiam extenditur in pœnalibus quando talis extenſio eſt ſecundum mentem legis comprehenſiuam. 471.nu 35
Lex in pœnalibus non extenditur ſecundum mentem legis extenſiuam ſiue extenſam: in non pœnalibus ſic. f eod.nu.36
Liber homo teneri in carceribus an poſſit pro debito, ſi non habeat vnde illud ſoluat ſuo creditori. 419.nu.70
Liberi hominis perſona an aliquando obligari potuerit pro debito pecuniario. 423.nu.70
Loca pia, an veniant appellatione pauperum. 292.num.8
Locupletari cum aliena iactura nemini licet. 356.ante.nu.5
Locupletari cum aliena iactura non licet. 443. numero 1
Locupletior quando quis dicatur factus ex aliena re conſumpta bona fide. 12.nu.4
Lucra eroganda pauperibus quot. 391.nu 27
Lucri captandi ex mutuo ſpes eſt duplex. 12.numero 44. & f.126.nu.1
Lucri ſpes ex mutuo concomitans mutuationem, quæ dicatur. 13 nu.46
Lucri ſpes ex mutuo præcedens mutuationem, dicta impulſiua, quæ ſit. 13.nu.47
Lucri ſpes ex mutuo præcedens mutuationem, dicta finalis, quæ ſit, & an ſit vſuraria, & quare. 13.nu.48
Lucri illiciti pauperibus erogãdi duplex eſt genus: & quod ex his omnino ſit erogandum. 137. numero 9.
Lucri aſſequendi potentia quotuplex ſit. 141. numero 5.
Lucri ceſſantis intereſſe eſt duplex, & datur exemplum de vtroque. 141.nu 13
Lucri ceſſantis ratione nouem concurrentibus conditionibus, aliquid vltra ſortem mutuatam, mutuatori exigere licebit: & huiuſmodi conditiones recenſentur. f.149.num. 27. & probantur. 156.nu 29.
Lucri ceſſantis intereſſe reſpectu, antè moram mutuatarÿ licebit mutuatori paciſci de tali intereſſe ſibi ſoluendo. 161.nu.3
Lucri ceſſantis intereſſe reſpectu, aliquid exigere antè factum, erit diſſuadendum: poſt verò, factum concurrentibus prædictis nouem conditionibus, non erit damnandum, vt vſurarium. 165 nu.32.
Lucri ceſſantis intereſſe quomodo erit probandum in foro fori. 166.nu.33
Lucri ceſſantis intereſſe reſpectu, quando liceat mutuatori exigere aliquid à mutuatario vltra ſortem mutuatam; non tantùm pro primo anno tranſacto poſt mutuationem, verùm etiam pro vlterioribus annis: & exemplum traditur vt veritas magis eluceſceret. 167.nu.34
Lucri ceſſantis intereſſe contractum quomodo ponderare debeant confeſſores mercatorum traditur in ſex corolarÿs. 170.nu.35
Lucrum vſurarium eſt duplex, ſcilicet, per ſe, & per accidens. 138 nu.12. & f.388.nu.23
Lucrum vſurarium dictum per ſe, quid ſit. 138. nu 13. & f.388.nu.24
Lucrum vſurarium dictum per accidens, quid ſit. 138.nu.14. & f.388.nu.24.
Lucrum ceſſans quid ſit. 141.nu.2
Lucrum ceſſans dupliciter exemplificatur. 141.numero 3. & 4
Lucrum captum ex pecunia fœnebri eſt vſurarÿ, & non domini pecuniæ & quare. 440.nu.9

M

Machabeis cum, an Deus diſpenſauerit in præcepto; Sabbata ſanctifices, cùm ipſi die Sabbati præliati fuerunt ob ſui tutelam. 80 num.22.
Macula, quæ poſt peccatum extorſionis vſurarum in vſurarÿ anima relinquitur, quid ſit. 114. numero 15.
Mala aliquando toleranda ſunt, ne maiora pullulent. 106.nu.10.
Mala multa ſunt toleranda ſcandali vitandi gratia. 257.nu.3
Malum an ſit eligibile. 405.nu.45
Malæ fidei poſſeſſor quos fructus rei mala fide poſſeſſæ reſtituere teneatur. 135.nu.5.
Maritus. vide in ver. Gener.
Maritus vxori donari non poteſt. 471.nu.38

Mechari

Mechari quid ſit. 68 nu. 4.
Mens legis comprehenſiua quid ſit: & quotupliciter colligatur. 470.nu.32.
Mens legis extenſiua ſiue extenſa quid ſit. eodem. numero 33.
Mens legis eſt ratio mouens legiſlatorem ad legem condendam. 471.nu.39.
Mens legis ex tribus colligitur. 469.nu.28.
Mentem legis ſeruanti non eſt curandum de verbis 472 nu.40.
Mentalis vſurarius quotupliciter dici poſſit. 127. numero 4.
Mentalis vſurarius vt quis dici poſſit: quæ concurrere oporteat. 127.nu 3.
Mentiri quid ſit. 68.nu.4.
Meretrix quare non teneatur reſtituere id, quod acquiſiuit mediante peccato meretricij & quòd iudex, ac teſtis ab aliquibus dicatur teneatur. 302.numero 11.
Meretrix non publica non auditur in foro fori, ſi petierit ſibi ſolui pretium conuentum ipſius meretricij: & quare meretrix tam publica, quàm occulta etiam ſi fuerit coniugata, virgo, vidua & huiuſmodi etiam patris tutela non teneatur reſtituere id, quod acquiſiuit ex meretricio. 303.num.12.
Meretricibus eſt à iure eſt prohibitum aliquid recipere à militibus armatæ militiæ. 304.nu.12.
Miraculum quid ſit. 34.nu.8.
Miraculum in quo differat à mirabili. 34.nu.9.
Miſericordia periculoſa, & mala quæ ſit. 89.nu.6.
Monachus an teneatur obedire Abbati excommunicato. 382.nu.15.
Monaſteria quando veniant appellatione pauperũ. 292.num.8.
Monaſteria monialium ingredientes ſine prætextu licentiarum an ſint excommunicati. 479.nu.48.
Monaſterium ſeruus ingrediens ſine conſenſu domini ſui, extrahendus eſt. 424.nu 72.
Monialium clauſtra ingrediens eſt excommunicatus per bullam Gregorij XIII. 477.nu.47.
Moroſus debitor comparatur furi. 260.nu. 11.
Moroſus debitor ad quid teneatur. 271.nu.23
Mulcta quid ſit. 110.nu.6.
Mutui diffinitio, quæ ſit. 3.nu.2.
Mutui contractus quomodo differat à cõtractu donationis, cambij, locationis, depoſiti, & aliorum contractuum. 7.nu.8.9.& 10.
Mutui contractus tripliciter deficit à ratione mutui. 8.nu.14.
Mutui contractus, dicitur contractus bonæfidei. 150.nu 29.
Mutuo ſub, quæ cadant. 3.nu.3.
Mutuo mediante quando non liceat ſperare amicitiam alicuius. 239.nu.8.& f.242.nu.11.
Mutuum differt à commodato, & in quibus. 5.n.5.
Mutuum dupliciter ſumitur. 5.nu.7.
Mutuum naturale tantùm quid ſit. 8.nu.11.
Mutuum ciuile tantùm quid ſit. 8.nu.12.
Mutuum naturale, & ciuile quid ſit. 8.nu.13.
Mutuum reconciliatur dupliciter. 8.nu.15.
Mutuum dupliciter ſumitur. 8.nu.16.
Mutuum vſurarium principes, & prælati non poſſunt tolerare pro quocunque aſſequendo commodo temporali. 102.nu.2.
Mutuum date nihil indè ſperantes dupliciter exponitur. 48.nu 2.
Mutuum vſurarium præcipere poteſt dupliciter conſiderari. 448.nu.13.
Mutuum petere ſub vſuris quando nullum ſit peccatum: quando verò veniale & quando mortale. 457.nu.4.
Mutuans propter beneuolentiam, ad ipſam principaliter obtinendam ratione ſui, ex mutuo: ſi quid indè acquirit, ad reſtitutionem non tenebitur. 122.nu.1.
Mutuans propter beneuolentiam, & aliquid indè acquirens à non ſponte dante, quando teneatur illud reſtituere. 122.nu.2.& f.123.nu.3.
Mutuans principaliter propter lucrum (vt lucrum eſt) aſſequendum. vſurarius eſt. 133.nu 7.
Mutuans principaliter propter lucrum (vt lucrum eſt) ad reſtitutionem rei indè ſic lucratæ tenebitur. 134.nu 8.
Mutuans principaliter lucrum (vt lucrum eſt) aſſequendum: & aliquid recipiens à gratis dante, non tenebitur ad reſtitutionem illius. 136. numero 10.
Mutuans ſub vſuris hoſtibus ipſius, & indè aliquid recipiens quando non peccet. 238.nu.7.
Mutuans, & aſſecurans quando pro aſſecuratione dicatur poſſe aliquid accipere. 255.nu 3.
Mutuans in materia vſurarum quid denotet. 14. numero 53.
Mutuatarius licitè poterit obligari ad ſolutionem pœnæ iudicialis vltra ſortem. 190.nu.11.
Mutuatio, & eleæmoſina quando cadunt ſub diuino præcepto. 18.nu.63.
Mutuationem illicitam reddere ſex circunſtantiæ poſſunt. 31.nu.3.
Mutuationem vſurariam iudæorum prohibere tenentur principes, et officiales terrarum illarum, in quibus ipſi iudæi habitant. 87.nu.1.
Mutuationem vſurariam prælati tollerantes in terris ſibi ſubiectis pro aliquo temporali damno vitando grauiter peccant. 104 nu.7.
Mutuationem vſurariam iudæorũ prælati, & Principes Chriſtiani tollerare poſſunt pro maiori malo ſpirituali vitando. 105.nu.8.
Mutuationem vſurariam iudæorum quando prælati, & principes tollerare teneantur. 107.numero 11.

Mutuator an poſſit adijcere pœnam mutuo ſibi ſoluendam vltra ſortem, ſi tempore præfixo rem mutuatam, ſeu æquiualens ſibi mutuatarius non reſtituerit: & quot conditiones requirantur ad validitatem talis contractus. f. 186. concluſione prima: Conditiones verò ipſę iuſtificantes talem contractum, traduntur, & probantur. 189. *numero* 10.

Mutuator vſurarius ad quid teneatur. Vide in ver. vſurarius.

Mutuator ſperando lucrum ex mutuo, ſpe dicta ſecundaria, ſe concomitante mutuum, uſurarius non eſt. 129. *nu.* 5.

Mutuare nolens ut augeat propriam facultatem, vel dignitatem, an peccet. 23. *num.* 68. *& fol.* 24. *num.* 70.

Mutuare an teneatur is, qui eleemoſinam elargiri ſit obligatus in aliquo caſu: & an mutuando liberetur à præcepto eleemoſinam elargiendi. 25. *num.* 69.

Mutuare ſub præcepto obligatus, aliqua de cauſa, tenebitur gratis mutuare, aliàs peccabit peccato vſuræ: & ad taliter per vſuram acquiſita reſtituenda tenebitur. 25. *nu.* 71.

Mutuare ſub vſuris prohiberi, fuit rationi valdè conſentaneum, & afferuntur ad hoc probandum octo rationes irrefragabiles. 27. *nu.*...

Mutuare ſub vſuris non eſſe illicitum ex parte obiecti, videtur prima fronte. 31. *nu.* 1.

Mutuare ſub vſuris non eſſe illicitum ex parte circunſtantiæ, videtur prima fronte. 31. *numero* 2

Mutuare ſub vſuris prohibitum eſſe de iure naturali probatur multis medijs. 35. *nu.* 15.

Mutuare ſub vſuris etiam gentibus: omnibus. etiam iudæis eſt prohibitum de iure diuino contento in teſtamento veteri: quod & probatur multis medijs. 43 *nu* 2.

Mutuare ſub vſuris eſſe prohibitum à iure diuino contento in teſtamento nouo, multis medijs probatur. 47. *nu.* 1.

Mutuare ſub vſuris eſſe prohibitum de iure canonico multis medijs probatur. 50. *nu.* 1.

Mutuare propter beneuolentiam, & mutuare ex beneuolentia an differant. 118. *nu.* 1.

Mutuare propter beneuolentiam, & ex beneuolentia an ſit licitum. 119. *nu.* 5. & 6.

Mutuare propter beneuolentiam, non ratione ſui: ſed ut ex vi mutui ipſa beneuolentia (ut quodam medium) acquiratur: an liceat. 120. *numero* 7.

Mutuare ſub vſuris hoſtibus ſui, ſola ratione odij, ſeu mutui non licet. 235. *nu.* 1.

Mutuare ſub vſuris ijs hoſtibus, à quibus quis fuit læſus, & aliquid vltra ſortem recipere ſolo intuitu mutui, illicitum eſt: & quando lucrum nō ſit reſtitutioni obnoxium. 236 *nu.* 2.

Mutuare ſub vſuris hoſtibus, quibus liceat. 237. *numero* 6.

Mutuari veſtris quare non dicatur. 4. *nu.* 4.

N

Natura à ſacris Theologis vndecim modis ſumitur. 33 *nu* 5.

Natura à canoniſtis, & iuriſtis tripliciter ſumitur. 34. *nu.* 10.

Natura ſumpta à Philoſophis, quid ſit. 34. *numero* 11.

Natura, & perſona ſuperflua pro ſe, & ſuis habens, an illud teneatur ſub præcepto erogare exiſtenti in qua ſi extrema neceſſitate. 21. *numero* 65.

Naturale ius tripliciter ſumitur: idelicet, communiter, propriè, & magis propriè: & quid ſit vnumquodque eorum. 34 *nu.* 12.

Naturam contra, quando Deus aliquid facere dicatur: & quando ſupra naturam. 34. *numero* 6.

Naturam contra, facere, quid denotet. 34. *numero* 7.

Naturalis boni corruptio, quæ in vſurario relinquitur poſt peccatum extorſionis vſurarum, quid ſit. 14. *nu.* 6.

Neceſſarium ſibi exiſtenti in extrema neceſſitate non erit regulariter elargiendum eleemoſinaliter, vel ſub mutuo, ſub pœna peccati mortalis. 15. *nu.* 58.

Neceſſarium ſibi exiſtenti in extrema neceſſitate aliquando eſt ſub conſilio elargiri eleemoſinaliter, vel ſub mutuo. 17. *nu.* 61.

Neceſſitas quaſi extrema quæ dicatur. 21. *numero* 66.

Neceſſitatis tempore omnia eſſe communia quomodo ſit intelligendum. 80. *nu.* 6.

Nemo pro reſtitutione facienda tenetur ſe vendere. 410. *nu* 61.

Norma ſeruanda in compenſationibus ſeu remiſſionibus de parte debitorum. 433. *numero* 79.

Notarius appellatur ſeruus publicus. 463. *numero* 10.

O

Oblatio vſurarij manifeſti in Eccleſia facta non erit recipienda, ſeu eleemoſinæ quando. 186, *numero* 8.

Obligatio diuidua quid ſit. 186 *nu* 6.

Obligatio diuidua, & indiuidua quomodo differant. 186. *num.* 7.

Obligatio indiuidua quid ſit, & ipſius exemplum. 186.

186.num.9.

Obligatio ciuilis eſt pretio appretiabilis. 232. numero 6.

Obligatio ciuilis quid ſit, & quot modis contrahatur. 258.nu.1.

Obligatio naturalis quid ſit, & quot modis contrahatur. 258.nu.2. vbi, & traditur exemplum vtrarumq; obligationum.

Obligatio ad aliquid ſoluendum eſt duplex. 436. numero 2.

Obligatio realis quid ſit. ibid nu.3.

Obligatio perſonalis quid ſit. ibid.nu.4.

Obligatio realis à perſonali differt tripliciter. ibid. numero 5.

Obligationem verbis factam alijs poſſe verbis diſſolui, probatur. 453.nu.22.

Obligationis vinculum eodem modo diſſoluitur quo acquiritur. 448.nu.12.

Obligationis diuiduæ exemplum traditur. 186. numero 8.

Occidere inuaſorem, ſeu aggreſſorem quando liceat. 1⁻.nu 62.

Opinio doctorum varia circa intellectum tex. lib. Deuter.c.23.ver.19.qui textus refertur, et examinatur. 40.nu.1.

Opinio Diui Thomæ, Caietani, Dominici à ſoto, Riccardi à media villa, Durandi, Antonij Andreę, Alexandri de Ales, Diui Bonauenturæ, Scoti. Gabrielis Biel referuntur cum ſuis fundamentis quoad quæſtionem illam per difficillimam, in qua quæritur. An Deus poſſit diſpenſare in præceptis Decalogi: ac per cõſequens in vſuris prohibitis præcepto diuino ſub verbis illis. Non furtum facies, & tandem omnes ferè reconciliantur, & comprobantur ſolùm ſonitu verborum adinuicem aduerſari: non autem in rei veritate à fol. 64. vſque ad folium. 72. incluſiuè.

Opinio doctorum varia circa quæſtionem, in qua quæritur. An liceat aliquando conſulere minus peccatum, vt euitaretur maius. 94. & ſequentibus.

Opus factum lege probibente, pro infecto, & nullius valoris habendum erit. 246.

Oſeæ an peccauerit ſumendo ſibi fornicariam, ex Dei imperio. 76.nu.15.

P

PActum initum de ſoluendo mutuatori vltra rem mutuatam ratione intereſſe lucri ceſſantis, quam conditionem habere debet. 158.

Pactum legis commiſſoriæ in contractu mutui reprobatur de iure canonico. 195.nu.6.& recenſetur. 202.poſt nu.10.

Pactum legis commiſſoriæ quare in contractu emptionis & venditionis locum habeat, non autem in contractu mutui. 202.nu 11.

Pactum legis commiſſoriæ locum habet etiam in fideiuſſore ſoluente pro fideiuſſo. 202.nu.12.

Papa an poſſit diſpenſare cum aliquo, vt vſurarum exactio fiat ſine peccato. 82. numero 4.

Papa poteſt punire fideles, & infideles pro præceptorum moralium tranſgreſſione, ſeu decalogi. 87.nu.3.

Papa quas leges nouas condere poteſt. 116. numero 26.

Papa habet plenitudinem poteſtatis ſupra ius poſitiuum. 43?.nu.81.

Pater in neceſſitate conſtitutus poteſt filios vendere. 430 nu.77.

Pauper vſurarius quando ſibi, aut pauperibus conſanguineis poterit reſtituere uſuras extortas per eum. 289.nu.8.

Pauperes quare ſuccedunt hæredibus ignotis, quibus facienda eſſet reſtitutio. 288 nu.7.

Pauperibus vſuras extortas quando vſurarius poſſit, & teneatur reſtituere. 286 nu 4.

Pauperibus lucra eroganda quot. 391.nu.27.

Pauperibus eroganda ſunt bona incertorum dominorum de iure poſitiuo. 4?3 nu 80.

Pauperum appellatione quando veniant Eccleſiæ, monaſteria, & alia loca pia. 2?2.nu.8.

Peccantium ſublimitas, ac maior dignitas maiora efficit eorum peccata. 116.nu.24.

Peccans per electionem an peccet in Spiritum Sanctum. 311.nu.24.

Peccare manifeſtè quis dicendus ſit. 461.nu.4.

Peccata dimittere an poſſit Dominus Ieſus Chriſtus, vt homo. 112.nu.21.

Peccata dimittere auctoritatiuè ſoliùs Dei eſt, & quare. 112 nu.20.

Peccatum quid ſit. 110.nu.2.& 40?.nu.2.

Peccatum vſuræ quomodo dicatur inducere reatũ pœnæ in ipſum vſurarium. 115.nu.18.

Pecunia, vel quid ſimile mutuabile, quando vendi poſſit vltra ordinarium eius pretium. 14?.numero 8.

Pecunia tranſlata ad alium, ipſo requirente, & pecunia tranſlata ad alium ſine ipſius requiſitione, in valore differunt. 145.nu.12.

Pecuniæ potentia ad lucrum vt ſubſtat induſtriæ vtentis, quid ſit. 141.nu.7.

Pecuniæ potentia abſolutè ſumpta quid ſit. 141. numero 6.

Perſona liberi hominis an aliquando obligari potuerit pro debito pecuniario. 423.nu.20.

Pignus vnde dicitur. 194.nu.1.

Pignus quid ſit. 194.nu.2.

Pignus recipiens pro re mutuata, & indè recipiens

aliquod

aliquod emolumentum quando non peccet. 194.nu.4.

Pignus perdens ſine dolo,ad eius reſtitutionem non tenebitur. 202.nu.13.& 14.

Pignoris fructus non computans in ſortem mutuatam,quando ſit vſurarius. 195.nu.5.

Pignoris acquiſitio ſecundum pactum legis commiſſoriæ, de Iure Canonico in contractu mutui reprobatur. 196.nu.6.

Pignoris traditio quare dicatur contractus celebratus gratia vtriſque. 198.poſt nu.7.

Pignoris fructus non ſeruatos quando quis reſtituere teneatur. 199.nu 7.

Pignoris Dominus nunquam efficietur ipſe mutuator, etiam cum pacto non ſolutionis rei mutuatæ, pro qua pignus aſſignatum fuit ſibi à mutuatario. 201.nu.10.

Pignoris fructus pro dote ſibi non ſoluta, quando gener faciat ſuos. 211.nu.2.

Pignoris fructus gener quando ſuſcipere poſſit, eos non computando in ſortem, etiam conceſſo termino ſuo ſocero ad ſoluendam dotem ſuæ vxori: pro qua fuerat ſibi aſſignatum pignus. 212.num.3.

Pignoris fructus aſſignati à ſocero ipſi genero pro dote non ſoluta: ipſe gener à quo die capere poſſit. 215.nu.4.

Pignoris fructus aſſignati genero ipſi à ſocero pro dote ſibi non ſoluta, quando ſuos facere non poſſit ipſe gener. 216 nu.5.

Pignoris fructus aſſignati à ſocero ipſi genero pro dote ſibi non ſoluta (ſi quos percepiſſet) computare debebit in ſortem, antequàm vxorem duxiſſet in propriam domum, & eam alimentaſſet. 216 nu 6.

Pignoris fructus pro dote ſibi non reſtituta ab hæredibus mariti defuncti, quando vidua recipere poſſit. 223.nu 14.

Pignoris fructus aſſignati à ſocero ipſi genero pro dote ſibi non ſoluta (ſi quos percepiſſet, antequam duxiſſet vxorem in propriam domum) computare debebit in ſortem ipſe gener. 216. numero 6.

Pignoratitia actio in quibus caſibus detur. 200. poſt nu.9.

Pignoratitię rei fructus quando mutuator in ſortem mutuatam computare teneatur. 197. numero 7.

Pignoratæ rei fructus quis poſſit deducere pro expenſis. 199.nu 8.

Pignoratæ rei pretium excedens pretium rei mutuatę erit reddendum Domino rei ſic pignoratæ. 200.nu.9.

Pignoratæ rei Dominus directus quando non teneatur fructus ipſius computare in ſortem. 203 nu.16.

Pignoratæ rei pro dote non ſoluta genero traditæ a ſocero, fructus an ipſe gener faciat ſuos ex ſolo priuilegio,illos non computando in ſortem. 208 num.1.

Pignoratæ rei fructus quando Gener lucrifaciat ratione dotis non ſolutæ traditur optima regula. 217 nu 9.

Pignoratæ poſſeſſionis fructuum conceſſio pro dote non ſoluta,an differat à conceſſione annuę penſionis donec ſoluta fuerit dos promiſſa genero. 220.nu.11.

Pignoratæ rei fructus pro dote non ſoluta, an hęredes legitimi generi ſeu mariti ſumere poſſint, ſicut poterat is cuius ſunt hęredes. 221.numero 12.et quid dicendum ſit de hęredibus extraneis. 222 nu.13.

Pignoratam rem damnificans tenetur ad damni illati reſtitutionem. 202.nu.15.

Pignoratarum ancillarum fętus pro dote ſibi non ſoluta Gener non lucrabitur 217.nu 8.

Pignoratorum pecorum fętus pro dote ſibi non ſoluta Gener lucrabitur. 217.nu.7.

Pęna quid ſit. 110.nu.3.

Pęna debita pro peccatis duplex eſt. 110. numero 4.

Pęna diuina quæ dicatur, & quotuplex ſit. 111. numero 11.

Pęna diuina corporalis quæ dicatur. 111.nu.12.

Pęna diuina ſpiritualis quæ dicatur. 112. numero 13.

Pęna (quoad materiam vſurarum) eſt triplex. 185.num.1.

Pęna conuentionalis adiecta mutuo quid ſit, & ipſius exemplum. 185.nu 3.

Pęna legalis quid ſit, & eius exempla. 185. numero 4.

Pęna legalis adiecta mutuo exigi licitè poterit à mutuatario. 191.nu.12.

Pęna adiecta mutuo quando tota exigi poterit. 191.num.13.

Pęna iniuncta à lege quando ſit ſeruanda in foro pęnitentiali. 418.nu.11.

Pęnalia iura etiam in materia excommunicationis extenduntur. 466.nu.16.

Pęnam iudicialem adiectam mutuo, incurſam ſoluendam licitè ipſe mutuatarius a iudice compelli poterit. 190.nu 11.

Pęnam inflictam à iure ſoluere in foro conſcientiæ nemo tenebitur,niſi in foro fori condemnatus fuerit 325.nu.40.

Pęnæ iudiciales à iure ciuili inflictæ ſunt octo. 110.nu.5.

Pęnæ iudiciales introductæ à iure canonico ſunt in triplici differentia. 111.nu.7.

Pęnę iudiciales introductę à iure canonico,quę perſonales dicuntur,quę ſint. 111 nu.8.

Pęnę

Pęnæ reales introductę de iure canonico quę ſint. 111.*num* 9.

Pœnę mixtę introductę de iure canonico, quę ſint. 111.*nu*.10.

Pœnę reatus (qui remanet in vſurario poſt peccatum extorſionis uſurarum) quid ſit. 116. *numero* 17.

Poſſe aliquid facere quotupliciter ſumitur. 366. *numero* 10.

Poſſeſſor bonæfidei quos fructus rei bona fide poſſeſſæ reſtituere teneatur. 123.*nu* 5.

Poſſeſſor malæfidei quos fructus rei mala fide poſſeſſæ reſtituere teneatur. 123 *nu*.5.

Poſſeſſor malæfidei alicuius rei ſic poſſeſſæ maiores fructus ex ipſa re recipiens ex ſua induſtria quàm Dominus illius percepiſſet: ad quid teneatur. 269 *poſt nu*.20.

Poſſidere aliquid iniuſte, & ſine obligatione reſtituendi illud quando quis dicatur. 394. *numero* 29.

Potentia pecuniæ abſolutè ſumpta quid ſit, & quid ſumpta vt ſubſtat induſtriæ vtentis ea. 141.*nu*.6.& 7.

Potentia pecuniæ ad lucrum aſſequendum quotuplex ſit. 141.*nu*.5.

Præcepta decalogi, ſeu moralia ſunt in duplici differentia: & quæ affirmatiua, & quæ negatiua dicantur: & quæ ſit eorum natura, & numerus. 3.*nu*.1.

Præcepta decalogi, ſeu moralia contenta in prima tabula in quo differant à præceptis contentis in ſecunda tabula. 65.*nu*.2.

Præcepta moralia immutabilia ſunt. 67.*nu*.3.

Præcepta moralia quare ſint immutabilia. 72.*nu*.7.

Præcepta moralia primæ, & ſecundæ tabulæ quæ ſint, & quomodo fuerint obtenta ab homine. 73.*num*.9.

Præceptum de eleæmoſinis elargiendis conſideratur ex parte dantis, & ex parte recipientis: & quando ſit obligatorium. 21.*nu*.67.

Præceptum diuinum interpretari quid ſit. 74. *numero* 10.

Præceptum reuocare quid ſit. 75.*nu*.11.

Præceptum de ſanctificando ſabbatum quomodo ſit interpretandum. 80.*nu*.22.

Præceptum de reſtituendo rem alienam, quæ includat. 360 *nu*.1.

Prælati poſſunt cogere iudæos ad reſtituendas vſuras exactas à Chriſtianis per eos: & quare. 88.*num*.4.

Prælati eccleſiaſtici, & principes Chriſtiani in duodecim caſibus poterunt punire Iudæos. 91.*numero* 10.

Prælati tolerantes vſurariam mutuationem in terris ſibi ſubditis pro aliquo damno temporali uitando grauiter peccant. 104.*nu*.7.

Prælati, & principes ſine peccato quando poſſint tolerare vſuras iudæorum. 105.*nu*.8.

Principes, & officiales terrarum in quibus habitāt iudæi, illis prohibere quando teneantur vſurarum extorſionem. 85.*nu*.1.& 87.*nu*.1.

Principes. Vide prælati.

Pro præpoſitio quid ſignificet. 254. *numer*.2.& *quòd octo modis ſumatur probatur*. 313.*numero* 24.

Prodere ſe an falſus teſtis teneatur, vt innocens non puniatur. 412.*nu*.64.

Promiſſio & iuramentum de aliquid faciendo vel omittendo quam recipiant interpretationem. 384.*nu*.18.

Promiſſum non infringit qui illud in melius commutat. 429 *nu*.76.

Propter: præpoſitio quid importet. 118.*nu*.13.

Proximus diligendus eſt non verbo, & lingua, ſed opere, & veritate. 429.*nu*.64.

R

R*Apina, furtum, & vſura an differant quò ad obligationem reſtituendi altero ex his modis obtenta.* 444.*nu*.2.

Ratihabitio mandato comparatur, & quando. 445.*nu* 8

Ratio diffinitionis ſcandali redditur. 307. *numero* 51.

Ratio eadem vbi idem ius. *folio* 410. *numero* 61

Ratum habere quis non poteſt quod ſuo nomine non eſt geſtum. 445.*nu*.9.

Reatus pœnæ, qui remanet in vſurario poſt peccatum vſuræ. 115.*nu*.17.

Regimen humanum deriuatur à diuino, & ideo in aliquibus ipſum imitari debet. 59. *nu*.17.

Rei alienę appellatione quid veniat. 124.*nu* 5.

Rei alienę reſtitutio quare præcipiatur à Deo. 137. *numero* 8.

Rei abſolutè conſideratæ valor, & rei conſideratæ reſpectu ſtatus, in quo res ipſa pro tunc reperitur, differunt. 142.*nu*.11.

Rei pignoratæ fructus quando quis teneatur computare in ſortem mutuatam. 197.*nu*.7.

Rei pignoratæ fructus quando poſſint deduci pro expenſis. 199.*nu*.8.

Rei pignoratæ pretium excedens pretium rei mutuatæ erit reddendum Domino dictæ rei ſic pignoratæ. 200.*nu*.9.

Rei pignoratæ Dominus directus quando non teneantur fructus ipſius computare in ſortem. 203.*nu*.16.

Rei pignoratæ fructus genero pro dote ſibi non ſoluta, an Gener faciat ſuos ex ſolo priuilegio, *im*

ita quòd non teneatur eos computare in ſortem 208.nu 1.

Rei pignoratæ genero. Vide reliqua in ver. Gener. & in ver. fructus, & in ver. Pignoris fructus.

Rei infrugiferæ fructus.

Religioſus abſconſum habitum ſuæ religionis deſerens eſt excommunicatus. 474.nu.43

Remiſſio debiti facta à creditore non valet in tribus caſibus. 389 nu.25

Remiſſio debiti factæ ex metu incuſſo nō ad hoc obtinendum valida eſt. 395.nu.32

Remiſſio debiti facta ex metu incuſſo iuſtè à magiſtratu valet. ibid.nu.33

Remiſſio debiti facta ex metu probabili damni notabilis ad hoc incuſſo, non valet: ſecus ſi metus fuiſſet leuis. ibid.nu.34

Remiſſio debiti facta ex metu non lucrandi id quod ex remiſſione facta lucrari ſperatur, eſt ualida. ibid.nume.35

Remiſſio debiti obtenta propter ignorantiam quando ſit ualida in foro iudiciali. ibid.nu.36

Remiſsio debiti obtenta propter ignorantiam quando ſit ualida in foro conſcientiæ, ibidem numero 37.

Remiſsionis ſeu compenſationis de parte debitorum norma ſeruanda. 433.nu.79

Rerum dominia temporalia ſunt in duplici differentia: nam alia dicuntur ortum habuiſſe à iure diuino, & alia à iure humano. 277.nu.1

Rerum temporalium tranſlationem contingere dupliciter conſideratur. 278.nu.4

Rerum acquiſitio fit per traditionem ipſarum factam à ueris dominis illarum. 244. numero 1.

Rerum extortarum per vſuras dominium non transfertur ad vſurarios. 245.nu.4.

Res vſui humano neceſſariæ ſunt in duplici differentia. 13.nu.49.& 258.nu.3

Res vt debita ſit alicui, dupliciter contingere poteſt. 383.nu.17

Res incertæ reſtitutioni neceſſario obnoxiæ cuius ſint, & quare pauperibus diſtribuantur. 432. nume.78.

Res empta pecunia aliena nomine emptoris, erit emptoris & non domini pecuniæ. 440. numero 10.

Res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur. 452 nu.21

Res non ſermoni, ſed ſermo rei ſubiectus eſt. 473.nu.42

Reſtituendi obligatio quando incurratur, & quotupliciter. 263.nu.14

Reſtituendi cautela, quam ſeruare debet vſurarius in reſtituendo vſuras. 286. numero 5. & 6.

Reſtituere quando quis teneatur fructus pignoris non ſeruatos. 199.nu.7

Reſtituere quis non tenetur pignus amiſſum ſine dolo, ſeu caſu fortuito. 202. numero 13. & 14.

Reſtituere tenetur damnum illatum damnificans rem pignoratam. 202. nu.15

Reſtituere quid ſit, & vnde dicatur. 259.nume. 6.& 275.nu.28

Reſtituere pertinet ad iuſtitiam commutatiuam. 259.nu.7.

Reſtituere tenetur vſurarius non ſolùm rem extortam per vſuram, verùm etiam, & nonnullos fructus eius, ſi res illa fuiſſet naturaliter, uel mixtè fructifera. 260. numero 12.

Reſtituere vſuras vſurarius regulariter ſemper tenetur ei, ad quo illas extorſit. 284. numero 1.

Reſtituere vſuras hæredibus eius, à quo vſurarius extorſit, quando teneatur. 285. numero 2.

Reſtituere vſuras pauperibus quando vſurarius poſſit, & teneatur. folio 285. numero quarto.

Reſtituere pauperibus, quando ignoti ſunt domini vſurarum, aut eorum hæredes, quare vſurarius teneatur. folio 288. numero 7.

Reſtituere vſuras quando poterit vſurarius conſanguineis ſuis pauperibus, aut ſibi pauperi aſſignare. 289.nu.8

Reſtituere vſuras, vel quid ſimile pauperibus obligatus, an illas reſtituere teneatur per manus epiſcopi. 295.nu.9

Reſtituere ſemper tenetur vſurarius ei, à quo ipſe per vſuras aliquid extorſit: ſi ille a nulla lege prohibitus fuerat illud tale acquirere, aut poſſidere. 297.nu.11

Reſtituere an teneatur meretrix id, quod acquiſiuit ex meretricio. 302.nu.11

Reſtituere quare non teneatur meretrix acquiſitum ex meretricio, etiam ſi talis mulier fuiſſet coniugata, virgo, aut ſub tutela parentum: & non publica. 303. numero 12

Reſtituere aliquid extortum per vſuras vſurarius cui tenebitur, ſi illud extortum acquiſitum fuerat à mutuatario, quaſi pretium non committendi aliquod maleficium. 305. numero 13.

Reſtituere vſuras quando, & cui teneatur vſurarius. Vide in ver. Vſurarius.

Reſtituere vſuras eſt de iure naturali & diuino. 384.numero 19.

Reſtituere vſurarius non valens, ad quam cautionem præſtandam tenebitur. 385.nu.20

Reſtituere vſurarius quando ſtatim non teneatur cum infamia. 404 nu.44

Reſtituere alienam rem dupliciter quis dicitur. 409 nu.58

Reſtituere vſurarius an teneatur, ſi inde incurreret damnum in vita aut libertate. ibid.nu.59

Reſtituere damnum tenetur qui fuit cauſa damni de iure diuino. 446.nu 10

Reſtitutio rei alienæ quomodo probetur iuſſa à Deo ſub præcepto negatiuo: Non furtum facies. 245.poſt nu.4.

Reſtitutionis præceptum pertinet ad præceptum negatiuum, & quare. 259 nu.9

Reſtitutionis præceptum quomodo contineatur ſub præcepto: Non furtum facies. 259 nu.10

Reſtitutionis effectus quid ſit. 283 ante n.1

Reſtitutionis rei alienæ inuito domino poſſeſſæ præceptum quæ includat. 260.nu.1

Reſtitutionis faciendæ regula notanda à confeſſoribus traditur. 333.nu.45

S

Sabbata ſanctifices, qualem interpretationem recipiat. 8).nu 22

Sacramenta quomodo dicantur ſpiritualia. 312.numero 28

Sacramenta adminiſtrando aliquid ſuſcipere, quando ſit prohibitum. 315.nu.35

Samſon ſe interficiendo an peccauerit. 78.n 18

Sara an fuerit ſoror Abrahæ. 79.nu.21

Scandali vitandi gratia multa mala ſunt toleranda, & multa indifferentia opera ſunt omittenda. 237.nu.3

Scandali diffinitio & eius ratio redditur. 407.n.51

Scandali vitandi gratia quæ non ſint omittenda. 408.nu.56

Scandalum quando vitandum erit. 407.nu.49

Scandalum quid ſit. ibid.nu.50

Scandalum duplex eſt. 408.nu.52

Scandalum actiuum dupliciter capi poteſt. ibid. numero 53

Scandalum per accidens quid. ibid.nu.54

Scandalum actiuum per ſe quid. ibid nu.55

Scopus iuris ciuilis, & canonici quid ſit. 59.numero 15. & 16

Sedes apoſtolica quas conſtitutiones, & decreta mutare poſſit. 116 nu 27

Semen vnumquodq; ſeminabile quotupliciter poterit conſiderari. 141.nu.9

Sepelientes vſurarios manifeſtos in loco ſacro ſunt excommunicati. 469.nu.26

Sepelientium appellatione quæ perſonę veniant. eod.nu.27

Sermo rei non res ſermoni ſubiectus eſt. 473. numero 42

Seruitus cum bona fama præeligenda eſt potius quàm vita cum infamia. 410.nu 62

Seruus monaſterium ingrediens ſine conſenſu domini ſui, extrahendus eſt. 424 nu.72

Simoniæ diffinitio traditur, & eius ſingulæ particulæ exponuntur. 311.num.23

Simonia tripliciter ſumitur. 312.nu.29

Simonia largè capta quid ſit. 312.nu.30

Simonia ſtrictè ſumpta quid ſit. 312.nu.31

Simonia quaſi conuentionalis quid ſit. 312. numero 33

Simonia non quaſi conuentionalis quid ſit. 312. numero 34

Simonia mentalis in quibus differat ab vſura mentali. 322.nu.17

Simonia capta ſtrictiſſimè quid ſit. 312.nu.35

Simoniacus quando dicatur vere hæreticus, & quando interpretatiuè. 316.nu.37

Simoniæ ſtrictæ ſumptæ exemplum. 312. numero 32

Sperare aliquid, & intendere aliquid differunt. 126.nume 2.

Sperare amicitiam alicuius mediante mutuo quando non liceat. 239.nu.8

Spes lucri ex mutuo eſt duplex. 12.nu.44

Spes lucri ex mutuo concomitans mutuationem, quæ dicatur. 13.nu 45

Spes lucri ex mutuo præcedens mutuationem, quæ ſit. 13.nu.46

Spes lucri ex mutuo præcedens mutuationem dicta impulſiua, quæ ſit. 1 .nu.47

Spes lucri ex mutuo præcedens mutuationem dicta finalis, quæ ſit, & an ſit vſuraria, & quare. 1,nu 48

Spes lucri captandi eſt duplex. 126.nu.1

Sors in materia vſurarum quid denotet. 14. numero 52

Spirituale phyſicum quid ſit. 311.nu.25

Spirituale Theologicum quotupliciter dicatur, & quæ veniant ſub hoc nomine. 311. numero 26.

Spirituale vendere pro temporali, quare ſit illicitum. 311 nu.27

Spirituale dans pro aliquo temporali poteſt moueri aliqua ex quatuor cauſis, ſeu reſpectibus, ibi enumeratis. 315.nu.36

Spirituali aliquod annexum eſſe dupliciter dicitur. 312 nu.28

Spoliator iniuſtus rei alienæ de iure ciuili ſolum cõpellitur illam reſtituere, & non detentor ipſius: de iure autem canonico vterque. 438.numero 8.

Statutum extenditur etiam ad alios caſus ſine quibus diſpoſita per ſtatutum non poſſunt commode ſortiri effectum. 4 2.nu.41

Sublimitas, ac maior dignitas peccantium grauiora

ra efficit eorum peccata. 116.nu.24
Superflua naturæ, & perſonæ pro ſe, & ſuis habens, an illud teneatur erogare exiſtenti in quaſi extrema neceſsitate. 21.nu.65
Superfluum perſonæ quid dicatur, & nomine perſonæ quid intelligatur. 14.num 55
Superfluum naturæ quid dicatur. 14.nu.54

T

Temporalibus bonis indigentes ſunt in triplici differentia. 15.nu.57
Teſtis falſus an teneatur ſe prodere vt innocens non puniatur. 412 nu.64
Textus in lib. Deuter. ca. 23. ver. 19. multipliciter exponitur. 40 nu. 1
Textus in c. Ab illo. 14. q. 4. exponitur varijs modis. 5. nu.2
Textus in c. Quanto. extra de vſur. exponitur. 51.nu.3
Textus in c. Conqueſtus. extra de vſuris, & in ca. 1 extra de feudis exponitur. 51.nu.4
Textus in cap. 1. extra de vſur. exponitur. 52. nu.5.
Textus in c. Salubriter. extra de vſur. exponitur. 52.nu.6.
Textus apoſtoli Pauli in epiſtola. 1. corint. capitu. 5. ver. 12. interpratatio. 92. antè, numero 10.
Textus in c. Cum tu: extra de vſur. & capitu. ſicut dignum. extra de Homicid. interpretantur, & ad concordiam reducuntur. 289. poſt. numero 8.
Toleranda ſunt multa mala gratia ſcandali vitandi. 237.nu 3
Toleranda ſunt aliquando mala, ne maiora pullulent. 106.nu.10
Tolerantes vſurariam mutuationem prælati in terris ſibi ſubiectis pro damno temporali vitando grauiter peccant. 104.nu.7
Tolerare peccatum, & conſentire in peccatum differunt, & quid denotet vtrumque. 102.nu.1.
Tolerare vſurarium mutuum principes, & prælati non poſſunt pro quocumque aſsequendo temporali commodo. 102.nu.2
Tolerare vſurariam mutuationem iudæorum poſſunt principes, & prælati ſine peccato pro maiori malo ſpirituali euitando. 105. numero 8.
Tolerare vſurariam mutuationem iudæorum quando principes, & prælati teneantur. 107. nume. 11.
Tranſlatio dominiorum, vt fiat iuſtè debet concurrere alterum ex tribus. 278.nu.6
Tranſlationem rerum temporalium contingere dupliciter conſideratur. 278.nu.4
Tritici granum, uel quid ſeminabile quoad eius pretium quotupliciter poterit conſiderari. 141.nu.9.
Tutum non eſſe in conſcientia non ſemper includit reſtituendi obligationem. 394.nu.28

V

Valor rei abſolutè conſideratæ, & ualor rei conſideratæ reſpectu ſtatus in quo tunc res reperitur differunt. 142.nu.11
Valor pecuniæ tranſlatæ ad alium ipſo requirente: & valor pecuniæ tranſlatæ ad alium ſine ipſius requiſitione differunt. 14[illegible].nu.12
Vaſſalli an teneantur obedire dominis excommunicatis. 382 nu.16
vendere ſpirituale pro temporali quare ſit illicitum. 311 nu.27
vendere ſed nemo tenetur pro reſtitutione facienda. 410.nu.61
vendere poteſt pater filios in neceſſitate conſtitutus 430.nu.77
vendi quando poſſit pecunia, vinum, frumentum, vel quid ſimile cadens ſub mutuo ultra ordinarium eius pretium. 141.nu.8
vendi non poteſt ſeorſum res vſu ipſo conſumptibilis, ab ipſo uſu ipſiuſmet rei: & quare. 13.nu.50
Vendi poteſt ſeorſum res vſu ipſo non conſumptibilis ab ipſo vſu ipſiuſmet rei & quare. 14. numero 51.
veritas uitæ quid. 408.nu.57
veſtis quare non dicatur mutuari. 4.nu 4
vidua quando recipiet fructus rei pignoratæ ſibi ab hæredibus mariti ſui defuncti pro dote ſibi non reſtituta. 223.nu. 4
Vidua prædicta quid faciet ſi uelit lucrari ex re dotali. 224 poſt nu.14
Vidua prædicta an ex fructibus dotis ſibi non reſtitutæ poſſit alimenta recipere ab hæredibus mariti defuncti. 225.nu.15
vidua prædicta quæ lucra teneatur reſtituere hæredibus mariti. 226 nu.16
vidua prędicta an poſſit recipere cenſum loco fructuum dotis ſibi non reſtitutæ. 226.nu.17
violatum non dicitur iuramentum mutatum in melius, vt in c. peruenit. il 2. extra de iureiur.
vis, qua contingit aliquem compelli ad aliquid agendum eſt duplex. 251.nu.6
Vis compulſiua quid ſit. 251.nu.7
vis compulſiua an det alicui adeptionem alicuius dominij. 251.nu.9
vis ablatiua quid ſit. 251 nu.10
voluntarium tria tollunt, cauſanturq; inuoluntarium. 395.nu.30

Voluntas

Voluntas eſt ſubiectum peccati. 33.nu. 4

Vſui humano neceſſariæ res ſunt induplici differẽtia. 13.nu 49

Vſura triplex ſortitur nomen iuxta triplex idioma. 8.nu 17

Vſura quare à latinis appelletur vſura, & de ipſius denominatione. 8.nu 18

Vſura quare a Græcis appelletur Tocon. f.9 numero 19.

Vſura differt à fœnore, & quare. 9. numero 20.

Vſura ab hebræis appellatur Neſcech. 9. numero 21.

Vſura quare ab hæbreis appelletur Neſcech. 9.nume 22.

Vſura largè ſumpta quid ſit. 10 nu.23

Vſura ſtrictè ſumpta multis modis, & varijs diffinita reperitur à doctoribus. 10. numero 24.

Vſura in quibus differat à peccato vſuræ. 12. numero 41.

Vſura probibetur tamquàm fomes paupertatis. 28.nu.2

Vſura probibetur tamquàm fomes idolatriæ. 28.nu.3.

Vſura prohibetur nè indè pietas extingueretur. 28.nume 3.

Vſura prohibetur, quia eſt contra naturam. 28.nume.3.

Vſura eſt prohibita. quia mutuata res fit mutuantis, & tamen ei denegatur vſus illius, niſi ſpecia li pretij ſolutione. 28.nu.4

Vſura eſt prohibita, quia indè venditur res vltra ſuum iuſtum, & naturalem valorem cùm his vendatur. 28 nu.4

Vſura dicitur figura ſine ſubſtantia, ſeu materia, & quomodo. 37.nu.15

Vſura centeſima duobus modis ſumitur à doctoribus. 55 num 4.

Vſura centeſima vndè dicta ſit. 55.nu.5

Vſura quare dicatur rapina, & homicidium. 68.nu.5.

Vſura, furtum, & rapina, an differant quò ad obligationem reſtituendi altero ex his modis obtenta. 4:4.nu 2

Vſura mentalis in quibus differat à ſimonia mentali. 322.nu.57

Vſuræ diffinitio tradita ab Inn.quæ ſit, & qualiter repudietur. 10.nu.25 & 26

Vſuræ diffinitio ab Azone tradita, quæ ſit, & qualiter repudietur. 10.nu.27.& 28

Vſuræ diffinitio ab Hoſt.tradita. quæ ſit & qualiter reprobetur. 10. & 11. numero 29. & 30.

Vſuræ diffinitio à Ioanne baptiſta Geminiano lupo tradita quæ ſit, & qualiter reprobetur. 11.nu. 31.& 32.

Vſuræ diffinitio ab Antonio de Roſellis tradita, quæ ſit, & qualiter reprobetur. 11. numero 33. & 34.

Vſuræ diffinitio ab Alexandro de Ales tradita quæ ſit, & qualiter reprobetur. 11. nume. 35.& 36.

Vſuræ diffinitio à Caietano tradita, quæ ſit, & qualiter reprobetur. 11.nu.37.& 38

Vſuræ diffinitio à Dominico à Soto quæ ſit, & quòd licèt ſit bona, tamen aliquantulum obſcuram eſſe probatur. 12.nu.39.& 40

Vſuræ diffinitio ab auctore tradita quæ ſit, & bonam eſſe ipſam probatur. 12.nu.42

Vſuræ antiquitus quo tempore exigebantur. 55. numero 2.

Vſuræ menſtruæ quæ dicantur. 55 nu.3

Vſuræ beſſes quæ dicantur. 55.nu.6

Vſuræ trientes quæ dicantur. 55.nu.7

Vſuræ ſemiſſes quæ dicantur. 59 nu 8

Vſuræ cinquunces quæ dicantur. 55.nu.9

Vſuræ vnciariæ quæ dicantur. 56.nu.10

Vſuræ ſemiunciariæ quæ dicantur. 55. nu.11

Vſuræ vſurarum quæ dicantur. 59.nu 12

Vſuræ centeſimæ, & aliæ nonnullo alio nomine nuncupatæ ſunt conceſſæ, ſeu toleratæ de iure ciuili. 58.nu 14

Vſuræ peccatum quomodo dicatur inducere reatum pœnæ in ipſum vſurarium. 115.nu.17

Vſuram exigere eſſe prohibitum de iure naturali probatur multis medijs. 35 nu.13

Vſuram exigere etiam à gentilibus omnibus, & etiam iudæis ipſis eſſe prohibitum de iure diuino contento in teſtamento veteri probatur multis medijs. 43.nu.2

Vſuram exigere eſſe prohibitum a iure diuino contento in teſtamento nouo multis medijs probatur. 47.nu. 1

Vſuram exigere eſſe prohibitum de iure canonico multis medijs probatur. 50. nu.1

Vſurarum exactio fieri,non poteſt permitti communitatibus, ſeu vniuerſitatibus. 85 nu 1

Vſurarum exactio quare prohibeatur infidelibus. 90.nu 7

Vſuras uſurarum eſſe prohibitas de iure ciuile multis medijs probatur. 58. nu. 13

Vſuras exactas reſtituere quare compellendi ſunt iudæi. 87.nu 2.& f 88.nu.4

Vſuras reſtituere eſt de iure naturali, & diuino. 384 nu.19.

Vſuras ſoluentes ſunt in multiplici differentia. 284.antè.nu.1

Vſurariam mutuationem iudæorum prohibere tenentur principes, & officiales terrarum illarum, in quibus ipſi iudæi habitant. 87. numero 1.

f *Vſurariam*

Vſurariam mutuationem prælati tollerantes in terris ſibi ſubditis pro aliquo damno temporali vitando grauiter peccant. 108. nu. 7

Vſurariam mutuationem prælati, & principes poſſunt tollerare ſine peccato pro maiori malo ſpirituali vitando. 105. nu. 8

Vſurariam mutuationem iudæorum tollerare quando principes, & prælati teneantur. 107. numero 11.

Vſurarij animæ propter peccatum extorſionis uſurarum incurrit triplex detrimentum. 114. numero 14.

Vſurarij anima contrahit maculam per extorſionis vſurarum peccatum, & quid ſit hæc macula. 114. nu. 15

Vſurarij bona eſſe poßunt in triplici differentia. 436 nu 1

Vſurarij manifeſti oblatio in eccleſia facta non erit recipienda: ſed eleæmoſinæ quando. 463. numero 8

Vſurarij manifeſti non valentes reſtituere vſuras extortas non priuabuntur eccleſiaſtica ſepultura. 464. nu. 12.

Vſurarij manifeſti teſtamentum eſt ipſo iure nullum: nec tales erunt admittendi ad ſacramentum niſi pr.ù. reſtituerint vt poterũt. 465. n. 14

Vſurarij manifeſti teſtamentum quando erit validum. 466. nu 17

Vſurarij manifeſti cadauer ſepultum in Eccleſia quando exhumari debeat. 467 nu. 18

Vſurarij manifeſti an debeant admitti ad confeſſionem, & ſacramentalem abſolutionem. f. eod. numero 19.

Vſurarij manifeſti non oriundi an debeant expelli à ciuitatibus in quibus exiſtunt. fol. eodem. numero 20

Vſurarij clerici ſunt ſuſpendendi ab officio, & beneficio. 468. nu. 23

Vſurarij laici ſunt excommunicandi ſi non deſtiterint ab exactione vſurarum. 469. numero 24.

Vſurarijs ſtatutis cooperantes, ac illa dictãtes ſunt excommunicati. 83. nu. 2

Vſurarijs præbentes aliquod commodum in tali exercitio quando teneantur. 454. nu. 27

Vſurarijs participes in exactione vſurarum quando teneantur inſolidum. fol. eod. nu. 28

Vſurarijs exactionibus non obſtans quando ad reſtitutionem vſurarum teneatur. fol. eodem. numero 30.

Vſurarijs ipſis reſtituẽtibus vſuras quando cooperatores abſoluantur à præcepto reſtituendi vſuras. 455. nu. 31

Vſurariorum adulatores quando ad reſtitutionem vſurarum teneantur. 454 nu. 26

Vſurariorum inſtrumenta, vel alios libros non manifeſtans quando teneatur reſtituere inſolidum. fol. eod nu. 29.

Vſurariorum manifeſtorum codicilli, & donationes cauſa mortis ſunt ipſo iure nullæ, non præmiſſa reſtitutione. 465 nu. 15

Vſurariorum laicorum manifeſtorum pœnis ſubiacent & ipſi clerici vſurarij manifeſti. 468. numero 21.

Vſurarios quoſcumque an Papa eximere poſſit ab incurſu pœnarum, quibus de iure poſitiuo ſubiacent ipſi vſurarii. 115. nu. 22

Vſurarios punire ſpectat ad Papam, & quare. 28 num 4

Vſurarium lucrum eſt duplex, ſcilicet, per ſe, & per accidens. 138. nu. 12

Vſurarium mutuum fieri principes & prælati tollerare non poſſunt pro quocunque aſſequendo temporali commodo. 102. nu. 2

Vſurarium lucrum per ſe quid ſit. 138. nu. 13. & ſol. 389 nu. 24

Vſurarium lucrum per accidens quid ſit. 138. nu. 14 & f. 389. nu. 24.

Vſurarius cui aſſimilatur. 9 nu. 22

Vſurarius quid velit ſibi ſolui, & quare. 12. numero 43

Vſurarius æquiparatur trucidanti. 44 nu. 3

Vſurarius mentalis, vt quis dici posſit, quæ concurrere oporteant. 127. nu. 3

Vſurarius mentalis quotupliciter dici posſit. 127. numero 4

Vſurarius non eſt mutuator ſperans lucrum ex mutuo ſpe dicta ſecundaria concomitãte mutuum. 129 nu. 5

Vſurarius contractus quomodo cognoſci posſit. 156. nu. 5.

Vſurarius omnia extorta per uſuram reſtituere tenetur ſub præcepto. 259. nu. 8

Vſurarius recipiens per vſuram rem naturaliter, aut mixtè fructiferam, tenetur ad rem ipſam, & ad nonnullos fructus eius. 260. nu. 12.

Vſurarius tenebitur ad reſtituendam rem extortã per vſuram etiam ſi ipſa perijſſet, & ad eius fructus. 261. nu. 13

Vſurarius in foro fori an teneatur rem per vſuram acquiſitam reſtituere, ſi illa perijt, quæ ſimiliter perijſſet in manu Domini ipſius rei. 264. nu. 15

Vſurarius an teneatur in foro conſcientiæ reſtituere rem acquiſitam per vſuram, quando æquè perijſſet in manu Domini ipſius rei. 265. numero 16

Vſurarius an eammet rem extortam per vſuram teneatur reſtituere: & quid ſit dicendum in foro fori, ſi fuiſſet meliorata per vſurarium. 266. nu. 17

Vſurarius an in foro conſcientiæ teneatur reſtituere

tuere rem melioratam deductis expenſis. 267 numero 18

Vſurarius quos fructus rei extortæ per vſuram reſtituere teneatur. 268.nu.20

Vſurarius, ac omnis malæfidei poſſeſſor acquirens maiores fructus ex re ſic malè adepta ad quid teneatur. 269.poſt nu.20.

Vſurarius an teneatur reſtituere fructus rei infrugiferæ extortæ per vſuram. 269.nu 21

Vſurarius reſpectu lucri capti ex pecunia fœnebri, quæ cauſa ipſius lucri dicatur. 227. antè. numero 24

Vſurarius tenebitur ad reſtituendum fructus rei extortæ per vſuram, quos Dominus ipſius rei percepiſſet ex illa. 275.nu 27

Vſurarius tenebitur reſtituere omnia extorta per vſuram, ipſamet ſi extent, aliàs eorum pretium. 279.nu.7

Vſurarius regulariter ſemper tenetur vſuras reſtituere ei, à quo fuerunt illæ extortæ. 284. numero 1

Vſurarius quando teneatur reſtituere vſuras hæredibus eius, à quo extorſit. 285 nu.2

Vſurarius quando poſsit, & teneatur reſtituere vſuras pauperibus. 286 nu.4

Vſurarius quam cautelam in reſtituendo vſuras extortas ab ignotis ſeruare debet. 286. numero 5.& 6

Vſurarius quare teneatur reſtituere pauperibus vſuras extortas, quando Domini earum ſunt ignoti vnà cum eorum hæredibus. 288. numero 7

Vſurarius pauper, quando ſibi aut pauperibus conſanguineis poterit reſtituere vſuras extortas per eum. 289.nu.8

Vſurarius obligatus reſtituere pauperibus, an teneatur reſtituere per manus epiſcopi. 295. numero 9.

Vſurarius ſemper tenetur reſtituere extorta per vſuram ei a quo ipſe extorſit: ſi ille tali à tale quid lucrando, aut poſſidendo nullo iure erat prohibitus. 297.nu.11

Vſurarius extorquens per vſuras aliquid ab eo, qui illud acquiſierat, quaſi pretium non committendi aliquod maleficium: cui reſtituere tenebitur. 305 nu.13

Vſurarius extorquens aliquid per vſuras, aut mente capto, cui reſtituere teneatur. 306. numero 14.

Vſurarius extorquens per vſuras aliquid à prodigo, cui reſtituere teneatur. 307.nu.15

Vſurarius ex vi mutui aliquid recipiens à minori 25.annorum, cui reſtituere illud teneatur. 308 numero 16

Vſurarius ex vi mutui aliquid recipiens à filio familias, cui reſtituere teneatur. 308.nu.17

Vſurarius recipiens vltra ſortem mutuatam ab aliquo, qui non eſt ſui iuris: cui reſtituere teneatur. 308.nu 18

Vſurarius aliquid recipiens ex vi mutui ab Abbate, vel Monacho, cui reſtituere teneatur. 309. numero 19

Vſurarius recipiens ex vi mutui aliquid ab eo, qui illud acquiſierat per ſimoniam conuentionalem dante ſpontè: cui reſtituere teneatur. 309.nu.20

Vſurarius recipiens aliquid per vſuram ab eo, qui illud acquiſierat per ſimoniam prædictam à dante ſibi coactè: cui reſtituat. 310.nu.21

Vſurarius recipiens aliquid per vſuram ab eo, qui illud acquiſierat per ſimoniam mentalem: cui reſtituet. 310.nu.22

Vſurarius recipiens aliquid per vſuram à Iudicibus, & alijs, qui illud acquiſierant ab inuitè dante pro exequenda re ad quam faciendam illi de iure tenebantur: cui reſtituet. 322.nu.38

Vſurarius aliquid extorquens à Iudicibus, & alijs aliquid accipientibus ab iniuſtè dantibus, ipſis tenetur reſtituere, & non alijs. 323 nu.39

Vſurarius extorquens per vſuram à fure, & ſimilibus: cui reſtituet. 337 nu.46

Vſurarius diſcedens à loco extorſionis vſurarum proprijs expenſis dirigere tenetur extorta per vſuram ei, à quo extorſerat. 351.nu.1

Vſurarius an proprijs expenſis vſuras extortas dirigere teneatur ſpoliato, ſi ille talis diſceſsiſſet à loco extorſionis, & talia ſecum detuliſſet ſine expenſis. 353.nu.2

Vſurarius an teneatur dirigere extorta per vſuram ei, qui illa ſecum detuliſſet cum aliquibus expenſis, ſuis expenſis. 355.nu.4

Vſurarius ad quid tenebitur, ſi ſpoliatus mutuatarius extorta per vſuram ab eo, vendidiſſet in loco extorſionis. 356.nu.5

Vſurarius quando non poteſt reſtituere ſine magno detrimento, an liberetur à præcepto ſtatim reſtituendi extorta per vſuram. 365. numero ſeptimo.

Vſurarius non reſtituens ſtatim ratione incommodi an ſit tutus in conſcientia. 366. numero 8.

Vſurarius an excuſetur à reſtitutione ſtatim facienda: ſi ex reſtitutione efficeretur pauper, & mendicus. 377.nu.11

Vſurarius excuſatur à reſtitutione facienda ſtatim nonnullis de cauſis recenſitis. 379. numero 13.

Vſurarius an excuſetur à ſtatim reſtituendo pro eo, quòd eius creditor eſt excommunicatus. 380.num 14

Vſurarius non valens reſtituere, ad quam cautionem præſtandam tenebitur. 385.nu.20

Vſurarius excuſatur à ſtatim reſtituendo propter remiſſionem creditoris. 385 nu 21

Vſurarius cedens bonis, & poſtea aliquid aequirens, an teneatur reſtituere extorta per vſurã, deducto ne egeat. 399.nu. 8

Vſurarius quando non teneatur ſtatim reſtituere cum infamia. 404.nu.44

Vſurarius an reſtituere teneatur ſi inde incurreret damnum in vita aut libertate. 409. numero 59.

Vſurarius reſtituens vſuras creditori ſui creditoris de voluntate eius, verè reſtituit. 415. numero 65.

Vſurarius reſtituens creditori creditoris ſui ipſo ignorante vel inuito in foro fori non liberatur. 416.nu 66

Vſurarius in foro conſcientia liberatur à reſtitutione facienda denuo. ibid nu.68

Vſurarius reſtituens creditori mutuatarij ſui, à quo ipſe vſuras extorſerat ipſo inuito vel ignorante ipſas vſuras extortas, in foro conſcientiæ liber remanſit ab obligatione illas reſtituẽdi. 417.nu 69

Vſurarius an excuſetur à reſtitutione vſurarum propter ingreſſum religionis. 418.nu.69

Vſurarius qui non ſolutis vſuris ingreſſus fuit religionem an poſt profeſſionem poſſit dimittere habitum, & ad ſeculum redire vt inde aliquid lucretur, vt vſuras exoluat. 425. numero 75.

Vſurarius an tuta conſcientia poſſit non omnia extorta per vſuram, ſed tantum partem reſtituere per remiſſionem ſibi indultam à Papa. 431.nu.77

Vſurarius quid faciet ſi poſt remiſſionem partis vſurarum à Papa indultam adhuc eſt in ſcrupulo. 434 nu.81

Vſurarius non differt à fure, & raptore quò ad præceptum reſtitutionis damni illati. 438. numero 8.

Vſurarius manifeſtus quis propriè appellandus ſit. 460.nu.1

Vſurarius manifeſtus quis dicatur ad effectum vt incurrat pœnam cap. quia in omnibus, extra de vſuris. 461 nu 2

Vſurarius manifeſtus quis dicatur ad effectum vt incurrat pœnam cap quamquam de vſur.in 6. 461 num 3

Vſurarius laicus manifeſtus eſt infamis. fol.eodẽ. numero 5.

Vſurarius laicus occultus nulla infamia fœdatur donec per ſententiam denudetur crimen ſuum. 462.num.6.

Vſurarius laicus manifeſtus an admittatur ad cõmunionem altaris. fol eod nu 7

Vſurarius manifeſtus quando priuabitur ſepultura non reſtituendo. 462 nu 9

Vſurarius manifeſtus reſtituens vſuras, & non intereſſe, an priuetur ſepultura eccleſiaſtica. 464 num.13.

Vxor, poſt matrimonium conſumatum ingrediẽs monaſterium extrahenda eſt, ſi illud ingreſſa fit ſine viri conſenſu. 424 nu 73

Vxor vſurarij, filij & famuli, quando excuſentur à reſtitutione eorum, quæ conſumpſerunt in domo vſurarij, quæ per vſuram extorta fuerant. 441 numero 11.

FINIS.

TRACTATVS
D. ALPHONSI VILAGVT,
A NEAPOLI

De Vſuris circa contractum Mutui: & De obligatione reſtitutionis earumdem ritè facienda ab vſurario.

QVAESTIO PRIMA,

Vtrum vnuſquiſque fidelis teneatur omnibus indifferenter & ſemper mutuare pecuniam ſuam, uel aliud cadens ſub mutuo propriè dicto, gratis, abſq; exactione vſuræ, ſeu lucri temporalis, vltra ſortem mutuatam.

SVMMARIVM.

1 *Quæ differētia ſit inter pręcepta moralia affirmatiua & negatiua, & quare negatiua obligēt ſemper, & ad ſemper, non autem affirmatiua.*
2 *Mutui diffinitio.*
3 *Mutuum eſt ſpecies contractus.*
4 *Veſtis quare non dicatur mutuari.*
5 *Mutuum differt a commodato.*
6 *Cōmodatum quotupliciter ſumatur, & quę obligatio ex ipſo oriatur.*
7 *Mutuum dupliciter ſumitur.*
8 *Mutui contractus differt a contractu donationis, & in quibus.*
9 *Mutuum differt à contractu cambij, & permutationis, & in quibus.*
10 *Mutuū differt à cōtractu locationis, depoſiti, pignorationis, cōmodati, et ſimiliū, et in qb.*
11 *Mutuum naturale tantum quid ſit.*
12 *Mutuum ciuile tantum quid ſit.*
13 *Mutuum naturale, & ciuile, quid ſit.*
14 *Mutui cōtractus tripliciter deficit a rōne mutui.*
15 *Mutuum conciliatur dupliciter.*
16 *Mutuum dupliciter ſumitur.*
17 *Vſura triplex ſortitur nomen, iuxta triplex idioma.*
18 *Vſura quare à latinis appelletur Vſura.*
19 *Vſura quare à gręcis appelletur Tocon.*
20 *Vſura differt à fœnore.*
21 *Vſura quare ab hebręis appelletur Neſcech, & 22.*
23 *Vſura largè ſumpta quid ſit.*
24 *Vſura ſtrictè ſumpta varijs modis diffinita repèritur apud doctores.*
25 *Vſurę diffinitio tradita ab Innocentio quę ſit.*
26 *Innocentij diffinitio repudiatur.*
27 *Vſurę diffinitio ab Azone tradita, quę ſit.*
28 *Diffinitio Azonis reprobatur.*
29 *Vſurę diffinitio ab Hoſt. tradita quę ſit.*
30 *Vſuræ diffinitio a Panormitano tradita, q̄ ſit.*
31 *Vſurę diffinitio à Ioanne Baptiſta Geminiano lupo tradita quæ ſit.*
32 *Diffinitio prædicta reprobatur.*
33 *Vſuræ diffinitio ab Antonio de Roſellis tradita quę ſit.*
34 *Diffinitio Antonij prędicta reprobatur.*
35 *Vſurę diffinitio ab Alexandro de Ales tradita, quæ ſit.*
36 *Diffinitio Alexandri prædicti reprobatur.*
37 *Vſurę diffinitio tradita à Caietano, quę ſit.*
38 *Diffinitio prędicti Caietani reprobatur.*
39 *Vſuræ diffinitio tradita à Soto quæ ſit.*
40 *Diffinitio Soti, & ſi ſit bona aliquantulum obſcura tamen eſt.*
41 *Vſura differt à peccato vſuræ.*
42 *Vſuræ diffinitio ab auctore tradita quę ſit.*
43 *Vſurarius quid velit ſibi ſolui, & quare.*
44 *Spes lucri ex mutuo eſt duplex.*
45 *Spes lucri cōcomitans mutuationē q̄ dicatur.*
46 *Spes lucri ex mutuo præcedēs mutuationem, quotuplex ſit.*
47 *Spes lucri ex mutuo præcedens mutuationem dicta impulſiua quæ ſit.*

48 *Spes lucri ex mutuo præcedẽs mutuationem, dicta finalis quæ ſit.*
49 *Res vſui humano neceſſariæ ſunt in duplici differentia.*
50 *Vendi non poteſt res vſu ipſo conſumptibilis ſeorſum ab ipſo vſu, & quare.*
51 *Vendi poteſt ſeorſum res vſu ipſo non cõſumptibilis, ab ipſo eius vſu, & quare.*
52 *Sors in materia vſurarum, quid denotet.*
53 *Mutuatarius in materia vſurarũ, q̃d denotet.*
54 *Superfluum naturæ quid dicatur.*
55 *Superfluum perſonæ quid dicatur.*
56 *Labor & cibus moderatè ſumpti quid operentur, & quid immoderatè.*
57 *Indigentes bonis temporalibus ſunt in triplici differentia.*
57 *Exiſtens in extrema neceſſitate an teneatur mutuare.*
59 *Charitas ordinata incipit à ſeipſo.*
60 *Dilectio hominis ad ſeipſum eſt ſicut exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterum.*
61 *Exiſtens in extrema neceſſitate an teneatur mutuare id, quod habet pro ſui ſuſtentatione, alteri rei publicæ neceſſario.*
62 *Inuaſus quãdo præcepto charitatis teneatur interficere inuadentem, & quando totum oppoſitum.*
63 *Mutuatio quando erit in præcepto.*
64 *Proximus diligendus eſt non verbo & lingua, ſed opere & ueritate.*
65 *An habens ſuperflua naturæ pro ſe, & ſuis, illud erogare exiſtenti in quaſi extrema neceſſitate teneatur.*
66 *Neceſſitas quaſi extrema quæ dicatur.*
67 *Præceptum de eleemoſinis elargiendis conſideratur dupliciter, videlicet ex parte dãtis, & accipientis.*
68 *An non mutuans, ut augeat propriam facultatem, uel dignitatem, peccet.*
69 *An qui tenetur eleemoſinam elargiri, teneatur mutuare, & mutuando liberetur à præcepto, & neceſſitate eleemoſinam elargiendi.*
70 *Mutuare an teneatur quis ſi ex mutuo impediretur augere propriam facultatem & dignitatem.*
71 *Mutuare obligatus aliqua de cauſa, tenebitur gratis mutuare, aliàs peccabit, peccato uſuræ, & ad taliter per vſuram acquiſita reſtituenda tenebitur.*

CIRCA præſentem quæſtionem ſic proceditur. videtur enim primò dicendum, quòd vnuſquiſque fidelis teneatur omnibus indifferenter, & ſemper mutuare pecuniam ſuam (vel aliud cadens ſub mutuo ꝓpriè dicto) gratis abſq; exactione vſuræ, ſeu lucri tẽporalis vltra ſortẽ mutuatam: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet.

Maior propoſitio — Omne quod præcipitur à Deo, eſt obſeruandum indifferenter, & ſemper ab vnoquoque fidelium ſaluari exoptante.

Minor propoſitio — At mutuare gratis abſque exactione vſuræ, ſeu alicuius lucri temporalis vltra ſortem præcipitur à Deo indifferenter.

Concluſio. — Ergo mutuare gratis abſque exactione vſuræ ſeu alicuius lucri tẽporalis vltra ſortẽ tenetur indifferenter, & ſemper vnuſquiſq; fidelis ſaluari exoptans.

Matth. 19. 17. — Maior propoſitio probatur verbis Domini dicentis, [ſi uis ad vitam ingredi ſerua mandata.]

Luc. c. 6. 35. — Minor propoſitio probatur quoque uerbis Domini dicentis [Mutuum date, nihil inde ſperantes;] ex quibus verbis indefinitis videtur ipſum dominum præcepiſſe omnibus indifferenter (neminem excipiendo) mutuare, abſque alicuius vſuræ, ſeu lucri exactione ſeu ſpe.

Cõcluſio ꝑ ſe patet, probatis maiore & minore ꝓpoſitione (ex quib. eliciť)

Sed contra: præceptũ de mutuando eſt affirmatiuũ, ergo non obligabit ad ſemper iuxta ſacrorũ Theologorum omnium ſententiã paulò poſt afferendã.

1 *Primum not. de differentia inter præcepta* — Reſpondeo præſenti quæſtioni ſcitu digniſſimæ ſex concluſionibus, præmittendo tamen illis duodecim notabilia, pro earum maiori intelligentia. Primum quorum eſt: Præcepta diuina moralia, ideſt, contenta in præceptis decalogi

logi ſunt in duplici differen[illegible]
Non habebis Deos alieno[illegible]
Deum, idem per diuerſa) Non [illegible]
Non mœchaberis. Non furtum facie[illegible]. Non [illegible]
falſum teſtimonium. Non concupiſces [illegible]. Non [illegible]
ſces vxorem proximi tui. Non nulla alia (verò) [illegible], vt M[illegible]
quòd diem ſabbati ſanctifices. Honora parentes, [illegible]
pta ipſamet affirmatiua prædicta. Pręcepta (igitur [illegible]
ua prohibent actus peccatorum, qui actus ita ſunt de ſui intrinſeca [illegible]
li vt nullo modo benè fieri poſſint, nec aliquo tempore, aut loco. N[illegible]
tempore, aut loco decebit mœchari, furari, & huiuſmodi. quia [illegible]
coniuncti hi actus ſunt malo fini: (vt docuit Ariſtoteles) & ideò præcep[illegible]
tiua, vt docet S. Tho. in 2. 2. q. 33. articulo 2. in corp. quæſt. ſemper [illegible]
ſemper obligant. Præcepta verò affirmatiua inducunt homines ad actus vi[illegible]
tutum. Actus autem virtutum non quolibet modo fieri debent, ſed obſeru[illegible]
tis debitis circunſtantijs, quæ requiruntur ad hoc, quòd actus aliquis d[illegible]
poſſit virtuoſus, vt ſcilicet, fiat vbi debet, & quando debet, & ſecundum
quod debet. Et quia diſpoſitio eorum, quæ ſunt ad finem, attenditur ſe-
cundum rationem finis: in iſtis circunſtantijs virtuoſi actus præcipuè atten-
denda eſt ratio finis, quæ eſt bonum virtutis. Si ergo ſit aliqua talis omiſ-
ſio alicuius circunſtantiæ circa virtuoſum actum, quæ totaliter tollat bonum
virtutis, hic actus contrariatur præcepto: ſi autem ſit defectus alicuius cir-
cunſtantiæ circa virtuoſum actum, qui non totaliter tollat bonum virtu-
tis: licèt non perfectè attingat ad bonum virtutis, non eſt contra præceptum.
Quapropter patet præcepta affirmatiua (vt eſt præceptum de mutuando)
non obligare ad ſemper, ſed ſemper (vt docet S. Thom. 1. 2. q. 71. articulo 5.
ad 3. & q. 88. ar. 1. ad 2. & q. 100. art. 10. in corp. q. & ad 2. & 2. 2. q. 3. ar
ticulo 2. in corp. quæſtionis) id eſt, non obligare indifferenter in omni lo-
co, & tempore, & vt omnibus perſonis mutuetur: ſed ſolùm tẽpore, quo actus
mutuationis erit virtuoſus, id eſt, ſeruatis omnibus circunſtantijs, quibus erit
virtuoſus, vt ſupra diximus. Nam licèt mutuare ſit actus virtutis in ſe, tamẽ
nunquàm erit actus virtuoſus in eo, qui mutuat ſibi neceſſaria & propriæ fa-
miliæ, vt latiùs in concluſionibus probabitur.

[Margin:] [illegible] *affirmati[illegible]* Ex[illegible] 20. A[illegible] in 2. E[illegible] 6. S. Thomas.

[Margin:] S. Thomas.

Secundum Notabile.

Præmitto ſecundò, quòd [Mutuum eſt contractus, quo quis pecuniam, (vt
docet Conradus in tract. 2. de contractibus. q. 18. concluſ. vnica) vel aliam
rem vtilem (cuius vſus eius conſumptio eſt; ſecundum quam ordinatur ad
talem vſum) concedit alteri, non ſolùm in illum transferendo vſum eius: ve-
rùm etiam & dominium: Ex mutuo tamen ſibi acquirendo ius recipiendi
à mutuatario poſt lapſum temporis idem in genere, vel æquiualens in pon-
dere, numero & menſura.] Et hæc eſt vera mutui diffinitio, cùm ex ipſa pa-
teat mutui contractum differre à reliquis contractibus, à contractu, ſcili-
cet, emptionis, venditionis, emphyteuſis, locationis, aſſecurationis, & alijs:
& quòd vera ſit prædicta diffinitio, ſeu deſcriptio patebit per enucleationem
clauſularum, quæ in ea reperiuntur. Diximus, ergo, primò [Mutuum eſt
contractus] vt oſtenderetur mutuum eſſe ſub genere contractus: ſecũdò, [Pe-
cuniam vel aliam rem vtilem] quia non ſolùm pecunia eſt apta nata mutuari,
verùm etiam res aliæ vtiles diſtinctæ à numiſmate: vt ſunt frumentum, vinum,

[Margin:] 2 *Mutui diffinitio.* Conradus.

[Margin:] De prima clauſula difficilis ratio redditur. Mutuũ eſt ſpẽs contractus. Secunda clauſula declaratur.

[Margin:] 3 *Sub mutuo ca*

[illegible] vt latiùs in Notabili octauo di [illegible] uo committi poſſit peccatum v- [illegible] fiat de re vſu ipſo conſumptibi [illegible] vt [illegible] m [illegible] s fieri contingat vſuræ crimen. Diximus ſcu- [illegible] v[illegible]s, eius conſumptio eſt [illegible] quarum vſus, earum conſumptio non eſt, propriè non dicuntur mutuari: nec propriè loquendo, dicor veſtem meam tibi mutuaſſe, ſed cõmodaſſe, quando ad tempus aliquod tibi eam conceſſi: tum quia de intrinſeca ratione mutui (vt diximus) eſt, vt res mutuata non reſtituatur eadẽ, indiuidualiter, ſeu numero: ſed eadẽ in genere (more legiſtarũ) q. volentes dicere: vt non reſtituatur res eadem numero, quæ mutuata fuit, (cum eã præſupponant cõſumptam) dicunt, eadem in ſpecie, & [illegible] dicunt in genere, ideſt, ſub eadem ſpecie rei mutuatæ: vt ſi fuiſſent mutuati decem modij frumenti, & iam fuiſſent conſumpti à mutuatario [illegible], qui mutuum accepit, reddat alios decem modios frumenti eiuſdem ſpeciei: quam ſpeciem ipſi doctores appellant genus: & quãdo dicunt, quod res, quæ mutuatur non recipitur in eadem ſpecie, intelligunt in eodem numero, ſeu indiuidualiter, ſed in genere, ideſt, ſimilem quantitatem frumenti, quod & probatur per tex. in l. Mutuũ. ff. de rebus creditis, ſi cer. pet. Vbi hæc habentur: videlicet. [Mutuum damus non recepturi eamdem ſpeciem, quam dedimus: (alioquin aut cõmodatum, aut depoſitum) ſed idem genus.] Adeſt & alia ratio, quare ueſtis nõ poſſit dici (propriè loquendo) mutuari, et eſt hæc, quia eius uſus, non eſt eius conſumptio, ſcilicet, repentina: eo quòd, non eo ipſo quòd utor ipſa veſte, ad nihilum ipſam reduco, vel ipſam abſorbeo: vt contingit in rebus, quæ vſu ipſo conſumuntur: vt patet in vino: (cuius uſus principalis eſt ad bibendum: quoniã vinum ipſo hauſtu abſorbetur & cõſumitur.) Nã ipſa ueſtis deſeruit ad cooperiendum, calefaciendum, & ad decorandum corpus noſtrum: licèt eius vſu diſponatur paulatim ipſa ueſtis ad conſumptionem: ut patet ad ſenſum. Redditur & tertia ratio, quia veſtis non redditur eiuſdem valoris, ac pretij equiualens, poſt vſum eius: cùm per uſum ipſius eadẽ deteriorata reddatur: Res verò vſu ipſo conſumptibiles, in quibus conſiſtere mutuũ diximus, ut sũt pecunia, vinum, oleum, & huiuſmodi (propriè loquendo) dicuntur mutuari: cùm earum vſus ſit, ac conſiſtat in earum conſumptione: & ideò earum uſus non cadit ſub aliquo alio pretio ſegregato ab ipſa re, quæ mutuatur, vt contingit in veſte, vel domo locata. cùm uſus à re vſu ipſo conſumptibili, non poſſit ſeparari: quapropter indè fit, quòd ſi quis vellet pretium vnum ſibi ſolui pro re tali mutuata, & aliud pretium pro uſu eius ſumpto, vtique vel bis eandem rem reſtitui vellet, vel vnius rei bis ſibi ſolui pretium, quod eſſet iniuſtum: (ut paulò poſt cum Diuo Thoma dicemus in Notabili octauo) quod non contingit in rebus vſu ipſo non conſumptibilibus, in quibus poteſt cadere vſus ſub pretio: & ratio eſt, quia earum ſubſtantia non traditur cum ipſarum uſu: ut patet in contractu locationis domorum, equorum, veſtium, & huiuſmodi. cum ſubſtantia prędictorum remaneat ſub dominio locantium illa.

[illegible] pecunia [illegible] ſed omnis res uſu conſumptibili [illegible] ſolum uſura [illegible]tur.

3. Clauſula declaratur.

4 *Veſtis quare nõ dicatur mutuari.*

Prima ratio.

l. Mutuũ. ff. de Rebus credit. ſi cert. pet.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Sed & ſi veriſſima ſint, quæ adduximus: probando ueram eſſe tertiam clauſulam recenſitam in definitione mutui: Nihilominus poſſet quis inſurgere contra noſtram aſſertionem, illam falſam vociferando: pro eo, quòd reperiatur in ſacra ſcriptura, & in iure ciuili, [mutuum] dictum de rebus, quæ vſu non conſumantur: arguendo tali pacto videlicet.

Argumentum primum Contra tertiã clauſulam.

Vaſa

Vaſa fictilia, aut ęrea vel huiuſmodi, & ferrum ſecuris; eſt res, quæ uſu ipſo non conſumuntur, & tamen cadunt ſub mutuo. inde ſequitur clauſulam falſam fuiſſe: & quòd cadunt ſub mutuo probatur authoritate ſacræ ſcripturæ, in qua refertur primò Eliſeum prophetam cuidam pauperculæ viduæ petenti ab eo vnde ſolueret creditoribus viri ſui, dixiſſe: [Vade pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca] ſecundo illud, quod dixit quidam ex filiis prophetarum Eliſeo prophetæ de ferro ſecuris quod ceciderat in aquam. [Heu, Heu, Heu domine mi, & hoc ipſum mutuo acceperam] ex his ergo videtur mutuum etiam fieri in rebus vſu ipſo non conſumptibilibus. Arguitur & ſecundo contra eandẽ tertiam clauſulam recenſitã in diffinitione mutui. Hoc pacto videlicet, ſi vera eſſet illa tertia clauſula, ſequeretur, quòd in veſte non caderet vſura, cum vſura (ut infra latius probabitur) non committatur niſi ratione mutui, & mutuum non fiat niſi in rebus vſu conſumptibilibus: ſed conſequens eſt falſum, ergo & antecedens: & quod conſequens ſit falſum, probatur; quoniam pro ueſte conceditur vſura, ſi ergo conceditur vſura: ſequitur quòd ueſtis mutuetur: ſi poteſt mutuari, ergo falſa fuit tertia clauſula, in qua fuit aſſertum, mutuum tantùm fieri de rebus uſu earum conſumptibilibus: & quòd pro veſte concedatur vſura: probatur per textum apertiſſimum in l. Pro auro. C. de Vſuris, in qua hæc habentur, videlicet: [Pro auro, argento, & veſte: facto chirografo licitas ſolui, vel promitti vſuras iuſſimus] Ad primum ergo argumentum quàm facillima erit reſponſio: dicendo mutuum ſumi dupliciter. videlicet propriè & impropriè ſicut & cõmodatum. Nam licèt commodatum propriè ſumptum differat à mutuo: eo quòd is, cui aliqua res commodatur; re ipſa obligetur, & teneatur commodati actione ad eandem numero reſtituendam: & ſi caſu fortuito illam amiſiſſet, non teneretur amplius ad ipſam reſtituendam, vero domino: qui verò mutuo aliquid accepit, & ſi fortuito illud amiſiſſet, teneretur illud reſtituere idem genere, vel ęquiualens ei, à quo fuit illud tale mutuo ſibi datum: & ratio eſt, quia per mutuum fuit translatum dominium illius rei ab eo, qui mutuo dedit, ad mutuatarium: non autem ſic contingit in commodato: vt latius habetur in §. Is, cui res. Inſtitu. Quibus modis re contrahitur obligatio, & in l. Mutuum. §. Appellata eſt autem. ff. de Rebus creditis, ſi cer. per. vbi dicitur. [appellata eſt mutui datio ab eo, quòd de meo tuum fit.] Sic etiam cõmodatum impropriè ſumptum idem eſt quod mutuum propriè ſumptum, & pro tali fuit ſumptum in l. fi. C. de His qui ex publi. ratio. mut. pecu. acceperint. Vbi dicitur [His etiam, qui ex memoratis Theſauris aurum cuiquã commodauerit, aut dederit: capitali ſententiæ ſubiaceat] & tamen in dicta l. fit ſermo de pecunia, quæ non commodatur, ſed mutuatur: cùm ſit res vſu conſumptibilis (vt probabitur) Vnde gl. dictę l. in ver. Commodauerit, dixit, id eſt, mutuauerit, & ſic impropriè. Idem ergo dicendum erit de mutuo, quòd ſumatur dupliciter, videlicet, propriè & impropriè: & quòd in dictis locis ſacræ ſcripturæ fuerit ſumptum impropriè pro commodato cum eadem numero reſtituenda ſuſcepta fuiſſent vaſa illa, & ferrum ſecuris: vt patet ad ſenſum. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, conſequens illud ibi adductum ueriſſimum eſſe, & ad text. adductum in contrarium, dicitur, quòd in d. l. Pro auro, non fuit accepta veſtis, ut ueſtis, id eſt, ut res uſu ipſo non conſumptibilis: ſed ueſtis, ut pecunia, qua ęſtimata uel uendita fuiſſet ipſa ueſtis: quapropter figurando caſum ipſius legis dico: quòd ſi Bernardus peteret à me mu-

Primum argu[illegible] contra [illegible] clauſulam.

4. Reg. c. 4. uer. 3

4. Reg. c. 6. uer. 1.

Secundum argumentum cõtra tertiã clauſulam.

l. Pro auro. C. de uſur.

Reſponſio ad primum argumentum.

5 *Mutuum differt à cõmodato.*

6 *Commodatum quotupliciter ſumatur, & quæ obligatio ex ipſo oriatur.*

Textus in §. is cui res. Inſtitu. quibus modis re contrahitur obligatio.

l. Mutuũ §. appellata eſt aũt. ff. de Rebus credit. ſi cert. per. tex. in l. fi. C. de his qui ex publi. ratio. mut. pecu. accepe. l. fin. C. eo. Gl.

7 *Mutuũ dupliciter ſumitur.*

Ad 2. argumentum reſpon.

Verus intellectus l. Pro auro. C. de uſur.

tuo decem aureos, tempore quo re uera mihi non ſunt: tamen ne amicum uacuum remitterem, & uiderer noluiſſe ſibi mutuare illos decem aureos: tra do ei ueſtem propriam ualentem decem aureis, dicendo ei: amice decem au rei mihi non ſunt, quos à me petijſti mutuo: accipe tamen ueſtem hanc, & illam per te uende, & ex eius pretio recipies decem aureos, pro cuius pretio tibi ſoluto ab emptore, ſolues mihi uſuram: ex quibus patet me non mutuaſſe ueſtem, ut ueſtis eſt: ſed ueſtem (ut decem ſunt aurei) ex cuius uenditione ſtatim recepturus eras ipſos decem aureos, & quòd talis dictę l. Pro auro. interpretatio ſit germana, ac optima; probatur per tex. in l. ſi pro mutua pecunia. C. de Rebus credit. ſi certum pet. Vbi hæc habentur, uidelicet. [Si pro pecunia mutuata, quam à creditore poſcebas, argentum uel iumenta, uel alias ſpecies (utriuſque conſenſu) ęſtimatas accepiſti, uſura legitima tantum peti poteſt.] Imò idem & clariùs fatetur glo. ibidē in ver. ſi pro mutua. & in d. l. Pro auro. in uer. & veſte. & idē probatur in l. Rogaſti. ff. de Rebus cred. ſi cert. pet. in cuius principio hæc habētur, uidelicet. [Rogaſti me, ut tibi pecuniam crederem, ego cùm non haberem: lancem, id eſt, argenteam ſcutellam (ut docet ibi glo.) tibi dedi, uel maſſam auri ut eam uenderes, & numis utereris: ſi uendideris, puto pecuniam mutuatam factam] Ex his omnibus luce meridiana patet tertiam illam clauſulam meritò diffinitioni mutui inſertam.

l. Si pro mutua pecunia. C. de Rebus credit. ſi cer. pet.

Glo.

l. Rogaſti. ff. de Rebus cred. ſi cer. pet.

Quarta clauſula declaratur.

Diximus quartò [ſecundū quā ordinatur ad talem uſum] quoniā ſi non ſecundū quòd talis res eſt, ordinaretur ad eius proprium uſum, ſed ad alium, quo non conſumeretur res illa (quæ de ſui natura conſumptibilis eſt, id eſt, uſus eius, conſumptio eius eſt) tunc non eſſet mutuum: ac per conſequens nec in ipſa re committeretur uſura: ſi ultra illam rem aliquid acciperetur ratione uſus eius: ut exempli gratia: ſi quis concederet alicui uiginti aureos ad tempus, ad hoc ut eos manibus proprijs contrectando, & illorum rutilantem colorem reſpiciendo lętus efficeretur, & cordis triſtitia mitigaretur, & animus hilaris euaderet: uel ſi quis illos aureos ſibi commodari petiiſſet ad oſtētationem, ut uideri poſſet diues, uel huiuſmodi: quoniam in his caſibus, cùm pecunia non ſit ſuſcepta ad proprium eius uſum: tunc diſtinguendum erit, quòd aut tale commodatum factum fuiſſet pretio aliquo mediante, aut non: ſi primò, tunc dicetur fuiſſe illos aureos locatos, & ratione locationis non interfuiſſe peccatū uſurę, licèt ultra ſorte quis recepiſſet. Cùm nullū mutuum interfuerit; ſi uerò nihil ultra ſortem accōmodatam recipiatur: dicetur interfuiſſe contractum cōmodati & non mutui: ut ex ſup. adductis patuit. Diximus quintò. [Non tantum transferendo uſum rei mutuatæ, uerùm etiam & dominium,] & hoc ad differentiam contractus locationis, commodati, & nonnullorum aliorum contractuū, in quibus non transfertur dominium (ut fieri contingit in contractu mutui) cum mutuum dicatur ab eo, quòd de meo fiat tuum, ut in l. Mutuum. §. appellata eſt. ff de Rebus credit. ſi cer. pet. & in §. Re contrahitur obligatio. Inſtitu. Quibus modis re contrahitur obligatio. Sed tantum vſus rei conceditur ad tempus: Et licet vera ſit quinta hæc clauſula, poſſet contra illam tamen quis inſurgere dicendo veram non eſſe, cùm non ſemper per mutuum transferatur dominium rei mutuatæ ad mutuatarium: ut in ſequenti exemplo patebit. Petrus debet Franciſco mille aureos, & volens illi ſoluere dictam pecuniam, petit à me mutuo ipſos mille aureos; me deprecans, ut nomine ſuo illos ſoluam Franciſco eius creditori, quos & ego

Quinta clauſula declaratur.

l. Mutuū. §. appellata eſt. ff. de Rebus cred. ſi cer. pet.

§. Re cōtrahitur obligatio. Inſti tu. Quib. mod. re contra. obl.

Argumentum contra prædictam clauſulā.

ſoluo.

ſoluo. Ecce modò ego dicor mutuare Petro mille aureos,& tamẽ non tranſ-
fero dominium in ipſum Petrum , uerùm potius in Franciſcũ:cui illos ſoluo
nomine Petri . Ergo uidetur falsò inſertam fuiſſe dictam quintam clauſu-
lam diffinitioni mutui.Sed ſi quis contendendo illam benè poſitam dixerit.
imò tu ſoluendo Franciſco nomine Petri tranſtuliſti dominium illorum mille
aureorum in Petrum : ad hoc reſponderi poſſet:ergo per te ſimul & ſemel in
duos dominos diſparatos poterit transferri dominium unicæ rei mutuatæ:
(quod patet eſſe impoſſibile) : quoniã ſi hoc eſſet poſſibile, ſequeretur quòd
ego,qui mutuaui Petro , & ſolui mille Franciſco, acquirerem ius repetendi
ęquiualens rei mutuatæ ab utriſq; : cùm per te ad utroſque ſit trãslatum do-
minium rei mutuatę , & per conſequens, & obligatio reſtituendi mihi ęqui-
ualens.

Ad hæc omnia ſic reſpondetur . Cùm realiter mutuauerim ego Petro ſo- Ad argumentum reſp.
lùm ipſam pecuniam debitori Franciſci : in ipſum uirtualiter transfero do-
minium illius ; licèt per accidens , contingat me non inibi ſiſtere pedem, ſed
ultra procedendo(de uoluntate eiuſdem Petri,ad quem per mutuum fuit ple
nè translatum dominium pecuniæ mutuatæ) tanquàm Petri procurator trãſ
fero dominium in actu , ex ipſo Petro in Franciſcum nomine ipſius Petri, ſol
uendo talem pecuniam : cùm idem ſit in effectu : ſi quis mutuet alicui pecu-
niam ut manu propria ſoluat illam eius creditori. & ſi quis mutuauerit alicui
pecuniam,ut illam ſolueret ſuo creditori : ſed quia ipſe debitor multis gra-
uioribus præpeditus negotiis manu propria,& per ſe , non poteſt ſoluere; mi
hi committat, ut nomine ſuo creditori eius ſatisfaciam. ut in l.Mutuum.§.cre l.Mutuũ, ff. de
ditum.ergo in ver.Id enim tale eſt.ff.de Rebus credit.ſi cer.pet. Ex his omni- Rebus cred. ſi
bus patet reſponſio ad cauillum prædictum:cùm extet regula iuris optima, in cer. pet.
l.quod iuſſu.ff.de Reg.iur.in qua dicitur. [quod iuſſu alterius ſoluitur , pro eo l.Quod iuſſu.
eſt , quaſi ipſi ſolutum eſt.] Cui conſonat textus in cap. Poteſt quis. de Reg. ff. de Reg. iur.
iur.in vj. in quo dicitur . [Poteſt quis per alium , quod poteſt facere per c. Pōt quis. de
ſeipſum.] Diximus ſextò. [Ex mutuo tamen acquirendo ſibi ius poſt ali- Reg. iur. in 6.
quod tempus recipiendi à mutuatario idem in genere] primò ad differentiã Sexta clauſula declaratur.
contractus donationis , in quo licèt transferatur dominium in eum, qui il- 8
lud dono recipit : transfertur quoque uſus , nullo tamen iure remanente a- *Mutui contractus differt à*
pud donantẽ recipiẽdi à donatario poſt lapſum temporis aliquod idem in ge *contractu do-*
nere uel ęquiualens : fuit & dictũ [poſt lapſum temporis] primò,ut diximus, *nationis.*
ut diſtingueretur à contractu donationis, & ſecundò à contractu cambii , et 9
permutationis , à quibus differt contractus mutui,quia licèt cambiens ad mi *Mutuum à cō-*
nutum transferat uſum,& dominium pecunię in eum,qui cambiri cupit ſuam *tractu cambij*
pecuniam · hoc tamen non facit poſt lapſum temporis , cùm ſtatim recipiat *& permuta-*
ęquiualens : quàmuis non ſit negandum cambium per literas ſummopere aſ- *tionis differt.*
ſimilari (quo ad hoc)contractui mutui : differt tamen ab iſto , quoniam hoc Septima clauſula diffinitio-
mediante,nihil poteſt quis lucrari ſine peccato uſuræ , ut dicetur : tamen in ni mutui inſerta declaratur.
contractu cambii , ſolitum lucrum multis de cauſis de iure conceditur(ut lo- 10
co ſuo dicetur.) Diximus[Idem in genere , uel ęquiualens in numero , pon- *Mutui contra*
dere,& menſura]primò, quia recipiens mutuo non tenetur eamdem rem ſi- *ctus differt à*
bi mutuatam in numero ſeu indiuidualiter acceptam mutuanti reſtituere : *contractu loca*
cùm præſupponatur uſu ipſo conſumpta uoluntate mutuantis.ſecundò ad dif *tionis, depoſiti,*
ferentiam contractus locationis , depoſiti , pignorationis,commodati, & ſimi *pignorationis,*
lium : in quibus neceſſe eſt , receptum à locante uel deponente & huiuſmo- *commodati &*
ſimilium.

l. Mutuũ, ff. de Rebus cred. ſi cer. pet. §. Re contrahi tur. Inſtit. Quibus mod. re cõtrahitur obligatio.

diſidem numero reſtitui, ideſt eamdem omnino rem ſic receptam: ut habetur in l. Mutuum. in principio. ff. de Rebus creditis, ſi cert. pet. & in §. Item is cui. In ſtitu. Quibus modis re contrahitur obligatio. Tertiò ut ęquiualens reddatur in intrinſeca ipſius qualitate, puta bonitate, ualore &c. Quartò ut notificaretur id, quod eſt de natura mutui intrinſeca, uidelicet, vt conſtet ſeu fiat de rebus ſolùm conſiſtentibus in numero, pondere & menſura: ut quàm eleganti ſſimè docetur in §. Re contrahitur. Inſtitu. Quibus modis re contrahitur obligatio. Vbi hæc habentur. [Mutui autem datio in ijs rebus conſiſtit, quæ pondere, numero, menſurauè conſtant; veluti uino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo: in hoc damus ut accipientium fiant.]

11 *Mutuum naturale tantùm: quid ſit.*

12 *Mutuum ciuile tãtũ, qd ſit.*

Tertium Notabile eſt.

13 *Mutuum naturale & ciuile quid ſit.*

l. 2. ff. de Reb. cre. ſi cer. pet.

Mutuum eſt triplex, uidelicet, Naturale tantùm; Ciuile tantùm: & Naturale & ciuile. Mutuum naturale tantùm: dicitur omne mutuum quod fit numeratione rei mutuatæ ſine aliqua ſtipulatione. Mutuum Ciuile tantùm dicitur quando ſtipulatio de ſoluendo interuenit ſine numeratione rei mutuatæ. Mutuum naturale & ciuile dicitur, quando numeratio rei mutuatæ & ſtipulatio inſimul interueniunt. hæc omnia habentur in l. 2. ff. de Rebus cred. ſi cer. pet. et in glo. §. Item is cui. Inſtitu. Quibus modis re contrahitur obligatio. in ver. mutuum accepit.

14 *Mutui cõtractus tripliciter deficit à rõne mutui.*

l. Mutuum, de Reb. cre. ſi cer. pet.

l. Si a furioſo, ff. de Reb. cred. ſi cer. pet.

l. S. ego pecunia. ff. de Reb' cred. ſi cer. pe.

Quartum notabile.

Mutuum tripliciter deficere dicitur à ratione mutui, primò ſi quid fuit mutuatũ furtiuum à fure, cùm enim ipſe non ſit eius rei dominus, indè patet ipſum non poſſe transferre dominium illius rei in alium, vt contingit fieri in mutuata re ab eo, qui illius eſt dominus, vt in l. Mutuum. §. mutui datio: & §. appellata eſt. ff. de Reb. cred. ſi cer. pet. Secũdò ratione perſonæ, quæ prohibetur mutuare: vt in l. ſi à furioſo. ff. de Reb. cred. ſi cer. pet. Tertiò ratione diſſenſus: vt puta: ſi quis tradiderit pecuniam alteri quaſi donaturus, & ille ipſam acceperit tamquàm mutuatam quia tunc dicitur, quòd ratione diſſenſus, nec fuit donata, nec mutuata, vt in l. ſi ego pecuniam. & in l. ſi me & Titium. ff. de Reb. cred. ſi cer. pe. Rèconciliatur aũt mutuum duobus modis, primò con ſumptione rei mutuatæ: vt in l. Nam & ſi fur. ff. de reb. cred. ſi cer. pet. & in l. Quàmuis. C. ſi certum pet. ſecundò vſucapione, ad inſtar alienę pecunię datæ in dotem. vt in l. Proculus. ff. de iure dotium.

15 *Mutuũ reconciliatur dupliciter.*

l. Nam etſi fur. ff. de Reb. cred. ſi cerum pet. & l. Quãuis. C. eo. l. Proculus. ff. de Iure dotiũ.

Quintum Notabile.

16 *Mutuũ dupliciter ſumitur.*

Mutuũ à doctorib. aſſolet capi dupliciter, primò pro re ipſa mutuo data, vt puta pro pecunia, vel alia re vtili exiſtente in numero, pondere, & menſura: quæ eſt apta nata mutuari: Vnde ſi res huiuſmodi mutuaretur, diceretur mutuum: & hoc primo modo non ſumitur in noſtra quæſtione hic terminus [mutuum:] quia res ipſa mutuata non eſt contractus aliquis, vt patet ad ſenſum. ſecundò mutuum capitur pro actu ipſo exteriori mutuandi: & ſic ſumitur hic vt patuit ex allata diffinitione mutui.

17 *Vſura triplex ſortitur nomẽ, iuxta triplex idioma.*

Sextum Notabile.

18 *Quare vſura, à latinis appelletur vſura, et de eius denominatione.*

Vſura, iuxta uaria idiomata, ſortita eſt varia nomina: Nam id, quod apud latinos dicitur vſura, apud gręcos dicitur, Τόκος, ideſt tocon, & apud Hębreos נשך, id eſt Neſcech, quàpropter ſciendum ꝙ vſura ſic appellata à latinis denominatur ab vſu æris, vel ſimpliciter ab vſu, quemadmodum cultura à cultu, fœtura à fœtu: & ſic ſecundum has denominationes vſura non

denotat

denotat aliquod vitium. Veruntamen inde more & vſu accommodatum eſt
ad ſignificandum id peculiariter, quod ex vſu pecuniæ, aut rei cuiuſcunque
vſu conſumptibilis excreſcit ſorti (vt infra latiùs) & ratio forſan huius accõmo
dationis eſt, vt nomine ipſo, rei peruerſitas per antiteſin denotetur, quòd cũ
talium rerum vſus, quippè, qui re ipſa abſumitur, ſterilis per ſe ſit, veluti fru
ctuoſus extimetur: quò circa, vſura ſecundum huiuſmodi ſignificatum, pro
nomine delicti vſurpatur. Vſura verò appellata Τόκον à Græcis, denomina- 19
tur, à potù, τίκτω: ideſt, parturio, ſumpta methafora à pecoribus, & alijs re *Vſura, quare*
bus fœcundis, quæ pariunt: & ideò latini exinde vſuram alio nomine appel *à græcis appel*
lant fœnus, ſumpta alluſione à gręca hac ethimologia: & iccircò dicitur fœ- *letur. Tocon.*
nus, quaſi fœtus: ideſt partus, qui à mutuo oriatur, ac ſi pecunia parturiret,
eſſetque de rebus ex ſui natura generantibus: licèt (propriè loquendo) vſura 20.
à fœnore differat: eò quòd fœnus (proprie loquendo) capiatur pro vſura *Vſura differt*
ſtrictè ſumpta: quæ, ſcilicet, ex ſolò mutuo iniuſtè accreſcat: cùm licèt pe- *à fœnore, & quare.*
cunia ſit res de ſui natura ſterilis, tamen fœnerator contra eius naturã, efficit Ariſt.
ipſam fructiferam: de quo Philoſophus in lib. 1. Ethic. c. 7. in ver. Commuta-
tionis enim cauſa Ariſtoteles dicebat: præter naturam eſt hic acquirendi mo
dus: haud nummus veluti terra, aut pecus, fęcundus eſt, vt pariat?

Attamen vſura (vt dixi) ab hebręis meritò fuit appellata נֶשֶׁךְ Neſcech: id 21
eſt, morſus: & eſt nomen verbale apud eos deſcendens à verbo hebræo *Vſura, ab he-*
נשך נשכת נשכתי, id eſt, momordit, momordiſti, momordi, unde mor- *bræis appella-*
ſum ipſi appellant נֶשֶׁךְ neſcech, ex quo patet ipſos hebræos vſuram appellare *tur Neſcech.*
morſum: & quidem meritò, & primò, quoniam: qui mordit aliquid, partem
illius abſtrahit violenter, & partem ipſius relinquit: quod & contingere in v- 22
ſurario perſpicuum eſt: cùm ipſe mutuando ſub vſuris partem bonorum e- *Vſura, quare*
ius, cui mutuauit: violenter rapit, partem (tamen) ipſorum ei relinquendo: *ab hebræis ap*
Vnde ſcriptum eſt idiomate hebręo in ſacræ bibliæ libro Deuter. cap. 23. vbi *pelletur Ne-*
nos legimus [Non fęneraberis fratri tuo ad vſurã.] Non morſum inferes fra- *ſcech, & cui*
tri tuo: & in lib. Exod. cap. 22. [Si mutuo dederis pecuniam populo meo pau- *aſsimiletur*
peri, (qui tecum eſt) non eris ei tanquàm exactor, neque inferes ei mor- *uſurarius.*
ſum:] & rationabiliter quidem ſatis: quoniam ſicut dentibus canis cadaue- Deuterò. c. 23
ris viſcera: ſic fœnerator debitoris ſui ſubſtantiam diuellit: Vnde Chriſo- ver. 19.
ſtomus ſuper illud Matthæi. cap. 5. ſcitè, grauiterque alluſit: dum ſimilis eſt (in Exodi. cap. 22.
quit) pecunia vſurarii, morſui aſpidis. Percuſſus enim ab aſpide, quaſi de- ver. 25.
lectatus abit in ſomnum: & per ſuauitatem ſoporis moritur: quia tunc vene-
num latenter per omnia membra decurrit. ſic enim qui ſub vſura accepit: Sanctus Chriſoſtomus.
ſub tempore quaſi beneficium ſentit: ſed vſura per omnes ſuas facultates
decurrit: & totam illius facultatem conuertit in debitum. Cui quàm elegan
tiſſimè conſonat quod dixit Baldus in conſi. 44. incip. Ius naturale. lib. 3. V- Baldus.
ſurarius (inquiens) ſimilis eſt vermiculo ligni, qui ad tactum lenis apparet:
ſed dentes habet ita duriſſimos, quòd omne lignum radit, & deuorat: ita
vſurarius eſt vermis patrimonium rodens eius, qui ab eo ſuſcipit mutuatam
pecuniam ſub vſuris: & quòd hoc ipſum manifeſtiùs comprobetur, non in-
congruum erit breuiſſimo ſermonis periodo afferre quoddam exemplum cu-
iuſdam calamitoſi viri: (de quo ſermo habetur apud Liuium lib. 2. Dec. 1. Liuius.
Dionyſius lib. 6.) Qui ſe proiiciens pannoſus, proliſſaque barba, & capilli-
tio ſqualidus ad implorandam quiritum fidem, aiebat, æs alienum feciſſe, id- Exemplum.
que cumulatum vſuris: primò ſe agro paterno, auitoque exuiſſe: deinde for

tunis

tunis aliis: poſtremò velut tabem perueniſſe ad corpus, ductum ſe à creditore non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum, & carnificinam. Ex his omnibus (ergo) elicitur tripliciter denominari vſuram ſecundum triplex idioma, videlicet, idioma latinum, Vſura, & fœnus: Græcum, Tocon, ideſt, fœnus, quaſi fętus: & hebręum, Neſcech, ideſt, morſus.

Septimum Notabile.

23 *Vſura largè ſumpta qd ſit.* Vſura dupliciter accipitur largè & ſtrictè, ſeu impropriè, & propriè: Vſuram (ergo) largè ſumptam, dicimus eſſe omne incrementum ſucceſſiuum, ac omnē ſuperabundantiam, quæ ex vſu cuiuslibet rei (tanquàm eius fructus) accreſcit, vt in l. Curabit. C. de Action. empti. in qua [fructus rei reſtituendę dicuntur vſura.] & in l. lecta. ff. de Rebus credit. ſi cer. pet. Vſuræ verò propriè ſumptę varia traditur diffinitio à doctoribus. & primò referre viſum fuit canoniſtarum diffinitiones, ac deinceps Theologorum. & vltimò diffinitio vſuræ, quæ ſemper mihi perplacuit. ſciendum (ergo) quòd Innocentius in Rubrica de Vſuris: tali pacto definiuit vſuram, videlicet, Vſura eſt lucrum ex mutuo, pacto debitum, vel exactum: Hæc tamen diffinitio (pace tanti viri dixerim) non videtur bona, nec ſubſtentabilis; tum quia excludit vſuram mentalem: cui (tamen) verè competit diffinitio vſuræ: cùm & ipſa fuerit prohibita eodem modo, ac iure, quo & conuentionalis (vt patet per text. in cap. Conſuluit: extra de Vſuris.) tum etiam, quia in dicta diffinitione Innocentii dicitur, ex mutuo debitum: quaſi præſupponendo obligationem etiam, quæ foret exceptione elidibilis: ſed vſuræ in contractibus ſtricti iuris pacto deberi non poſſunt, imò nulla eſt de iure ciuili obligatio ipſo iure. vt in l. quàmuis. la prima. C. de Vſuris. vbi dicitur. [Quàmuis vſuræ fœnebris pecuniæ citra vinculum ſtipulationis peti non poſſint (tamen ex pacti conuentione ſolutę) neque vt indebitæ repetuntur: neque in ſortem acceptæ fęrendæ ſunt] Idem eſt & de iure canonico, vt in cap. Debitores. extra de iureiuran. Vbi Alexander tertius ſtatuit, quò d [debitores ad ſoluendas vſuras (in quibus ſe obligauerant) cogi non debeant. hæc ibi] ſi ergo cogi ad illas ſoluendas aliqui non debent, licèt ad illas ſoluendas ſe obligaſſent: patet, quòd vſura non eſt lucrum debitum ex pacto: Azo in ſumma eodem titulo diffiniuit vſuram tali pacto, videlicet, Vſura eſt, quód datur pro vſu rei conceſſæ. Nec hæc diffinitio videtur bona. Nam mutuum quod reſtituitur, ſeu ęquiualens eius: datur pro mutuo conceſſo, & ſic in locum rei iam conceſſæ: & tamen non eſt vſura: cùm nihil vltra ſortem recipiatur. poteſt tamen ſaluari diffinitio Azon. interpretando verba illa, [pro vſu rei cōceſſæ,] ideſt, non pro re cōceſſa, ſeu loco eius, ſed pro vſu rei cōceſſæ. i. mutuatæ. i. tanq̄ pretium vſus rei mutuatæ, vt in noſtra vltima diffinitione, quæ auctoritate S. Thomæ probabitur. & rōne. Hoſt. in ſua ſumma, in titulo de Vſuris. §. Quid ſit vſura. dixit, Vſura eſt, quodcunque ſolutioni rei mutuatæ accedit, ipſius rei vſus gratia, pactione interpoſita, vel hæc intentione habita in contractu: vel ex actione habita ex poſt facto. ſed nec hæc videtur optima diffinitio. Nam (vt diximus) Vſura eſt etiam in eo, quod non accedit ſolutioni rei mutuatæ: vt ſi gerat ſolùm in mente aliquid ſe habiturum ex mutuo fore: quod deinde non aſſequutus fuit, & ſic non ſolutioni acceſſit aliquid ultra ſortem mutuatam, ſed bene intentioni mutuantis. Præterea cùm dicit Hoſt. (ſolutioni rei mutuatæ) ipſe non comprehendit vſuras, quæ fiunt in fraudem, quando nō interuenit apparēter mutuū, ſed emptio vel huiuſmodi, licèt in ipſis contractibus ſit mutuū palliatum, ac per conſeq ēs vſura palliata

Marginalia:

l. Curabit, C. de Act. empti.

l. Lecta, ff. de Rebus cred. ſi cer. pet.

24 *Vſura ſtrictè ſumpta multis modis, et uarijs diffinitis reperitur apud doctores.*

25 *Vſuræ diffinitio ab Innocētio tradita.*

26 *Diffinitio Innocentij repudiatur.*

c. Conſuluit, extra. de Vſur.

l. Quamuis. la prima, C. de Vſur.

c. Debitores, extra de Iure iuran.

27 *Vſura diffinitio ab Azone tradita.*

28 *Diffinitio Azonis rēpbatur.*

29 *Vſuræ diffinitio ab Hoſt. tradita.*

lita. vt in caſu c.Ad noſtram, extra de emptione, & uendit. & in c.Illos vos,
c.Ad noſtram. extra de emp. & uend.
extra de Pignoribus, in quo habetur, quòd emens rem eo pacto, quòd poſt
tempus reſtituat eam uenditori, recipiendo aliquid ultra ſortem iudicatur
c.Illos, extra de Pignorib.
contractus uſurarius. Nonnulla uerò alia quæ eſſent pōderanda circa ipſam
Hoſt. diffinitionem breuitatis gratia omittuntur: poſſet tamen opinio ipſius
Hoſt. diffinitio defenditur.
Hoſt. ſaluari, interpretando eius mentem fuiſſe, tradere ſolùm diffinitionem
uſuræ captæ pro illa re, quæ ultra ſortem ſumitur, & non pro peccato vſuræ:
nam aliud eſt uſura, & aliud peccatū uſuræ: vſura enim dicitur res illa, quam
Vſura, & peccatorū uſuræ differunt.
quis aſſequitur ex ui mutui vltra ſortem. Peccatum uerò uſuræ eſt culpa illa,
qua quis fœdatur, ac uincitur ratione affectus ſeu intentionis aliquid aſſe-
quendi ultra ſortem ex ui mutui, ut docet Ioannes de Medina, in Codice de
Ioannes de Medina.
Rebus per uſuram acquiſitis, quæſt. prima, in fi. & Nauarrus in commentarijs
Nauarrus.
de Vſuris, nu.6. & Sotus: ut infra nu.37. Panormitanus in Rubrica de Vſuris 30
Vſurę diffinitio à Panormitano tradita.
dupliciter definit uſuram. primò ſic, Vſura eſt quicquid ſorti accedit ex pa-
cto, uel intentione præcedenti, ſecundò, Vſura eſt lucrum mutui ex pacto de-
bitum uel exactum. primo modo diffinitio non uidetur bona, quia ipſemet 31
Vſuræ diffinitio à Ioāne Baptiſta Geminiano lupo tradita.
ibidem dixit ipſam non bonam, cùm poſſet aliquid ſorti accedere gratis da-
tum à mutuatario, diffinitionem circa ſecundo modo traditā à Panormita-
no: dicendum erit, (ut fuit dictum circa definitionem uſuræ traditam ab In-
nocentio) cum hæc diffinitio ſit prorſus ijſdem uerbis decorata: Ioannes Ba-
ptiſta Geminianus lupus in tract. de Vſuris, §.1. nume.14. dicit. Vſura eſt lu- 32
Diffinitio prędicti Ioānis Baptiſtę reprobatur.
crum receptum à creditore, pro uſu rei mutuo datæ. Attamen pace ſua nec
hæc diffinitio uidetur bona, cùm excludat uſuram, quæ contrahitur (quoad
peccatum) ſola intentione aliquid recipiendi ultra ſortem: Etſi poſtmodum
nihil aſſequutus fuerit, ut in c.Conſuluit, extra de Vſuris. Poterit tamen eius 33
Vſurę diffinitio ab Antonio de Roſellis tradita.
diffinitio ſaluari, prout diximus poſſe ſaluari ſententiam Hoſt. Antonius de
Roſellis in tract. de Vſuris, definiuit tali pacto uſuram, uidelicet. Quodcumq;
lucrum mutuans ex uero uel ſimulato lucro, aut in fraudem uſurarum con-
cepto, ultra quàm dedit ex uſu rei principaliter ſperat, ſeu expectat, eſt uſura.
Hæc diffinitio non uidetur uſquequaque bona, tum quia multa ſuperflua in- 34
Diffinitio Antonij reprobatur.
ſerit: (cum reuerentia tamen tanti doctoris) tum quia patet uſuram non eſſe
ſpem lucrum captandi ex lucro vero, uel ſimulato rei mutuatæ, ſed vſurę pec
catum benè eſſe omnem ſpeciem aliquid principaliter ex ui mutui aſſe- 35
Vſurę diffinitio ab Alexandro de Ales tradita.
quendi licèt mutuatarius nihil ex re ſibi mutuata lucratus fuiſſet, ut paulò
poſt dicetur, & in reconciliatione diffinitionis uſuræ traditæ ab Hoſtienſe, ſu-
pra fuit dictum. Alexander de Ales par.3. quæſt.66. dixit. Vſura eſt recipere
vltra ſortem, & quidem nec hęc uī bona diffinitio: cùm non ſemper aliquid 36
Diffinitio Alexandri reprobatur.
accipere ultra ſortem ſit uſura, ut puta, ſi quis recipiat id, quod gratis, & ut ſi-
gnum grati animi ſibi dediſſet mutuatarius, cùm hoc non ſit prohibitum ali-
quo iure: ut probabitur loco ſuo. Gaetanus in ſua ſumma in uer. Vſura: di-
cit, Vſura eſt lucrū ex mutuo: nec hæc uidetur bona (pace tanti uiri) dixe- 37
Vſurę diffinitio à Gaetano tradita.
rim: cùm quicquid ultra ſortem gratis donetur mutuanti à mutuatario com
putetur in lucrum, ſeu utilitatem illius: cùm illud acquirat ſine aliquo ſuo
intereſſe: & tamen ipſemet in opuſculis taliter accipientem huiuſmodi rem 38
Diffinitio Gaetani reprobatur.
excuſat à peccato uſuræ, ut dicetur in quæſtione 16. concluſione prima.
Dominicus autem à Soto in libro ſexto quæſt. 1. articulo 1. de Iuſtitia, & iu-
re, ait, quòd Vſura ſumitur dupliciter. Vno modo pro actione, hoc eſt pro
Dn̄icus à Soto.
mutuatione illa facta cum pacto quippiam ultra ſortem recipiendi: ſic enim

c. Vſura. 14. q.3.

videtur in Concilio Agathenſi vſurpari, & habetur in c. Vſura. 14. quæſt. 3. ubi dicitur; Vſura eſt ubi amplius requiritur, quàm quod datur. Alio modo accipitur pro pretio, quod uſus æſtimatione ſorti accreſcit: vt in c. Pleriq;,

c. Plerique, 14. quæſt. 3.

14. q. 3. in quo refertur ſententia Diui Ambroſij dicentis: Quodcunque accedit ſorti uſura eſt: Eſt ergo Vſura, ſi exactam compendioſamque (ut eſſe

39 *Vſuræ diffinitio à Dominico à Soto tradita.*

debet) definitionem cupis, Pretium uſus mutuatæ rei: per hoc enim quòd dicitur. Pretium vſus, ſecluditur contractus emptionis: ubi non pro uſu tantùm: ſed pro re ipſa penditur pretium: per id autem, quod dicitur (mutuatæ rei:) ſemouentur à diffinitione contractus emphyteuſis, & locationis, quibus res non mutuatur: rurſus nomen pretij præcurrens pactum deſignat in mutuatione, uel ſaltem, quòd receptio ipſius fiat ratione mutui: Ob idq; ponitur potius pretium, quòd lucrum. Hæc quidem Soti diffinitio, uidetur

S. Thomas.

bona, atque elicita ex uerbis Diui Thomæ (in 2. 2. quæſt. 78. articulo primo, in corp. quæſt. in fine,) dicentis, & propter hoc ſecundum ſe eſt illicitum pro

40 *Diffinitio Soti bona licèt aliquãtulum obſcura.*

uſu pecuniæ mutuatæ accipere pretium, quod dicitur uſura: Nihilominus uidetur aliquantum obſcura: cùm huiuſmodi diffinitio videatur tantùm denotare naturam uſurę in abſtracto ſeu in communi, (quodammodo) cõſideratæ: non autem naturam uſuræ applicatæ, ſeu continentis perſonam exercentem uſuram, quoniam aliud eſt uſura, & aliud eſt peccatum uſuræ:

41 *Vſura differt à peccato vſurę.*

Vſura ergo eſt pretium vſus rei mutuatæ, ut dixit Sotus. Peccatum autem uſuræ eſt ipſe appetitus ſeu uoluntas aliquid aſſequẽdi ex ui mutui, (tanquã ex obligatione ciuili incurſa à mutuatario propter mutuũ receptum) aliquid ſoluendi ipſi mutuãti, non ut ſignum grati animi eſt, ſed ut res, quæ ſibi ex ui mutui debeatur, ut latiùs dicetur in quæſt. 17. & 18. Diffinitio ergo Soti bona eſt in ſe: ſed quoniam non comprehendit niſi rem, quæ recipitur, & non perſonam recipientis. Iccircò aliam diffinitionem in medium afferam: quæ utrumque illud peragat, iuxta mentem diui Thomæ, & Soti ubi ſupra, quę

42 *Vſuræ diffinitio ab auctore tradita.*

& compendioſa quoque erit. Diffinitio talis eſt. Vſura eſt pretium uſus rei mutuatę principaliter ſperatum ſeu intentum, cui concordat Durandus in 3. ſententiarum, diſt. 37. quęſt 2. in corp. dicens, pretium uſus rei mutuatę

D[i]ffinitionis uerba ritè fuiſſe allata probantur.

dici uſuram. Dixi [pretium uſus rei mutuatę] propter duo, quę memorię ſunt commendanda. Primum quorum eſt, quoniam uſurarius uult ſibi non tantum reſtitui rem mutuatam in genere; uel ęquiualens in numero, pondere, & menſura: uerùm etiam aliquid ſibi ſolui pro uſu ipſius rei mutuatę, qui

43 *Vſurarius qd velit ſibi ſolui, & quare.*

tamen uſus nullatenus poteſt realiter auelli ab ipſa re mutuata: cùm illa ſit uſu ipſo cõſumptibilis, & ſic tacitè uult rem mutuatam ſibi reſtitui bis, quod utique pertinet ad iniuſtitiam, (ut latiùs in Notabili octauo) Dixi [mutuatę,] quia uſura ſolùm contingit fieri in contractu mutui, ut dicebat Sotus, & omnes. Dixi [principaliter ſperatum, uel intentum,] quoniam ſi minus principaliter, uel non, ut pretium uſus, ſed ut ſignum grati animi, intenderetur aliquid ultra ſortem, non eſſet uſura propriè dicta: de qua in pręſentiarum fit

44 *Spes lucri ex mutuo eſt duplex.*

ſermo. Pro cuius maiori intelligentia, & totius materię pręſentis de Vſuris, memorię quàm tenaciſſimè retinendum erit, quòd ſpes lucri aſſequendi ex mutuo, eſt duplex, alia quę dicitur à doctoribus ipſis, conconitans mutuationem ipſam: alia dicitur pręcedens ipſam mutuationem, & in hoc con-

Ioannes de Medina.
Couarruuias.
Caetanus.

cordat Ioannes de Medina, in Codice de reb. per uſurã acquiſitis, qõ. 1. §. de lucro etiã intento, & duob. §§. ſeq. Couarruuias in li. 1. variarũ reſolutionũ, c. 20. n. 4. Caietanus, in commentarijs. 2. 2. q. 78. art. 1. in reſp. ad quartum arg.

Spes

Spes ergo lucri concomitans mutuationem dicetur illa, quæ impertinenter ſe habet ad mutuationem: ſpes ergo lucri concomitans dicetur illa, quam ſummularij, & canoniſtæ appellant intentionem ſecundariam, & eſt, quam quis habet dum mutuat principaliter propter amicitiam, vel miſericordiam: & ſecundariò ſpe lucri aſſequendi ex mutuo in tantum, quòd ſi à principio mutui pro comperto haberet mutuatarium nihil ſibi daturum fore vltra ſortem, etiam mutuaſſet: & huiuſmodi intentio, ſeu ſpes lucri neminem conſtituit vſurarium. Spes autem lucri, quæ præcedens dicitur, eſt illa, quæ dat cauſã mutuationi: qua ceſſante, quis nõ mutuaſſet: & hęc eſt duplex: alia quæ dicitur impulſiua, alia finalis. Spes lucri ex mutuo impulſiua dicitur (aliàs) cauſa ſine qua non: & hæc dicitur illa, quam mutuator habet ſperando ex mutuo aliquid ſe fore recepturum vltra ſortem, (ideſt, rem mutuatam) non affecta lucri, ideſt, non tamquàm lucrum temporale (cum de ipſo nõ curet) ſed tamquàm ſignũ grati animi, id eſt, non ratione, vel ex vi mutui, ideſt, non tamquam ex obligatione ciuili incurſa à mutuatario propter mutuũ, ſed tanquam ex obligatione naturali, quę incurritur a recipiente aliquod beneficium erga ſuum benefactorem: quoniam tale quid expectare, (ſperare,) & exigere licet iuxta doctrinam quoq; diui Thomæ, in 2.2.q.78.artic.2. in corp. & in reſp. ad tertium. Spes autem præcedens finalis lucri ex mutuo, dicitur illa, qua quis mouetur ad mutuandum, quia ceſſante, non mutuaret, quia ſperat lucrum ex mutuo, & non lucrum, vt ſignum grati animi eſt, ſed lucrum, vt lucrum eſt, & non ex vi naturalis obligationis, ſed ex vi mutui, tamquam ex obligatione ciuili incurſa à mutuatario [illegible] ratione pretij vſus rei mutuatæ ſibi conceſſi per mutuum. Et hæc ſpes lucri dicitur vſuraria: quia conſtituit ipſum mutuantem vſurarium: eo, quòd velit ſibi ſolui æquiualens rei mutuatæ & aliquid vltra rem mutuatam, vt pretium vſus ipſius rei, & hæc aſſolet appellari ſpes lucri principalis, ſeu principaliter intenta in mutuo, quam omnes acclamant vſurariam: Ex his ergo patuit veritas diffinitionis Vſuræ propriè dictæ per nos ſupra allatæ, quãdo diximus, vſuram eſſe pretium vſus rei mutuatæ principaliter intentum.

45 *Spes lucri ex mutuo, concomitãs mutuationem, quę dicatur.*

46 *Spes lucri ex mutuo præcedens mutuationem, quæ ſit.*

47 *Spes lucri ex mutuo, præcedẽs mutuationem dicta impulſiua, quæ ſit*

Sanctus Tho.

48 *Spes lucri ex mutuo, pręcedens mutuationem dicta finalis, quæ ſit, & an ſit vſuraria, & quare.*

Octauum Notabile.

Res vſui humano deſeruientes ſunt in duplici differentia. (Vt nos docuit Sanctus Tho. in 2. 2. q. 78. articul. 1. in corp. quæ l.) Quædam enim earum ſunt quarum vſus, eſt ipſarum conſumptio: ſicut patet in vino (cuius proprius vſus eſt eius potatio, quod quidem vinum conſumitur eo vtendo ad potum: & in tritico, quod conſumitur eo vtendo ad cibum humanum; cuius eſt proprius vſus: & ſic de ſimilibus erit iudicium. Vndè in talibus non debet ſeorſum computari vſus rei, a re ipſa: quapropter cuicumque cõceditur vſus, ex hoc ipſo conceditur res: & iccircò in talibus rebus per mutuum transfertur dominium: ſi quis ergo ſeorſum vellet vendere vinum, & ſeorſum vſum vini: venderet eamdem rem bis. vel venderet id, quod non eſt, ac ſi eſſet. Vndè manifeſtè per iniuſtitiam peccaret: ſimili ergo ratione iniuſtitiam committit, qui mutuat vinum, aut triticum petens ſibi duas recompenſationes: vnam quidem petendo ſibi fieri reſtitutionem æquiualentis rei mutuatæ, aliam verò petendo ſibi ſolui pretium vſus: quod pretium dicitur vſura, (vt fuit probatum) Pecunia autem (ſecundum Philoſophum) principaliter eſt inuẽta ad commutationes faciendas: & ita proprius, & principalis ipſius vſus, eſt ipſius conſumptio, ſiue diſtractio: ſecundum quod in comutatio-

49 *Res vſui humano neceſſariæ ſunt in duplici differentia.*

50 *Vendi non poteſt ſeorſum, res vſu cõſumptibilis, ab vſu ipſo, & quare.*

Ariſt. i primo Politic. cap. 7.

nes expenditur: & propter hoc ſecundum ſe eſt illicitum pro vſu pecuniæ
51 mutuatæ accipere pretium: quod pretium aliàs dicitur vſura. Quædam verò
res ſunt, quarum vſus non eſt ipſarum rerum conſumptio, vt patet in domo,
equo, & ſimilibus: quorũ vſus eſt inhabitatio, vel æquitatio, et huiuſmodi: nõ
autem diſſipatio: cùm non eò ipſo, quòd illis vtimur: deglutimus ea; aut an-
nihilamus; & ideò in talibus ſeorſum poteſt vtrumq; concedi: puta, cùm ali-
quis tradit alteri dominium directum domus per donationem, vel venditio-
nem reſeruato ſibi ad aliquod tempus vſu ipſius, ſcilicèt, dominio vtili, vel
è conuerſo: cùm quis concedit alicui vſum domus, reſeruato ſibi dominio di
recto. Quàpropter licitè poteſt quis accipere pretium pro vſu domus: et præ-
ter hoc petere domum accommodatam, ſeu locatam: ſicut fieri contingit in
contractu locationis, et conductionis talium rerum.

Vendi põt ſeorſum, res vſu ipſo non conſumptibilis, ab ipſo vſu, et quare.

Nonum Notabile.

52 Sors in præſenti quæſtione (ac in reliquis præſentis opuſculi de Vſuris)
non ſumitur pro bona, aut mala fortuna. Sed pro capitali, ideſt, pro re mutua
ta: puta, pro mille aureis mutuatis, vel modijs centum, & huiuſmodi.

Sors in materia vſurarum quid denotet.

Decimum Notabile.

53 Mutuatarius à doctoribus appellatur is, cui fuit aliquid mutuatum, ſicut le
gatarius dicitur is, cui fuit aliquid legatum: mandatarius is, cui aliquid fuit
mandatum, et donatarius, is, cui fuit aliquid donatum.

Mutuatarius in materia vſurarũ, quid denotet.

Vndecimum Notabile.

54 Homines quoad bona temporalia poſſeſſa, vel non poſſeſſa: ſunt in triplici
differentia. Vt docuit elegantiſſimè Conradus in trac. 2. de contractib. q. 19.
ſuppoſitione 1. et S. Tho. 2. 2. q. 32. art. 5. et 6. Quidã enim illorum habent in
bonis tẽporalib. (ad vitam deſeruientibus) ſuperfluum tã naturæ, quàm per-
ſonæ: et illud hoc in loco appellamus ſuperfluũ naturæ, quod non eſt neceſſa-
riũ ad ſuſtentationem vitæ hominis, tam illa bona poſſidẽtis, quàm eius fami
liæ, cui de neceſſarijs prouidere tenetur: ſic (inquam) neceſſariũ, quin eo ſubla
to, adhùc homo habeat alia, quibus ſufficiẽter natura ſua, et ſuorum ſuſten-
tari poſſit, eo, ꝙ contingere poteſt, ꝙ aliqua temporalia non ſint neceſſaria Pe-
tro ad naturã ſuam, ſed benè ad naturam ſuorũ: quæ vnam et cõpu[..]tur (quo
ad ſubiectam materiam) quod voluit nos docere Diuus Hieron. (exponendo
illud Diui Ioan. Baptiſtæ dicentis: [Qui habet duas tunicas det non habenti]
dicens per vnã tunicam intelligitur ve[..]mẽtũ neceſſariũm homini, et familiæ
55 ipſius. per alterum veſtimẽtum, ſuperfluum vtriq;. Superfluum perſonæ illud
dicitur, quod nõ eſt neceſſariũ ad tenendum ſtatum cõgruẽtem perſonæ illi,
et ſuæ familiæ, ſic (inquã) ſuperfluum, quod illo etiã ſublato adhùc talis ho-
mo habeat alia, quibus ſufficiẽter poſſit tenere ſtatum ſibi, et propriæ familiæ
congruentem: et ſic in perſona accipitur (in propoſito) prout ſonat dignita-
tem ſuperadditã naturæ ipſius ſuppoſiti: Et vt hoc notabile luce clariùs elu
ceſcat, exẽplum afferã huiuſmodi: Summus Pontifex, et alij principes multa
habent, quæ ſunt ſuperflua naturæ eorum, et familiæ ipſorum: cùm pro cõſer-
uatione vitæ eorum, et familiæ ipſorum, (inquantum homines ſunt) non indi
geant tot [..]p. bus, ac diuitijs, quas poſſident: vt patet ad ſenſum: quoniam ſi
hoc aſſumptũ verum non eſſet, ſequeretur ꝙ cœteri homines, qui tot bonis tẽ
poralibus non affluunt, non poſſent viuere: quod falſiſſimum eſſe experientia
56 quotidiana nos docet. Vndè in hoc verificatur illud Ariſtotelis dicẽtis. Cùm
ordinatè laboramus, bibimus, et comedimus: naturã, vireſq; noſtras, et ſerua-
mus,

Superfluũ naturæ, quid dicatur.

S. Hieron.

Luc. c. 3. ver. 11.

Superfluũ perſona quid dicatur, & perſonæ nomine, quid intelligatur.

Exemplum.

Ariſt. in libro Proble. ſectione 19. nu. 38.

Labor, & cib⁹

mus, et augemus, & è contrà, inordinatè cùm agimus: deprauamus naturam, atque de ſuo ſtatu dimouemus; morbos enim naturalis ordinis corporum eſſe motiones: nulli dubium eſt: & ratio eſt, quoniam naturam paucis contentatur, vt ex dictis ipſius Ariſtotelis elicitur: ſic igitur in propoſito, dicitur Summum Pontificem, & alios principes multa habere ſuperflua naturæ ſuæ, & propriæ familiæ, id eſt, ad ſuſtentationem corporum ipſorum, quæ tamen erunt neceſſaria eorum perſonæ, ideſt, dignitati ipſorum conſeruandę, & hi dicendi erunt habere ſuperflua naturę, non autem perſonę. Alij verò licèt habeant facultatem pro natura conſeruanda, non tamen illam habent pro conſeruanda dignitate, patientes penuriam facultatum.

moderatè ſumpti quid operetur, et quid immoderatè.

Duodecimum & vltimum notabile.

Homines, qui dicuntur indigere bonis temporalibus ſunt in triplici differentia. Quidam enim ipſorum ſunt conſtituti in neceſſitate extrema: & iſti ſunt in tali miſeria conſtituti, quòd niſi ſubueniatur eis in cibo, potu, veſtimento, & huiuſmodi, exhalarent ſpiritum: Vnde de conſtitutis in tali articulo loquuntur Diuus Thomas, & alij infraſcripti. Nam Sanctus Tho. in 2. 2. q. 32. articulo quinto, in reſponſione ad 3. eſt (inquit Sanctus Thomas) dare aliquod tempus, in quo mortaliter peccat quis ſi eleemoſinam dare omittit: ex parte quidem recipientis: cùm non apparet in promptu, qui & ſubueniat: ex parte verò dantis, cùm habet ſuperfluam, quę ſecundum ſtatum pręſentem non ſunt ſibi neceſſaria, prout probabiliter ęſtimari poteſt: ex quibus Diui Thomę verbis Conradus in tracta. 2. de contractibus. q. 19. ſuppoſitione 3. infraſcriptis ſe ſubſcripſit, elicit, quòd caſus extremę neceſſitatis iudicandus eſt, quando apparent ſigna probabilia futurę neceſſitatis extremę; niſi eis ſubueniatur: vt cùm quis videt pauperem indigentem cibo, vel potu: vel huiuſmodi neceſſarijs: & homines alios impotentes, vel pigros ad ſubueniendum illi, nec pauperem poſſe ſibi prouidere: non eſt enim expectanda vltima, & extrema neceſſitas: quia tunc fortè non poſſet eorum natura iuuari iam defecta. Alij verò homines ſunt: qui conſtituti ſunt in neceſſitate magna, & notabili, citrà verò extremam. Alij autem ſunt in quodam communi ſtatu, quòd nec in extrema, nec in citeriori arcta: ſed in quadam media neceſsitate ſunt conſtituti: de quorum tamen ſtatu in concluſionibus latiùs dicetur. Idem docet Io. de Medina in Codice de Neceſsitate dādi eleemoſynam, q. 3. concl. 3. His ergo præmiſſis ſtatuēdæ erunt cōcluſiones, quibus præſens, qō ſoluetur.

57 *Indigentes bonis temporalibus ſunt in triplici differentia.*

Conradus.

Prima ergo concluſio ſit hęc.

58 *Neceſſarium exiſtenti in extrema neceſſitate nō erit regulariter elargiēdum ſub pęna peccati mortalis eleemoſynaliter vel ſub mutuo.*

Exiſtens in extrema neceſſitate naturę ſuę, & ſuorum, id quod ſibi, & ſuis neceſſarium eſt, non tenetur ſub pœna peccati mortalis mutuare alteri patienti eandem neceſſitatem: quemadmodum non teneretur de tali re illi eleemoſinam elargiri: imò regulariter mutuando peccaret mortaliter. Dixi [regulariter] propter concluſiones ſubſequentes. Hæc concluſio probatur quatruplici medio. Primò enim per argumen. in iure diuino, ſcilicet, in verbis illis domini loquentis cum Adam: [Ex omni ligno paradiſi comede] quaſi præcipiendo hoc dominus dixerit: & alibi per os Sapientis. [Miſerere animæ tuæ placens Deo,] & alibi Dominus ipſe in pœnam tranſgreſſionis Adæ, illi præcepit dicens. [In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es.] Dixi, probari noſtram

Geneſ. c. 2. 16. er.

Eccleſiaſtici c. 30. ver. 23.

Gene. c. 3. ver. 17. & 19.

concluſionem per argumentum : quoniam licèt explicitè prædductis authoritatibus iuris diuini non probetur concluſio : benè tamen implicitè: cùm ex illis luce meridiana clariùs eliciatur præceptum fuiſſe homini, omni induſtria,& labore,quærere vnde vita eius ſuſtentaretur, donec dominus ipſum liberaret ab hoc exilio præſentis miſerrimæ vitæ ; quod & innuere voluit Diuus Apoſtolus, quando dixit. [Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior] ex cuius verbis elicitur ipſum Apoſtolum ſentijſſe huiuſmodi hominem mortaliter peccare, cum addiderit fidem negauit: quod quidem fieri non poteſt ſine mortali peccato : & vt expreſſius hoc ipſum Apoſtolus idem doceret, addidit, [& eſt infideli deterior,] ideſt, non tantùm in hoc tranſgreditur ius diuinum, verùm etiam, & ius naturale: quo omnia animalia compelluntur curam gerere propriæ uitę, & filiorum : quod quàm eleganter tiſſimè docuit Diuus Auguſtinus,in 2. ſermone de vita clericorum, & eſt canonizatū in c. ſi. 17.q. 4. dicens. [Qui vult filio exhæredato, hæredem facere eccleſiam ; alium quęrat, qui ſuſcipiat : non Auguſtinum : imò Deo propitio nullum inueniet.] Probatur & ſecundò per arg. in l. Pręſes,C. de ſeruit. & aqua : Vbi dicitur. [Pręſes prouinciæ, vſu aquę, quam ex fonte iuris tui profluere allegas contra ſtatutam conſuetudinis formam, carere te non permittet ; cùm ſit durum, & crudelitati proximum, ex tuis prędijs aquę agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum vſum vicinorum iniuria propagari ;] ex quibus verbis Gloſa, ibidem, & doctores eliciunt illud vulgariſſimum axioma. Ordinata charitas incipit à ſeipſo. Dixi probari noſtram concluſionem per argum. in dicta l. Pręſes, quoniam re vera implicitè per ipſam probatur, cùm eliciatur prędictum axioma : eò, quòd aliàs, non eſſet verum, quòd (vt ordinata ſit charitas) debeat quilibet incipere à ſeipſo diligēdo, & procurando ſibi neceſſaria : qua charitate profectò comprobatur carere, qui propria vita, & ſuorum poſtpoſita ac contempta, alijs mutuat ſibi neceſſaria. Probatur & tertiò, præſens concluſio ſacrorum Theologorum, & aliorum doctorum authoritate loquentium in materia de eleemoſyna elargienda de re ſibi neceſſaria ad vitam ſuam, & ſuorum : Diuus enim Thomas in 2. 2. q. 32. articulo 6. in corp. quęſt. Riccardus à Media villa in 4. ſententiarum, diſt. 15. articulo 2. qō. 5. in corp. quęſtio. Gabriel Biel in 4. ſententiarum, diſt. 16. q. 4. articulo ſecundo, concluſione prima : Ioannes de Medina in tracta. de eleemoſynis elargiendis (opuſculorum ipſius De Pœniten.) q. 3. concluſione 1. Syluester in ſumma, in ver. Eleemoſina,§. 1. concluſione, 4. Petrus à Pal. in 4. ſententia. diſt. 15. q. 3. articulo 2. concluſione 3. & hi omnes doctores ſe ſubſcripſerunt tacitè pręſenti concluſioni: Dixi, [tacitè,] quoniam licèt explicitè, ſeu expreſsè loquantur in materia elargiendi eleemoſynam : nihilominus tacitè innuerunt hoc ipſum dicendum fore in materia mutui: cum minus incommodum ſit aliquid mutuare gratis, quàm ſit eleemoſynaliter aliquid elargiri, vt per ſe patet. Probatur, & quartò hac ratione, videlicet. Cum ordo,& præceptum charitatis expoſcat, quòd homo magis teneatur regulariter amare, ſub pœna peccati mortalis, corpus ſuum,& ſuorum, magis, quàm extraneorum iuxta ſapiētem in canticis canticorū. [Ordinauit in me charitatem:] Indè ſequitur, q̄ homo regulariter magis teneatur ſub pœna peccati mortalis neceſſitati ſuę extremæ,& ſuorum obuiare non mutuando alteri in tali neceſſitate conſtituto id,

1. Thimot. c. 5. ver. 8.

Sanctus Auguſtinus.

l. Præſes, C. de ſerui. & aqua.

Gloſa.

59 *Charitas ordinata incipit à ſeipſo.*

Diuus Thom. Ricar dus à Media villa. Gabriel Biel. Ioannes de Medina. Syluester in ſumma. Petrus à Pal.

Ratio Concluſionis.

Canti. c. 2. ver. 4.

to id, quod ſibi in tali neceſſitate eſt neceſſarium: quàm mutuando non obuiare. Antecedens probatur, vltra adductas doctorum, & iurium authoritates: authoritate Diui Thomæ in 2. 2. q. 26. articulo 4. infraſcriptis vtentis verbis, videlicet: ſed contra eſt quod legitur in lib. Leuitici. c. 19. ver. 18. S. Tho.
[diliges amicum tuum ſicut te ipſum:] & hoc dicitur: quoniam omnes proximos pro amicis, & tanquam cariſſimos amicos tenemur diligere. quod apertiùs dominus in Euangelio apud Matthęum expreſſit dicens: Leuit. c. 19. uer. 18.

[Audiſtis, quia dictum eſt: Diliges proximum tuum] quàpropter expoſuit amicum, pro proximo. vnde ſubdit, [& odio habebis inimicum tuum: Matthęi. c. 5. uer. 38.
Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros,] quod & etiam dicitur, de Ver. 39.
aduenis diligendis: ſicut nos ipſos, in eodem libro Leuitici his verbis: videlicet. [Sed ſit inter vos, quaſi indigena, & diligetis eum, quaſi vos metipſos,] quod & dominus docuit in Euangelio apud Matthæum, dicens [Diliges proximum tuum ſicut te ipſum:] Dicebat hinc S. Thomas. Vbi ſupra: Leuit. c. 19. 34. Matthæi. c. 22. uer. 39.
60 ex his elici, quòd dilectio hominis ad ſeipſum eſt, ſicut exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterum: ſed exemplar potius eſt, quàm exemplatum: ergo homo ex charitate magis debet ſe diligere, quàm proximum ſuum: Conſequentia patet, quoniam: aliàs homicida eſſet ſui ipſius, & ſuorū: priuando ſe re mutuata ſibi neceſſaria ad vitam ſuam, & ſuorum. *Dilectio hominis ad ſe ipſum eſt, ſicut exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterū.*

Secunda concluſio.

61 Si exiſtens in extrema neceſſitate naturæ habuerit tantam facultatem, qua propriæ vitæ tantùm, & ſuorum opem ferre poſſet, ne inſimul morerentur: non tenetur ſub præcepto, ſeu ſub pœna peccati mortalis, donare, vel mutuare, huiuſmodi facultatem (ſine qua ipſe, & ſui morirentur) alteri homini Reipublicæ etiam ſummopere neceſſario, exiſtenti in eadem neceſſitate: quàmuis benè de conſilio, quando hoc euidenter non appareret: ſecùs ſi appareret: quoniam tunc quis teneretur mutuare, vt bono publico, & communi conſuleret: & hoc modo reconciliari poſſunt Diuus Tho. & ſequaces, cum Riccardo. *Neceſſarium ſibi exiſtēti in extrema neceſſitate aliquando eſt ſub cōſilio elargiri eleemoſynaliter, vel ſub mutuo*
Nam ipſe Sāctus in 2. 2. q. 32. arttic. 6. in corp. qō. dixit, ꝙ in S. Thomas.
tali caſu, quis ſe, & ſuos periculo mortis laudabiliter exponeret, & per conſequens teneretur de conſilio, cui Santo aſtipulantur Petrus à Pal. in 4. ſenten. Petrus à Pal.
diſt. 15. quæſt. 3. artic. 2. concluſione 3. Syluester in ſumma in ver. eleemoſina. Syluester.
§. 1. concluſione 4. Et Riccardus à Media Villa in 4. ſententia. diſt. 15. artic. 2. Riccardus.
quæſt. 5. in corp. quęſt. dicens eſſe de præcepto in dicto caſu, cui videtur concordare Dominicus à Soto in libro 5. quæſtio. 1. articu. 8. colum. 4. in ver. Dn̄icus à Soto.
Quare tres ordines ſtatuendos. loquens in materia homicidij, qui & dixit ꝙ, quando inuaſus eſt perſona vilis, & Reipublicæ eius vita ad bonum commune nihil referret: & aggreſſor eſſet rex, vel alia perſona, quæ Reipublicę eſſet
62 valde neceſſaria: in tali caſu inuaſus præcepto charitatis cogeretur mortem ſubire ſe non defendendo, quando non poſſet ſe ſaluare, niſi talem perſonam interficiendo, & è contrà, mortaliter peccaret inuaſus Reipublicę neceſſarius, ſi permitteret ſe occidi, vt ſaluaret aggreſſorem vilem perſonam. ex cuius verbis elicitur, quòd ſub pœna peccati mortalis tenetur quis procurare bonum commune ſpreto ſuo particulari, & per conſequens implicitè ipſe Sotus fauet ſententię Riccardi, *Inuaſus quando pręcepto charitatis tenetur interficere inuadentem, & quando totum oppoſitum.*
cui explicitè fauit Gabriel Biel in 4. ſententia. Gabriel Biel.
diſt. 16. quęſt. 4. artic. 2. concluſione prima, in fine, dicens: quòd quando huiuſmodi neceſſitas, & euidentia huiuſmodi perſonę Reipublicę Chriſtianę valde neceſſarię, ſine cuius pręſentia, aut vita: bonum commune Reipublicę

Chriſtianę labefactaretur: tunc illud tale neceſſarium repertum, ac poſſeſſum à patiente eamdem neceſſitatem elargiendum ab ipſo erit ſub pręcepto tali perſonę Reipublicę neceſſario: quoniam quilibet tenetur ſe exponere periculo vitam ammittendi pro ſalute Reipublicę. hęc ille: quod quidem nec Sanctus Thomas negauit dicendo vbi ſupra, quòd laudabiliter, & de conſilio, &c. quod & probatur duplici medio. primò verbis ipſiuſmet Sancti Doctoris in 2.2.q.33.articulo 6.in corp.quęſt.dicentis:prętatum debere corrigere delinquentem (etiam ſi non ſperaret emendationem eius) ipſum per pœnas compellendo ad dimittenda peccata: & licèt incorrigibilis eſſet: tamen per hoc prouideretur bono communi, dum ſeruatur ordo iuſtitię, ex quibus patet ipſum ſanctum voluiſſe omnino pręponendum fore (de pręcepto) bonum commune bono particulari: quod & rurſus idem docuit in 2.2.q.32.artic.6.in corp.quęſ.dicens,bonum commune bono particulari fore pręferendum. Secundo medio id probatur authoritate Cardinalis Caietani,in commentarijs,2.2.q.32.artic. 6.dicentis prędicta verba Diui Thomę interpretanda fore ſecundum ſubiectam materiam, de qua loquitur ipſe ibi: quod,& elicitur ex titulo articuli, & huiuſmodi materia eius. Ex titulo quidem:quia in hoc articulo diſcutitur. An liceat de neceſſario dare: & non, an ſit hoc in pręcepto, vel in conſilio. Ex materia autem: quia conſtat, quòd tam magna neceſſitas Reipublicę, quàm extrema neceſſitas alicuius occurrens: ex ordine charitatis (qui eſt in præcepto) tenetur quis præponere bonum commune priuato bono: Ioannes quoq; à Medina in quęſt. 3. concluſione prima,§.Verum non eſt.tractatuli de eleemoſinis elargiendis:noſtrę aſtipulatur concluſioni, & interpretationi Diui Thomæ verborum in d.artic. 6. 2. 2. quæſt. 32. dicens Diuum Thomam benè dixiſſe in vtroque loco: quoniam aſſerere opus illud eſſe laudabile,non concludit, illud non eſſe ſub præcepto in aliquo caſu, ex cuius verbis elicitur ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni noſtræ.

Sanctus Thomas. · *S. Thomas.* · *Caietanus.* · *Ioannes à Medina.*

Tertia concluſio.

63 Eleemoſyna (vel ſaltem) mutuatio erit in præcepto,ei qui videt aliquem patientem extremam neceſſitatem naturæ: ita ꝙ niſi tunc ei ſubueniretur in uicta,aut veſtitu: ſit veriſimile illum paulòpoſt moriturum: & is, qui illum ſic videt,non eſt conſtitutus in ſimili neceſſitate, licèt non habeat ſuperflua ſtatus,ſeu perſonæ: & ſufficienter conſtat ſibi à nullo alio in tali neceſſitate ipſi ſubueniendum fore. Hæc concluſio probatur quinque medijs.Primò enim iure naturali: quod ſic probatur, videlicet, Omne quod præcipitur à iure naturæ eſt ſub pręcepto faciendum. At mutuatio (tempore neceſſitatis extremæ) rei neceſſarię ad vitam ei, qui illa caret: & qua ipſe qui eam poſſidet,non indiget ad tali neceſſitati obuiandum pręcipitur à iure naturæ. Ergo mutuatio (tempore neceſſitatis extremę) rei neceſſariæ ad uitam ei,qui illa caret,& qua ipſe,qui poſſidet eam, non indiget ad tali neceſſitati obuiandum, eſt ſub pręcepto facienda. Maior propoſitio per ſe patet. Minor probatur: quoniam, pręcipimur à iure naturali bonum illud velle proximis noſtris, quod nos ipſi pro nobis vellemus: vnde dicitur fluxiſſe ab inſtinctu naturę illud,quod dicitur,[quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.] Nam ius naturale eſt, quod in lege, & Euangelio continetur: quo quiſque iubetur alij facere,quod ſibi vult fieri (id eſt, debet velle, vt docet gloſa,) in §.1.diſt.1.in ver.Vultis,& prohibetur alteri inferre, quod quiſque ſibi nollet

Eleemoſyna et mutuatio quã do erit ſub pręcepto facienda.

G 2.

let fieri: vnde Chriſtus Dominus noſter in Euangelio apud Matthæum. [Omnia (inquit) quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis: hæc eſt enim lex, & prophetæ:] quod habetur in ſumma diſt. 1. Quis (enim) in tali neceſſiate conſtitutus nollet adiuuari per mutuum? quàpropter, indè ſequitur noſtram concluſionem probari iure naturali.

Matthæi. c. 7. ver. 12.

Probatur & ſecundò iure diuino: ſic procedendo, videlicet: Vnuſquiſque, tenetur diligere proximum ſuum de iure diuino, ſub pœna peccati mortalis, dilectione non tantum cordis, vel oris: (quę eſt velle ſibi bonum, vel loqui ſe cum pacificè;) verùm etiam dilectione operis, effectualiter conferendo ſibi bonum, & ad hoc tenetur, concurrentibus circunſtantijs in ipſo diligente, ſcilicet, quòd habeat id, quo frater ſuus indiget: & in perſona diligenda, quòd indigeat tali bono: Inde ſequitur, quòd quicunque proximum ſuum in tali prędicta neceſſitate conſtitutum non adiuuat, ipſum non diligit, & tranſgreditur pręceptum diuinum de diligendo proximum ſuum ſicut ſeipſum.

Antecedentis iſtius prima pars probatur verbis ipſiuſmet domini dicentis in Euangelio. [Hoc eſt pręceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos,] (& paulò poſt,) [Hęc mando vobis, vt diligatis inuicem,] & alibi. [Diliges proximum tuum ſicut te ipſum] Secunda pars probatur authoritate Ioannis Apoſtoli dicentis. Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate.] Tertia pars ipſius antecedentis probatione non indiget: quia ipſa ſupponitur in concluſione pręſenti. Conſequentia probatur verbis Sancti Ioannis Euangeliſtæ dicentis. [Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi: & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo: quõ charitas Dei manet in eo?] ex cuius verbis elicitur ipſum voluiſſe huiuſmodi hominem carere charitate, & tranſgredi charitatis pręceptũ de diligendo proximo, prout docuit Diuus Gregorius Papa in Homilia dicens: ſcriptum eſt: [Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.] Minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in neceſſitate illius, etiam ea, quę ſunt ſibi neceſſaria, partitur: Iccircò de diuidendis cum proximo duabus tunicis datum fuit pręceptum.

Ioannis. c. 15. ver. 12. ver. 17. Matthæi. c. 22. ver. 39 1. Ioannis. c. 3 ver. 17.

64 *Proximus diligendus eſt non verbo, & lingua, ſed opere et veritate.*

1. Ioannis. c. 3. ver. 17. S. Gregorius.

Idem prorſus probatur alijs authoritatibus iuris diuini: Dominus enim Ieſus dixit. [Qui habet duas tunicas det non habenti: & qui habet eſcas ſimiliter faciat] ex quibus uerbis Beatus Baſilius ſuper dictum Sancti Euangelij, textum collegit ueritatem noſtrę concluſionis dicens ibi. Hic autem docemur, quòd ex omni eo, quod nobis affluit ſuper proprij uictus neceſſitatem, tenemur propter Deum erogare illi, qui non habet: qui quęcunque poſſidemus, ab illo habemus. Idem probatur uerbis domini dicentis in Euangelio, [Dicet his, qui à ſiniſtris erunt, eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere: & poſtea ſubdidit: diſcedite à me operarij iniquitatis in ignem ęternum.] At quoniam nullus addicendus erit pœnis ęternis, niſi pro mortali. Indè patet concluſionem noſtram hac etiam authoritate probari. Rurſus eadem concluſio probatur iure diuino per uerba illa, quibus in ſacro Euangelio uſus fuit Saluator noſter dicens. [Qui autem petit à te, da ei: & uolenti mutuari à te, ne auertaris,] & alibi. [Mutuum date, nihil indè ſperantes,] & licèt doctores nonnulli aſſeuerent huiuſmodi domini pręceptum non eſſe ſemper obligatorium ad ſemper: cum ſit pręceptum affirmatiuum: tamen non poterit negari quin in aliquo caſu ſit pręceptum mutuare: Concurrentibus omnibus circunſtantijs, quibus completur ac conſtat mutuare opus eſſe uirtuoſum, ſeu uirtutis: at hoc utique erit, dum

Luc. c. 3. ver. 11. Sãctus Baſil.

Matthæi. c. 25. uer. 42.

Matthæi. c. 5. ver. 42.

Luc. c. 6. uer. 35.

proximus

proximus noſter extremam patitur neceſſitatem. & alter poteſt ei opem ferre ſine propriæ, & ſuorum uitæ pernicie: prout in concluſione dicitur; ne fiat fruſtratorium præceptum de mutuando,& eleemoſinam elargiendo conſtitutis in talis neceſſitatis articulo. Idem rurſus probatur de iure diuino, & alio medio ſic dicendo. Mutuare minus eſt, quàm dare eleemoſinam: at de ſuperfluis præcipimur de iure diuino eleemoſynā elargiri, ergo à fortiori mutuare gratis exiſtenti in tali neceſſitate, (de qua fit ſermo in concluſione.) Antecedentis prima pars per ſe patet: cùm eleemoſyna ſit quædam donatio inter uiuos,quę irreuocabilis eſt, & non parit in recipiēte obligationem reddendi idem genere, uel ęquiualens poſt tempus, ſicut in mutuo diximus, & probauimus,obligationem contrahi: ergo patet ueritas noſtræ concluſionis. Secunda uerò pars antecedentis probatur uerbis domini dicentis,[quod ſupereſt, date eleemoſynam,] ſi ergò à domino præcipimur de ſuperfluo dare eleemoſynam: quanto magis tacitè, & incluſiuè pcipimur ijſdem uerbis domini mutuare de ſuperfluo in caſu concluſionis,quod minus eſt, & cum minori damno uniuſcuiuſque fit. Probatur inſuper & tertiò noſtra concluſio iure poſitiuo,per argumentum,in c.Paſce.diſt.86.in quo loco canonizata reperitur ſententia Diui Ambroſij epiſcopi dicentis. [Paſce fame eſurientem, quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non pauiſti,occidiſti,] & per arg.in c.Non ſatis eſt.diſt.86. (& eſt Sancti Ambroſij in lib.de officijs, cap.30.) in quo dicitur. [Grandis culpa, ſi te ſciente fidelis egeat: ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, fame laborare: ærumnam perpeti: qui pręſertim egere erubeſcat.] Probatur & quartò, doctorum authoritate loquentium in eleemoſynæ materia, & arguendo à fortiori tacitè in materia mutui,(vt Nauarrus loco infra citando innuit dicens ſufficere quo ad pręcepti huius obſeruantiam in tali articulo mutuare, & idem Conradus.) Diuus ergo Thomas in 2.2.q.32.articulo 5.& 6.in corp.quęſt.in fine,& in reſponſione ad ſecūdum, & tertium articuli quinti. Caietanus in commentarijs,2.2.locis pręđictis,ſed ſolemnius, & ex profeſſo in cap.5.& 6.tractatuli quinti, Tomi ſecundi opuſculorum eius. Riccardus,in 4.ſenten.diſt.15. arti.2.q.2.in corp. quæſt.& in reſponſione ad primum. Petrus à Palude in 4.ſenten.diſt.15.q.3. articulo 2. concluſione 1. Nicolaus de Orbellis in 4.ſenten. diſt.15. q.1.§.7. Gabriel Biel in 4.ſenten.diſt.15.q.11.in reſponſione ad tertium, & diſ.16.q. 4.concluſione 4.Conradus in tract.2.q. 19. concluſione 2.3. & 4.de contractibus licitis, & illicitis, qui probat hoc eſſe etiam dicendum de neceſſitate mutuandi, multis argumentis. Idem docet Archiepiſcopus Florentinus, in par.2.tit.1.c.7. §.6.in fine, arguendo à fortiori in materia mutui. Dominus Cardinalis Alexandrinus aliàs Prępoſitus Sancti Ambroſij nuncupatus in dicto c. Non ſatis eſt, per optimis argumentis probat ferè omnes concluſiones noſtras pręſentis qōnis. Ioannes de Medina in tract.quinto de eleemoſyna. q. 3. ſub tit.de neceſſitate dandi eleemoſynam. Syluester in ſumma in ver.eleemoſyna,§.1.particula.4.Nauarrus in ſuo manuali confeſſorum,c.24. ſub titu.de operibus miſericordię, numero 5. Quintò probatur pręſens concluſio multis rationibus iam adductis in enucleatione ac interpretatione Iuris diuini,& poſitiui ſententiarum, ſupra recenſitarum in probationem præſentis ueriſſimæ concluſionis.

Luc. c.11.uer. 41.

c.Paſce.diſ.86.

c.Non ſatis eſt diſt. 86.

S. Thomas.

Caietanus.

Riccard' à Media uilla.

Petrus à Palude.

Nicolaus de Orbellis.

Gabriel Biel.

Conradus.

Archiepiſcopus Florentinus.

Prępoſitus ſeu Cardinalis Alexandrinus.

Ioannes à Media.

Syluester.

Nauarrus.

Impugnatio concluſionis.

Et ſi noſtra concluſio probata ſit multis medijs. Poſſet quis (Nihilominus) contra ipſam inſurgere, dicendo ipſam falſam, pro eo, quod contineat

inſe

in ſe quoddam abſurdũ, quod ſequeretur ſi tanquam veram ipſam amplectèrentur homines: arguendo ſic. Si vera eſſet præſens concluſio, ſequeretur hoc abſurdum, videlicet, quòd homo eſſet perplexus, imò contra ſuam voluntatem mortaliter peccaret. At conſequens eſt falſum, ergo & Antecedens; & quòd conſequens ſit falſum, per ſe patet: quoniam nemo peccat niſi voluntariè, cùm ſubiectum peccati ſit vniuſcuiuſque peccãtis propria voluntas, & quòd hoc conſequens eliciatur à concluſione præſenti probatur: eo, quòd poteſt contingere, quòd homo habens vltra neceſſarium naturæ, videndo alium in extrema neceſſitate naturæ conſtitutum, præparet ſe ad illi opem ferendam: & dum ſe præparat, coram eo comparet alter in eadem extrema neceſſitate naturæ conſtitutus: Cùm ergo ille talis, qui habet vltra talem neceſſitatem naturæ aliquid, quod non ſit ſufficiens vtrique eorum: animaduerterit ſe non poſſe ambos adiuuare: & non reperiens cauſam, quà potius alteri eorum ſolùm debeat ſubminiſtrare neceſſarium naturę, quo indigeat: prætermiſſo reliquo: illicò efficitur perplexus in ſua conſcientia: intra ſe dicendo: ſi huic opem feram, reliquum non ſubleuabo meis bonis vtrique non ſufficientibus, & ſic ille non adiutus morietur mea culpa: & ſi alteri ſubueniam, alterum fame perire permittam: & ſic licèt alterum eorum pauero, nihilominus mortaliter peccabo, non ſubueniendo reliquo, cùm ſim obligatus ſecundum præſentem concluſionem opem ferre mea ſubſtantia conſtitutis in huiuſmodi neceſſitate: & tamen non adeſt aliqua cauſa; qua potius debeam iſtum, aut illum ex his duobus, adiuuare eleemoſyna, vel mutuo mediante: Ad hoc, quàm facillima erit reſponſio, dicendo impugnationem non elici ex noſtra concluſione, (vt patet rectè ponderanti omnes illius partes.) Cùm ex concluſione ſolùm eliciatur; quòd qui habet ſuperfluum naturæ, illud teneatur erogare in ſubuentionem eorum, qui patiuntur neceſſitatem naturæ, ideſt, inquantum ipſius facũltas ſuperflua ſe extendit, & non plus: quàpropter cuicumque illorum illud ſuperfluum naturæ non ſuperfluens niſi alteri (tantùm) eorum diſtribuerit, ſatisfaciet præcepto de mutuando illud tali patienti neceſſitatem naturæ, & ſic patet in huiuſmodi homine habente ſuperfluum aliquod naturę eſſe volũtariam, & abſque iudicio, non autem neceſſariò incurſam perplexitatem, nec ex natura præcepti.

Antecedens.
Cõſequentia.
Reſponſio ad impugnationem cõcluſionis.

Quarta concluſio. 65

An habens ſuperflua naturæ, & perſonę pro ſe, & ſuis illud erogare exiſtẽti ĩ quaſi extrema neceſſitate teneatur.

Vnuſquiſque tenetur ſub pœna peccati mortalis eleemoſynam dare, vel mutuare de bonis, quę ei ſuperflua ſunt ad neceſſitatẽ naturę, & perſonę propriæ, & ſuorũ: ei, qui eſt cõſtitutus in quaſi extrema neceſſitate, & hoc ipſe petierit, & alij nõ poſſunt, vel nolunt taliter cõſtituto in neceſſitate opẽ ferre, & hoc ipſi habẽti vltra neceſſitatẽ naturę, & perſonæ ſit notum: & appello quaſi extremã neceſſitatẽ, notabilem aliquã, & arctam neceſſitatẽ, & ſi extrema nõ ſit, ſed tanta: vt niſi illi ſubueniatur, ſit veriſimile, quòd notabiliter vita illius abbreuiabitur, aut aliquam ęgritudinem notabilem incidet. Hæc concluſio
licèt implicitè fuit probata iure naturali, diuino, & humano adducto in pro- 66
bationem præcedentis concluſionis. Nec non, & ſententijs doctorum de hac explicitè verbum facientibus. Nihilominus ſciendum, quòd Diuus Thomas in 4. ſententiarum diſt. 15. q. 2. articulo 1. quodli. 4. in reſp. ad quartum,
dixit, quòd tempus (ad quod obligat præceptum de eleemoſynis faciendis) 67
accipitur ex parte accipientis, & ex parte dantis: ex parte autem accipientis, quando apparent ſigna probabilia extremæ neceſſitatis futuræ: niſi ei ſubueniatur:

Neceſſitas quaſi extrema q̃ dicatur.
S. Thomas.
Præceptum de eleemoſynis elargiẽdis cõſi

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

deratur ; ex parte dãtis, et accipientis, et quãdo eſt obligatorium.

niatur : vt cùm aliquis videt alios impotentes, vel pigros ad ſubueniendum; & pauperem indigentem cibo, & potu, & alijs vitæ neceſſarijs, nec ſibi ſatiſfacere poſſe: non enim expectanda eſt vltima neceſſitas,quia tunc fortè non poſſet iuuari natura iam fame, vel ſiti conſumpta. Ex parte autem dantis; quando habet homo multa,quibus non indiget, neque ad ſuſtentationem vitæ ſuæ,& ſuorum : neque ad decentem ſtatus ſui conſeruationem: & ſi pauperes extremæ neceſſitatis non compareant,hæc ille Sanctus. Vbi ſupra.

Caietanus.

Caietanus in Tomo ſecundo opuſculorum, tract.quintò,ferè per totum,& ſpecialiter,in c.5.& 6.noſtrę concluſioni ſe ſubſcripſit, vnà cum infraſcriptis,licèt ſe nõ coarctet, quoad eum ſolùm,qui eſt in neceſſitate extrema,vel quaſi extrema,ſed erga omnes patiens etiam neceſſitatem ſtatus,ſeu perſonæ.

Pet. à Palude.

Petrus à Pal. in 4. ſententia.diſt.15.q.3.articulo 2.concluſione prima,ſe quoq; ſubſcripſit noſtræ concluſioni addens, quòd hoc idem tenendũ ſit de eo,qui non patitur eamdem neceſſitatem, quod & opere docuit Diuus Dominicus vendens libros,& ſuppellectilia,quæ ſibi opus erant,vt opem ferret pauperibus palentię fameſcentibus. & ratio, quare ſit in præcepto, in tali caſu,eſt: quia charitas plus diligit vitam proximi, quàm omnia bona temporalia, & decentiam:hæc ille. cuius dictis ſimilis eſt ſententia Riccardi de Media villa,

Riccardus à Media villa.

in 4.ſententiarum,diſ.15.articulo 2.q.2.in corp.quęſt.& in reſp.ad primum, & tertium, dicentis talem obligari ſub pœna peccati mortalis.

Ioannes à Medina.

Ioannes autem de Medina conſentit præſenti concluſioni, iuxta terminos in ipſa contentos. In Codice de eleemoſyna tract.5. q. 3.§. Quod autem in controuerſia, in ver. Quod autem mihi in hac contentione.

Alexander de Ales.

Alexander de Ales,in 3.par.q.65.Vbi apertè videtur dicere,ꝙ diues abundans diuitijs mortaliter peccet,primò ſi non erogat eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate.ſecundò; ei, qui eſt in arcta, & notabili neceſſitate: cùm ipſo concordat Nicolaus de Lyra, ſuper illud Ioannis in canonica ſua epiſtola: Vbi,[qui habet ſubſtãtiam huius mundi, & viderit proximũ ſuum neceſſe habere,]&c. Conradus,& Archiepiſcopus Florentinus in locis citatis in præcedenti concluſione. Dyoniſius Carthuſianus ſuper dictam epiſtolam Ioannis.Nauarrus in ſuo manuali confeſſorum,capitulo 24. tit.de operibus miſericordiæ, nu.9. Gabriel Biel in 4. ſententia.diſt.16.q.4.concluſione 4.

Nicolaus de Lyra. 1.Ioãnis c.13. Conradus. Archiepiſcopus Florentinus. Dyon. Chart. Nauarrus. Gabriel Biel.

Ratio qua probatur concluſio.

Probatur denique, et quintò hac ratione præſens concluſio. Mutuatio cõtinetur in pręcepto affirmatiuo, quia dilectio proximi non ſolùm ſecundum affectum,verùm etiã ſecundum effectum eſt in præcepto,(vt latiùs fuit probatum in ſuperiori concluſione,)et tunc erit in præcepto:quando erit neceſſaria virtute charitatis obligantis,ita ꝙ ſine tali mutuatione charitas manere non poteſt,quia eſt actus eius. At tunc mutuatio erit de neceſſitate charitatis, quando recta ratio ad hoc neceſſitat: Neceſſitantia autem ad actum mutuationis ſunt duo, videlicet, aliquid ex parte dantis, et aliquid ex parte eius,cui mutuatio erit facienda:ergo ſequitur bonam eſſe noſtram concluſionem:tùm ex parte dantis, habentis ſuperflua; tùm etiam ex parte recipientis, neceſſitatem quaſi extremam patientis. Ex adductis ergo patet veritas noſtrę concluſionis.

Impugnatio concluſionis. S.Thomas.

Attamen contra noſtram concluſionem iam probatam multis medijs poſſet quis inſurgere,afferendo ſententiam Diui Thomæ in 2. 2.q. 32.artic.5.in corp.quæſt.in fi. Vbi concludendo à ſe dicta infraſcriptis vſus fuit verbis,videlicet: Sic ergo dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in pręcepto, et dare eleemo-

eleemoſynam ei, qui in extrema neceſſitate, alias autem eleemoſynas dare eſt in conſilio, hęc ille Sanctus, ex cuius verbis videtur ipſum voluiſſe, q in caſu pręſentis concluſionis non ſit in præcepto eleemoſynam dare, vel mutuare. Ad quod quàm facillima erit reſponſio: & primò dico, quòd ſi verba ipſius Sancti, vt ſonant in litera, eſſent intelligenda: ſequeretur hoc abſurdum, q ipſe Sanctus Doctor eſſet ſibimet contrarius, (quod nequaquam verum eſt) cùm in 4. ſententiarum contrarium ſenſerit, vt ſuprà retuli, & quàm loculentiſſimè docuit Caetanus vbi ſuprà in c. 2. Secundò reſpondetur Sanctũ Thomam in quarto voluiſſe explicitè vtrumque caſum recenſere, caſum (ſcilicet) extremę neceſſitatis, & caſum quaſi extremæ, in 2. 2. vbi ſupra, vtroſque inſimul comprehendens: Cùm ſint quaſi vnus: dixit enim teneri aliquem, ſi occurrat extrema neceſſitas proximi: cùm quaſi extrema neceſſitas exemplificata per ipſum in quarto ſententiarum, dici poſſit etiam extrema neceſſitas, reſpectu eius, qui habet ſuperflua vtriuſque, ſ. naturę, & perſonæ: cùm ex pręcepto charitatis teneamur amare magis corpus proximi noſtri, (quod incurreret grauem morbum, vt ſupponitur in concluſione,) quàm bona noſtra tẽporalia, vt patet ad ſenſum: & tamen ipſe Sanctus probauit in 2. 2. q. 44. ar. 8. quòd ordo charitatis ſit in pręcepto. Ex quibus omnibus in medium allatis patuit concluſionis noſtræ veritas, & nullam eſſe contrarietatem in dictis Diui Thomæ eruditiſſimi doctoris.

Reſponſio ad impugnationem cõcluſionis.

Caetanus.

Quinta concluſio.

68

An non mutuans, vt augeat propriã facultatem, vel dignitatẽ, peccet.

Eleemoſynam elargiri, vel mutuare non erit in præcepto ei, qui habet ſuperflua naturæ, & perſonæ: ſi petens mutuum non eſt in extremà neceſſitate, vel quaſi: licèt iccircò, qui non mutuaret, vt ſuam propriam dignitatem ampliaret, congerendo nummos, ac facultates, vt emere poſtmodum poſſet dominia, ciuitates, & huiuſmodi, & ſic nobilitare ſuam familiam, ſi laicus hic eſſet: (ſecùs ſi clericus, aut hoc faceret ductus tantùm cupiditate augendi pecunias: in ipſum augumentum ponens vltimam finem, non curando de pauperibus, vt communiter faciunt auari: quia tunc hic talis eſſet in mortali.) Hęc concluſio probatur iiſdem medijs, quibus fuit probata ſupradicta noſtra tertia concluſio, arguendo à contrario ſenſu, & ſpecialiter authoritate Ioannis de Medina, & Nauarri locis citatis in præcedenti concluſione. Probatur, & ſecundò rationibus adducendis in enucleatione clauſularũ ipſius concluſionis. Quàpropter animaduertendum, quòd dixi primò [Eleemoſynam elargiri, vel mutuare] quoniam, qui tenetur ad eleemoſynam, à fortiori tenebitur ad mutuandum: vt docuit Archiepiſcopus Florentinus, & Conradus locis citatis in tertia concluſione, & ratio eſt, ſecundum Conradum, vbi ſupra in concluſione quarta, quia valet conſequentia à minori affirmatiuè, cùm mutuum ſit quid minus, quàm (vt patet ad ſenſum) eleemoſyna: eo, quòd ſemper in mutuante remaneat ius exigendi à mutuatario ęquiualens rei mutuatæ, quod non eſt in eleemoſyna elargita, licèt (vt docet Nauarrus, vbi ſupra,) quis ſatisfaciat pręcepto de eleemoſyna elargienda per mutuum: eo, quòd per dictum præceptum procuretur, vt proximus in neceſſitate conſtitutus adiuuetur, ne præſſus ęgeſtate pereat, quod vtique ęquè procuratur per mutuum. [Dixi etiam in concluſione licèt non mutuaret, vt ampliaret propriam ſubſtantiam, nobilitatemque ſuam, & ſuorum,] quoniam: ſi vera non eſſet hęc clauſula in concluſione inſerta, infrà: abſurda ſequerentur. Primum quorum eſt, quòd quiſque teneretur magis proximi ſui honori, ac dignitati

Ioãnes de Medina.

Nauarrus.

69

An qui teneatur eleemoſynam elargiri, à fortiori, teneatur mutuare, & mutuãdo liberetur à pręcepto, & neceſſitate eleemoſynam elargiendi.

Primũ abſurdum, quod daretur, ſi cõcluſio vera nõ eſſet.

70 *Mutuare an teneatur quis ſi ex mutuo impediretur [illegible] dignitatem* Matthæi.c.19. ver.21. 1.ad Timot.c. 6 ver 8.

dignitati opem ferre, quàm propriè. At conſequens eſt [illegible] (vt fuit probatum in probatione primę concluſionis,)& probabitur adhuc [illegible],& antecedens, & quod ſit falſum probatur hoc medio. Cum nemo teneatur [illegible] ipſi.& ſuis procurare (ſub præcepto) plus v[illegible] & veſtitus, quàm ſit ipſis neceſſarium: eo, quod vnicuique liberum ſit omnia ſua bona abdicare, & in arcta paupertate viuere: quod non modo licitum eſt, imo & laudabile ſummoperè, iuxta illud domini. [Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quę habes, & da pauperibus,] & iuxta Apoſtoli conſilium, [habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.] Indè ſequitur neminem teneri ſub præcepto de ſuo ſuperfluo mutuare nullam neceſſitatem extremam patienti, (vt in noſtra cõcluſione dicebamus) nec mutuare ad hoc non ſolùm, vt proximis noſtris melius ſit, & vt abundantius, ac lautiùs viuant; ad quod procurandum præcepto charitatis nemo tenetur. Secundum abſurdum, quod

Secundum abſurdum.

ſequeretur ſi noſtra concluſio non eſſet vera; eſt. Quod tuta conſcientia diuites habentes ſuperflua naturæ, & perſonę non poſſent expendere illa in fabricas monaſteriorum, eccleſiarum, hoſpitalium, capellarum, Vel ex ipſis dotem aſſignare, ſeu redditus annuos aliquibus, vt in cœnobijs degentes, & eccleſijs deſeruientes, & huiuſmodi poſſint ex illis viuere. At conſequens eſt falſiſſimum, ergo & antecedens: et quòd conſequens ſit [illegible] fidelibus non opus eſt probationes afferre: Cùm contrariũ ſit hæreticum, illud, ſcilicet, pertinaciter aſſeuerare: eò, quòd indè negaretur eſſe opus virtutis, & meritoriũ eleemoſynas elargiri, contra [illegible] quod locuit dominus ipſe quãdo dixit.

Luc. c.11.ver. 41. Luc.c.12.uer. 33. Concil.Tridẽ.

[Veruntamen quod ſuperest, date eleemoſynam, et ecce omnia munda ſunt vobis.] et rurſus. [Vendite quæ poſſidetis, et date eleemoſynam.] quod animaduertens ſacrum Concilium Tridentinum in ſeſſio. 25. c. 1. loquendo de purgatorio; ſummoperè commendat eleemoſynarum elargitionem. Tertium abſurdum eſt, quoniam ſi [illegible] noſtræ concluſioni [illegible] eſſet

Tertium abſurdum.

falſa, ſequeretur [illegible] nos fateri, quod omnia bona ſuperflua diuitum [illegible] accidentium [illegible] quapropter non poſſe [illegible] bus [illegible]. Ac hoc conſequens rationi [illegible] ergo, & antecedens [illegible] quod conſequens ſit omnino [illegible] ratio [illegible], per ſe patet quoniam nullo iure hoc cauetur: eò [illegible] qui [illegible] ſtuderent (vt in [illegible] hominum) [illegible] conditionis, quàm impigri, & laboribus oppreſſi et ſic in dies [illegible] talium numerus, cùm [illegible] vellent [illegible] Reipublicæ: eò, quod

Ezech.16.vẽr. 49. Prouer. c. 28. ver.19. Prouer. c. 12. ver.11.

malorum fere omnium origo ſit otium [illegible] dicente propheta. [Ecce hęc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ [illegible] ſaturitas panis, et abũdãtia, et otium ipſius, et filiarum eius.] Vnde Sapiens dicit. [Qui operatur terram ſuam, ſaciabitur pane; qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate:] et rurſus. [Qui operatur terram ſuam, ſaciabitur panibus: qui autem ſectatur otium ſtultiſſimus eſt.] Vnde hi tales [illegible] illo [illegible] marceſcere, ac operam naturæ præeligerent, potius quàm proprio labore manuum victum quærere pro competenti habentes [illegible] in [illegible] poſſeſſuros fore bona diuitum ſuper fluaque illi acquiſiuerunt maximis periculis, atque laboribus. Quod quàm ſit

Quartũ abſurdum.

abſurdiſſimum nemo ſanę mentis non animaduertit. Quartum abſurdum eſt, quod oporteret [illegible] concedere (ſi noſtra concluſio non eſſet vera,) quod vnuſquiſque homo dum perueniſſet ad talem fortunam, vt haberet

vnde

vnde naturam, & perſonam propriam, & ſuorum poſſet competenter ſuſtentare, mortaliter peccaret negotia vlteriùs exercendo gratia lucri captandi, quia non minus peccatum eſt ſuperfluas diuitias acquirere, quàm acquiſitas retinere; & ſicut is, qui ſuperflua retinet ſic, & is, qui aliena iniuſtè retinet; (ſi noſtra concluſio non eſſet vera) & indè ſequeretur inſuper, quò d talis (propria non elargiẽdo) peccato furti ſe macularet, cùm habeatur in c. Sæpe contingit; extra de reſtitutione ſpoliat. Innocentium Tertium in concilio generali dixiſſe. [Non multũ intereſt (quoad periculum animæ) iniuſtè retinere, ac inuadere alienũ,] & ſic propria non elargiri eſſet peccatũ ex ſuo genere mortale, prohibitũ præcepto diuino:] Non facies furtum.] At quoniam hoc quàm ſit inconueniens per ſe patet, idcircò contra ipſum nihil mihi videtur in medium producere: ſed tantùm annuere, ꝙ ex hoc non conuincitur noſtra concluſio falſa, immò ex ipſo magis, atque magis eius veritas eluceſcit.

c.Sæpe contingit, de reſt.ſpolia.

Deut.c. 5.uer. 19.

Quintum & vltimum abſurdum eſt, quoniam ſi noſtra concluſio non eſſet vera, indè ſequeretur, quò d habens neceſſaria naturæ, & perſonæ pro ſe, & ſua familia, recipiendo ſibi gratis donata, vel ex teſtamẽto relicta ab aliquo, illaq; retinendo peccaret mortaliter, vt porè recipiendo, ac retinendo ea, quorũ domini ſunt pauperes, quod quàm ſit à ratione alienum, quàm facillimè poteſt aduerti.

Quintũ abſurdum.

Ex his ergo adductis abſurdis comprobatur quoquè veritas præſentis noſtræ concluſionis, & impugnationem ipſius fuiſſe voluntariam, nulli vero fundamento innixam, & à ratione prorſus remotiſſimam.

Sexta & vltima concluſio.

Quicunq; (iuxta adducta in præcedentibus concluſionibus) tenebitur mutuare pecuniam, vel rem aliam cadentem ſub mutuo, proximo ſuo, illud tale tenebitur gratis mutuo dare, nec indè aliquod lucrum expetere, aut ſperare, cùm hoc idem ad vſuræ pactum ſpectet. Vndè quicquid indè ex tali mutuo tali intentione facto acquiſitum fuerit, reſtitutioni erit obnoxium. Hæc concluſio (licèt in ſubſequentibus clariùs erit probanda cùm ſermo erit habendus de hac quæſtione, an, ſcilicet, vſura ſit prohibita de iure naturali; diuino, canonico, & ciuili: tamen in præſentiarum ſufficiet illam breuiter probare teſtimonio Summorum Pontificum, recitato in nonnullis canonibus. Primò authoritate Alexandri Tertij, (& habetur in c. Super eo, extra de vſuris:) dicentis, ꝙ [cùm vſurarum crimen vtriúſque teſtamenti pagina deteſtetur; ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus: quia cùm ſcriptura ſacra prohibeat pro alterius uita mentiri: multò magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captiui vſurarum crimine inuoluatur.] Idem & apertiùs ſtatuit Vrbanus Papa Tertius, (& habetur in c. Conſuluit, extra de vſuris,) infraſcriptis uerbis, uidelicet. [Conſuluit nos tua deuotio, an in iudicio animarum, quaſi uſurarius debeat iudicari, qui non aliàs mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam dedit, ut ſcilicet (omni conuentione ceſſante) plus, tamen, ſorte recipiat. Et utrum eodem reatu criminis inuoluatur, qui &c. Verùm quia quid in his caſibus tenendum ſit ex Euangelio Lucæ manifeſtè cognoſcitur, in quo dicitur. [Date mutuum nihil indè ſperantes:] huiuſmodi homines pro intentione lucri, quam habent, (cùm omnis uſura, & ſuperabundantia prohibeatur in lege) iudicandi ſunt malè agere & ad ea, quæ taliter ſunt accepta reſtituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi] hæc ibi, & ꝙ ſit uſuræ peccatum, ſpe

71 *Mutuare obligatus aliqua de cauſa, tenebitur gratis mutuare aliás peccabit peccato vſuræ, & ad taliter per vſurã acquiſita reſtituenda tenebitur.*

c.Super eo. extra de uſur.

c. Conſuluit, extra de uſur.

Luc.c.6.

lucri, ut lucrum eſt, mutuare & non gratis, iam fuit probatum per adducta in Notabili ſeptimo, & octauo.

Reſponſio ad argumentum principale allatum pro parte affirmatiua.

Ad argumentum productum pro parte affirmatiua in principio præſentis primæ quæſtionis reſpondendo dico, quòd quàm facillima erit reſponſio. Negando maiorem ſic generaliter ſumptam: quoniam cùm appellatione præceptorum diuinorum ueniant præcepta affirmatiua, & negatiua, inter quę maxima eſt differentia, (ut in notabili primo latiùs fuit dictum) iccircò maior ipſa propoſitio uera ſolùm erit in præceptis negatiuis, non autem affirmatiuis, quorum naturæ eſt præceptum de mutuando: quà propter argumentum concludet in materia concluſionum illarum, in quibus diximus aliquos obligari ad mutuandum concurrentibus quibuſdam conditionibus ibi recenſitis, cùm proprium præcepti affirmatiui ſit obligare ſemper, ſed non ad ſemper, ideſt, ſemper concurrentibus circunſtantijs, quibus mutuatio erit actus virtutis: dixi non ad ſemper: eò, quod non obligabit tale præceptum, quando mutuatio, ipſa, aliqua de cauſa, non eſſet actus virtutis, ſed vitij: vt puta, ſi quis mutuaret vili perſonæ id, quod neceſſarium eſt ſibi, & ſuis, quoad neceſſitatem naturæ: rationibus iam adductis in probationibus concluſionum prędictarum.

QVAESTIO SECVNDA,

Vtrum mutuare ſpe, vel exactione lucri vltra ſortem ſit rationi conſentaneum, An potius prohibere mutuum vſurarium aliquo iure. rationabiliùs ſit, & Reipublicę Chriſtianæ vtiliùs.

SVMMARIVM.

1 *Vſura propriè dicta rationabiliter eſt prohibita, & afferuntur octo rationes irrefragabiles.*
2 *Vſura eſt prohibita tanquam fomes paupertatis.*
3 *Vſura eſt prohibita tamquam fomes idolatriæ.*
4 *Vſurarios punire ſpectat ad Papam, ſecundum Panormitanum.*
5 *Auari comparantur inſanis, & quare.*
6 *Neceſſitatis tempore omnia ſunt communia, ideſt, communicanda.*

CVM in præcedenti quæſtione ſermo fuerit habitus de tempore quo mutuum ſit in præcepto, & quòd mutuare ſpe lucri ſit prohibitum, fuerit aliquantùlum probatum: (licèt dixerim latiùs fore probandum in ſubſequentibus quæſtionibus.) Iccircò operæpretium duxi ſubnectere primò quæſtionem præſentem: pro cuius ſolutione pro parte affirmatiua infraſcriptum afferam argumentum.

Maior propoſitio. Omne illud, quod contrariatur charitati non eſt rationi conſentaneum.

Minor propoſitio. At prohibere aliquo iure mutuum vſurarium, ſeu mutuare ſpe, vel exactione lucri vltra ſortem, contrariatur charitati.

Concluſio. Ergo, Prohibere aliquo iure mutuum vſurarium, ſeu mutuum ſpe, vel exactione lucri vltra ſortem, non eſt rationi conſentaneum.

Maior propoſitio veriſſima eſt, cùm præceptum charitatis, & charitas ipſa fundetur ſuper ratione.

Minor probatur, eò, quòd per ſe patet: quoniam ex tali prohibitione,

quàm

quàmplurimi retrahantur à mutuis faciendis, quibus ſummoperè pauperes ſubleuarentur, eò magis, quòd multi viri induſtrij mallent vſuras ſoluere (ſi poſſent reperire mutuantes ſub vſuris,) quàm nullum mutuum ſine vſuris reperire, cùm ſæpe tali pecunia fœnebri quàm facillimè locupletarentur. Vnde quicquid ipſi ſoluunt ratione mutui, ferè pro nihilo ducunt, illud comparantes lucris, quæ ex dicta pecunia captarent, & ſic priuantur illis, & merito eleemoſynarum, quas facere largiſſimas indè poſſent.

SED CONTRA: uendere id, quod non eſt, ac ſi eſſet, vel eamdem rem bis, non eſt rationi conſentaneum: At vſuram exigere, vel mutuare ſub vſuris eſt vendere id, quod non eſt, ac ſi eſset, & eamdem rem bis: ergo vſuram exigere, uel mutuare ſub vſuris non eſt rationi conſentaneum. Maior per ſe patet. Minor probatur authoritate Diui Thomæ. 2. 2. q.78.artic.1.in corp. quæſt. cuius uerba retuli in Notabili octauo adducto in præcedenti quæſtione.

Maior propoſitio. Minor propoſitio. Concluſio. S.Thomas.

Reſpondeo præſenti quæſtioni vnica concluſione probata octo rationibus irrefragabilibus.

Vnica concluſio ſit hęc.

1 *Mutuare ſub vſuris prohiberi.fuit rationi cōſentaneū, & aſſeruntur octo rōnes irrefragabiles.*

Vſuram propriè dictam, ſeu mutuare ſub vſuris prohibitum fuiſſe, fuit rationi valde conſentaneum. Hæc concluſio licèt iure naturali, diuino, canonico, & ciuili paulòpoſt ſit probanda, tamen hìc probabitur nonnullis rationibus, ex quibus huiuſmodi prohibitio duxit originem: & erunt infraſcriptæ, videlicet.

Prima ratio, qua noſtra probatur concluſio eſt, (quam affert Innocentius in Rubrica de vſuris, de qua etiam meminit Baldus in Rubrica, C. de vſuris,) vt fames euitaretur, (quæ eſt etiam de mente Ariſtot.) eo, quòd homines ſuaptè natura ad opes congregandas proni intenderent huic lucro fœnebri tamquam maiori, ac ſecuriori, quàm alteri pio quæſtui, cœteriſque negotijs, & ſic mortales bonis artibus imbuendi occuparentur hoc peſſimo vitio auaritiæ, & indè humana commertia, exercitia pecudum, & aliorum animalium, nec non & agricultura, qua (teſte Cicerone, libro primo officiorum,) nihil eſt meliùs, nihil uberiùs, nihil homine liberò digniùs, quæquè in maxima veneratione, & laude fuit habita, (vt docet Ariſtot.) pro nihilo ducerentur, & in graue detrimentum totius Reipublicæ derelinquerentur, vt paulòpoſt exemplo apparebit, quia conceſſo vſurario lucro, ac exercitio, indè ſequeretur neceſſariò, quòd ex agriculturæ contemptu caritas annonæ, ex incultis agris homines inuaderet, omniumq; rerum penuria, & fames, quà nihil eſt humano generi miſeriùs, nihilque calamitoſiùs.

Prima rō quare ſit prohibita uſura, ne ſcilicet, homines retraherētur à negotijs. Innoc.Papa. Ariſt. Polit. c. 6. & ſequenti lib. 1. Ariſt.lib.1.ęconom.c.1.

Secunda ratio eſt, (quæ adducitur ab Innocentio, vbi ſuprà, & ab Abbate Panormitano, in cap. quanto, in primo Notabili, extra de vſuris,) ſcilicet, vt paupertas in hominibus euitaretur, cùm ex vſurario mutuo, & vſuræ exactione plurimi trucidentur, vt in cap. Quid dicam, 14. quæſtio.4. Et ob id in maximam ægeſtatem reducuntur, quæ in hoc ſeculo humana calamitas, & miſeria reputatur, vt dicebat Baldus in l.fin. poſt principium. C. qui bonis cedere poſſunt. Nam videmus pauperes vocari communiter, ac paſſim miſeros, quinimò paupertas plurimùm obeſt, & quidem inter ingentia mala connumeratur, vt elicitur ex Exdræ verbis in perſona

Secūda ratio: Inn. & Panor. c.Quid dicam. 14.q.4. Baldus. Exdræ lib.4.c. 15.ver.3.

Exdræ lib. 4. c. 11. ver. 49.

2 *Vſura prohibetur tãquàm fomes paupertatis.*

Prouer. 30. 8.

ſona domini dicentis: [Ecce ego induco dicit Dominus ſuper orbem terrarum mala, gladium, famem, mortem, & interitum,] & alibi [immittam tibi mala, paupertatem, gladium, & peſtes,] & Sapiens orabat dominum dicens, [Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tribue tantùm victui meo neceſſaria,] & quòd hæc vſuraria mutuatio hoc operetur, patet per ea, quæ attulimus in præcedenti quęſtione, notabili ſexto.

Tertia ratio. Innocentius. c. Sicut hi. diſt. 47. Matt. c. 6. ver. 21.

Tertia ratio prohibitionis vſurarum (ſecundum Innocentium in Rubrica de Vſuris) eſt, quia ſi permitteretur vſura, daretur idolatria, reſultaretquè quòd plus coleretur pecunia, quàm Deus, & eius mandata: nam vt dixit tex. in c. Sicut hi. diſt. 47. iuxta verbum domini: [Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum,] & gratiùs auarus intuetur aurum, quàm ſolem: damnatur ergo vſura idolatriæ vitandæ gratia.

3 *Vſura eſt prohibita tanquã fomes idolatriæ.*

Quarta ratio prohibitionis vſuræ, ne indè pietas extingueretur. l. Nõ tantum, ff. de appellat. Gloſa. c. Charitas, el 1. de pœnitẽ. diſt. 2.

Quarta ratio eſt; quoniam conceſſa vſura neceſſariò ſubſequitur extinctio omnis pietatis, charitatis, & dilectionis fraternæ. Enimuerò humanitatis ratio ſuadet, quòd homo debeat alteri benefacere, & illi ſubuenire in neceſſitatibus conſtituto, l. Non tantùm, & ibi glo. ff. de appellationibus, Vnde ſi nollet quis ſubuenire ſine vſura, & lucro, omnis charitas, quoad ipſos, mortua reperiretur, & extincta. Neque obſeruaretur præceptum Dei iubentis diligendum fore proximum ſicut ſeipſum, de quo in c. Charitas, el j. uer. Item. de pœniten. diſtin. 2.

Quinta ratio prohibitionis vſuræ eſt, quia eſt ꝯ naturam. Panor. l. 1. ff. de cõtrahen. emp. Ioã. Monald⁹.

Quinta uerò ratio eſt, (quam adducit Panormitanus in fine Rubricæ de uſuris dicens,) quia uſura eſt uitium quoddam contra naturã rerum, quando pecunia germinat pecuniam, quæ tamen naturaliter non eſt apta germinare, cùm ſit tantùm in menſura rerum, ff. de contrahend. empt. l. 1. & uenditur uſus rerum, ubi non eſt. Et per hanc rationem dixit Ioannes Monaldus in c. 1. eodem tit. lib. 6. quòd eccleſia in hoc caſu uendicat ſibi iuriſdictionem in laicos, quia uſurarij committunt principaliter in Deum, abutendo rerum uſu naturali; ideo ad eius uicarium ſpectat eius punitio, eò magis, quòd uſura eſt pactum prohibitum à ueteri, & nouo teſtamẽto, & lege canonica, & ideo eius punitio ſpectat ad cõditorem canonum, & ad uicarium Chriſti: hęc Panormitanus, ubi ſuprà docuit.

4 *Vſurarios punire ſpectat ad Papam, & quare.*

Sexta rõ, quare vſura ſit ꝓhibita, eſt quia res mutuãtis ꝑ ipſum mutuũ fit mutuatarii. c. Si fœnerauetis, 14. q. 3.

Ratio ſexta eſt, quia res mutuantis per mutuum efficitur mutuatarij, & ſic uſus debet eſſe mutuatarij, & non mutuantis, & tamen contrarium contingit in contractu uſuræ, ut in c. Si fœneraueris, 14. q. 3.

Septima ratio quia facit rem vendi ſupra eius valorem.

Ratio ſeptima eſt, quia Vſura facit quòd ea, quæ omnino habent eumdem valorem, vnum eorum excreſcat per alterum, quod eſt contra naturam ipſarum rerum.

Octaua ratio, quia vſura facit rem natura ſe ſieri ſupernaturalem.

Ratio octaua eſt, quia vſura facit rem naturalem, ſupernaturalem ſuæ naturæ, & rem artificialem ſuæ arti, quod eſt rationi non congruum, cũ fiat contra naturam ab ipſo homine, qui non eſt ſupra naturam.

Ratio quinta no

At quoniam quatuor primæ rationes (ex aſſignatis) veriſſimas eſſe patet, iccircò ipſis omiſſis me transferam ad probandas alias quatuor vltimas, & incipiendo à quinta ratione, dico illam probari hoc modo, videlicet. Cùm vſura faciat germinare contra naturam rem de ſui natura ingerminabilem, ergo ipſa eſt contra naturam, ac per conſequens rationabiliter prohibita: Patet antecedens, quia cùm res numerabiles, ponderabiles, & menſurabiles, ideſt, res conſtantes in numero, pondere, & menſura, habeant certum, & determinatum valorem à natura inſtitutum, ergo vltra ipſum naturaliter germi

nare

nare non poſſunt,cuius contrarium facit vſurarius, ergo contra naturam, vt docet quoque textus in c.Sicut hi. diſt.47. vbi inter alia, hæc notatu digniſſima verba habentur,videlicet. [Sicut hi,qui per inſaniam, mente trāſlati ſunt non iam res ipſas, ſed fantaſias paſſionis ſuæ uident, ita etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper redditus computat: gratiùs intuetur aurum, quàm ſolem:ipſa eius oratio,& ſupplicatio ad Deum,aurum quęrit,& poſt pauca: Interdum etiam vſuræ arte nequiſſima etiam ex ipſo auro, aurum naſcitur.] hęc in dicto canone, qui eſt Diui Ambroſij epiſcopi: Veritas verò rationis ſextę ex eò patet,quoniam vſurarius lucrum recipit ex re non ſua,eò potiſſimum, ꝙ tranſire debeat in dominium ipſius illud ſoluentis,quia mutuum dicitur: eo,quòd id,quod mutuatur de meo fiat tuum, (vt in l.Mutuum,§.Appellata, ff.de Rebus creditis,ſi certum pet.) Cùm pecunia mutuata tranſeat cum ſuo periculo in mutuatarium: & iccircò iniuſtum eſſe patet, quòd mutuatarius in aliquo alio grauetur: ſed grauaretur vtiquè ſi vltra ſortem opus eſſet ei aliquid ſoluere.ergo &c. Ratio ſeptima ſic videtur probari, videlicet. Cùm enim rerum mutuabilium vſus non poſſit euelli à rebus ipſis, quæ vſu ipſo conſumuntur,indè ſequitur,quòd iniuſtum eſt pro eadem vnica re bis velle ſibi ſolui pretium, quod quidem vſurarius ipſe exquirit; volens ſibi ſolui pretium rei mutuatę,& aliquid ſibi tribui loco pretij ratione vſus ipſius rei: cùm nullatenus quis vti poſſit re mutuabili, (vt mutuabilis eſt, & cadens ſub mutuo) niſi ſimul, & ſemel ipſam conſumat, (vt latiùs diximus in Notabili octauo præcedentis quęſtionis.) Octaua ratio allata probatur ſic. Cum mutuabiles res,ſeu cadentes ſub mutuo (vt diximus) conſtent ex pondere,numero,& menſura, habentes determinatum valorem à natura, vel ab arte,vndè earum valor determinatè penſatur ex numero (quantum ad ea, quæ conſtant in numero) ex pondere (quantum ad ponderabilia) ex menſura (quantum ad menſurabilia;) Nec (quamdiu exiſtunt in eodem pondere, vel menſura, vel numero) augetur, vel minuuntur in ſuo valore: Et ſi aliquando augeri,vel minui videantur,hoc non contingit propter augumētum, vel diminutionem intrinſecam valoris ſui, ſed illarum, in quas commutantur,ſcilicet, reſpectu temporis,perſonarum,& penurię, aut abundantię,ſeu copię ipſarum: In alijs autem rebus artificialibus,aut naturalibus non contingit idem: quia earum valor non penſatur ab aliquo intrinſeco neceſſario, ſed ex cauſis intrinſecis contingentibus ex loco, ex tempore, ex conditionibus perſonarum, alijſque pluribus, & varijs circunſtantijs. Agit ergo vſurarius exigens vltra rem mutuatam (numero, pondere, vel menſura conſtantem) contra naturam, hoc eſt contra naturalem vigorem,ſeu inſtinctum à natura, vel ab arte determinatum: dicit enim Ioann. And.in mercur.ſuper regulam,Peccatum: quod & de plano concedit,quòd facilior eſt harum rerum æſtimatio, maximè tempore quo contrahitur,ſed non capit quomodo ſit verum dicere,quòd à natura omnia prædicta conſtantia in numero,pondere,& menſura habeant certū,& determinatum valorem, non alterandum in plus, vel minus.

Præconcluſionis probatur. c.Sicut hi.diſt. 47. — *Auari comparatur inſanis, & quare.* — *Rō ſexta probatur.* — *l.Mutuum, ff. de Rebus cre. ſi cer. pet.* — *Ratio ſeptima probatur.* — *Ratio octaua probatur.* — *Io. And.*

Ad argumentum allatum in principio præſentis quęſtionis modò, quàm facillima erit reſponſio: dicendo minorem falſiſſimam,& ad probationem dicitur,quòd non ſunt facienda mala,vt veniant bona,iuxtà doctrinam Apoſtoli dicentis: [Et ſicut quidam aiunt nos dicere, faciamus mala, vt veniant bona,quorum damnatio iuſta eſt,] quàpropter dicitur, quòd de intrinſeca ſua *Rom.c.3.ver. 8.*

natura, ipſa vſura ſit mala, & ideo prohibita, ut per ſuperiùs adducta, & inferiùs adducenda patet, & patebit: dicendũ ergo erit uſurã ipſam rationabiliter fuiſſe prohibitam, cùm ſit ipſa cõtra charitatem proximi, à quo ipſa exigitur, nec bonum aut rationabile erit alios denudare proprijs ueſtibus, & bonis, 6 ut alij induantur: niſi hi eſſent in extrema neceſſitate conſtituti, & ipſi tales non poſſent per ſe illis opem ferre: & ſine ſuo periculo poſſent furtiuè ſurripiendo aliqua à diuite, illa miniſtrare conſtituto in extrema neceſſitate, qu ia in tali articulo (cum, ut docet gl. in c. Ius naturale eſt, in uer. communis, diſt. 1. omnia ſint communia pro tunc, ideſt, tempore neceſsitatis communicand a) tuta conſcientia illa poſſet ſurripere, & tradere in tali neceſsitate conſtitut o. Quæ tamẽ regula de omnibus communicandis tempore neceſsitatis ſunt intelligenda ſano modo iuxtà concluſiones pręcedentis quęſtionis.

Neceſſitatis tẽpore omnia ſunt communia, ideſt, communicanda.

QVAESTIO TERTIA,

Vtrum mutuare ſub vſuris ſit prohibitum de iure naturali: ſeu ſit contra ius naturale.

SVMMARIVM.

1 *MVTVARE ſub vſuris non eſſe illicitum ex parte obiecti videtur prima fronte.*
2 *Mutuare ſub vſuris non eſſe illicitum ex parte circunſtantię videtur prima fronte.*
3 *Circunſtantiæ ſex ſunt, quæ efficere poſſunt mutuationem illicitam.*
4 *Voluntas eſt ſubiectum peccati.*
5 *Natura decem modis ſumitur à Theologis.*
6 *Deus quando dicatur facere contra naturam, & quando ſupra naturam.*
7 *Facere contra naturam, id eſt, facere contra ſolitum naturæ.*
8 *Miraculum quid.*
9 *Miraculum differt à mirabili.*
10 *Natura ſecundum iuriſtas, & canoniſtas ſumitur tripliciter.*
11 *Natura ſumpta à Philoſophis, quid ſit.*
12 *Ius naturale tripliciter ſumitur.*
13 *Vſura eſt prohibita de iure naturali.*
14 *Vt aliquid dicatur de iure naturali eſſe, quæ requirantur.*
15 *Vſura eſt figura ſine ſubſtantia, ſeu materia, & quomodo.*
16 *Cenſus appellatione, quid ueniat.*

CVM in pręcedenti quęſtione ſermo ſit habitus de rationabilitate prohibitionis mutui ſub uſuris, quaſi in genere, iccircò dictam quęſtionem ſubſequitur meritò pręſens, ut gradatim poſsit ſigillatimq́; probari quodcunque fuit probatum in genere. Quàpropter arguitur primò, pro parte negatiua ſic.

Maior propoſitio. Omne illud, quod de per ſe, & in ſui natura non eſt illicitum, non eſt prohibitum de iure naturali.

Minor propoſitio. At mutuare ſub uſuris de per ſe, & in ſui natura non eſt illicitum.

Concluſio. Ergo mutuare ſub uſuris non eſt prohibitum de iure naturali.

Maior per ſe patet, quoniam natura ipſa odit illicita tamquam à ſe non producta,

Minor

Minor probatur per deductionem, deducendo ſic. Si uſura eſſet illicita, uel hoc eſſet ex parte obiecti, uel ex parte circunſtantię. At non erit dicendum, quòd ſit ex parte obiecti; quia in mutuatione uſuraria, duo ſunt, uidelicet, mutuatio ipſa, & receptio alicuius rei ultra ſortem, ſeu ſpes ipſius lucri. Primum non eſt de ſe malum (imò bonum,) ut per ſe patet: cùm mutuatio ſit actus charitatis à domino commendatus in Euangelio ſub illis uerbis: [mutuum date, &c.] lucri ſpes, ſeu receptio ex mutuo de ſe illicita non eſt, quia aliàs, numquam liceret per quamcumque negotiationem exercitam lucrum ſperare, nec recipere, ſi hoc eſſet ei illicitum: ergo mutuare ſub uſuris non eſt de per ſe illicitum ex parte obiecti: Et quòd neque ex parte alicuius circunſtantię mutuare ſub uſuris ſit illicitum de per ſe: probo ſic: Quæro, quę ſit illa circunſtantia, quæ reddat mutuationem neceſſariò illicitam: Non enim illicitam ipſam reddere poteſt, niſi altera ex his ſex circunſtijs, videlicet. Primò eo; quòd quis ex mutuatione lucrum quærit. Secūdò, eo, quòd quis quærit lucrum ex aliena induſtria: Tertiò, eò, ꝙ apponitur pactum aliquod mutuationi ipſi, quod ſit contra naturam eius: quoniam illa debet eſſe gratuita. Quartò, eo, ꝙ quis minus dat, & plus exigit, ac expectat. Quintò, eo, ꝙ quis tempus vendit, quo redditio ęquiualentis rei mutuatæ ſperatur. Sextò, eo, ꝙ mutuator damnificat mutuatariū, ipſum priuando aliquo commodo temporali. Hæc enim ſunt, quæ communiter afferuntur à doctoribus ad probandum, quod mutuare ſub vſuris ſit illicitum, ac prohibitum de iure naturali. Verùm hæc non videntur ſufficienter probare eorum aſſumptum, vti probabimus illicò examinando ſigillatim prædictas circunſtantias. Et primò.

1 *Mutuare ſub vſuris nō eſſe illicitū ex parte obiecti, videtur prima frōte.*

Luc. c. 6.

2 *Mutuare ſub vſuris non eſſe illicitum ex parte circunſtantię prima frōte videtur.*

3 *Circunſtantiæ ſex ſunt, quę illicitam efficere poſſunt mutuationem.*

Circunſtantia prima. Circunſtantia ſecunda. Circunſtantia tertia. Circunſtantia quarta. Circunſtantia quinta. Circunſtantia ſexta.

Circa primam reſpondeo ipſam non eſſe circunſtantiam ſufficientem inducere de ſe culpam, arguendo à fortiori ſic: lucrum quærere, & recipere propter fornicationem, vel meretricium (quàmuis meretrix ipſa peccet meretricando) ipſi meretrici non eſt illicitum: cùm nullo iure prohibeatur, nec ad reſtitutionem ipſam teneri huiuſmodi lucri aliquo iure ſit cautum, vt latiùs probabitur in quæſtione 29. concluſione ſexta. Si ergo huiuſmodi lucrum meretricium captare non eſt illicitum, nec reſtitutioni obnoxium: quantò minus erit illicitum, & reſtitutioni obnoxium lucrum ex mutuo: cùm ex re licita capiatur, ut potè ex mutuatione, quæ licita eſt. Quàpropter uidetur fuiſſe per optimè probatum, quòd mutuare ſub uſuris non ſit illicitum, uel prohibitum de iure naturæ reſpectu primæ circunſtantiæ.

Ad ſecundam circunſtantiam reſponderi poſſe uidetur, ꝙ non ſit res de ſui natura illicita, quærere, & intendere lucrum ex aliena induſtria: quoniam ſi illicitum hoc eſſet: ſequeretur illicitum, & contra ius naturale eſſe, quærere, & intendere lucrum ex contractu ſocietatis: At conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens: indè ergo patet lucrum ex induſtria aliena quærere non eſſe illicitum: Et ꝙ conſequens ſit falſum probatur per tex in c. Per ueſtras, extra de dona. inter uir. & uxo. in quo [Innocētius Tertius approbauit cōtractum ſocietatis, mandās pecuniam dotalem tradi mercatori, negotiationi implicandam, ut de parte honeſti lucri, uir onera matrimonij ſuſtineat,] ex quibus uerbis probari uidetur non eſſe de ſe illicitum quęrere lucrum ex humana induſtria, ac per conſequens, quòd neque hæc circūſtantia efficiat contractum mutui uſurarium prohibitum de iure naturali.

c. Per veſtras, extra de donationibus inter vir. & vxo.

Ad

Ad tertiam circunſtantiam dicendum uidetur, ꝙ de ſe illa non uitiet contractum mutui, ſi pactum apponeretur, ipſi mutuationi de ſoluendo mutuatori ultra ſortem. Nam apponere pactum contra naturam contractus non uitiat contractum, licèt illum in aliud genus contractus trahat, ut patebit hoc exemplo, ſi quis enim dixerit, mutuo tibi pecuniam talem cum pacto, quòd eam non poſſim à te repetere; modò interim quandiu illam tenueris, ſolues mihi ſingulis annis decem, uel huiuſmodi. Clarum eſt, enim, talem contractum mutui non uitiari ob pactum illud mutuationi appoſitum: eſto ꝙ contra naturam mutui ſit: de cuius ratione eſt datio reuocabilis poſt aliquod tempus (ut in diffiuitione mutui, in prima quæſtione allata diximus) ac per hoc patet, quòd contractus mutui non uitiatur, ſi mutuo apponetur pactum contra naturam mutuationis; licèt ipſum trahat in aliud genus contractus.

Ad quartam circunſtantiam uidetur dicendum, quòd minus dare, & plus exigere, uel intendere non uitiat contractum mutui: quod probo arguendo à ſimili ſic; tùm quia in contractu emptionis ad terminum ſæpe accidit, ut emptor minus det, ut poſtmodum elapſo ſtatuto, ſeu conuento tẽpore, plus recipiat. Idem in contractu venditionis contingere ſolet, vt merx minus valeat (quam venditor tradit) tempore traditionis, quam tempore receptionis pretij rei ſic venditæ, vt puta, ſi venditor eam fuiſſet ſeruaturus vſque ad aliud tempus, in quo veriſimiliter plus fuiſſet res illa valitura, quia in tali caſu venditor tuta conſcientia poterit plus pretij accipere, quàm tradiderit: de quo eſt tex. apertiſſimus in c. In ciuitate, extra de vſuris. Igitur ſicut hæc circunſtantia non vitiat alium contractũ, ſic videtur dicendum, ꝙ nec vitiet contractum mutui, & per conſequens non erit ratione iſtius circũſtantię illicitum, ac prohibitum de iure naturali mutuare ſub vſuris.

c. In ciuitate, extra de vſur.

Ad quintam circunſtantiam dico, quòd nec ipſa vitiare uidetur contractum mutui, cùm de per ſe non ſit illicita uenditio temporis (ut ſupponitur) quoniam licèt uerba id ſonent, tamen reuera non uidetur fieri uenditionem temporis, quod & probo ſic. Per huiuſmodi mutuatorem non uẽditur tempus præteritum, quia cùm non ſit iam, ſequitur quòd non poſſit tradi mutuatario, Nec uenditur tempus inſtans: ſeu pręſens, cum illud commune ſit tam mutuatario, quàm mutuatori, & uterque eorum eo fruatur ſine neceſſitate emendi, aut uendendi, nec non, eo quòd non ſit illud ipſius mutuatoris, cùm pateat ipſum non poſſe prolongare, nec propriam uitam, nec alienam, ſed ꝙ nec tempus futurum uendi poſſit, quis ignoret: cùm nondum ſit in rerum natura: & tamen omne tempus conſtat ex præterito, præſenti, & futuro; ſeu unumquodque tempus aut eſt præteritum, aut præſens, aut futurum: ut ſchola Philoſophorũ docet. Verùm ſi ſenſus uerborum prædictorum ad præſentem materiam trahatur; interpretando huiuſmodi uerba hoc modo, quòd mutuator uendat expectationem redditionis ſortis mutuatæ ipſi mutuatario: uidetur dicendum, quòd nec in tali caſu contractum mutui eſſe illicitum apparet, cùm ſæpe contingat mutuatorem damnum pati ratione intereſſe lucri ceſſantis, uel damni emergentis, ex mora redditionis ſortis mutuatæ; cùm in hoc caſu licitum ſit aliquid ultra ſortem mutuatam ſuſcipere, ut infrà latiùs in quæſtione decima nona, & uigeſima, & habetur in c. Peruenit, extra de fideiuſſoribus.

c. Peruenit, extra de fideiuſ.

Ad ſextam, & ultimã circunſtantiam, dicitur ipſam non uitiare cõtractum mutui,

mutui, nec efficere ipſum illicitum, ac per conſequens negatur eſſe contra ius naturale: cùm ex damnificatione mutuatario illata non vitietur contractus mutui, quoniam ſi hoc non eſſet verum: ſequeretur hoc abſurdum, quòd tunc ſolùm mutui contractus eſſet vſurarius: quando per ipſum damnificaretur mutuatarius. & quando non damnificaretur, contractus mutui non eſſet vſurarius: cum hoc poſſet procedere tum ex culpa mutuatarij, tum ex caſu fortuito ſine culpa mutuatoris. Quomodo ergo dicemus aliquem committere vſuram ſine culpa propria, cùm mutuationi vſurariæ ſit annexum peccatum mortale, & nullum hominem peccatum incurrere (omnes Doctores aſſeuerent) niſi ratione propriæ eius voluntatis, vnde ipſi dicũt, (& benè) ſubiectum peccati eſſe voluntatem. Cùm ergo legitimè concedi, aut probari non poſſit quem inuoluntariè pollui peccato vſuræ, iudè elici videtur circunſtantiam hanc falſam eſſe, ac pro nihilo ducendã: & per conſequens videtur concludendum fore, quòd mutuare ſub vſuris non ſit contra ius naturale, vel prohibitum à iure naturali.

4 *Voluntas eſt ſubiectum peccati.*

SED CONTRA eſt, quod docet Philoſophus Ariſtot. in primo lib. Polit. ſeu Ethic. c. 7. dicens, quòd nummus nummum generet, eſt præter naturam, quoniam inductus eſt commutationis cauſa, fœnus autem ſe ipſo maius facit: Vndè & nomen venit, quoniam illa, quæ pariũt ſimilia ſunt gignentibus. In fœnore autem nummus nummum parit, quare maxime eſt præter naturam hic acquirendi modus. Si ergo fœnus, i. vſura propriè dicta eſt præter naturam, patet mutuum vſurarium eſſe prohibitum à iure naturali, ſeu à iure naturæ cùm hoc ipſum ius naturæ numquam conceſſerit, imò nec poſſit concedere cùm ſit præter, ſeu contra naturam ipſius numinmi, vt nummus nummum pariat, & hoc ab ipſo ordine naturæ, quo natura in generando vtitur, deuiat.

5 *Natura decem modis ſumitur à Theologis.*

Reſpõdeo præſenti quæſtioni, vnica concluſione, illi, tamen, præmittendo (pro ipſius maiori dilucidatione) duo notabilia infraſcripta, videlicet.

Primum notabile eſt.

Natura multipliciter ſumitur, & diuerſimodè à ſacris Theologis, à canoniſtis, & iuriſtis, & à Philoſophis, quàpropter ſciendum, ꝙ à ſacris Theologis: Natura Primò ſumitur pro omni entitate, ſeu pro omni, quod eſt, vt docet Gabriel Biel in lib. 3. Sententiarum diſt. 1. quæſt. 1. ſecundum Ocham. Secundò: pro re aliqua poſitiua habente eſſe reale, non tantùm eſſe ſubiectum in anima. Tertiò natura accepta, vt diſtinguitur cõtra perſonam aliquam, accipitur pro qualibet entitate, quæ non eſt formaliter incõicabilis. Quartò, Natura (ſecũdum Burlifer, in lib. 3. Sententia. diſt. 1. quæſt. 1. & in lib. 1. diſtinct. 34. quæſt. 1. & Boetium (in lib. de duabus naturis, & vna perſona) ſumitur pro eo, ꝙ poteſt diſtinctè, & perfectè intelligi ab intellectu noſtro. Quintò, pro omni natura poſitiua, & ſic Deus, & Angeli dicuntur iſto modo natura; & hoc modo dicitur capi naturam poſitiuè. Sextò, pro aliqua ſubſtantia, quę poteſt agere, vel pati, non ſolùm inſtrumentaliter verùmetiam tamquam principale agens. Sic ſola ſubſtantia, de genere ſubſtantiæ, eſt natura, & hoc modo ſumpta: Deus non eſt natura, nec accidens. Septimò, pro differentia ſpecifica conſtituente vnam ſpeciem ſpecialiſſimam, vel ſubalternam, vt rationale, reſpectu hominis. Octauò ſecundum Hilarium, Natura ſumitur pro omni eo, quòd poteſt eſſe principium natiuitatis alicuius, quod naſcitur. Nonò ſumitur pro virtute, ſeu valore, aut efficacia; ſeu proprietate inhærente, vnde dicitur

Natura primo modo ſumpta, quid.
Natura ſecundo modo ſumpta, quid.
Natura tertio modo ſumpta, quid.
Gabriel Biel.
Natura quarto modo ſumpta quid.
Burlifer.
Boetius.
Natura quinto modo ſumpta, quid.
Natura ſexto modo ſumpta quid.
Natura ſeptimo modo ſumpta, quid.
Natura octauo modo ſumpta, quid.
Natura nono modo ſumpta quid.

Natura decimo modo ſumpta, quid.
S. Bonauẽtura.
Natura vndecimo modo ſumpta, quid.
6
Deus quando dicatur facere cõtra naturã, & quando ſupra naturam.
7
Facere contra naturã, id eſt, facere contra curſum ſolitũ naturæ.
8
Miraculum quid.
9
Miraculũ differt à mirabili.
10
Natura ſecundũ canoniſtas, & iuriſtas ſumitur tripliciter.
Natura primo modo ſumpta, quid.
Secũdo modo ſumpta, quid.
Tertio modo ſumpta quid.
11
Natura ſumpta à Philoſophis quid ſit.
Ariſt. in libro 2. Phiſic. tex. 3.
12
Ius naturale tripliciter ſumitur.
Sanctus Tho.
S. Bonauent.
Turrecrema.
Ius naturale primo modo ſumptũ, id eſt communiter, quid ſit.
Ius naturale ſumptũ, id eſt propriè, quid.

dicitur ille cognoſcit naturam herbarum. Decimò (ſecundum Sanctam Bonauent. in lib. 2. Sententia. diſt. 18. quæſt. 2. in fine) ſumitur pro omni eo, quod competit rei ratione ſuæ naturalis originis, & ſic competit creaturæ, vt ex ea producatur omne quod Deus vult: opus enim reſpectu ſui artificis habet in ſe perfectè potentiam: cùm per omnia ſubiaceat eius voluntati; & contra naturã ipſam hoc modo ſumptam Deus nihil facit, imò, quicquid facit de creatura, ſecundum hanc creaturam facit: ſic mulier de coſta Adæ formata non eſt contra naturam (hoc modo acceptam) formata: Vndecimò Natura ſumitur pro vi inſita rebus, ſecundum quas, res naturales peragunt curſus ſuos, & motus ſolitos, hoc modo accipiendo naturam, poſſumus dicere Deum aliquando facere contra naturam, aliquando ſupra naturam: Nam tunc dicitur ipſum facere contra naturam, quando facit aliquid, cuius ſimile reperitur in natura, & à natura habet, alio tamen modo omnino diuerſo, vt patet in hoc, quòd alicui dat natura ipſa viſum, & ſucceſſiuè in primaria generatione: ſimiliter & dat vitam, numquàm tamen cœcum reducit ad viſum, nec mortuum ad vitam: ſi ergo Deus virtute ſua hoc faciat, aut alicui Cœco reddendo viſum, & mortuo vitam, tunc dicitur facere contra naturam, id eſt contra ſolitum curſum naturæ, & tunc dicitur miraculum: Quando verò Deus facit, id, cui ſimile natura facere non poteſt, & ad quod natura habet originem, ſecundum propriam virtutem: (ſicut quando Deus factus eſt homo, vel quãdo corpus mortale fit glorioſum) tunc dicitur Deum facere ſupra naturam: & illud opus propriè dicitur mirabile, & non miraculum.

Natura verò ſecundum Canoniſtas, ac iuriſtas. Primò ſumitur pro ipſa natura naturante, ſcilicet, Deo, (vt docet glo. in §. Ius naturale. Inſti. de iure natur. gent. & ciuil. & in c. Ius naturale, diſt. 1. Secundò pro natura naturata, id eſt, pro inſtinctu naturę, ſeu pro quodam ſtimulo ex ſenſualitate carnis proueniente ad appetendum, vel procreandum, vel educandum, vt in c. Horrẽdus, 32. q. 5. Tertiò dicitur inſtinctus naturæ (à quo aliquid docemur, & inſtigamur) ex ratione proueniens, & ius ex natura taliter ſumpta ortum, dicitur naturalis æquitas, & ſecundum hoc iure naturæ dicuntur omnia communia, id eſt, communicanda tempore neceſſitatis, vt in c. ſicut, diſt. 47.

Natura ſumpta à Philoſophis Primò ſumitur pro principio motus, & quietis, & hoc modo ſumpta diffinitur ab Ariſtotele ſic. Natura eſt principium aliquod & cauſa mouendi, & quieſcendi, in quo eſt primùm per ſe, & non per accidens.

Notabile ſecundum.

Ius naturale tripliciter ſumitur (ſecundum Sanctum Thomam, & S. Bonauenturam, vt refert Cardinalis de Turrecremata, in c. 1. 32. quæſtio. 4. num. ſecundo,) communiter, propriè, & magis propriè, quàpropter meritò tripliciter reperitur diffinitum ab Iſidoro: Nam Primò ius naturale cõmuniter ſumptum, inquantum emanat à natura naturante dicitur eſſe illud, quod in lege, & Euangelio continetur, vt habetur in §. 1. diſt. 1. vnde ſic ſumendo ius naturale poſſumus dicere habere concubinam, vel fornicari; vel mutuare ſub vſuris eſſe contra ius naturale, cùm ſit contra legem Dei, (vt in ſubſequentibus duabus immediatè quæſtionibus abundè ſatis probabitur,) vt in libro Exodi. c. 20. & Deut. c. 5. & in Euangelio, apud Matthæum, c. 7. Secundò. Ius naturale ſumptum propriè dicitur illud, quod eſt cõe omni ũnationũ: eo, quod vbique inſtinctu naturæ non conſtitutione aliqua habetur, vt viri, & fœminæ

coniun-

coniunctio, liberorũ ſucceſſio, & educatio &c. vt in c. Ius naturale, diſ. 1. & ſic acceptum ius naturale, dicetur ꝙ cõtra ius naturale ſit adulteriũ, & mutuum vſurarium, quod probatur ſic. Finis ad quem natura ex concubitu tendit, eſt proles procreanda, & educanda, & qui cognoſcit alteri coniugatam ad hoc regulariter non tendit, cùm non ipſe, ſed vir adulteræ alimẽta præſtabit proli ex adulterio ſuſceptę: & quòd contra ius naturale taliter ſumptum ſit mutuũ vſurariũ patet: cùm res mutuabilis non ſit niſi res vſu conſumptibilis nõ fructuoſa de ſui natura, & tamen vſurarius ipſam vult ſibi germinari, & fructificari contra ipſius propriam naturã: Tertio modo Ius naturale ſumptum magis propriè, pro illo, ſecundum quod omnia ſunt communia, ideſt, communicanda, vt in dicto c. Ius naturale, & etiam hoc modo ſumpto Iure naturali, dicitur mutuum vſurarium eſſe prohibitum: cùm id, quod maximè tempore, quo proximus indiget mutuo vſurarius nolit ei tradere gratis ſed ſpe, vel pacto recipiendi vltra mutuum. Quod quidem repugnat rei communi, ſeu communicandæ ſaltem tempore neceſſitatis, ex quibus omnibus patet mutuum vſurarium aduerſari iuri naturali, ac per conſequens prohiberi de iure naturali.

c. Ius naturale diſt. 1.

Ius naturale tertio modo ſumptũ, ideſt magis ꝑpriè, quid ſit.

Vnica concluſio ſit hęc.

13 Mutuare ſub vſuris, ideſt, velle ſibi ſolui aliquid vltra ſortem, ſeu rem mutuatam, pro ſolo vſu rei mutuatæ, nullo alio reſpectu habito niſi ad lucrum captandum ratione conceſſi (ad tempus) vſus rei mutuatæ, eſt prohibitum à iure ipſo naturali. Dixi, [Nullo alio habito reſpectu, &c.] vt excluderem eos, qui ſibi volunt ſolui aliquid vltra ſortem mutuatam ratione intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis paſſi ex mutuo, vel ratione pœnæ additę mutuationi ex pacto inito cum mutuatario (de quibus omnibus ſigillatim latiùs infra dicetur in quæſtione de intereſſe lucri ceſſantis, in quæſt. de intereſſe damni emergentis, & in quęſtione de aliquid accipiendo vltra ſortem ratione pœnæ contractui mutui appoſitæ. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum, in §. 1. diſt. 1. vbi habentur infraſcripta, videlicet. [Ius naturale eſt, quod in lege, & Euangelio continetur, quo quiſq; iubetur alij facere, quod ſibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod ſibi non vult inferri. Vnde dominus noſter in Euangelio, apud Matthæum dixit: omnia ergo quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis, hæc eſt enim lex, & prophetæ.] probatur quoque per argumen. in §. Ius naturale. Inſtit. de Iure nat. gent. & ciuil. & in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de Iure natur. gent. & ciui. Vbi hæc habentur, videlicet. [Ius naturale eſt, quod omnia animalia docuit. Nam ius iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium quę in cœlo, quæ in terra, & quę in mari naſcuntur] hęc ibi. Sed notandum, quòd iccircò dixi noſtram concluſionem probari, [per arg. in dictis iuribus,] quoniam licèt explicitè veritas noſtrę concluſionis non habeatur ibi; benè tamen implicitè: tum quia (vt dixi) vſurarium mutuum prohibetur vtriuſque teſtamenti pagina, vt in c. Super eo. extra de vſuris. Si ergo prohibetur lege Moſayca, & Euangelica, & quod continetur in lege, & euangelio, dicitur ius naturale: indè ſequitur quàm apertiſſimè, quòd vſurarium mutuum ſit prohibitum de iure naturali; tùm quia nemo indigens pecunia vellet ſibi illam mutuari ſub vſuris, ſed gratis; quàpropter vſurarium mutuum eſt contra id, quod mandatur à iure naturali, ſcilicet, fieri alijs, quod quiſque ſibi fieri vellet: tùm etiam cum id eliciatur ex dicto §. Ius naturale, & di-

Mutuare ſub vſuris eſt prohibitum de iure naturali.

Text. in §. 1. diſtin. 1.

Matthæi. c. 7. ver. 12.

§ Ius naturale. Inſti. de iur. natu. gen. & ciui. l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iure natu. gen. & ciui.

c. Sup eo. extra de vſur.

14 *Vt aliquid dicatur eſſe de iure naturali, quæ requirantur.*

& dicta l.j. §.huius ſtudij: quoniam, ad hoc vt res dicatur eſſe iuris naturalis, vel iuris gẽtium non requiritur de neceſſitate, vt ipſa in mundi exordio cùm hominibus fuerit,ſed ſufficit eam rem conuenire humano intellectui, ac naturali rationi, atq; ideo ab omnibns gentibus communiter in vnum recipi probatur quoque per tex.in §.Ius autem ciuile ver. Quod verò.Inſtit.de iure naturali gent. & ciui. Enimuerò cùm naturalis ratio dictet improbum, ac infandum eſſe vſurarium mutuum, cùmquè ob id apud omnes gentes pariter damnetur,meritò de iure naturali prohibitum eſſe dicetur, vbi hæc habētur, videlicet:[quod verò naturalis ratio in omnes homines cõſtituit,id apud omnes populos pereq; cuſtoditur,vocaturq; ius gentium,quaſi quo iure omnes gentes vtuntur,] tum etiam cùm ex §. Ius naturale eliciatur, quàm apertiſſimè, quòd nemo fuerit doctus ab ipſa natura mutuare ſub vſuris,& tamen ibi dicitur Ius naturale eſſe quod omnia animalia docuit, ſecundum quod æquiparantur homines,& cætera animalia irrationalia,& tamen negare nemini fas erit,bruta vſurarium mutuum non exercere,neque elici poterit,ſecundum ipſum Ius naturale,ſecundum quod omnia ſunt communia, vt in d.c.Ius naturale.diſt.1. Secundò probatur authoritate doctorum, inter quos eſt Diuus Tho.in 2.2.q.78. art.1.in corp. quæſt. qui infraſcriptis verbis noſtræ annuit concluſioni,videlicet:uſura ſecũdũ ſe eſt illicita,cùm pro vſu pecuniæ,uel alterius rei (cuius vſus eius,conſumptio eſt) accipere pretium diſtinctum à re ipſa mutuata (cùm vſus non poſſit abſtrahi à re ipſa mutuata) ac per conſequens nec uendi debere rem, quæ non eſt in rerum natura, pro re exiſtente. Dominicus à Soto ſe quoq; ſubſcripſit præſenti concluſioni,in lib.6.q.1.art. 1.colum. 6. uer. Enimuerò uitium uſuræ. Gabriel Biel. in 4.Senten.diſt.15. q.11.notabili 2.Ioannes de Medina in tract.de Reſtitutione facienda ſub tit. Vſura an ſit prohibita: quæſt.2. Conradus de contractibus tract.2.q.22.Didacus Couarruuias in lib.3.c.1.uariarum reſolutio.colum.12.uer.Quinto apparet Innocen.Ioannes And. Anto.de But.Panor. Ioan.de Anania, & omnes ferè doctores in Rubrica de uſuris,qui omnes. Conſona uoce dicunt iccircò prohiberi uſurarium mutuum utriuſque teſtamenti pagina,quia eſt cõtra ius naturale. Gerſon in regulis moralibus. Ioannes Alteſtaig: in ſuo lexicon Theologico,in ver.uſura. Frater Ioſeph Angles in lib.inſcripto. Flores Theologicarum quęſtionum ſuper 4.Sententia. ſub ti.de contractu mutui artic.1. concluſione 1.Antonius de Roſellis in fine tractatuli, de uſuris num.18.Ioãnes Baptiſta Lupus Geminianus in tract. de uſur. quæ committũtur ratione mutui: numero 31. Probatur & tertiò præſens concluſio unica infraſcriptis rationibus. Duabus,uidelicet prima quarum eſt.

Propoſitio hęc eſt una ex ſanctionibus iuris naturalis, uidelicet: Transferens rem utilem in proximum non debet eam transferre in eo ualore,qui ſit maior,quàm ſit ualor eidem rei deputatus à natura uel ab arte. At mutuatio uſuraria eſt contra hanc propoſitionem,igitur eſt contra ius naturale,ſeu cõtra ſanctiones iuris naturalis, quod eſt idem per diuerſa.

Maior propoſitio notiſſima,& iccircò probatione non indiget.

Minor probatur inductiuè diſcurrendo per omnia tria genera rerum mutuabilium,quarum quædam res (ut ſæpe dictum fuit) mutuabiles,ſunt menſurabiles,i. cõſtant in menſura, quædam ponderabiles,ideſt, in pondere exiſtunt,& quędam numerabiles, ideſt,conſtant in numero : Ideſt, quædam res dum mutuantur traduntur per menſuram,quædam per pondus, & quædam

per

§.Ius autem ciuile. ver. Qd vero. Inſtit. de iure natu.gen. & ciui.

S.Thomas.

Dominicus à Soto.
Gabriel Biel.
Ioã. à Medina.
Conradus.
Didac. Couarruuias.
Innocentius.
Ioannes And, Anto.de Butr.
Panor.
Ioan. de Ana.
Gerſon.
Ioã. Alteſtaig.
Ioſeph Angles
Ant.de Roſellis.
Ioan.Bap. Lupus Geminianus.
Maior propoſitio.
Minor propoſitio.

per numerum. Primò, igitur, minor propoſitio de primis rebus patet: Nam ſi mutuo tibi rem naturalem menſurabilem, (vt eſt frumentum, vel vinum:) res ſic mutuata habet valorem ſibi deputatum à natura, & cùm talis res traditur per mutuum, traditur in certa menſura, vt in quantitate modij, vel huiuſmodi; cùm, igitur, ſimile frumentum redditur eiuſdem bonitatis, & in eadem menſura, ſi mutuans quid vltra velit, transfert rem in maiorem valorem, quàm ſit valor eidem deputatus. Secundò patet minor propoſitio in ſecundis rebus, vt puta; ſi mutuo tibi rem naturaliter ponderabilem, vt panem, caſeum, & huiuſmodi: hæ (inquam) res habent ſibi à natura deputatum valorem, & cùm mutuantur, traduntur in certo pondere; ſi igitur mutuando tibi panem, & huiuſmodi: velim quòd alter panis eiuſdem bonitatis reſtituatur mihi in tali pondere, in quo ille tibi fuit aſſignatus, & cùm hoc, aliquid vltra, iam transferre volo rem ad maiorem valorem, quàm ſit valor eidem deputatus. Tertiò patet in rebus tertio loco allatis. Nam ſi mutuo tibi numiſma (quod eſt res artificialis, & numerabilis, hæc (inquam) res habet valorem ſibi ab arte deputatum ſecundum ordinem principis, vt puta, vnus Iulius, ſeu paulus argenteus valeat Romæ decem ſolidis, & cùm mutuatur traditur in certo numero: ſi, igitur, reſtituatur mihi numiſma æqualis bonitatis, & valoris, & numeri, ſi quid vltra vellem recipere à mutuatario, tunc volui transferre rem mutuatam ad maiorem valorem, quàm ſit valor ab arte deputatus: Et ſic patet vſurarium mutuum eſſe contra naturam, ac per conſequens prohibitum de iure naturæ.

Secunda ratio eſt: Cùm vſura propriè committatur in mutuo iuxta ta Domini ſententiam dicentis, [mutuum date nihil indè ſperantes,] & in capitu. Conſuluit, extra de vſuris. Et mutuum non contrahatur niſi in rebus conſtantibus in pondere, numero, & menſura (vt diximus) indè ſequitur, quòd ſi creditor voluerit aliquam ex his rebus mutuabilibus, ſibi germinare ultra pondus, numerum, vel menſuram, tunc velit contra rerum ipſarum naturam: In alijs autem rebus naturalibus, vel artificialibus, non eſt ſic, quia earum valor non determinatur ab aliquo extrinſeco neceſſario, ſed ex cauſis extrinſecis contingentibus, ex loco, tempore, perſonarum conditionibus, & pluribus alijs conſimilibus: quia iuſtum pretium non eſt in alijs rebus punctualiter determinatum, ſicut in mutuo: ita quòd modica additio, vel diminutio tollat æqualitatem iuſtitiæ. Vſurarius, ergo, ſi exigit aliquid vltra numerum, pondus, vel menſuram; agit contra naturam, ideſt, contra naturalem valorem à natura, vel ab arte ſecundum naturam determinatum: ergo patet, quòd vſura eſt naturaliter vitioſa, et quòd trahat rem ad alium uſum, quàm à natura, vel ab arte fuerit ordinatum, ſecundum naturam. Vndè qui vult ex uſu talium rerum, vult primò ipſius rei fieri ſibi æquiualentem reſtitutionem: & iterum vult de re, quæ deſinit eſſe, lucrum, uel commodum, quod eſt contra naturam rei mutuabilis, (ut ſæpe dictum fuit,) & hoc eſt, quod uoluit dicere Baldus in l. 1. C. de ſumma Trinitate, & fide Catholica. quod uſura ſit figura ſine materia, ſine ſubſtantia, & ſine cauſa: quia facto mutuo deſinit (quoad mutuantem) rei ſubſtantia. Vndè ſi pro tali re quæritur lucrum, conſumitur figura ſine ſubſtantia, ſiue ſine materia: & ſine cauſa fit præſtatio.

Ratio ſecũda, qua probatur vſurarium mutuũ eſſe prohibitum de iure naturali.

Luc. c. 6.

c. Conſuluit, extra de uſur.

Baldus.

15 *Vſura eſt figura ſine ſubſtãtia, ſeu materia, & quomodo.*

Ad argumentum allatum in principio præſentis quæſtionis, in contra-

rium adductum (his præmiſſis) facillima erit reſponſio , dicendo uſuram eſſe de ſe , & de ſui intrinſeca natura , ita mala , non quia prohibita, ſed ideò prohibita , quia mala , (ut dixi) ex obiecto , et ex circunſtantijs eius , & ex obiecto non partiali , ſed totali : quod eſt uelle uendere uſum rei mutuatæ ſeparatum à re ipſa mutuata , quod eſſe contra rei ipſius naturam per ſe patet . cùm ſit res , cuius uſus , eius conſumptio ſit . Vndè ſic uenderetur unica res bis , uel uenderetur id , quod non eſt in rerum natura , ac ſi eſſet , (ut docet Sanctus Thomas ,) in 2. 2. quæſt. 78. articulo primo , in corp.& ꝙ uſurarium mutuum ſit prohibitum de iure naturæ ratione quoque circunſtantiarum eius , probabitur : reſpondendo ſigillatim ad omnes illas ſex rationes in contrarium adductas .

S. Thomas .

Reſponſio ad primam circũſtantiam.

Ad primam (ergo) rationem in qua arguebatur poſſe lucrum ex mutuo intendi , ſicut ex meretricio , & Eccleſiaſtico miniſterio . Dico non eſſe ſimile : eo , quòd in illis exemplis nulla iniuſtitia reperitur , cùm in meretricio donatio interueniat , (ut latiùs infra in quæſt. 29.conclu.6.dicetur .) In miniſterio eccleſiaſtico ratio debiti reperitur : quoniam Dominus dixit [dignus eſt operarius mercede ſua ,] & Apoſtolus [Neſcitis:quoniam,qui in ſacrario operantur , quæ de ſacrario ſunt , edunt : & qui altario deſeruiunt , de altario participant ?]

Luc. c.10. ver. 7.

1.Corinth.ca. 9.ver.13.

Reſponſio ad ſecundam circunſtantiam.

Ad ſecundam , in qua arguitur poſſe lucrum ex alterius induſtria quæri , & ſperari , ut patet in contractu ſocietatis , & locationis . reſpondeo non eſſe idem de exemplis his , & de lucro ex mutuo ſperato ; quia in illis contractibus nulla iniuſtitia miſcetur , & illi taliter contrahentes ſubſunt multis periculis , (ut loco ſuo dicetur) non autem in caſu noſtro . Nam uerum non eſt , quod in contractu ſocietatis quæratur lucrum ex aliena induſtria , quoniam ſicut pecunia data in ſocietate communis eſt utrique ſocio , licèt alter eorum ipſam pecuniam tantùm tradiderit : ita induſtria communis eſt utrique eorum ; licèt alter eorum poſuerit eam in mercimonio , quod non reperitur in contractu mutui ; quia mutuator non ſtat periculo , ſi ipſa pecunia per mutuatarium deperdita fuerit , etiam ſine omni ſua culpa , quod multipliciter poteſt contingere ; cùm communis illi , & mutuatori (ſicut pecunia ipſa mutuata) non eſt ſic : nec induſtria communis eſſe debet . in contractu autem locationis , & conductionis poteſt ſperari lucrum ex induſtria rei conductę , uel locatæ , ut puta , ex uilla , ſeu poſſeſſione aliqua conducta, uel locata , uel ex equo , uel ex artifice aliquo, cuius operam quis locauit , uel conduxit in aliquo artificio exercendo : quoniam iccircò pecuniam ſuam dedit locanti in ipſum transferendo dominium illius : non tamen ſibi retinuit ius recipiendi idem in genere , uel ęquiualens in numero , pondere , et menſura poſt aliquod tempus , ut fieri contingit in contractu mutui, & diximus in quæſtione prima præſentis tractatus , Notabili ſecundo , clauſula quinta .

In ſocietatis contractu an quæratur lucrũ ex aliena induſtria.

Reſponſio ad tertiã circunſtantiam,

Ad tertium argumentum , circa circunſtantiam tertiam , in quo arguitur, quòd pactum appoſitum contractui contra naturã ipſius non uitiet contractum , &c. Fateor hanc rationem non ſufficere ad generaliter probandum omnem contractum ratione talis pacti appoſiti eſſe uitioſum ; tamen hanc regulam fallere in contractu mutui per ſe patet . cùm diſcrimen inter hunc contractum mutui , & alios maximum reperiri , non ſit qui dubitet ; eo , quòd tale pactum mutuationi appoſitum ipſam faciat uſurariam

riam, ut latiùs fuit probatum in quæſtione j. Notabili ſecundo: eo, ꝙ etiam ipſo pacto accedente mutuum ſemper perſeuerat in ſua natura mutui.

Ad argumentum circa circunſtantiam quartam, in quo arguitur hanc circunſtantiam non vitiare contractum (licèt minus detur, & plus recipiatur:) dicendum, quòd immo in venditione, quæ ad ſtatim tradendam rem venditam fit, vitiat contractum, ſi ſit pura, & ſimplex venditio; ſecus ſi ratione intereſſe, aut ob aliam cauſam iuſtam ab æqualitate recedatur, & in contractu cenſuali etiam puto eamdem æqualitatem ſeruandam fore inter pretium: & cenſum, cenſus, autem, non eſt penſio illa annuatim ſoluenda, vel percipienda, ſed ius quoddam actu acquiſitum ad eam penſionem poſtmodum petendam: in venditione etiam ad terminum, licèt contingat plus recipi, quàm datum fuerit, hoc eſt per accidens, & non per ſe, ideſt, ex intentione vendentis, et id, quod per accidens euenit excuſatur ob veriſimile dubium: In mutuo autem per ſe ex intentione mutuatoris quæritur lucrum ex mutuo ipſo, quod omnino illicitum eſt.

Reſponſio ad quartā circunſtantiam.

16 *Cenſus appellatione, quid veniat.*

Ad quintum argumentum circa quintam circunſtantiam (de venditione temporis) fateor, ꝙ propriè loquendo mutuans non vendat tempus, niſi in hoc ſenſu, quia (ſcilicet) cùm lucrum prætendatur propter expectationem ſolutionis (ſi illud ex mutuo non prætendatur) ſequitur, quòd ſolùm ratione temporis prætendatur: eò, ꝙ expectatio ſolutionis rei mutuatæ vltra mutuatum ipſum nihil videtur aliud, quàm importare tempus dilationis, & ita indè ſatis conſtat iniquitas contractus, vt in c. In ciuitate, extra de vſur.

Reſponſio ad quintam circū ſtantiam.

c. In ciuitate, extra de vſur.

Ad ſextum, & vltimum argumentum de circunſtantia ſexta damni ipſi mutuatario euenientis, dicendum quòd ita eſt, quòd mutuatio vſuraria indè cognoſcatur vitioſa, quia fit in damnum mutuatarij, uel in re, uel in ſpe: in re quidem, ſi mutuatarius reddit aliquid ultra ſortem debitam; in ſpe autem: Si uſurarius erit, etiam ſi ſolùm mentalis ſit, ſperet, uel intendat aliquid à mutuatario ultra debitam ſortem: & cùm dico, aliquid; intelligo, ſiue ſit pecunia, ſiue aliquid aliud pecunia æſtimabile, & ideo quando mutuans pactum appo nit, ꝙ mutuatarius uadat ad ſuum molendinum, uel officinam, iam exigit ab illo obligationem pecunia æſtimabilem, ad quod ex natura contractus mutui non tenebatur. Et ex his reſpōſionibus ad obiecta, patet uerisſimā eſſe noſtrā concluſionē, in qua diximus mutuū uſurariū prohibitum eſſe à iure naturali.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum vſuram ex mutuo exigere ſit generaliter, & indifferenter omnibus prohibitum de iure diuino contento in teſtamento veteri.

SVMMARIVM.

1 *OPINIO varia circa præſentem quæſtionem, & intellectum text. in libro Deuteronomij. cap. 23. ver. 19.*

2 *Vſuram exigere etiam à gentilibus, omnibus etiam Iudæis de iure diuino veteris teſtamenti eſt prohibitum.*

3 *Fænerari an in ſacra ſcriptura ſumatur pro mutuare ſub vſuris.*

ſent alio modo à debitoribus ſuis, niſi intercedente mutuo cum vſuris, vel ſine, recuperare ſuum: quia poſſent vtiquè eo caſu vltra ſortem aliquid recipore redimendo vexationem ſuam, vt abundè ſatis probabitur in q. 25.

Vnica concluſio ſit hæc.

Vſuram exigere, ideſt, vendere vſum rei mutuatæ, omnibus hominibus 2

Vſuram exigere etiã à gentilibus, omnib. etiã Iudæis eſt prohibitum.

Argumentum primum, quo probatur concluſionem ueram eſſe de iure diuino.

Ezech. c. 18. ver. 9.

etiam Iudæis indifferenter, ab omnibus etiam non Iudæis eſt prohibitum à iure diuino in lege veteri tradito, ſub pœna peccati mortalis. Hæc concluſio probatur quatruplici medio. Primò enim multis authoritatibus ipſius veteris teſtamenti: ſciendum ergo, quòd omnibus generaliter vſuras prohibitum fuit exigere à Domino per os Ezechielis, Prophetæ, quando enumerando multas conditiones requiſitas ad hoc, quòd homo viuat vita gratię, inter alias recenſuit mutuationem ſine vſuræ exactione: dicens [Si ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum ſuam, hic iuſtus vita viuet, & non morietur.] ex quibus verbis elicitur, quòd mutuare ſub uſuris ſit contra legem diuinam contentam in teſtamento ueteri, & non mutuare ſub uſuris ſit ſecundam legem diuinam, & neceſſarium ad hoc, quòd homo ſit in gratia Dei: ergo à contrario ſenſu arguendo, dicendum erit: mutuare ſub uſuris prohibitum eſſe ſub peccato mortali (cùm repugnet gratiæ,) quoniam facere omne illud, quod repugnat gratiæ, & eſt cõtra legem diuinam eſt peccatum ſuo genere mortale. Secundò probatur ſic.

Argumẽtũ ſecundum.

Dominus nunquam minatus fuit mortem niſi pro aliquo graui peccato mortali, At mutuationi uſurariæ Dominus appoſuit pœnam mortis omnibus indifferenter, ergo patet mutuare ſub uſuris prohibitũ eſſe à prædicta lege diuina omnibus hominibus indifferenter, ac per cõſequens, etiam Iudæis ſub pœna peccati mortalis. Maior propoſitio non indiget probatione apud fideles. Minor probatur prædictis uerbis domini & alijs infraſcriptis domino dicente. [Ad uſuram dans, & amplius accipiens numquid uiuet? Non uiuet, cùm uniuerſa hęc deteſtanda fecerit, morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit,] ergo uſuram exercere, ſeu exigere prohibitum eſt de iure diuino ſub pœna peccati mortalis.

Ezech. cap. 18. uer. 13.

Tertiò probatur ſic, ſacra ſcriptura uſuram exigere enumerat inter alia mala, quæ ſunt peccata mortalia, ergo & ipſam exigere erit peccatum mortale de iure diuino. Antecedens probatur: in Pſalmo hæc habentur uidelicet: [quoniam uidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate die, ac nocte circundabit eam ſuper muros iniquitas, labor in medio eius, & iniuſtitia: & non defecit de plateis eius uſura, & dolus] conſequentia patet, quia & ipſa uſura inter alia mortalia peccata connumeratur. Et ut faciliùs percipiatur ueritas iſtius authoritatis: ſciendum quòd Pſalmus loquitur ad literam de ciuitate Ceila, cuius ciues iniquè agebant volentes tradere Dauid innocentiſſimum in manus Saul, (ut legitur in ſacra ſcriptura) licet Dauid ipſe ſaluaſſet ciuitatem illam de manu philiſtinorum: Item illi ciues agebant contradictionem, contradicendo innocentiæ Dauid: Item in illa ciuitate erãt aliqui publici uſurarij, & mercatores fraudulenti:

Argumentum tertium.

Pſal. 54. uer. 9.

Ver. 10.

Ver. 11.

1. Reg. c. 23.

Quartò probatur ſic, Illud eſt peccatum mortale prohibitum ſecundum legem diuinam (in teſtamento ueteri contentam,) cuius uitatio eſt ſecundum legem diuinam prædictam, neceſſaria ad hoc, quòd quis ſit dignus habitare in tabernaculo Dei, & requieſcere in monte ſancto eius: ſed uſuraria mutuatio eſt huiuſmodi, ergo &c. Maior probatur per gloſam ſuper illud Pſalmi. [Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo,] qui doctor intelligendum

Argumentum quartum.

Pſal. 14. uer. 1.

gendum fore ait,per tabernaculum, eccleſiam militantem,& per mõtem ſanctum Dei, Eccleſiam triumfantem : Nullius autem rei vitatio eſt neceſſaria adulto ad dignè habitandum in eccleſia militante, & ad ingrediendum in eccleſiam triumfantem;niſi vitatio mortalis peccati, eò quòd ipſum de directo aduerſetur legi diuinę.ergo patet vſurã eſſe prohibitam lege diuina prædicta etiam Iudæis erga Gentiles:Minor illa probatur per allata verba Pſalmi prædicti ſubiungendo ibidem Propheta dicens,

Pſal.14.ver.6.

[Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſurã,] & quòd per Prophetam dominus etiam Iudæis prohibuerit vſurã recipere pro mutuo à gentilibus probatur teſtimonio libri Machados, qui apud Iudęos eſt authenticus,

Machados liber Rabinorũ.

vbi etiam ponitur Pſalmus prædictus ſuper verſiculo illo, [Qui pecuniam ſuam non dat ad vſuram,] Dicit Gloſa, etiam Gẽtili,vt recitat Nicolaus de Lyra ſuper lib. Deuter.c.23.

Nicolaus de Lyra.

& quòd verum ſit noſtrum argumentum ; quo argumentati fuimus per dictam ſententiam Prophetæ probari uſuram eſſe prohibitam de iure diuino, patet ex authoritate ſacri Concilij Niceni cap. 17. in quo diuinum præceptum fuiſſe promulgatum per uerba prædicti Pſalmi dicitur,& habetur in c. Quoniam multi, 14. qõ.4. Idem fuit declaratum in Concilio Martini.c.62. quod refertur in cap. ſi quis oblitus, 14. q.4.

Nicenum Cõcilium.
c.Quoniã multi.14.q.4.
c.Si quis oblitus,14.q.4.

& quòd fuerit prohibitum uſuram exercere etiam Iudęis de iure diuino contento in teſtamento veteri : probatur rurſus, quàm apertiſſimè per verba quinti præcepti decalogi, vbi hoc prohibuit dominus dicens: [Non furtum facies,]

Exodi.c.2.ver.15.

quoniam ſicut furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino,vt verè eſt, ſic & quicquid vltra ſortem pro vſu rei (tamq̃ pretium vſus rei mutuatæ accipitur) eſt contrectatio rei alienæ inuito domino, vt patet ad ſenſum : & quàm facillimè probatur per tex.in c.ſi quis, 14.qõ.4.& eſt Sancti Ambroſij in lib. de bono mortis cap. 12. vbi hæc habentur,videlicet: [Si quis vſuram acceperit,rapinam facit,uita non viuit.]

c.Si quis.14.q.4.

Idem probatur per tex.in c.Quid dicam,de vſuris, 14.queſ.4.& eſt Sancti Auguſtini,ad Macedonium in epiſtola 54. vbi hęc habentur,uidelicet: [quid dicam de uſuris,quas etiam ipſę leges, & iudices reddi iubent : An crudelior eſt, qui ſubtrahit,uel eripit à diuite,quàm qui trucidat pauperem fœnore :]

c.Quid dicam de uſur. 14 q.4.

3 *Vſurari⁹ æquiparatur trucidanti.*

Probatur & ſecundò præſens concluſio iure poſitiuo per tex. in c. Poſt miſerabilem,extra de uſur. in quo Innocen. III. infraſcriptis uerbis approbauit noſtram concluſionem, uidelicet: [Iudęos ad remittendum Chriſtianis uſuras per principes, & poteſtates compelli ſeculares, præcipimus : & donec eis remiſerint , ab uniuerſis Chriſti fidelibus tam in mercimonijs, quàm in alijs, per excommunicationis ſententiam,eis iubemus communionem omnimodam denegari] hæc in dicto canone, quæ fuerunt confirmata in c. Quantò amplius.de uſuris.

c. Poſt,miſerabilem , extra de vſur.
c.Quantò amplius,extra de vſur.

ex quibus omnibus patet apertiſſimè ſemper eccleſiam intellexiſſe, ipſis hebręis quoq; fuiſſe prohibitũ iure diuino prædicto exigere uſuras à gentilibus,ſeu ab alijs, qui non ſunt de populo ſuo, quoniam ſi cognouiſſet hoc fuiſſe illis indultum de iure diuino,numquàm hoc eis prohibuiſſet, & quòd a iure diuino contento in teſtamento ueteri ſit quoque prohibitum uſuras extorquere, probatur quoque per text.in c.ſuper eo quòd.& c. quia in omnibus , extra de uſur. in quibus Alexander III. fatetur uſuras exercere eſſe prohibitum utriuſq; teſtamenti pagina . Probatur,& tertiò authoritate doctorum. Diuus Tho. enim in 2.2.q.78.arti. 1.in reſp.ad 2. ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni,et Cardinalis Caietanus in Commentarijs ibidem dicens , ꝙ per dictam legem Moyſis non fuit uetitum repetere uſuras ſolutas , nec quòd poſſent exigere ab ex-

Tex.in c.ſuper eo , extra de vſur.text.in c. Quia in omnibus , extra de vſur.
S.Thomas.
Caietanus.

traneis,

Ioan. à Medina in Cod. de reſtituen. acquiſitis per vſuram, q. 2. vbi quæritur, An aliquando vſura fuerit licita, §. Ad tertium: in ver. Ad illud quod habetur ex Deuter. c. 23. circa finem. Et ex canoniſtis tenet Romanus ſingul. 269. Marſilius in l. 1. §. Pręterea, nume. 65. ff. de quęſtionibus. Gabriel Sara. Ad Matheſil. ſingul. 49. nu. 16. Sozinus in regula tertia, num. 29. Laurentius Rodulphus in c. Conſuluit, par. 2. quęſt. 55. nu. 79. ſed animaduertendum, quòd talis expoſitio (pace tantorum doctorum, dixerim) à quàmplurimis reijcitur hac rõne, videlicet: quia Gentiliũ tota terra donata Iudęis non fuerit, niſi ſolùm in vtraque ripa Iordanis, quæ centum ſexaginta miliaribus in lõgitudinem, & ſexaginta in latitudinem ſe extendebat. Et tamen permiſſio vſurarum multò ſe latiùs dilatabat, impunè & iniuſtè ipſi Iudęi (quippè) vſuras exigebãt à quibuſcumq; gentiliũ qui à remotiſſimis prouincijs ad illos aduentantes, cõmertia cũ illis inibant. Additur, ꝙ ipſo eod. c. 23. Deut. præceperat illis Deus. [Ne abhominarentur idumeũ, & ęgyptum populos ſibi magis alienos: & tñ ab illis illicitè poterant vſuras accipere: vndè cõcludunt ipſi doctores, ꝙ in ratione hoſtilitatis fundata fuerit illa permiſſio, & quòd textus in d. c. vltimo, non fuerit Diui Ambroſij, ſed cuiuſdam alterius, vt per Conradum in tract. 2. de contractib. q. 42. concluſione 3. Alex. de Ales, 3. par. q. 66. Gabrielem Biel in 4. Sententia. diſt. 15. q. 11. attamen dicant dicti doctores quicquid velint (pace eorum) dico Diuum Ambroſium illis verbis vſum fuiſſe in lib. de Tobia: c. 15. quàmobrem ſententia huiuſmodi non recipitur communiter, vt poſt Ioannem de Anania, tradit Auguſtinus Berous in c. 1. num. 14. extra de vſur. Hoſt. in ſumma eod. ti. §. An aliquo caſu. 8. fallen. Ioannes de Arno. Problem. 5. Apoſtill. ad ſingul. Rom. 269. Vndè non defuerunt, qui alterum ſenſum huic textui c. 23. Deut. accommodarunt, aſſerentes in ver. illo, ſed alieno: nullam fuiſſe permiſſionem, ſed potius inhibitionem, hoc pacto exponendo, [fratri tuo non fœneraberis] ſed ſi quis pro alieno ducendus foret, ille eſſet à te fœnore præmendus, ſed hoc dicunt, neminem mortalium debere exiſtimare, atq; ita negatiuè dicunt legẽdum eſſe Canonem Diui Ambroſij, videlicet: [ab illo exige vſurã, cui meritò nocere deſideras,] quaſi dicat, ſicut nulli nocere debes, ſic à nullo debes petere vſuras: prout explicat quoquè ibidem glo. in prin. tradit quoq; in Clem. 1. nu. 29. de vſur. & pręcitati doctores idem ſentiunt, & quamuis liceat bellum gerere, & capta in eo efficiantur capientis, vt in c. dicat, 23. qõ. 5. & in c. 2. 23. q. 7. tamen inquiunt ipſi doctores non debere contractum cùm hoſte geri illicitè; quia conuentiones iſtę iam non ſunt cum hoſte iure belli, ſed iure pacis, & commertiorum: & quoniam ſenſus huiuſmodi accommodari non poteſt ſine magna literę violentia, ideò dixerunt alij, in textu originali ſacrę Biblię non inueniri clauſulam illam, [ſed alieno,] et quòd ipſa clauſula adiuncta fuerit à collegio illo Tanedri à Deo conſtituto in deſerto, videlicet: eorum ſeptuaginta virorum ſenum, qui à Moyſe fuerunt congregati, vt acciperent auctoritatem interpretandi omnes leges, de quibus ſermo habetur in libro Numeri. c. 11. in quo infraſcripta habentur, uidelicet: [Non poſſum ſolus ſuſtinere hunc populum, quia grauis eſt mihi, ſin aliter tibi uidetur, obſecro, ut interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis ne tantis afficiar malis, & dixit dominus ad Moyſen. Congrega ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſrael quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint, ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi ſtare tecum, ut deſcendam, & loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradamq; eis,

Ioã. à Medina.
Romanus.
Marſilius.
Gabriel Sara.
Sozinus.
Laurentius Rodulphus.
Conradus.
Alexã. de Ales.
Gabriel Biel.
Ioan. de Ana.
Augu. Berous.
Hoſt.
Ioan. de Arno. Apoſtill. ad ſingularia Rom.
Primus intellectus c. Ab illo. 14. q. 4.
Gloſa.
c. Dicat. 23. q. 5. c. 2. 23. qõ. 7.
Numeri c. 11.

traneis, ſed ſolùm impunitatem concedit. Gabriel Biel quoque (vnà cùm infraſcriptis) aſtipulatur præſenti concluſioni, in 4. Sententiarum diſt. 15. q. 11. notabili primo. Sotus in lib. 6. q. 1. art. 1. col. 7. Ioannes de Medina in trac. de reſtituendis acquiſitis per vſuram, q. 2. in fi. col. 4. & ex canoniſtis, Innocentius in Rubrica de Vſur. Panormitanus ibidem, & reliquus cœtus canoniſtarum in prædictis iuribus, quorum verba non attuli, cùm eſſet ſuperfluum. Conradus in tract. 2. de contractibus qõ. 22. concluſione 3. Didacus Couarruuias in lib. 2. variarum reſol. c. 1. col. 13. ver. Iure diuino veteris teſtamenti. Gerſon in regulis moralibus, Frater Ioſeph Angles in lib. inſcripto Flores Theologicarum quæſt. ſuper 4. Sententiarum, ſuper tit. de contractu mutui, concluſione 1. articulo primo, & Dominus Antonius de Roſellis in fine tractatuli de vſur. nume. 81. Ioannes Baptiſta Lupus in tractatu de vſur. quæ committuntur ratione mutui num. 31. Probatur & quartò præſens concluſio hac ratione, videlicet: Iniuſta opera facere legi naturæ aduerſantia nec Iudæis, nec alicui populo fuit unquàm conceſſum. At vſuram propriè dictam exigere eſt facere opus repugnãs iuri naturali: ergo vſuram, propriè dictam, exigere nec iudæis, nec alicui populo fuit vnquam conceſſum. Maior per ſe patet. Minor fuit probata multis medijs in quæſtione præcedenti, ex hac ergo ratione patet quoque veritas noſtræ concluſionis.

Gabriel Biel. Dominicus à Soto. Ioã. à Medina. Innocentius. Panor. cum reliquis canoniſtis. Conradus. Didac. Couarruuias. Gerſon. Ioſeph Angles Ant. de Roſellis. Ioan. Bap. Lupus. Ratio concluſionis.

Ad argumẽtum allatum in principio quæſtionis pro parte negatiua, quàm facillimè reſpondebitur, quòd cõſequens illud ibi negatum eſt, veriſſimum, vt per adducta huc vſq; patuit, & ad probationem dicitur. Primò, quòd dato, & non conceſſo, quòd per verba in c. 23. ver. 19. & 20. lib. Deut. relata ibi, fuiſſet permiſſum Iudæis, ab alienis, (qui non eſſent de populo ſuo) exigere vſuras, tamen numquàm fuit hoc illis cõceſſum, vt licitum, ſed vt tollcratum: quàpropter illis exigere vſuras numquàm licuit. Cùm non omnis tollerantia vel permiſſio facta ab aliquo ſuperiore de aliquo in ſe, & de ſui natura intrinſeca iniuſto, & illicito efficiat illud iuſtum, & licitum: eo, ꝙ huiuſmodi tolerantia eſt quid exterius ſuperueniens ipſi operi illicito non pertingens ad interiora ipſius rei de ſe illicitę, & iniuſtę, vt patet in opere meretricio, quod de intrinſeca ſui natura eſt illicitum, ſtante præcepto Domini: [Non Mechaberis] quod, tamen, non fit licitum per tolerantiam Sanctæ Eccleſiæ, ad euitanda maiora ſcandala, (vt latiùs probabimus in qõ. 13. concluſione 3.) cùm vnuſquiſq; ſciat lege diuina hoc damnatum fuiſſe, quod videtur voluiſſe inſinuare Deum ipſum Omnipotentem, quando poſt præceptum: [Non Mechaberis] in libro Deuter. tradidit, & aliud præceptum ipſis Iudæis dicens: [Non erit meretrix de filiabus Iſrael,] ac ſi dixiſſet dominus, omnino volo vos non fornicari cum filiabus Iſrael, quaſi voluerit tolerare potius fornicantes eos cũ alienigenis,) quoad pęnam temporalem incurrendam, (quàm cum mulieribus hebræis, ſed non ideo valeret conſequẽtia; ſi quis diceret, ergo ſine peccato tranſgreſſionis præcepti illius diuini: [Non męchaberis,] Iudæi poterãt męchari cum alienigenis, quod patet ex eo, quòd ſubdit verba generalia ipſe dominus ibidem, prohibens Iudæis omnem ſcortationem cum omnibus mulieribus dicẽdo: [nec erit ſcortator de filijs Iſrael,] id eſt, non erit fornicator aliquis filius Iſrael, videlicet: Iudęus, vndè eodem modo in præadductis locis ſacræ ſcripturæ Deus generaliter, & ſimpliciter omnibus prohibuit ſub pœna tranſgreſſionis præcepti: [Non furaberis,] vſurarium mutuum, & vſurarum extorſiones, & alias interpretationes dicti loci Deuteron. capit. 23. ver. 19.

Reſponſio, & interpretatio verborum Deuter. c. 23. ver. 19. & 20. Exod. cap. 20. ver. 14. Deut. c. 5. ver. 18. Deuter. c. 23. ver. 17. Exo. c. 20. ver. 15.

ver.19.& 20.attulimus in præcedẽti Notabili vnico pręſentis q̃õnis,vide ibi.

Reſponſio ad auctoritatẽ libri Deut.c.28. ver,12. Deuter. c. 15. uer.6.

Ad alias authoritates ſacræ ſcripturæ in argumento allatas reſpondebo, & primò ad auctoritatem Deuter.c.28.ver.12. [fęneraberis gentibus multis, & tu à nullo fœnus accipies] dicendum erit, ꝙ fœnus ibi non accipitur pro vſura, ſed pro mutuo, vt patet in alia auctoritate adducta in lib. Deuter.c.15. ver.6.Vbi ferè idem dicens dominus,pro hac voce fœnus,vſus fuit hac voce mutuum,dicens [fœnerabis gentibus multis, & tu à nullo accipies mutuum] tum etiam idem probatur: quoniam aliàs ſuperfluum fuiſſet addere ibi, ad

3 Fœnerari an ſemper in ſacra ſcriptura ſumatur pro mutuare ſub vſuris. Prou. cap.22. uer.7.

3 vſuram, ſi fœnerari ſemper in ipſa ſacra ſcriptura acciperetur pro mutuare ſub vſuris,cùm in dicto c.23.Deut.dicatur: [Non fœneraberis populo meo ad vſuram, vt patet ad ſenſum, probatur idem inſuper more ipſo ſacrę ſcripturæ,eo, quòd in libro Prouerb.c.22.ver.7.dicitur. [Diues pauperibus imperat,& qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis] ex quibus verbis patet, fœnerari in ſacra ſcriptura ſumi pro mutuare: quarum ergo ſententiarum talis erit germanus ſenſus, videlicet: ſi tu populę meus ſeruaueris præcepta mea,faciã te ita abundare bonis temporalibus, vt opus non ſit tibi petere mutuo neceſſaria à gentibus, imò tu ipſis ex tuis ſuperfluis facultatibus,quas tibi tradidero, abundantęr poteris mutuare.

Reſponſio ad auctoritatem, lib.Leui.c.25. uer.35.& Exo. c.22.uer.25.

Ad reliquas duas auctoritates ſacræ ſcripturæ recenſitas in c.25.ver.35.libro Leuit.& in lib. Exod.cap.22. ver. 25. quàm facillima erit reſponſio, dicendo,quòd ex ipſis locis, tantùm elici poſſit,ꝙ Iudęi mutuantes populo ſuo non debeant ipſos compellere ad ſoluendas vſuras, non autem ſequitur ex auctoritate prædicta ab alijs, (qui non ſunt de populo hebręorum) eos licitè poſſe exigere vſuras.

Ex his omnibus, ergo, patet veritas noſtræ concluſionis, & falſitas contrariæ opinionis.

QVAESTIO QVINTA,

Vtrum vſuram exigere ex mutuo ſit prohibitum de iure diuino contento in teſtamento nouo.

S V M M A R I V M.

1 *Vſuram exigere prohibitum eſt de iure diuino contento in nouo teſtamento.*
2 *Mutuum dare dupliciter exponitur à Sancto Thoma.*

HABITVM ſermonem de prohibitione vſurarum facta de iure diuino contento in teſtamento veteri, meritò ſubſequitur quæſtio pręſens,in qua quæritur: an fuerit vſura prohibita de iure diuino contento in teſtamento nouo, ne forſan detur occaſio Diabolo fideles decipiendi, ipſis ſuadendo, ſe non teneri tale præceptum obſeruare poſt aduentum domini,& poſt legem noui teſtamenti: quàpropter more ſolito,primò arguam pro parte negatiua tali pacto, videlicet.

Antecedens. Conſequentia

Si vſuram, ſeu lucrum ex mutuo exigere eſſet prohibitum de iure diuino contento in teſtamento nouo:ſequeretur, ꝙ fuiſſet hoc expreſſum in dicto

iure, cùm nemo alicuius legis tranſgreſſor habendus ſit, qui facit quod ſibi
expreſsè in ea aliquid non fuit prohibitum, ut patet ad ſenſum: cùm omnis
tranſgreſſio legis iuſtæ ſit peccatum,& peccatum nullum ſit,quod ſit ignorā-
tia inuincibili; ut eſſet in caſu noſtro. Conſequens autem eſt falſum, ergo
& antecedens,& ꝙ ſit falſum ultra prædicta probatur ſic per inductionem.pri
mò, Non eſt dicendum uſuram ex mutuo exigere fuiſſe prohibitum à domi-
no in teſtamento nouo per illa uerba. [Mutuum date nihil indè ſperantes,] Luc.c. 6.ver.
quoniam huiuſmodi uerba dicuntur eſſe conſilij, & non pręcepti,ut patet ex 35.
contextu ipſo uerborum præcedentium, & ſubſequentium: cùm ibi dicatur
[ſi benefeceritis ijs,qui uobis benefaciunt, quæ uobis erit gratia: Nam pec- Ver. 33.
catores peccatoribus hoc faciunt: Et ſi mutuum dederitis ijs, à quibus ſpe- Ver. 34.
ratis recipere,quæ gratia eſt uobis, nam & peccatores peccatoribus fœneran
tur,ut recipiant æqualia. Verumtamen diligite inimicos ueſtros, benefacite, Ver. 35.
& mutuum date, nihil indè ſperātes,& erit merces multa, & eritis filij altiſſi-
mi,quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. Eſtote ergo miſericordes, Ver. 36.
ſicut & pater ueſter miſericors eſt.] Ex quibus omnibus domini uerbis ui-
detur eliciendum, quòd Dominus per illa uerba iis, qui dicta opera fecerint
mercedem repromiſerit, & per conſequens, quòd mutuare cum ſpe retribu-
tionis meritorium opus non ſit, non tamen indè ſequitur, ꝙ peccatum ſit,
quandoquidem inter meritum, & demeritum, aliquod medium eſſe poterit,
ut patet ad ſenſum, Cùm ſint multa opera, quæ media ſunt, quæ à ſacris
Theologis dicuntur indifferentia.

Præterea idem uidetur probari uerbis ipſius Domini in perſona regis, di-
centis, [oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, ut ue- Mat. c.25.ver. 27.
niens ego recepiſſem utiq; quod meum eſt cum uſuris,]ex quibus elici uide-
tur fuiſſe reprehenſum eum,qui non auxerat pecuniam per uſurā,ac per con-
ſequens hoc licere ex diuini iuris in teſtamento nouo contenti conceſſione:
cùm ille Rex in dicta parabola Dominum Ieſum Chriſtum figurauerit.

SED CONTRA tex.eſt in c.ſuper eo. & c. conſuluit,extra de vſur.
in quibus habetur [vſuram exercere eſſe prohibitum etiam iure diuino con-
tento in teſtamento nouo.]

Reſpondeo præſenti quæſtioni vnica concluſione, quę talis eſt.

Vnica concluſio.

Vſuram exigere, ideſt, velle pretium vſus rei mutuatæ ſibi ſolui, ſolo re- 2
ſpectu vſus illius rei mutuatæ eſt prohibitum de iure diuino contento in no- *Mutuare ſub*
uo teſtamento: Hæc concluſio probatur quatruplici medio.Primò ipſomet *vſuris eſt pro-*
iure diuino contento in teſtamento nouo expreſſo infraſcriptis verbis, qui- *hibitū per ius*
bus vſus fuit dominus Ieſus dum dixit. [Non furtum facies] cùm vſura ipſa *diuinum in Sā*
ſit furtum,vt docuit Diuus Ambroſ. & habetur in c. ſi quis vſuram, 14.qō.4. *cto Euang.*
dicens [ſi quis vſuram acceperit,rapinam facit,vita nō viuit,] & ſic patet per Matthæi.c.19. ver. 18.
dicta verba fuiſſe prohibitam vſuram iure diuino contento in teſtamento no c.Si quis vſurā 14.q.4.
uo: Idem probatur per text. ipſiuſmet ſacri Euangelij paulò antè adducti. Lucæ. c.6.ver. 35.
[Mutuum date nihil indè ſperantes,] & ꝙ hac authoritate adducta probetur
noſtra concluſio, probatur auctoritate Eccleſiæ Sanctæ ſic illa exponentis in c. Super eo, extra de vſur.
c.ſuper eo,& in c.quia in omnibus,extra de vſuris: & ratio eſt, quia canon in c.Quia in omnibus, extra de vſur.
dicto c.Quia in omnibus,eſt Concilij Lateranenſis,in quo dicitur. [Vſuram
exercere prohibitum eſſe ſacra pagina vtriuſque teſtamenti,] imò, & clariùs c. Conſuluit,
hoc idē probatur per tex.in c.Conſuluit,extra de vſur.vbi Vrbanus III.dicit extra de vſur.

[homi-

[homines pro intentione lucri mutuantes malè agere, & teneri ad ſic exacta reſtituenda, imò illos efficaciter ad hoc inducendos fore in foro animæ iuxta domini præceptum dicentis, Mutuum date, nihil indę ſperantes:] concluſio ergo noſtra veriſſima eſt, quia eſt ſecundum declarationem eccleſiæ ſanctæ, quæ (dictante Spiritu Sancto, in dicto Conci io Lateranenſi celebrato ſub Leone decimo, ſeſſio.decima) expreſsè dixit auctoritatem illam Sancti Euangelij. [Mutuum date, nihil indè ſperantes] ſub præcepto vſuram vetare, ideò contrarium pertinaci animo aſſerere eſſet omnino hęreticū, vt docet Alphonſus de Caſtro in libro de Hęreſ.cap.vltimo. Imò & idem probari videtur per tex.in Clem.Vnicā, ſub tit.de vſur.§.fi.vbi hæc habentur, [ſi quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præſumat exercere vſuras non eſſe peccatum, decernimus, eum velut hęreticum puniendum: locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticę prauitatis inquiſitoribus diſtrictiùs iniungentes, vt cōtra eos (quos de errore huiuſmodi diffamatos inuenerint, aut ſuſpectos, tamquam contra diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi) procedere non omittant.] Hæc in dicta Clem. Probatur & ſecundò doctorum authoritate. Sanctus, enim, Thomas in 2.2.q.78.art.1.in reſp.ad quartum, noſtræ concluſioni aſtipulatur (unà cum infraſcriptis) interpretādo dicta uerba domini: [Mutuum date, &c.] quę prius à parte negatiua adduxerat, quaſi probando per illa, quòd accipere uſuram non eſſet peccatum, cùm eſſe uideretur de conſilio, ipſam nō accipere: in reſponſione, ergo, ad quartum dupliciter interpretatus fuit ipſa dominica uerba, dicendo, Primò ſic, dare mutuum non ſemper tenetur homo, & ideò quantum ad hoc ponitur inter conſilia; ſed quòd homo lucrum de mutuo non quęrat, hoc cadit ſub pręcepti ratione; poteſt tamen dici conſilium per comparationem adductam Fariſeorum, qui putabant uſurā aliquam eſſe licitā, ſicut & dilectio inimicorū eſt conſilium. uel ſecūdò loquitur ibi non de ſpe uſurarij lucri, ſed de ſpe, quę ponitur in homine non enim debemus mutuum dare, uel quodcumq; bonum facere propter ſpem hominis, ſed propter ſpem Dei, id eſt, remunerationis aſſequendę à Domino Deo, ex cuius uerbis patet ipſum Sanctum Doctorem noſtrę concluſioni ſe ſubſcripſiſſe, & illam probari auctoritate dicta. [Mutuum date &c.] Gabriel Biel in quarto Sentiarum, diſt.15. quęſtio. 11.in principio, in declaratione ultimę clauſulę diffinitionis uſurę, & in Notabili primo adducens eamdem auctoritatem Sancti Euangelij: Ioan.à Medina, Conradus, Couarruuias, Inn.Panor. & quàmplurimi alij Doctores recenſiti in pręcedenti quęſtione, quia omnes illi, locis ibi citatis, ſe ſubſcripſerunt, præſenti concluſioni, & alij doctores, in prędicta Clem.Vnica, de uſur.

Alphonſus de Caſtro. Clem. Vnica, de vſur. Sanctus Tho. 2 *Mutuum date, dupliciter exponitur à S. Thoma.* Gabriel Biel. Ioā. à Medina. Conradus. Couarruuias. Innocentius. Panor. & alij, quàm plurimi.

Attamen noſtrę concluſioni, prima fronte aduerſatum fuiſſe uidetur Dominicum à Soto in lib.6. q.1.artic.1.colum.4.eò, quòd nititur probare Dominum Ieſum per hęc verba, [mutuum date &c.] Non prohibuiſſe ſub pręcepto ſperare lucrum ex mutuo, ſed conſuluiſſe mutuare ſine ſpe humanę retributionis, arguendo à pręcedentibus verbis, (immediatè) ipſius domini dicentis, [& ſi benefeceritis ijs, qui vobis benè faciunt, quę vobis eſt gratia, nam peccatores peccatoribus hęc faciūt &c.] Si loqueretur de uſura ibi dominus, non dixiſſet ęqualia, quia moris non eſt, ut fœnebre lucrum ſit ſorti ęquale, ſed dicit ęqualia: hoc eſt paria bona, gratuitò refuſa, idem eſt quod ſubdidit, [Veruntamen diligite inimicos ueſtros, benefacite, & mutuum date nihil inde ſperantes,] idcſt, nullam ab hominibus gratiam, ſed à Deo, quare ſubdit,

Dñicus à Soto uidetur oppugnaſſe concluſionem.

& erit merces veſtra multa,& eritis filij altiſſimi quare (ait Sotus prædictus) inepta eſt gl.illa, quæ dicit, ꝙ prius membrum ſit conſilium, poſterius præceptum, ſed neq; aliter ſentijt Diuus Thom. ſed ꝙ ſit iuſtitiæ non expectare lucrum,& iccircò, ſubdit, ꝙ illic non ſit mentio de ſpe lucri vſurarij: quàpropter concludendum (inquit) erit per illa verba non fuiſſe prohibitam vſuram. Ad prædictos adductos canones dicentes vſuram prohibitam vtroq; teſtamento, quibus iuribus probauimus noſtram concluſionem· Sotus prędictus reſpondens ait, quòd in veteri teſtamẽto plana ſunt teſtimonia, in nouo ſub illis verbis: [Non furtum facies] ad c. Conſuluit, vbi Vrbanus Papa dicit vſurã prohibitam, illis verbis domini: [Mutuum date &c.] Reſpondit dicens, ꝙ Papa non vbicumq; citat teſtimonia ſacræ ſcripturæ in aliquo ſenſu, intendit canonizare eumdem ſenſum: tamquam de fide, ſed citat quandoq; illũ ſecundum doctorum opinionem, attamen illa euangelica ſententia ſubminiſtrat vim argumento à maiori: ſic arguendo. Si Chriſtus conſuluit ne gratuitum donum ſperaremus ab hominibus, quod licitè poſſent rependere, à fortiori cõſequitur, neq; expectandum eſſe pretium uſus, quod iuſtitia vetat. Hæc Sotus. cuius verba non aduerſari noſtræ concluſioni patet, cùm non ſolum concluſiones poſſint probari legibus explicitè ipſas confirmãtibus, ſed multis alijs modis, vt puta, arguendo à ſimili, uel à fortiori, uel à contrario ſenſu, & huiuſmodi. Cùm ergo Sotus concludat, (quòd) arguendo à fortiori, non eſſe expectãdum pretium uſus rei mutuatæ, quod iuſtitia uetat; huiuſmodi uerbis innotuit nobis, ſe nobiſcum tenere, licèt uerborum ſonitu videatur aliquatenus diſſentiri. patet, ergo, eius ſententiam noſtram confirmaſſe concluſionem.

Matthæi.c.19. ver. 18.

Reconciliatur ſententia Soti cum auctore, & eius concluſione.

Ad argumentũ, ergo, adductum pro parte negatiua, in principio præſentis quæſtionis reſpondetur negando minorem, & ad eius probationem reſpondetur dictam authoritatem ſacri Euangelij: [Mutuate &c.] eſſe præceptiuam prout declarauit Eccleſia Sancta, in dicto ca. Conſuluit, quàpropter omnino erit captiuandus intellectus noſter, & ſubmittendus deciſioni, & interpretationi Eccleſię Sanctæ, vt docet Io. à Medina, & Didac. Couarruuias, vbi ſup.

Reſponſio ad argumentum.

Ad ſecundam autem auctoritatem Sancti Euangelij adductam reſpondetur illam methaphoricè intelligendam fore, ac per hoc, quòd dominus uoluerit nos hortari ad non occultandam gratiam ſuam nobis ab ipſo gratis indultam, uerùm potius, vt illa uteremur ad laudem ſuam, ſalutem noſtram, & proximorũ: ne ſimus de tanto beneficio nobis collato ingrati; ſed potiùs, ut debeamus ipſius gratię meritum augere bonis operibus noſtris, tamen domino adiuuante, qui ait: [Sine me nihil poteſtis facere,] & viuit, & regnat in ſecula ſeculorum.

Reſponſio ad ſecũdum argumentum.

Ioã. c.15. ver. 5.

QVAESTIO SEXTA,

Vtrum vſuram exercere, ſeu exigere ſit prohibitum de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Vſuram exigere eſt prohibitum de iure canonico.*
2 *Verus intellectus c. Ab illo, 14. quæſt. 4.*
3 *Verus intellectus c. Quanto, extra de vſuris.*
4 *Verus intellectus c. Conquæſtus, extra de vſuris, & c. 1. extra de feudis.*
5 *Verus intellectus, c. 1. extra de vſuris.*
6 *Verus intellectus c. ſalubriter, extra de vſuris.*

CVM in præcedenti quæſtione ſermo habitus fuerit,& probatum,vſurarium mutuũ eſſe prohibitũ de iure diuino: iccircò meritò in præſenti examinandum erit: An vſurariũ mutuum ſit prohibitum de iure canonico:de qua qõne Primò uidetur dicendũ vſurã exercere,ſeu exigere non fuiſſe prohibitum de iure canonico, quod uidetur probari forma ſyllogiſtica tali pacto,videlicet.

Maior propoſitio. Minor propo. Concluſio. c. Ab illo, 14. q.4.

Omne illud,quod à iure canonico eſt conceſſum, non eſt prohibitũ ab eodem à iure. At vſuram exigere à iure canonico eſt conceſſum. Ergo vſuram exigere à iure canonico non eſt prohibitum. Maior propoſitio per ſe patet. Minor probatur per tex.in c.Ab illo.14.q.4.(& eſt ibi ſententia regiſtrata Diui Ambroſij in lib.de Tobia.c.15.)in quo hęc inter alia hẽtur,videlicet:[Ab illo exige uſurã cui meritò nocere deſideras,cui iure inferũtur arma,huic legitimè auferũtur uſuræ]ex euius uerbis elicitur,ꝙ ſaltẽ uſurã exigere, ſeu mutuare ſub uſuris inimicis de iure canonico licebit. Secũdò idẽ uř probari per

c.Quantò, extra de uſur.

tex.in c.Quantò,extra de uſu.in quo uř (arguẽdo à cõtrario ſenſu) fuiſſe prohibitum Iudęis,ſolùm,exigere uſuras immoderatas àChriſtianis:quàpropter uř ex ipſo tex.ſolùm colligi,ꝙ à iure canonico conceſſum fuerit (ſaltẽ)Iudęis

c. Conqueſtus extra de uſur. cap.1.extra de feudis. cap.1.extra de vſur.

exigere vſuras moderatas:Idẽ & tertiò probari uř per tex. in c. Conqueſtus, extra de uſur.& in c.j.extra de feu.in quib. dř,ꝙ [Dñs accipiẽs feudum in pignus à ſuo uaſallo,nõ tenetur deducere ipſius fructus in ſortẽ.]Itẽ & quartò in c.j.extra de uſur.ubi dicitur,quòd [clericus recipiens à laicis in pignus rei mutuatę, beneficij ſui poſſeſſionem non tenebitur ipſius fructus deducere in ſortem] ex his elicitur, quòd ſaltem, conceſsum fuerit à iure canonico, uſuram exigere in aliquibus caſib. Idẽ(& quintò) uidetur probari per tex.in c.

c. Salubriter, extra de uſur.

ſalubriter,extra de uſur.in quo habetur, [ꝙ gener recipiens domum,uel poſſeſſionem aliquã in pignus à ſocero pro dote aſſignãda, nõ tenebitur fructus medij temporis cõputare in ſortẽ]ex his ergo fiut probata minor propoſitio.

SED contra tex.in c.Cõſuluit,extra de uſur. in quo hæc habẽtur,uidelicet:[Cõſuluit nos tua deuotio,an ille in iudicio aĩarũ, quaſi uſurarius dẽat iudicari,qui nõ aliàs mutuo traditurus,eo propoſito mutuã pecuniã credit, ut licèt oĩ cõuẽtione ceſſante,plus tñ ſorte recipiat: Verùm quia quid in his caſi

Lucæ.c.6.

bus tenẽdũ ſit ex Euãgelio Lucę manifeſtè cognoſcitur,in quo dicitur: [Datẽ mutuũ,nihil indè ſperãtes:]huiuſmodi homines pro intẽtione lucri,quam habẽt(cùm oĩs uſura,& ſuperabũdãtia prohibeatur in lege)iudicãdi ſunt malè agere:& ad ea,quę taliter ſunt accepta, reſtituẽda in aĩarum iudicio efficaciter inducẽdi.]hęc in d.tex.qui eſt Vrbani Papę III.ex cuius uerbis patet (ultra alios canones afferẽdos,)uſuram exigere eſſe prohibitũ de iure canonico.

Vnica concluſio.

Reſpondeo præſenti quæſtioni unica concluſione, quę talis eſt, uidelicet.

1 *Mutuare ſub vſuris,ſeu exigere vſuram eſt prohibitũ de iure canonico.*

c.4 14. queſ.4. cap. Nec hoc quoque. 14.q. 4.

Vſurã exigere eſt prohibitũ de iure canonico. Hęc cõcluſio probãt duplici medio. Primò iure ipſo põtificio,antiquo,& recẽſiori,tex. eſt, enim,apertiſſimus in c.2.14.q.4.in quo referũtur uerba Cõcilij Arelatẽ.primi (cõfirmati à Papa Sylueſtro) huius tenoris,uidelicet:[Miniſtri,qui fœnerãtur,placuit iuxta formã diuinitùs datã,eos à cõione abſtinere.] hæc ibi. Idẽ probatur ꝑ tex. in c.4.14.q.4.& eſt Cõcilij Martini Quinti:ubi dř. [Alienetur à clero exigẽs uſuras,]& in c.Nec hoc quoq;,14.q.4.refertur ſentẽtia Leonis Papę in Epi.j. c.3.ꝙ [Acriùs clerici,& laici puniãtur pro uſuræ exactione.] Idẽ fuit prohibitũ in c.1.2.3.& 5.diſ.47.& per totũ titulũ de uſur.in toto corpore iuris canonici: Cuius ſingulares canones ſigillatim hìc recenſere ꝑtermittere breuitati

ſtudens

ſtudẽs. Probatur & ſecundò auctoritate doctorũ in citatis iuribus, & aliorum
infraſcriptorum doctorum. Nam pręſenti cõcluſioni ſe ſubſcripſit Conradus Conradus.
in tract. 2. q. 22. concl. 4. Ioan. de Medina, Didac. Couarruuias; & alij, locis cita Ioan. de Medina.
tis in præcedentis qõnis concluſionib. Probatur & tertiò hac ratione, videli-
cèt: Cùm ad eccleſiaſticum ius ſpectet non tãtùm nouas edere leges, (quibus Couarruuias.
ipſa pia mater eccleſia conſulere poſſit bono, & quieti Reipublicę Chriſtia-
næ:) Verùm etiam ſuis ſanctionibus ſub aliquibus pœnis obligare fideles ad
obſeruantiam legum diuinarum, prohibendo ſub pœnis ea, quæ dictæ leges
prohibuerant. Iccircò patet maxima cum ratione à iure canonico fuiſſe pro- Ratio concluſionis.
hibitum vſuram exigere propriè dictam: cùm hoc ſit prohibitum, etiam, iure
diuino, & naturali, vt in præcedentibus quæſtionibus fuit probatum.

3. Ad argumẽtum in principio quæſtionis allatũ, & ad canones in ipſius pro Reſpõdeo ad argumentum.
bationem adductos ſigillatim reſpõdendo: dico, ipſos non obſtare noſtrę con 2
cluſioni, & primò. Ad tex. in c. Ab illo, 14. q. 4. dico, nõ recipiendam fore Gl. *c. Ab illo. 14.*
dicti c. Ab illo; dicentem quòd verba illa ſint interpretãda negatiuè: vt ſit ſen *q. 4. exponitur*
ſus; quòd nulli liceat ab aliquo vſuras exigere, cùm nulli liceat alteri nocere:
eo, quòd (ſalua pace ipſius Gloſæ) hoc appareat rationi non cõſentaneũ iux
tà diui Auguſtini ſententiam, & habetur in c. Prodeſt. 23. q. 5. dicentis inter c. Prodeſt, 23.
alia. [Quia plectendo, & ignoſcẽdo hoc ſolùm benè agitur, vt vita hominum q. 5.
corrigatur, dum nil nocendi cupiditate fiat, ſed animo conſulendi.] Nec non:
quoniam ait tex. in d. c. Ab illo, [cui iure inferuntur arma, huic legitimè auſe-
runtur vſuræ.] Conſtat autem licitum eſſe, & ſæpe bellum contra hoſtes mo-
ueri, & illis arma inferri, quàpropter recedendo ab opinione Gloſæ, dico, ꝙ
ſicut licitum eſt Principis authoritate bellare, & hoſtes armis macerare, ita li-
citum eſt eiuſdem authoritate hoſtes vſuris macerare, & bona eorum accipe-
re, & ſurripere abſque peccato furti, & vſuræ, nec erit tunc uſura vera, ac pro-
priè dicta, ſed ſimilitudinaria, quia incrementum illud vltra ſortem, non
ratione mutuationis in caſu illo recipitur, ſed ratione iuris, quod ad bona ip-
ſorum hoſtium habetur, & ita tex. ille de ſimilitudinaria vſura intellectus non
præiudicat noſtræ concluſionis veritati, & conſonat hoc his, quæ in quarta
quæſt. de Iudæis diximus.

Ad c. quantò, de vſur. reſpondetur, huiuſmodi canonem non pręcisè pro- 3
hibuiſſe Iudæis immoderatas vſuras, nec ipſe canon intendit eas particulari- *Expoſitio, &*
ter prohibere, ſed cùm omnes prohibuerit, intendit non æqualiter omnes Iu- *reſponſio ad*
dæos vſurarios punire, ſed pro exactione immoderatarum vſurarum ſo- *tex. in c. Quantò, extra de*
lùm. Et ideò præcipit Chriſtianis ſub pœna excommunicationis incurrenda, *vſuris.*
vt cum Iudæis graues, & immoderatas exigentibus vſuras (niſi ſatisfecerint)
non communicent.

Ad c. Conqueſtus. de vſuris, & ad c. 1. de feudis, vbi dicitur, quòd [poteſt 4
mutuator recipree fructus pignoris feudalis, quouſque capitale ſibi redda- *Expoſitio, &*
tur, non computando illos in ſortem] & cæt. Reſpondetur quòd licèt circa *reſponſio ad*
materiam, ac intelligentiam iſtius canonis varia videatur doctorum ſenten- *tex. in c. Cõqueſtus, extra d*
tia, tamen, pro deciſione quæſtionis propoſitæ in dicto argumento, ſciendum *vſur. & ad c.*
quòd gloſa aliam rationem deciſionis iſtius canonis non aſſignat, quàm *1. extra de feudis.*
quòd hoc fieri concedatur in fauorem eccleſiæ: cuius quidem opinionem Glo.
multi non amplectuntur tamquam non bonam: cùm reuera eccleſia non
poſſit facere de vſura, non vſuram: nec poſſit in peccato vſuræ diſpenſare
cùm ſit hoc prohibitum iure naturali, & diuino, vt infra quæſt. nona, decima,

Panormitanus

& vndecima, perpulchrè probabimus Deo dante. quàpropter Panormitanus peroptimè in dicto c. conqueſtus, notabili tertio, & in ver. In glo. 2. ibi, & hoc fauore eccleſiæ dixit. Idem puto, & fortiùs in laicis non magis debet eccleſia abſtinere à contractu vſurario, quàm laicus: poteſt etiam quilibet laicus hoc caſu licitè non computare fructus in ſortem, ex quo proprietas eſt ſua quaſi conſolidetur vſusfructus cùm proprietate. hæc ille. in hoc etiam

Ioã. à Medina.

conſentit Ioannes à Medina, vbi ſuprà dicens hoc deciſum fuiſſe in dictis iuribus non per modum nouæ inſtitutionis, ſed per modum declarationis, vt in ipſis iuribus patet. Et hoc eſt de natura feudi, vt quando vaſſallus illud domino ſuo impignorauerit, dominium vtile ſimul cum directo conſolidetur, & ad dominum ipſum vtrumque pertineat, & ideò in hoc caſu, perceptio fructuum huiuſmodi feudalis pignoris non erit vſuraria. & in hoc

Dñicus à Soto.

conſentijt etiam Sotus in lib. 6. q. 1. art. 2. col. 7. ex his omnibus patet reſponſio ad illud argumentum dicendo, quòd ſicut vbi eadem eſt ratio idem erit & ius. Sic vbi non eſt eadem ratio, neque idem eſſe debet ius, quàpropter ex dictis non è licitum vſuram exercere eſſe licitum, imò contrarium, vt in dictis iuribus.

5

Expoſitio, & reſponſio ad c. 1. extra de vſuris, et einſdem verus intellectus.

Glosa.

Innoc.

Panor.

Ioã. à Medina.

Ad cap. 1. de vſuris, in quo dicitur, quòd [clericus recipiens à laico in pignus pro mutui conceſſi ſolutione beneficij eccleſiaſtici poſſeſſionem, non tenetur fructus eius interim ſuſceptos in ſortẽ computare] dicendum, quod tex. ille procedit, vt docet gl. Innocen. & Panormitanus in dicto c. 1. & Ioannes de Medina, vbi ſupra, qui omnes ſic interpretantur huiuſmodi textum figurando taliter caſum, videlicet: quotieſcumque clerico beneficiato fuerit aliqua poſſeſſio in pignus pro mutuo facto aſſignata ab eccleſiæ prælato, quæ poſſeſſio ratione beneficij ſibi collati erat aſſignata ipſi eccleſiæ, quam poſſeſſionem nullatenus poſſit aliquo medio recuperare ipſe clericus; ſi contingat poſſeſſorem iniuſtum dictæ poſſeſſionis velle ipſam impignorare ſibi (illius eccleſiæ beneficiato) tunc poterit ipſe fructus illius facere ſuos, non computando eos in ſortem. Cùm poſſeſſio, verè, ſua fuerit de iure, & hoc quia quodammodo non computando fructus in ſortem redimit vexationem ſuam recipiendo tali modo rem propriam, quod quidem non tantùm clericis beneficiatis non poſſidentibus poſſeſſiones proprij beneficij. Verùm etiam alijs hoc licebit, ſi aliter rem ſibi legitimè debitam iniuſtè detentam ab eo, qui ei illam impignorare voluit: obtinere non poſſet: quoniam eſt in vtriſque par ratio, vt patet ad ſenſum: Attamen vt prædicti etiam Doctores aſſerunt (& rationabiliter) ſic nõ erit dicendum de clerico accipiente poſſeſſionem etiam eccleſiæ debitam, non, tamen, aſſignatam ſuo beneficio, ſed alieno, & idem dicetur de laico, cui aliquid non deberetur, quia in his caſibus vterque vſuram committeret, cùm reciperet vltra ſortem id, quod non erat ipſorum, ſed aliorum, ex quibus patet, quòd textus ille, in cap. 1. extra de vſuris, non tantùm non conceſſerit vſuram propriè dictam exercere, ſed imò expreſsè prohibuerit: licèt conceſſerit vſuras impropriè dictas: concedendo vltra ſortem accipere ſibi aliàs debitum, occaſione mutui, licèt non ratione mutui, cùm vſura propriè dicta ſit aliquid accipere vltra ſortem ratione mutui, ideſt, non alio reſpectu niſi pro pretio uſus rei mutuatę.

6

Expoſitio, & reſponſio ad tex. in c. ſalubriter, extra de vſur.

Ad c. ſalubriter, extra de vſuris, & ad ipſius verũ intellectum Reſpondendo, cùm (Deo dante) multa ſint adducenda à nobis, quando ſermo fiet de pignoribus in quæſtione 22. iccircò tantùm hic reſpondebo cum Panormi-

tano in dicto c.ſalubriter,ſecundò notabili,dicendo,quòd aut à principio datus fuit terminus ad dotẽ ſoluẽdã ſuo ſocero ab ipſo genero ſimpliter abſq; pacto aſſignãdi, vel alterius ſolutionis faciendæ,donec ſoluta integraliter fuerit à ſocero ſuo genero dos promiſſa, (licèt ex poſfacto pignus fuerit traditum,)aut cum ſupradicto pacto. ſi primò nullatenus poterit fructus pignoris ſuſcipere niſi ipſos computando in ſortem: & ratio eſt, quia videtur renuntiaſſe iuri petendo intereſſe oneris matrimonij: Nam ſicut poteſt ducere vxorem ſine dote, quod ſi faceret, tunc de proprio teneretur illam alere, & reliqua onera matrimonij proprijs expenſis ſubſtinere: ita potuit vxorem ducere dato termino ad perſoluendam dotem ſibi, ſed ſi à principio interuenit datio pignoris, tunc poterit ipſius fructus non computare in ſortem, cùm videatur ipſos recipere confiſus authoritate huius c.ſalubriter,& recipere fructus pignoris huiuſmodi in compenſationem dotis non ſolutæ,& puto etiam quòd à principio poſſit gener conuenire cum ſocero de aliqua pecunia ſibi ſoluenda annuatim donec ſibi ſolueretur dos promiſſa: dummodo ſit homo ſolitus negotiari, vel ponere pecuniã apud mercatorem: cùm iſte non capiat pro mutuo,vel pro vſu rei mutuatæ,& ſolutionis dilatione: ſed vt ſubſtineat onera matrimonij,& ſic potius capit,vt intereſſe, quàm vt pretiũ vſus rei mutuatæ: & ſic patet reſponſio ad argumentum:cùm ex ipſa c.ſalubriter. authoritate non poſſit elici, niſi quòd non ſit cõtra canones vſura impropriè dicta: vt dixi in reſponſione ad præcedens argumentum.

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrum vſuram accipere pro re mutuata ſit prohibitum de iure ciuili.

SVMMARIVM.

1 *CONCESSIO tripliciter ſumitur à doctoribus.*
2 *Quo tempore vſura antiquitùs exigebantur.*
3 *Vſuræ meſtruæ,quę dicantur.*
4 *Vſura centeſima duobus modis à doctoribus ſumitur.*
5 *Vſura centeſima vndè dicta ſit.*
6 *Vſuræ beſſes quæ dicantur.*
7 *Vſuræ trientes quæ dicantur.*
8 *Vſurę ſemiſſes quę dicantur.*
9 *Vſurę quincunces quę dicantur.*
10 *Vſura vnciaria quę dicatur.*
11 *Vſurę ſemiunciarię quę dicantur.*
12 *Vſurę vſurarum quę dicantur.*
13 *Vſurę vſurarum ſunt prohibitę de iure ciuili.*
14 *Vſurę centeſimę,& alio nomine nuncupatę pręter vſuras vſurarum fuerunt conceſſę,id eſt, non punitę,de iure ciuili.*
15 *Iuris canonici ſcopus.*
16 *Iuris ciuilis ſcopus.*
17 *Regimen humanum deriuatur à diuino,& ideo in aliquibus ipſum ſequi debet.*

ET primò videtur dicendum conceſſum non eſſe de iure ciuili vſuram exercere: quod & probatur forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet.

Maior propoſitio.

Omne illud, quod de iure ciuili conceſſum eſt: de iure ciuili non eſt prohibitum.

Minor propoſitio.

At vſuras accipere pro re mutuata à iure ciuili eſt conceſſum.

Concluſio.

Ergo vſuras accipere pro re mutuata de iure ciuili non eſt prohibitum.

Major propoſitio negari non poteſt cum pateat ad ſenſum.

l.Placuit, ff.de vſuris.

l. Lecta, ff. de rebus credi. ſi cer. pet.

Minor probatur per text.in l.Placuit, ff.de vſur. vbi Imperator dixit: [Placuit (.ſiue ſtatutum modum quis vſuras ſtipulatus fuerit) ſiue vſurarum vſuras, quòd illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi, & licitas poſſe peti:] & per tex.in l.lecta, ff.de rebus creditis, ſi cert.pet. [vbi iudicantur ſoluendæ vſuræ pro mutuis præſtitis.]

l.Eos qui, C.de vſur.

SED CONTRA: tex.eſt apertiſſimus in l.eos qui, §.ſuper vſurarum verò, C.de vſuris, in quo [conceditur exactio vſurarum ibi taxatarum] prout latiùs dicetur in probatione ſecundæ concluſionis.

Primum Not.
1

Cōceſſio tripliciter ſumitur à doctoribus.

Primo modo, pro non punitione, ſeu ſimplici permiſſione, ſeu diſſimulatione.

c.Quantæ, extra de ſen.exc.

c. Hac ratione 31. q.1.

Reſpondeo præſenti quæſtioni duplici cōcluſione: illi, tamen, præmittēdo Duo notabilia pro illius maiori intelligentia. Quàpropter ſciendum, quòd hic terminus. Cōceſſio: capitur tripliciter à doctoribus. Primò modo pro nō punitione, quo modo ille dicetur concedere aliquod malum (ſecundum regulam vulgatam canonizatam in c.Error.diſt.83. [error cui non reſiſtitur, approbatur] arg.in c. Quantæ, extra de ſenten.excommunicatio. vbi dicitur [incidere in excommunicationem eum, qui poterat obuiare percuſſioni illatæ clerico, & non obuiauit:] & hoc modo nihil poſitiuum eſt: ſed tantùm negatio punitionis, & conceſſio hoc modo capta dicitur alio nomine permiſſio ſimplex: & dicitur [ſimplex,] quia tantùm pœna indulgetur (nō quòd minuatur culpa in illo, qui tale quid committit,) & hoc modo poteſt dici eccleſiam concedere meretricari, ſeu fornicari cum meretricibus: poterit etiam huiuſmodi conceſſio tolerantia dici, eò, quòd dicitur in c.hac ratione, 31.qō.1. [Quod permittimus, nolentes præcipimus, (id eſt, permittimus, vt ait ibi glo.) quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus:] Poterit etiam huiuſmodi conceſſio ſic accepta, dici diſſimulatio, & hoc modo dicimus Deum multa mala opera concedere in præſenti vita: eò, quòd ea hìc non punit, licèt in futuro illa puniturus ſit. Secundò modo. Conceſſio capitur pro non punitione, & prohibitione impeditionis ſimul, & hoc modo dicimus aliquem conceſſiſſe aliquod malum, quando illud facientem non tantùm non punit, verùm etiam prohibet volentes impedire facientem, ne faceret: & hoc modo dicitur Eccleſiam Sanctam conceſſiſſe Iudæis obſeruantiam ſuorum rituum, ac cerimonialium præceptorū, licèt ipſa facere, ſeu exequi ſciat Deo gratum non eſſe: concedit, ergo, eis non ſolùm nō puniendo eos pro tali crimine, verùm etiam, prohibendo Chriſtianis ne impediant eos volentes tale crimen committere, de quo eſt tex.in c. Qui ſincera, diſt.45. Qui canon eſt Gregorij Papæ, deſumptus ab epiſtola decimaquinta, libri ſecundi. Tertio modo capitur conceſſio pro nō punitione, id eſt, pro nō prohibitione īpeditionis, ac pro auxilio inſimul. & hoc modo conceſſione accepta, dicitur illum concedere aliquid, qui non ſolùm non punit facientem aliquid, & volentibus illud impedire prohibet impeditionem, verùm etiam adiuuat illū, vt faciat illud tale, & hoc

Conceſſio ſecundo modo ſumitur pro non punitione, & prohibitione īpeditionis ſimul.

c.Qui ſincera, diſt.45.

Conceſſio tertio modo ſumpta eſt pro nō punitione, pro prohibitione impeditionis, ac auxilio inſimul.

hoc modo dicitur eccleſiam cõcedere curię ſeculari morti addicere clericum iam ab ipſa eccleſia degradatum à clericali ordine, conuictum, vel confeſſum de homicidio in foro eccleſiaſtico: quia non ſolùm Iudices laicos non punit, vel non impedit, imò & adiuuat ipſum clericum degradando, ac curiæ ipſi ſeculari tradendo. Sic, ergo, in propoſito dicetur. Ius ciuile cõceſſiſſe vſuras primò modo conceſſionis: quia vſurarios huiuſmodi non punit, niſi in duobus caſibus, qui in concluſione 2. adducentur.

Secundum notabile eſt, memoriæ ſummoperè commẽdandum, & eſt tale. Sciendum eſt, moris fuiſſe apud antiquos, vſuras huiuſmodi (quas moroſas, & punitorias dicemus loco ſuo) ſolitas conueniri Chalendis: illas verò exigi ab aliquibus Idibus, ſed apud Græcos Calendis accipiebantur: quemadmodum legitur apud Tullium libro quarto epiſtolarum ad Atticum, in epiſtola incip. De Entichide gratum &c. & in lib. 14. in epiſtola incip. E Pompeiano. & Horatius Epode. 2. ſcribit. Hæc vbi locutus fœnerator Alpius: vndè relegit idibus pecuniam, quærit Calendis ponere. Colligitur etiam ex l. lecta, ff. de Rebus cred. ſi cert. peta. & indicat hoc nobis illud nomen, Chalẽdarium, quo traditur nobis ſcriptum. Chalendariũ, enim, erat liber, in quo vſurarum ratio habebatur, earumque debitores ibi adnotabantur, vt deducitur ex l. Qui filium, & l. Nomen. §. 1. ff. de leg. 3. & refert Alciatus in lib. 2. Parergon. c. 23. Hinc quoque dictæ ſunt illę vſuræ menſtruæ, quæ ſingulis quibuſque menſibus penſitari, ac ſolui debebant. Quàpropter vario vocabulo illas vſuras antiqui appellare conſueuerunt ſecundum varias earum ſolutiones. Centeſima, ergo, cùm ſit as vſurarum, indè euenit, quòd reliquę vſurę fuerint nominatæ, & diſtinctæ in partem ipſius aſſis: quando minores debuiſſent conueniri, ac paciſci. Et animaduertendum, quòd Centeſima vſura duobus modis reperitur interpretata à doctoribus. nam nonnulli dixerunt centeſimam vſuram illam eſſe, quæ in anno æquabat ſortem, vt verbi gratia, ſi alicui fuiſſent mutuati centum aurei per annum, poſt annum ipſe mutuatarius reddere tenebatur centum aureos ſibi mutuatos, & centum alios, tamquàm pretium vſus illorum centum aureorum; qui ſibi mutuati fuerant per annũ: & huiuſmodi ſententiæ fuerunt infraſcripti, videlicèt: Glo. in c. Quoniam multi, in ver. centeſima, diſtin. 47. Ioan. Cardinalis à Turrecremata ibidem. Præpoſitus Alexandrinus ibidem, Goffreda in ſumma eo. ti. Gl. in l. fi. in ver. centeſima, C. de petitio. hæredi. Alber. de Roſatis in ſuo Dictionario vtriusque iuris in uer. Centeſima vſura eſt, & Conradus in tracta. ſecundo, de contractibus, q. 22. concluſione 9. & Maria. Soc. in Rubrica de vſuris, num. 13. Alij verò doctores contrarium aſſeuerantes dixerunt, Centeſimam vſuram eſſe illam, quæ centum menſibus ſorti mutuatę æquiparabatur, ideſt, ad rationem duodecim pro quolibet centenario, in quolibet anno: & huic ſententiæ veriori (meo quidem iudicio) ſe ſubſcripſerunt infraſcripti doctores, videlicet: Hermolaus in Plinium lib. 13. c. 4. in ſecundis caſtigationibus. Bart. Soc. in l. 3. §. Item ſi Reipublicę, ff. ad leg. Falcidiam. Alciatus lib. 3. diſpunc. c. 1. Budeus lib. 1. de aſſe. Leonardus Portius lib. 2. de monetis. Theophilus in §. Plus autem. Inſtitu. de act. Idem in §. ſed quod principi. Inſtitu. de iure natur. gentium, & ciuili. Vigilius in præfatione ad Theophilum Græcum, Antonius Auguſtinus lib. 2. emendationum, cap. 10. Lugdunenſis de contractibus nume. 36. Conſtantinus Harmenopolus in Epitome iuris ciuilis lib. 3. ti. de Vſura. Ioannes Græcus legum interpres, qui ſub tẽpora Iuſtiniani ſcripſit utilia quædam in ius ciuile gloſ-

ſemata,

Notabile ſecũdum.

2 *Quo tempore vſurę antiquitus exigebantur.*

Tullius. Horatius. l. Lecta, ff. de reb. cred. ſi certum. pet.

l. Qui filium, l. Nomen, ff. de leg. 3. Alciatus.

3 *Vſurę menſtruę quę dicãtur.*

4 *Vſura centeſima duob. modis à doctoribus ſumitur.*

Gloſ. Card. à Turrecremata. Præpoſitus. Goffreda. Gloſa. Alb. de Roſat. Conradus. Maria. Soc.

Hermolaus. Bar. Soc. Alciatus. Budeus. Leonard. Portius. Theophilus. Vigilius. Anto. Auguſt. Lugdunenſis. Conſtantinus Harmenopolus. Ioan. Græcus.

ſemata, quæ Vigilius in dicta præfatione ad hanc rem adducit. Id planè de-
Columella: ducitur ex Columella de agricultur.a, lib.3.c.3. qui ex Latinis auctoribus te-
Franciſcus Otthomanus. ſtis eſt locupletiſſimus huius interpretatationis. Franciſcus Otthomanus li.j.
de vſur.c.7.& Iacobus Curtius lib.3.coniecturalium,cap.29. Didacus Couar
Iacobus Curt. Couarruuias. ruuias in lib.3. c. 9.num. 6. Variarum reſolutionum;addens quòd centeſima
5 vſura ſit,ex eo,quòd centeſima ſortis pars,vſura eſſet meſtrua, ideſt,quolibet
Vſura centeſima vndè dicta ſit. menſe ſoluenda, ideſt, ad rationem duodecim pro centenario (ſcilicèt) ſol-
uendo vnum quolibet menſe pro quolibet centenario. Dominicus à Soto in
Dominicus Sotus. lib.6.quęſ.1.artic.1.colum.9.in uer.Vnde uſura centeſima.Ioan.Baptiſta Lu-
Ioan.Bap. Lupus. pus Geminianus in tracta. de uſur.in commentario primo, tertij paragraphi,
Nauarrus. l.Curauit,C.de action. empti. Nauarrus in ſuo manuali cap.17.num. 208. &
Gloſa. Glo.in figuratione caſus l.Eos qui,C.de uſuris. Ex his omnibus patet,quàm
longè aberraſſe eos à ueritate, qui dixerant centeſimam uſuram eſſe, exigere
centum pro quolibet centenario quolibet anno:cùm Iuſtinianus Chriſtianiſ-
ſimus, & Iuſtiſſimus Impetator nunquàm illam conceſſiſſet,ſi ita eſſet, ut ipſi
autumant. Quàpropter ſciendum erit inſuper, quòd Centeſima cùm ſit as
uſurarum, factum eſt, ut reliquæ uſurę fuerint nominatę, & diſtinctę in par-
l. Eos qui, C. de vſur. tem ipſius aſſis, quando minores debuiſſent conueniri iuxtà ſanctionem im-
6 peratoriam in l.eos qui, C. de uſuris, & ſunt infraſcriptæ, uidelicet: Beſſes,
Vſuræ beſſes, quę dicantur. quę ſunt duæ partes ex tribus partibus,ex quibus conſtat centeſima uſura,id-
eſt,octo: & ſic octo pro quolibet centenario concedebantur pro quolibet an
no ipſis mercatoribus, & ijs ſolùm, qui præerant ergaſrerijs, ideſt, officinis
7 operarum, ut in dicta l.eos,qui.§.ſuper uſurarum,& docet gl.ibidem. Vſurę
Vſurę trientes quę dicantur. trientes dicebantur illæ,quas exigebant uiri illuſtres, & dicebatur tertia pars
centeſimæ,ideſt, ad rationem quatuor pro quolibet centenario,ut in d.l.eos,
qui,§.ſuper uſurarum. Semiſſes uerò uſurę dicebantur dimidia pars centeſi-
8 mæ,ideſt,ad rationem ſex pro quolibet centenario in quolibet anno, & hæc
Vſurę ſemiſſes quę dicantur. uſurę concedebantur omnibus reliquis hominibus præter nominatos, ut in
dicta l.eos,qui §.ſuper uſurarum,in uer. cœteros autem omnes. Vſurę quin-
9 cunces, quę ſunt propè, & antè ſemiſſem,& ſunt quę ſoluuntur ad rationem
Vſurę quincunces quę dicantur. quinque pro centenario in quolibet anno: de quibus uidetur loqui text.in l.
Cùm quidam, §. fin. ff. de uſur. Vſura unciaria legitur apud Cornelium Ta-
l. Cum quidā, ti.de vſur. citum in libro Annalium 5. & apud Liuium lib.7.Deca.& eſt illa uſura, quę
quolibet menſe ſoluebatur pro centenario, ideſt, unum pro centenario, id-
10 eſt, duodecima pars centeſimę, & unica ipſius aſſis, ut tradit quoque Fran
Vſura unciaria quæ dicantur. ciſcus Balduinus in lib.12.tabula.l.5.Semiunciarię uſurę dicebātur ex uncia-
rio fœnore,quę ducenteſimo menſe ſortem ęquarēt,i.ad rationem medię par
tis unius nummi pro quolibet centenario.hęc omnia prędicta docēt ferè om
11 nesadducti doctores,ubi ſupra,quę per me fuerunt hìc allata ad maiorem in-
Vſurę ſemiunciarię quę dicantur. telligentiam concluſionum afferendarum. Vſurę uerò uſurarum dicebantur
uſurę ex uſuris, ideſt,ſolutiones uſurarum, quę fiebant non ſolùm pro uſura
12 rei mutuatę,ſed etiam pro uſura exacta,uel exigenda ratione mutui,ſeu ſorte
Vſuræ vſurarum quæ dicantur. principali,ut puta,ſi quis poſt annum non ſoluiſſet uſuram promiſſam quoli-
bet anno ratione rei ſibi mutuatę, tenebatur anno ſequenti reſtituere rē mu-
tuatam,uſuram pro illa re iā decurſam,& uſuram quoque pro uſura prędicta
non ſoluta pręterito anno.

His,ergo,pręmiſſis notabilibus animaduertendum,quòd duplex reperitur
ſententia apud doctores circa pręſentem quęſtionem.Quàpropter ſciendum,

quòd

quòd prima doctorum opinio fuit dicentium : quòd Iuſtinianus Imperator in legibus iuris ciuilis Digeſtorum conceſſiſſet exactionem vſurarum: tamen poſt aliquod tẽpus penitens ſe uſuras conceſſiſſe in libro Codicis, & Authenticorum,huiuſmodi conceſſionem reuocauit in l. 1.C. de ſumma Tri. & fide Catholica, vbi fatetur ſe velle viuere ſecundum legem Beati Petri traditam Romanis,& in Authẽ. de eccleſiaſticis titulis in principio, approbat quatuor concilia generalia,videlicet : Nicenum, Conſtantinopolitanum,Epheſinum, & Calcedonium : præcipiens obſeruari ſanctiones dictorum conciliorum: in quibus proculdubio vſuræ fuerunt expreſsè prohibitæ: vt notatur in c. quia in omnibus,extra de vſuris,& per conſequens videtur fuiſſe prohibitas vſuras de iure ciuili, eò magis; quoniam ipſe Iuſtinianus in Authen. ne clerici apud proprios epiſcopos,in fine,colum. 6. dixit, quòd non dedignantur leges ſacros canones imitari. Quàpropter videtur indè omnes præcedentes leges tã Digeſtorum, quàm Codicis fuiſſe correctas quoad permiſſionem exactionis vſurarum,& huiuſmodi ſententiæ ſe ſubſcripſerunt infraſcripti doctores, videlicet: Glo.in dicta Authen.de eccleſiaſticis titulis, in ver. Obſeruamus.Gl. in c.quid dicam,in ver.reddi, 14.q.4.Glo.in c.quia in omnibus, in ver.Multi, extra de vſuris. Ioannes Baptiſta Lupus Geminianus, vbi ſupra. Attamen pace tantorum doctorum,dixerim, hæc opinio nulli vero fundamento,videtur inniti: Nam leges prædictæ,in quibus Imperator fatetur ſe velle viuere ſecũdum legem Beati Petri, & ſacra concilia &c. Vt reſpondebitur iuxta ſententiam doctorum omnium, (qui paulò poſt afferentur in relatione ſecundæ opinionis doctorum) dictæ (inquam) leges loquuntur de approbatione conciliorum quoad materiam fidei Catholicæ,non quoad alia, quæ legibus iam ab eo ſtatutis ipſe imperator ordinauerat; quia ſi illas voluiſſet corrigere,de illis feciſſet mentionem ſpecialiter,(vt ſolitus fuerat.) Nam generalis confirmatio non extenditur ad correctionem eius,in quo aliud ſpecialiter reperitur ſtatutum: Nec hoc mirum debet videri: Catholicum Imperatorem nõ correxiſſe,ſeu irritaſſe leges permittẽtes vſurarum exactionem:cùm illius fuiſſet proſpicere bono communi, & ciuili amicitiæ, & inopum neceſſitati,quæ ſi aliàs vſuræ non fuiſſent toleratæ,ſeu permiſſæ; ipſi pauperes non reperijſſent gratis mutuum: & ſic fame,& egeſtate perijſſent. his & alijs rationibs afferendis in concluſionibus patet excuſandum eſſe Imperatorem,cùm & hodie, etiam, multa delicta permittantur, & relinquantur impunita: vt ſunt meretricari,& huiuſmodi,ad vitanda maiora,& pernitioſiora ſcandala:nũquàm tamen concedendum erit Iuſtinianum conceſſiſſe vſuras de iure ciuili,tamquàm licitas, & non prohibitas iure diuino,ſed ꝙ illas conceſſit hoc modo ſolùm (ſcilicet) vt ratione vſurarum exactarum: Nemo in foro ſeculari puniretur.

Prima opinio doctorum proponitur.

Gloſa.

Ioan. Baptiſta Lupus.

Prima opinio reijcitur ab actore.

Secunda eſt opinio doctorum dicentium nonnullas vſuras propriè dictas non fuiſſe prohibitas de iure ciuili, & nonnullas fuiſſe prohibitas,(vt latiùs in cõcluſionibus) numquam,tamen, fuiſſe illas conceſſas,vt licitas,& exigibiles, ideſt, ſine peccato; ſed vt licitas,ſeu indultas ſine punitione temporali, ad maius malum vitandum.huic ſententię ſe ſubſcripſerunt reliqui ferè omnes doctores locis infraſcriptis.Bar,enim in l.Ad hæc,C.de vſuris,num.5.infraſcriptis verbis vtitur, videlicet : Breuiter veritas eſt iſta, quòd de voluntate iuris ciuilis fuit, quòd etiam vſuræ poſſunt exigi,quia, etiam, de iure Authen.poſt titulum.de eccleſiaſticis titu. vbi [Imperator præcipit ſeruari quatuor concilia] Idem Iuſtinianus poſuit titulum de Nautico fœnore. Vndè de voluntate

Secũda doctorum opinio proponitur.

Bart.

Ioan.And.
Ant.de Butrio

tate ſua fuit: non, tamen, de poteſtate: quia non potuit Imperator tollere legem maioris (ſcilicèt) Dei hoc prohibentis. Imò, (vt aſſeuerant Ioan. And. & Anto.de Butrio,) quòd legiſtæ communiter fatentur vſuras eſſe licitas, & non prohibitas à iure ciuili, (hæc, tamen, intelligendum erit verum regulariter, non autem quoad vſuras vſurarum. Cùm ſpecialiter ipſæ, de iure ciuili ſint prohibitæ, (vt probabitur in prima concluſione afferenda.)

Ioan. And.
Glo.
Anto. de But.
Ancharanus.
Panor.
Ioan. de Ana.
Ioan. de Imo.
Car. Zabarel.
Card. à Turrecremata.
Conradus.
Couarruuias.
Ioan. Gerſon.
S. Thomas.
Caietanus.
Gabriel Biel.
Dñicus Sotus.
Marianus Soc.
Augu. Berous.

Hæc eadem opinio acceptatur à canoniſtis communiter, de quorum numero ſunt infraſcripti, videlicet Ioan. And. in c. Peccatum, de reg. iur. in 6. in quinto articulo quæſtionis, & in fine. Glo. in c. 1. in ver. lex humana, diſt. 19. Anto. de Butrio, in Rubrica de vſur. & in c. Quia in omnibus. Petrus de Anchara. in cap. Peccati venia. colum. 6. in ver. Secundo quæro, de reg. iur. in 6. Panor. in c. Cùm ſit generale, nume. 18. extra de foro competen. Ioan. de Ana. in c. quia in omnibus, colum. 20. in ver. Subdit Hoſt. extra de Vſuris. Ioan. de Imo. in Clem. 1. num. 13. de vſur. Cardinalis Zabarel. in clem. 1. de vſur. col. 2. in uer. Sed quæro, in eo, quòd dixi. Cardinalis à Turrecremata in c. Quid dicam artic. 1. 14. q. 4. Conradus in tracta. 2. de contractibus queſt. 22. cõcl. 10. & 11. Didacus Couarruuias in lib. 3. variarum reſolutionum, c. 1. num. 6. in uer. Ego ſanè uſuras. Ioannes Gerſon. de contractibus, Præpo. 17. & ex ſacris Theologis Diuus Thomas in 2. 2. quæſt. 78. articulo 1. in reſpon. ad tertium. Caietanus ibidem in commentariis, Gabriel Biel in 4. Sententiarum diſtin. 15. quæſt. vndecima; poſt reſponſionem ad vltimum argumentum propè notabile tertium, & Dominicus à Soto in lib. 6. de iuſtitia, & iure, qõ. 1. artic. 1. colum. 9. in uer. Ad tertium argumentum. Marianus Soc. in Rubrica de uſur. à numero 25. vſquè ad numerum 29. excluſiuè hanc quæſtionem examinans elegantiſſimè pro utraque parte, ſe ſubſcripſit præſenti ſecundæ doctorum opinioni. & Auguſtinus Berous in Rubri. de vſur. à nu. 77. uſque ad num. 83. excluſiuè præſentem ſecundam opinionem multipliciter probat ueram.

His, ergo, præmiſſis ſatisfaciemus ipſi quæſtioni (Deo dante) duplici concluſione.

Prima ergo concluſio ſit hæc.

13 *Vſuræ vſurarum ſunt prohibitæ de iure ciuili.*
l. Placuit, ff. de vſur.
l. Vt nullo, C. de vſur.

Vſurę uſurarum de iure ciuili ſunt prohibitę, & huiuſmodi uſuras exigentes pręcipiuntur puniri à iure ciuili. Hęc concluſio probatur duplici medio. Primò enim per textum apertiſſimum in l. Placuit. ff. de uſur. vbi hęc habẽtur, uidelicet: [Placuit (ſiue ſupra ſtatutum modum,) quis uſuras ſtipulatus fuerit, ſiue uſurarum uſuras, illicitè adiectum eſt. pro non adiecto haberi, & licitas poſſe peti.] Hęc ibi, Idem habetur in l. Vt nullo, in fine. C. de uſuris. Probatur & ſecundò pręſens concluſio, omnium pręditorum doctorum auctoritate.

Secunda concluſio.

14 *Vſuræ centeſimę, & nonnullo alio nomine nuncupatę ſunt conceſſę, ſeu tolleratę de iure ciuili.*
l. Eos qui. C. de vſur.

Vſurę centeſimę, & alio nomine nuncupatę pręter uſuras uſurarum (ut in notabili ſecundo) fuerunt permiſſę, ac conceſſę (non tamen ut licitę, & ſine peccato, ſed ut non punibiles in foro fori) à iure ciuili, ad maiora mala uitãda, & non ſine maxima ratione. Hęc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, ipſomet iure ciuili: (ultra iura adducta in pręcedenti concluſione) per tex. in l. Eos qui, §. ſuper uſurarum uerò, C. de uſur. ubi Imperator infraſcriptis uſus fuit uerbis, uidelicet: [Super uſurarum uerò quantitate, etiam generalem ſanctionem facere, neceſſarium eſſe duximus: ueterem duram, & grauiſſimam earum molem ad mediocritatem deducentes: Ideoq, iubemus,

illuſtribus

illuſtribus quidem perſonis, ſiue eas præcedentibus minimè licere, ultra tertiam centeſimæ uſurarum nomine,in quocumque contractu uili,uel maximo ſtipulari. Illos uerò, qui ergaſterijs,(ideſt operibus) præſunt, uel aliquam licitam negotiationem gerunt, uſquè ad beſſem centeſimæ uſurarum nomine in quocumque contractu, ſuàm ſtipulationem moderari: In traiectitijs autem contractibus,uel ſpetierum fœnori dationibus, uſq; ad centeſimam tantummodo licere ſtipulari:nec eam excedere, licèt ueteribus legibus hoc erat conceſſum. Cœteros autem omnes homines dimidiam tantummodo centeſimę,uſurarum nomine poſſe ſtipulari, & eam quantitatem uſurarum etiam in alijs omnibus caſibus nullo modo ampliari, in quibus citrà ſtipulationem exigi uſuræ ſolent] hæc omnia in dicta l.Idem habetur in l. 2. C. de Nautico fœnore. Vbi hæc habentur, uidelicet: [Cùm dicas te pecuniam ea lege dediſſe, ut in ſacra vrbe tibi reſtitueretur, nec in certum periculum,quod ex nauigatione maris metui ſolet,ad te pertinuiſſe profitearis,non eſt dubium,pecunię creditæ, ultra licitum modum te uſuras exigere non poſſe] hæc ibi, & licèt multa alia iura poſſent ad hanc cõcluſionem probandam adduci: tamen (breuitati ſtudens) illa miſſa faciam. Probatur & ſecũdò authoritate doctorũ, qui fuerunt allati in ſecundæ opinionis relatione. Probatur & tertiò ratione, ꝗ à iure ciuili rationabiliter fuerint prędictæ uſurarum exactiones permiſſę,licèt numquam fuerint conceſſę, ut licitę, & ratio eſt. Cùm,enim,ſcopus iuris canonici ſit conſulere bono communi, & dirigere hominem in Deum, iccircò ius canonicum omnes uſuras prohibuit (cùm & illas fuiſſe prohibitas à Deo Optimo Maximo, commemoret multis in locis) ne offendatur ipſe Deus; & ſic priuentur homines ipſo ſummo bono,ad quod ius canonicum intendit ipſos homines dirigere: ſcopus, verò,iuris ciuilis (cùm ſit conſulere tãtùm bono communi,& publico,) quod ſummopère verſatur in hoc, quòd homines indigentes pecunijs propter ſolutionem uſurarum ſuis neceſſitatibus occurrere poſſint,) qui aliàs non reperirent de facili mutuantes gratis: Vndè quia (vt dixi)intentio iuris ciuilis eſt, conſeruare ciuilem amicitiam, & commune bonum: iccircò noluit punire crimen uſurarium, ne impediret ciuilem amicitiam: vndè in hoc modificare ſtuduit quodammodo ius diuinum:nec hoc mirari debemus: eò magis, quòd concurrere appareat voluntas recipiẽtium ad vſuram,ſaltem voluntas cõditionata,quę tamen voluntas dicitur,& indè grauioribus malis occurritur, vt puta, aſſaſſinijs, morti pauperum, furtis, ſtupris,adulterijs,& alijs huiuſmodi criminibus: ad quę homines cõpellerentur ꝑꝑ neceſſitatem,ſi eis non ſuccurreretur per mutuationes licèt vſurarias:ſicut & rationi conſentaneũ eſt eadem de cauſa non punire in foro fori peccatum meretricij ſimplicis; & tolerare in ciuitatibus meretrices, licèt ſciatur procul dubio meretricari prohibitum eſſe de iure diuino, & puniendum fore in foro conſcientię,& poſt hanc uitam à Deo: et hoc toleratur, illud temporaliter non puniendo,vt grauiora mala vitarentur, & rationabiliter iuxtà ſentẽtiam Diui Thomæ in 2.2.q.10.artic.10.in corp. quęſt, dicentis,quòd humanum regimen deriuatur à diuino regimine,& ipſum debeat imitari. Deus autem quàmuis ſit omnipotens,& ſummè bonus, permittit,tamen,aliqua mala fieri in uniuerſo, (quę prohibere poſſet) ne eis ſublatis maiora bona tolerentur,uel etiam peiora mala ſequerentur. ſic,ergo,in regimine humano, illi,qui pręſunt rectè aliqua tolerant,ne aliqua bona impediãtur, vel etiam ne aliqua mala peiora incurrantur. Sic Sanctus Auguſtinus,in libro 2. cap.4. de ordine

[Marginal notes: l. 2. C, de Nautico fœnore. — Ratio concluſionis. — 15 Iuris ciuilis ſcopus. — 16 Iuris canonici ſcopus. — Thomas, 17 Regimen humanum deriuatur à diuino, & ideò in aliquibus ipſum imitari debet. — Sanctus Aug.]

Tomo 1. dicit Aufer meretrices de rebus humanis, & turbabis omnia libidinibus: Hęc ille Sanctus. Ex his ergo omnibus patet veritas pręſentis concluſionis. Nec non & ex quàmplurimis, quę adducuntur à Conrado in dicta q.22. iam citata, quæ breuitatis gratia pretermiſi.

Reſponſio ad argumentum principale.

Ad argumentum modò, quàm faciliima erit reſponſio, dicendo ipſum uerificari ſolùm in materia primę concluſionis, quod & nos probauimus ibi: eò potiſſimùm, ꝙ dicti argumenti minor probatur eadem auctoritate, qua nos probauimus primam noſtram concluſionem: nõ autem argumentum militat, & verificatur in terminis ſecundę concluſionis, ut patet ad ſenſum.

QVAESTIO OCTAVA,

Vtrum Deus omnipotens poſſit cùm hominibus diſpenſando præcipere, quòd licitè ſine peccati labe vſuras propriè dictas, prohibitas in ſeptimo decalogi præcepto, ipſi homines poſſint exigere.

SVMMARIVM.

1 *FVRTVM quid ſit.*
2 *Præcepta contenta in prima tabula in quo differant à præceptis cõtentis in ſecunda tabula.*
3 *Præcepta moralia immutabilia ſunt, num. 7.*
4 *Furari, mœchari, & mentiri quid ſit.*
5 *Vox quid ſit.*
6 *Homicidium quale ſit prohibitum per præceptum: Non occides.*
8 *Malum in ſe, & malum ſecundum ſe quid.*
9 *Præcepta primæ, & ſecundę tabulę quę ſint, quot, & quomodo fuerint obienta ab hominibus.*
10 *Interpretari præceptum quid ſit.*
11 *Reuocare præceptum quid ſit.*
12 *Diſpenſare in pręceptis quid ſit, & vnde dicatur.*
13 *Diſpenſare in vſuris, quando dicatur Deum non poſſe.*
14 *Diſpenſare in vſuris, quando dicatur Deum poſſe.*
15 *Oſeæ non peccauerit cognoſcendo carnaliter fornicariam, & quare.*
16 *Hebræi non peccauerunt ſpoliando Aegyptios bonis ſuis, & quare.*
17 *Abraham non peccauit quando immolare voluit Iſaach filium ſuum, licèt Deus tunc non diſpenſauerit in præcepto: Non occides, & quare.*
18 *An diſpenſauerit Deus in præcepto: Non occides, cùm Sanſon ſe interfecit.*
19 *Deus diſpenſauerit: Ne in pręcepto: Nõ occides cum Eleazzaro, qui ſe interfecit, (vt ſaluaret populum ſuum) ſe ſupponendo elefanti, quem interficere ſtatuerat.*
20 *Deus an diſpenſauerit in matrimonio contracto inter Abraham & Saram.*
21 *Abraham an fuerit frater Saræ.*
22 *Deus an diſpenſauerit cum Machabeis circa violationem Sabbathi, vt præliari eis liceret cõtra hoſtes ſuos, & hoc præceptum de ſanctificando Sabbatho qualiter ſit interpretandum.*

ET primò videtur dicendum quòd Deus Optimus Maximus poſſit diſpenſare cum hominibus, vt vſuras propriè dictas exercentes non peccent: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicèt: Si Deus nõ poſſet diſpẽſando præcipere hominibus, vt vſuras propriè dictas exercentes non peccarent: ſequeretur hoc abſurdum,

Antecedens.

ſurdum, quòd poteſtas diuina quoad ſuas leges eſſet minor poteſtate hominum erga ſuas leges. At omnes homines, qui habent poteſtatem condendi leges, habent quoq; poteſtatem diſpenſandi cum aliquo: ita vt trāſgrediēs, ſeu nō obſeruans legem illam, pœnam non incurrat cōtra illius legis violatores ſtatutum: ergo, concludendum videtur vnum ex his duobus: aut ꝙ Deus poſſit diſpenſare in vſuris; aut quòd minor ſit auctoritas Dei circa diſpenſationem ſuarum legum, quàm hominum, circa diſpēſationem ſuarum legum: at falſiſſimum eſſet aſſerere, minorem poteſtatem Dei eſſe circa diſpenſationem ſuarum legum, poteſtate hominum circa ſuas. cùm poteſtas hominum à poteſtate ſibi indulta à Deo dependeat iuxtà illud Sapientis. Per me reges regnant, [cùm Deus ſit rex regum, & dominus dominantium, vt docet Salomon in lib. ſapien. c. 6. ver. 8. & Apoſtolus. 1. Thimot. c. 6. ver. 15. & 16. Immo, & hoc comprobatur etiam falſum ipſamet diffinitione peccati, quàm tradidit nobis inter alios doctores, diuus Auguſtinus dicens: [Peccatum eſt dictum, factum, ac concupitum contra legem Dei ęternam. Quàpropter non videtur negandum quin ipſe Dominus Deus poſſit diſpenſare cum aliquo, vt tranſgrediendo legem ſuam de non furando, ſub qua comprehenditur præceptum de non exigendo lucrum ex mutuo. Cùm & ipſum dominum diſpēſaſſe in hoc eodem præcepto decalogi, & in nonnullis alijs, quàm facillimè probari poterit aſſerendo in medium nōnullas iuris diuini auctoritates. Nam legitur Deum diſpenſaſſe in tranſgreſſione præcepti decalogi, in quo dixit: Exodi. c. 20. ver. 14. Deuter. c. 5. ver. 18. [Nō mœchaberis,] cum Oſea Propheta: quando ei præcepit dicens, Oſeę. c. 1. ver. 2. [Vade, ſume tibi vxorem fornicationum] ſed ſi quis contra hoc inſurgeret dicens, dominum non pręcepiſſe illi, vt fornicaretur, ſed vt acciperet ſibi in vxorem legitimam, mulierem fornicariam: quod vtiquè facere poterat ſine peccato, etiam nullo ſpeciali domini pręcepto interueniente, cùm & hodie hoc idem paſſim in eccleſia licitè fiat abſq; aliqua alia diuina, vel pontificia diſpenſatione. Reſpondetur huiuſmodi tacitę obiectioni, quòd Deus non pręcepit ibi Oſeę, vt matrimonium contraheret cum illa fornicaria, ſed vt ipſam carnaliter cognoſcendo, faceret ſibi filios fornicationum, ideſt, illegitimos: quod vtiquè non addidiſſet dominus: ſi per illa verba pręcepiſſet illi matrimonium cum illa fornicaria contrahere.

Prouer. cap. 8. ver. 15. Sap. c. 6. ver. 8. 1. Thimo. c. 6. ver. 15. & 16. S. Auguſt.

Præterea; licèt in decalogo dominus præceperit. Exodi. c. 20. ver. 15. Deuter. c. 5. ver. 19. Matth. cap. 19. ver. 18. [Non furandum,] & ſub ipſo præcepto prohibuerit exactionem vſurarum: Nihilominus legitur Exodi c. 11. ver. 2. & capitu. 12. ver. 35. ipſum Deum diſpenſaſſe cum filijs Iſrael exiſtentibus in Aegypto, vt [committendo furtum non peccarent,] dixi [committendo furtum] quoniam (cùm furtum ſit contrectatio rei alienæ inuito domino) indè ſequitur filios Iſrael perpetraſſe furtum, ac per cōſequens, tranſgreſſos fuiſſe præceptum decalogi de non furando, & quòd inuitis dominis bona aſportauerint hebręi, patet, ex eò, quòd legitur ibidem Exodi. c. 14. ver. 5. 6. & 7. quòd [Aegyptij audita fuga hebræorum, & aſportatione ſecum eorum, quæ ſibi ab ipſis Aegyptijs accommodata fuerant, eos perſequentes ſubmerſi ſunt in mari rubro,] quod vtique non contigiſſet: ſi nō inuitis Aegyptijs bona illa aſportaſſent filij Iſrael: Dixi, [committendo furtum non peccarent,] quoniam ſi in hoc peccaſſent, vtiquè non feciſſent ſecundum domini pręceptum; ſibi promulgatum per os Moyſis, ſed contra voluntatem ipſius Dei, (quod eſt falſiſſimum) vt ratio peccati in tali actione reperiri poſſet, cùm peccatum,

(vt dixi) ſit dictum, factum, vel concupitum contra legem ſeu voluntatẽ Dei in lege eius expreſſam. Ex his omnibus videtur dicendum Deum diſpenſaſſe cum filijs Iſrael in tranſgreſſione decalogi de non furando.

Exodi.c.20. Deuter.cap.5. Matth c.19. Geneſ.c.22. Iudicum. 16. Præterea. Dñs præcepit in quinto præcepto decalogi. Exo. c.20.ver. 13. Deut.c.5.ver.19.Matth.c.19.ver.16.homicidiũ non fore faciendum, ſub illis verbis.[Non occides,]& tamen Deũ diſpẽſaſſe in hoc præcepto patet.Primò cùm Abrahæ præcepit, vt ſibi immolaret filium ſuum unigenitum Iſaac ſine dicto filij præcedente aliqua culpa,vt habetur in libro Geneſis, cap.22. ver.2. Secundò cùm occulta inſpiratione præcepit Samſoni,vt ſemetipſum occideret: Nam legitur Iudicum, c.16.ver.26. ipſum Samſonem effoſſis oculis ductum manu cuiuſdam pueri dixiſſe, [Dimitte me,vt tangam columnas,quibus omnis imminet domus,& recliner ſuper eas, & paululum requieſcam.

Ver.27. Domus autem erat plena virorum,ac mulierum,& erant ibi omnes principes Philiſtinorũ,ac de tecto, & ſolario circiter tria milia vtriuſque ſexus ſpectan

Ver.28. tes ludentem Samſon. At ille inuocato domino ait, domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem priſtinam Deus meus, vt vlciſcar me de hoſtibus meis, & pro amiſſione duorum luminum vnam vltionem

Ver.29. recipiam. Et apprehendens ambas columnas, (quibus innitebatur domus)

Ver.30. alteramque earum dextera,& alteram leua tenens, ait. Moriatur anima mea cum Philiſtiim, concuſſiſque fortiter columnis, cecidit domus ſuper omnes principes,& cœteram multitudinem, quę ibi erat; multòque plures interfecit moriens,quàm antè viuus occiderat.]Hęc ibi: ex quibus patet domi num ſecum diſpenſaſſe,vt ſe interficiendo non peccaret, & ſic tranſgrediẽdo

Hebr. cap.11. ver.32. præceptum: [Non occides,] non peccaret,& quòd non peccaſſet, probatur auctoritate diui Pauli Apoſtoli ipſum recenſentis inter Cathalagum ſanctorum,qui per fidem vicerunt regna.

Præterea tertiò, Deus diſpenſauit cum Eleazaro tunc, cùm occulta inſpiratione præcepit ipſi qui ſemetipſum interfecit, ſe ſupponendo elefanti, ipſum volens interficere,ut ſic liberare poſſet populum ſuum: vndè elefans ab

1.Macha. c.6. ver. 44. ver. 45. & 46. illo vulneratus cadens oppreſſit ipſum Eleazarum, & ſic ipſe interijt, vt legitur in lib. 1.Machab.c.6.ver.44.45. & 46.

c. Gaudemus, extra qui filii ſint legi. c. Gaudemus, extra de diuor. Pręterea, Matrimonium inter fratrem, & ſororem à iure naturali prohibitum eſſe communis doctorum eſt ſententia, innixa capitu. Gaudemus, extra qui filij ſint legitimi,& idem habetur in ca. Gaudemus, extra de diuortijs,in quo Innocentius Tertius, [fatetur legitimos eſſe filios,quos coniuges infideles durante tali infidelitate in matrimonio coniuncto in ſecundo, & tertio gradu generauerunt,]quaſi diceret,quòd ſi cõtraheretur in primo gradu,

Dñicus à Soto. (qui eſt inter fratres,& ſorores) nullum eſſet matrimoniũ,& ideò indè proles ſuſcepta illegitima eſſet, quod & Dñicus à Soto multis auctoritatibus, & rõnibus probat in quarto Sentẽtiarum diſt.40.qõ.Vnica, arti. 4.concluſione 1.

Leuit. cap.18. uer.9. Vndè & rationabiliter fuit præceptum à domino, vt in lib.Leuit.c.18. ver.19. ne quis auderet matrimonium cõtrahere cum propria ſorore, ſub his verbis, videlicet:[Turpitudinẽ ſororis tuæ ex patre,ſiue ex matre,quę domi,vel foris genita eſt,non reuelabis.] Quàpropter diuus Auguſt.in lib. de ciuit.Dei,di-

S.Auguſt. xit,ꝙ nõ niſi peruerſis legibus permittebãtur fraterna cõiugia,& ꝙ ſorores accipere in matrimoniũ primis humani generis tẽporib. oĩno licuit:illa tñ neceſſitate ceſſante, ſic naturæ aduerſatur licere quaſi nõ potuerit. Et tñ Deus cũ Abrahã diſpẽſauit, vt cõtraheret matrimoniũ cũ Sara eius ſorore, & ꝙ fuerit

Sara

Sara eius ſoror, probatur auctoritate libri Geneſis.c.12.ver.12.dicente Abraham Sarai vxori ſuæ, vt aſſereret ipſam eſſe vxorem Abraham: & ibidem in c. 20.ver.12.[Abrahā dicēte,& verè ſoror mea eſt,filia patris mei,& nō filia matris meæ.] Et quòd diſpenſauerit Deus, elicitur clarè eo, quòd cùm Abraheſſet ā vir iuſtus, numquam hoc facinus attentaſſet ſine conſenſu & diſpenſatione occulta auctoris naturæ,quam violaſſet contrahendo cum ſorore. Geneſ. c. 12. ver. 12. Geneſ. ca. 20. ver. 12.

Præterea: in tertio præcepto decalogi Dominum præcepiſſe legitur in lib. Exodi.c. 20.ver.8. Obſeruationē diei ſabbathi ſub his verbis,videlicet: [Memento vt diem ſabbathi ſanctifices,] & tamen ipſum dominum diſpenſaſſe cum Machabæis legitur in lib. 1.Macha.c.2.ver.41.(occulta tamen diſpenſatione diuina ſeu inſpiratione,) ſub his verbis, videlicèt: [Et cogitauerunt in die illa dicentes: Omnis quicumque venerit ad nos in bello in die ſabbathorum pugnemus aduerſus eum,]& quòd hoc inſpiratione diuina dixerint ipſi Machabæi, & poſtmodum exequutioni mandauerint probabile eſt: cùm ipſi eſſent fideles, & elegiſſent potius mori, quàm tranſgredi diuinam legem: vt ex lectione dicti libri Machabæorum luce clariùs patet. Exo.c.20.ver. 8. Machab. 1. c. 2.ver.41.

Ex his, ergo, omnibus ſacræ ſcripturæ locis videtur probari Deum Optimum Maximum poſſe diſpenſare, & iam diſpenſaſſe cum hominibus, vt ipſi tranſgredicndo aliquod ex decalogi præceptis,non peccarent: ac per conſequens in præcepto: [Non furtum facies] ſub quo prohibetur exactio vſurarū: cùm per extorſionem vſurarum, cōtrectatio fiat rei alienę (ſicut per furtum) inuito domino,vt ſæpius fuit probatum. Exodic.20.

SED CONTRA: Præceptum eſt ſignūm diuinæ voluntatis: ergo, aut hoc ſignum eſt falſum,aut malum,aut verum; & tunc diceretur falſum ſignum,quando per ipſum ſignificaretur Deum non velle,quod præcepit fieri, ac indè diceretur Deus falſus: tunc malum; quāndo Deus præciperet fieri malum,quod fieri prohibuit.ac indè diceretur Deus malus tunc verum;quādo Deus præciperet non fieri malū,quod prohibuit fieri: ac per conſequens cùm prædicta duo (ſcilicet) falſum,& malum de Deo prædicari non poſſint: indè ſequitur, quòd Deus non poſſit diſpēſando præcipere, ꝙ licitè ſine peccati labe vſuras propriè dictas, & formaliter ſumptas prohibitas in ſeptimo decalogi præcepto,ipſi homines poſſint exigere.

Reſpondeo præſenti quæſtioni difficillimę duplici cōcluſione,præmittendo,tamen,illi pro ipſius maiori intelligentia doctorum ſententias, vt ipſæ iacent in eorum litera,vt adinuicem non diſſentiri quoad ſenſum verborum,& mentem eorum probare poſſimus, licèt quoad ſonum ipſorum verborum, quàmplurimis doctoribus videatur eas diſſentiri: nec non & nonnulla notabilia. Sciendum eſt, ergo,quòd circa præſentem quæſtionem, licèt ſpecialiter non fiat ſermo ab infraſcriptis doctoribus de præcepto ſeptimo decalogi: [Non furtum facies,] (ſub quo vſurarum extorſio prohibetur) ſed generaliter de omnibus decalogi præceptis,Sanctus Thomas,enim,in prima ſecundę qō.100,artic.8.in corp.qō.in fi.infraſcriptis verbis vtitur,videlicet:Præcepta aūt Decalogi continēt ipſam intentionem legiſlatoris, (ſcilicèt) Dei. Nam præcepta primę tabulę, quæ ordinant ad Deum, continēt ipſum ordinem ad bonum commune, & finale,quod eſt Deus. Præcepta autem ſecundæ tabulæ continent ordinem iuſtitiæ inter homines obſeruandæ:vt,ſcilicet,nulli fiat indebitum,& cuilibet reddatur debitum:ſecūdùm hanc,enim,rationem ſunt intelligēda præcepta decalogi,& ideo præcepta decalogi ſunt omnino indiſ- Exodi.c.20. S.Thomæ ſententia. 2 *Præcepta contenta in prima tabula, in quo differās à preceptis, contentis in ſecunda tabula.*

 ſpenſabilia.

ſpenſabilia. Hæc ibi ille ſanctus. & quòd hoc dicat regulariter,ac generaliter de præceptis decalogi patet ex ſequentibus ipſius dictis. Nam ibidem in reſponſione, ad ſecūdū ait, quod ſicut ait Apoſtolus.2.Thimo.c.2. [Deus fidelis permanet,negare ſe ipſum nō poteſt:] Negaret autē ſe ipſum, ſi ordinem ſuæ iuſtitiæ auferret:cùm ipſe ſit ipſa ſua iuſtitia. Et ideò in hoc Deus diſpēſare nō poteſt,vt homini liceat non ordinatè ſe habere ad Deum, vel nō ſubdi ordini iuſtitiæ eius,etiam in his, ſecundum quæ homines ordinantur adinuicem.& in reſponſione ad tertium,ibidem idem Sanctus Thom.generaliter, ac regulariter loquendo idem confirmat dicens.Sic igitur ipſa pręcepta decalogi quantùm ad rationem iuſtitiæ, quam cōtinent,immutabilia ſunt,hæc ibi. & quòd in præceptis decalogi ſecundę tabulæ dicta regula patiatur exceptionē,probatur,eo quòd in quibuſdam caſibus, ſeu ratione circunſtantiarum ipſis caſibus adiacentium Deus diſpenſando, ſeu interpretando poſſit præcipere contra dicta præcepta.Idem Sanctus Thomas, vbi ſupra in reſponſione ad tertium docet dicens,quòd occiſio hominis prohibetur in decalogo,ſecūdum quod habet rationem indebiti; ſic enim præceptum continet ipſam rationem iuſtitiæ: Lex autem humana hæc concedere non poteſt, quòd licitè homo indebitè occidatur, ſed malefactores occidi, vel hoſtes Reipublicæ, hoc non eſt indebitum: Vnde hæc non contrariātur pręcepto decalogi: nec talis occiſio eſt homicidium,quod prohibetur præcepto decalogi,ut Auguſtinus dicit in primo de libero arbitrio: & ſimiliter, ſi alicui auferatur quod ſuū erat, ſi debitum eſt, quod ipſum amittat, hoc non eſt furtum, vel rapina:quę præcepto decalogi prohibentur. Et ideò quando filij Iſrael pręcepto Dei tulerunt Aegyptiorum ſpolia,non fuit furtum, quia hoc eis debebatur ex ſententia Dei. ſimiliter,& Abraham, cùm conſenſit occidere filium,non conſenſit in homicidium,quia debitum erat eum occidi per mandatum Dei; qui eſt dominus vitę, & mortis: Ipſe enim eſt, qui pœnam mortis infligit omnibus hominibus iuſtis,& iniuſtis pro peccato primi parentis,cuius ſententię,.ſi homo ſit executor authoritate diuina,non erit homicida, in his (ſcilicèt) quę à ſolo Deo ſunt, ſicut nec Deus. Et ſimiliter etiam Oſeę accedens ad uxorem fornicariam,vel mulierem adulteram,non eſt męchatus,nec fornicatus: quia acceſſit ad eam, quę ſua erat ſecundum mandatum diuinum, qui eſt actor inſtitutionis matrimonij· Sic igitur præcepta ipſa decalogi,quantum ad rationem iuſtitiæ, (quam continent) immutabilia ſunt. Sed quantum ad aliquam determinationem per applicationem ad ſingulares actus,(vt ſcilicet hoc, uel illud homicidium,furtum,vel adulterium,aut non)hoc quidem eſt mutabile, quandoque ſola auctoritate diuina,in his (ſcilicèt,)quæ à ſolo Deo ſunt inſtituta:ſicut in matrimonio,& in alijs huiuſmodi, quandoque etiam auctoritate humana ſicut in his, quæ ſunt commiſſa hominum iuriſdictioni, quantum enim ad hoc homines gerunt uicem Dei, non autem quantum ad omnia. Hæc omnia Sanctus Thomas,vbi ſupra.Ex cuius dictis luce clariùs elucet ipſum ſanctum nos docere duo ſingularia dicta. Primum quorum eſt, quod Deus ipſe Optimus Maximus, non poſſit diſpenſare cum hominibus, ipſis præcipiendo aliquod opus, quod formaliter ſit contra aliquod præceptum decalogi, ideſt, quòd non poſſit Deus pręcipere furtum, uſurarum exactionem,homicidium,& alia huiuſmodi prohibita præceptis tam primę,quàm ſecundæ tabulæ ipſius decalogi ſi accipiantur furtum,& reliqua prædicta in eorum propria,& formali natura, ac ratione, continentia in ſe tranſgreſſionem ordi-

2. Thimot.c.2.

Sanctus Tho.

S.Auguſt.

Epilogus ſententiæ S.Tho.

ordinis ad ipſummet Deum commune bonum, vel ordinis iuſtitiæ, quia in hoc Deus ipſimet contradiceret, præcipiendo iniuſtum, & malum cùm ipſe ſit iuſtiſſimus,& optimus,& in ipſo Deo cõtradictio huiuſmodi nõ poſſit,nec cogitari quidem, iuxta allatam auctoritatem Diui Pauli, per ipſummet Sanctum Thomam,vbi ſupra. Secũdum eſt, quòd Deus ipſe Optimus Maximus poſſit diſpenſando præcipere hominibus aliquod opus qđ materialiter tantũ ſit contra aliquod pręceptum ſecundę tabulæ,ideſt,quòd poſſit pręcipere hominibus, vt faciant ipſi aliquod opus quod prohibetur in præceptis ſecundæ tabulæ,non allecti aliqua ipſorum paſſione,ſed ſola mente,& intentione obediendi ipſi Deo,qui eſt Dominus omnium Cœleſtium,Terreſtrium,& Infernorum, & tamquàm miniſtri ipſius Dei: cùm in exequendo huiuſmodi diuinum mandatum nullum repugnans ordini, ac directioni ad bonum commune ipſum Deum præcipiatur, immo per huiuſmodi obedientiam exhibeatur cultus diuinus præceptis primę tabulę iuſſus,ſed nec hoc cõtradiceret ordini iuſtitię,ſecundum quem bonum commune conſeruatur, & ad ipſum perueni tur. Cùm ordo iuſtitię poſcat exequi mandatum iuſtum ſuperioris cuiuſcunque, & quòd hoc ſit iuſtum iam probauit Diuus Thomas, probando Deum eſſe omnium dominum directum, habentem poteſtatem homines priuandi,(quibus vtile dominium aliquod dederat) dicto vtili dominio iuxta ipſius beneplacitum. Vnde patet, quòd ſi quis iuſſa ipſius Dei aliquod opus perageret, quo aliquod præceptum ſecundæ tabulę materialiter,& largo modo ſumptum violaretur; non peccaret: eò,quòd huiuſmodi præceptum nullatenus contradicit ordini iuſtitiæ ipſius iuſtiſſimi Dei; Caietanus in Commentarijs ſummę Sancti Thomę loco citato,dicit quòd pręcepta decalogi(vt in litera dicitur) poſſunt dupliciter conſiderari. Primò, ſecundum ordinem iuſtitiæ,quem continent,& ſic conceditur,ꝙ ſunt indiſpẽſabilia etiam à Deo: vt in reſponſione ad ſecũdum auctor probat. Secũdò, ſecundum applicationem ad aliquem ſingularem actum,& ſic dicitur, ꝙ pręcepta ſecundę tabulæ, (de quibus eſt quęſtio) ſunt diſpenſabilia à Deo:ſed talis diſpenſatio non eſt relaxatio pręcepti,aut declaratio illius in hoc caſu, ſeu actu,vt Scotus arguit: ſed eſt facere, ꝙ iſte actus non ſit homicidium, qui ſine hac auctoritate eſſet homicidium, & ſimile eſt de alijs, (vt in litera dicitur in reſponſione,ad tertium.) Nam Non occides; ordo iuſtitię in hoc pręcepto eſt,quòd nõ occidas hominem innocentem cum cœteris conditionibus requiſitis: ſic enim continet ordinem iuſtitię,quem Deus negare non poteſt. Nec vnquàm in ordine iſto ſit diſpẽſatio: impoſſibile quippe eſt,vt actus iſte,ſcilicèt, occidere ex deliberatione (non ſe,vel alium defendendo) priuata auctoritate hominem innocentem, diſpenſationem recipiat. ſed cùm Deus diſpenſare dicitur, vt quando præcepit Abrahę immolationem Iſaac, non relaxauit,aut declarauit hoc pręceptum: Non occidendi: ſed fecit, ut actus ille immolationis non eſſet homicidium, quia erat occiſio imperata à ſuprema poteſtate, quę tamen occiſio ſine tali auctoritate fuiſſet homicidium.Quàpropter cùm Deus iubet fieri actum,qui ſine iuſſu ſuo eſſet homicidium,adulterium, vel furtum operari, iubet non pręter aut contra pręceptum,ſed quaſi ſupra illud: dum à ſuperiori poteſtate actũ imperatum exerceri iubet: omnia ſiquidem pręcepta hęc ſubintellectam hãc habent clauſulã generalem,ſcilicet,ꝙ ex naturali mẽſura actus iſti fiant,vel nõ fiant: ſic enim ordinem iuſtitię inſolubilẽ continent.Ita ꝙ ſenſus eſt non eſſe naturali rationi committendum actum ſubtractum ra-

Caietani ſententia.

tioni homicidij, adulterij, furti, & huiuſmodi. hoc enim eſt idem, q̄ dicere: Non eſſe occidendum, adulterandum, furandum, & huiuſmodi: quoniã actus illi ſubſtrati, relati ad naturalem rationem, & menſuram, à qua diſcordant, ho micidij, adulterij, furti, & huiuſmodi, rationem induunt. Hoc autem omnino indiſpenſabile eſſe conſtat, vt (ſcilicèt) actus illi naturali ratione exerciti, homicidia, adulteria, furta, & huiuſmodi non ſint: quàmuis fieri poſſit, vt actus illi diuina ratione exerciti, non ſint homicidia, adulteria, furta, & huiuſmodi, & per hoc nec peccata. Hęc Caietanus, vbi ſupra, ex cuius ſententia patet ipſum ſe ſubſcripſiſſe ſententię Diui Tho. per me excerptæ ex verbis ipſiuſmet Sancti Doctoris. Dominicus à Soto in lib. 2. de iuſtitia, & iure, q. 3. artic. 8. colum. 3. in ver. Tertia nihilominus. Vbi infraſcriptis utitur verbis, uidelicet: Tertia nihilominus opinio eſt Sancti Tho. loco pręſenti, eadem fuit Altiſiodorenſis lib. 3. tract. 7. q. 5. & antiquorum, ſecundum quàm ſtatuuntur duæ concluſiones, quibus ſoluitur q. Prior eſt, vniuerſa pręcepta decalogi tam ſecundæ, quàm primæ tabulæ ſunt prorſus indiſpenſabilia: vſquè adeò, vt neq; Deus poſſit ſuper illa diſpenſare. Hæc enim plana mens eſt, Sancti Tho. vetum toto articulo, tum clarè in ſolutione ſecundi patet, aliàs q non eſſet digna tanta diſputatione. Poſterior concluſio. Alia præcepta quæ extra decalogum uagantur, neq; in ipſo implicitè continentur ſunt diſpenſabilia. Et idem Sotus ibidem in col. 4. in ver. Nam pręcepta. Vbi ait: Nam pręcepta poſterioris tabulę innatum ordinem habent ad bonum commune hominum, vt (ſcilicet) nemini iniuria fiat, ſed cuique ius ſeruetur ſuum, quòd licèt non ſit tam perfectum, eſt nihilominus tã intrinſecè bonum, quàm q̄ debetur Deo: imò cùm rationem ipſam iuſtitię expreſsè contineat, in Deum ipſum intime refertur. Qui enim dicit: Non furtum facies, idem dicit, quòd non iniuſtè, aut illicitè, aut malè facies. ſic enim, vti ait Sanctus Thomas, intelligenda ſunt pręcepta decalogi: atque in hoc allucinatus eſt (ſalua eius exiſtimatione) doctor ſubtilis diſcriminans, quantum ad hoc, inter præcepta primæ, ac ſecundę tabulę. Secundò, quo rationis vis luculentiùs pandatur, arguitur ſic. Hoc quod eſt adulterium facere; quod eſt in decalogo, & mentiri, aut fornicari, quę implicitè illic latitant: (Nam de ambobus intelligitur prior concluſio,) tam intrinſecè mala ſunt, (vt de odio Dei proximè arguebamus,) quam eſt homini eſſe rationalem: ergo naturæ ſuæ iuſtitia repugnat, ac probitas. Deus autem diſpenſare nequit, niſi vbi alia eſt ratio æqui, & boni: ergo in his diſpenſare non poteſt, aut (quò temperantiùs loquamur) diſpenſabilia non ſunt: perinde atque homo non eſt factibilis, irrationalis. Et hoc eſt, quod Sãctus Thomas cogitabat: dum dixit huiuſmodi pręcepta per ſe continere rationem communis boni, atque adeò intentionem legiſlatoris. Nam naturale eſt Deo, nihil niſi bonum velle, & naturale eſt huic, quod eſt furari, aut mẽtiri, eſſe malum: Et idem Sotus in ſeptima colum. per totum, probat Deum non diſpenſaſſe in furto cum filijs Iſrael, nec in homicidio cum Abraham, cum illa opera ſic ab eo pręcepta, (ut fuerunt iuſſa) non fuerunt prohibita in pręceptis decalogi: cum non contineant aliquam iniuſtitiam, (& ſubdit) in hoc differre Diuum Thomam à Scoto, ſcilicet, quia Scotus vult Deum poſſe diſpenſare in furto, permanente furto ſub ratione furti, ita vt ſtante tali diſpenſatione, licitè poſſit fieri huiuſmodi furtum; quod Sanctus Thomàs negat, affirmans tamen Deum hoc facere poſſe (vt eſt dominus omnium) ut acceptio talis rei, quę antea tua non erat, non eſſe furtum. Ex his omnibus

Dominic

Dominic' a Soto ſententia.

nibus ergo patet ipſum Sotum ſe ſubſcripſiſſe noſtræ interpretationi ſententiæ diui Thomæ præallatæ. Riccardus de Media villa in lib. 3. ſententia. di. 37. q. 5. in corp. q6. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Præcepta decalogi indiſpenſabilia ſunt. Præcepta enim legis æternę ſunt indiſpenſabilia. Planum eſt, enim, q̃ in illis homo diſpenſare non poteſt, nec etiam Deus: ſicut, enim, dicit Apoſtolus. 2. Thimot. 2. [Fidelis eſt Deus ſeipſum negare non poteſt.] Sed ſicut dicit Auguſtinus lib. 22. cõtra Fauſtum, inter principiũ, & medium lex æterna eſt ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans, in quo patet ex conſequenti, quòd nec Deus, nec homo in lege naturæ diſpenſare poteſt. Eſt enim, vt dicit Auguſtinus lib. 83. q6num: q. 53. Tranſcripta in animam rationalem ex ineffabili, atque ſublimi rerum adminiſtratione, quæ fit per diuinam prouidentiam: & ideo, vt dicitur in decretis. c. Non eſt, §. his itaque, diſ. 6. & di. 5. in ſumma. Ius naturale cœpit ab exordio rationalis creaturę: nec variatur tempore: ſed immutabile permanet. Omnia ergo præcepta, quæ ex principio primo legis naturæ de neceſſitate conſequuntur, & immutabiliter immutabilia ſunt, & ex conſequenti indiſpenſabilia. Talia autem ſunt omnia præcepta decalogi, ſi accipiantur ſecundum intentionem præcipiẽtis: & ideo ſic accepta: ita ſunt immutabilia, quòd in illis nec homo, nec Deus diſpenſare poteſt, vt in §. His itaque, diſ. 6. Vbi dicitur moralia mandata ad naturale ius ſpectant, atque ideo nullam mutabilitatem recepiſſe monſtrantur, & idem Riccardus ibidem in reſponſione, ad quartum infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Illa auctoritas Bernardi dicẽtis, Deum poſſe diſpenſare in præceptis ſecundæ tabulæ, intelligenda eſt: non de pręceptis acceptis ſecundum intentionem mandantis, quia ſic claudunt in ſe debitum ordinem ad proximum, quem Deus infringere nõ poteſt; ſed loquitur de illis, quantum ad actus, qui ſecundum literæ virtutem non habẽt iſtum ordinem annexum: ſicut eſt, non occidere, & ſicut eſt de honoratione parentum; qui non eſſent honorandi, inquantum facerent contra Deum, & honorantem à diuina dilectione retraherent: in quo caſu Dominus, Luc. c. 14. [Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem: non poteſt meus eſſe diſcipulus.] Et idem Riccardus ibidem in reſponſione ad ſecundum dicit, quòd per illud præceptum: [Non occides] prohibetur ſecundũ intentionem occiſio hominis ſine rationabili cauſa: Innocens autem ex rationabili cauſa poteſt occidi (ſcilicet) cùm hoc præcipit ille, qui eſt dominus uitæ, & mortis, quod ipſe dominus rationabiliter præcipere põt: Hæc omnia Riccardus, vbi ſup. ex cuius dictis elicitur, quàm apertiſſimè ipſum ſe ſubſcripſiſſe ſentẽtiæ diui Thom. cùm & ille Sanctus ijſdem rationibus, & fundamentis vtatur: Vnde ex Riccardo quoquè duo eliciuntur. Primum quòd Deus non poſſit diſpenſare in decem præceptis decalogi, vt quis tranſgrediatur aliquod eorum ipſa contenta in decalogis accipiendo ſecundum intentionem ipſius Dei, qui per illa voluit prohibere ne quis aliquid attentaret contra ipſum Deum, qui eſt bonum commune omnium rerum, & cõtra ordinem iuſtitiæ: quo bonum commune hominum conſeruatur: cùm talium tranſgreſſio, ita ſit intrinſecè mala, quod nullatenus fieri poſſit bona, cùm fundentur in lege naturæ, quæ eſt immutabilis. Secundum, quòd Deus pręcipiendo aliquid contra pręcepta ſecundę tabulæ iuxta ſonum communem literę ipſorum, non pręcipit (propriè loquendo) contra ipſa, accepta ſecundum ipſius Dei intentionem, cùm nulla indè ſequatur iniuſtitia. Durandus in lib. 1. Sentẽtiarum, diſt. 47.

Riccardi à Media villa, ſentẽtia.

2. Thimot. c. 2.

S. Auguſt.

§. His itaque, diſt. 9.

Præcepta moralia immutabilia ſunt.

Luc. c. 14.

Concordia Riccardi ſententiæ, cum Sãcti Thomæ, ſẽtentia, & Riccardi ſentẽtiæ epilogus.

Durandi ſententia.

q. 4.

q.4. nume. 8. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: De illis autem præceptis, quibus prohibentur ea, quæ ſecundum ſe ſunt mala, & non ſolùm, quia prohibita, hoc tenendum eſt in generali, quòd ſi ab illis poteſt amoueri ratio mali, ipſa ſunt diſpenſabilia. Si verò conditio apponẽs rationem mali nõ poſſit à talibus amoueri, ipſa non ſunt diſpenſabilia, talia autem uidẽtur communia præcepta iuris naturalis, vt potè ꝙ nõ eſt iniuſtè agendum, & debitum non eſt ſubtrahendum, & conſimilia, quia, enim, hæc continẽt formaliter ipſam rationem iuſti, & debiti: oppoſitum non poteſt habere rationem liciti, ſed habet ſe per rationem iniuſti, & indebiti, propter quod Deus nõ poteſt diſpenſare quod iniuſtè agendum ſit. hæc Durãdus, vbi ſupra, qui ibidem nume. 16. in ver. Minor. infraſcriptis utitur verbis, videlicet: Proxima, & immediata materia illorum trium præceptorum. Non Mœchaberis, Nõ furtum facies, Non falſum teſtimonium dices. Furari, enim, eſt accipere rem alienam inuito do-

4 *Furari, mœchari, & mentiri, quid ſit.* mino: Mœchari eſt accedere ad mulierem nõ ſuam. Mentiri eſt aſſerere, vel negare aliquid euius oppoſitum mẽte tenetur. Qui, enim, vtitur re non ſua, vt ſua, manente hac conditione, abutitur re illa. Et idem eſt de muliere non ſua.

5 *Vox quid ſit.* Qui etiam inſinuat voce ſe tenere mente, quod nõ tenet, abutitur voce, ut eſt ſignum conceptus mẽtis, ita quòd manente tali natura, & tali conditione rerum, ipſe actus includit abuſum ex ratione terminorum, & ideò ratio indebiti inſeparabilis eſt à proxima materia iſtorum præceptorum, ea manente, propter quod omnino ſunt indiſpenſabilia. Et idem Durãdus ibidem nu. 23. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: De concubitu autẽ fornicario, & ablatione rei alienæ, dicẽdum eſt, quòd numquam fuerunt præcepta à domino cùm includant intrinſecè, & inſeparabiliter rationem indebiti: ſed Deus poteſt mutare naturas: & cõditiones rerum, potuit, ergo, facere, quòd mulier, quæ non erat Oſeæ per perpetuum vinculum matrimonij eſſet eius ad temporaneum vſum: & ſic acceſſit ad ſuam, nec eſt fornicatus, quia fornicari eſt accedere ad nõ ſuam: ſimiliter potuit Deus facere, quòd res, quæ erant Aegyptiorum fierent Hebræorum: vel ex mero dono Dei, (qui eſt dominus omnium,) vel in recompenſationem laboris, & ſeruitij, quod impenderãt Hebręi Ageyptijs: & ſic Hebręi nõ abſtulerunt rem alienam, ſed ſuam: & ideo non ſunt furati. Nullo, ergo, modo facta eſt diſpẽſatio in illis præceptis, Non mœchaberis, & Non furtum facies: quia nõ eſt factum, ꝙ à Mœchia, & furto, (manẽtibus in natura ſua) ſit ablata ratio illiciti, quod pertinet ad diſpenſationem: ſed ſolùm eſt mutata natura, vel conditio rei: vt iam in ea non habeant aliquid Mœchia, & furtum: nec eſt ibi aliqua diſpenſatio: ſi enim alicui eſſet prohibitum bibere vinum, & vinum ipſi oblatum mutaretur in aquam: certè poſſet bibere illud vinum conuerſum in aquam abſque diſpẽſatione. Semper enim, diſpenſatio fit, quando manente materia præcepti in ſuã natura, & conditione, amouetur ab ea ratio obligationis, vel illiciti. Hoc autem amoueri nõ

Concordia ſententiæ Durandi cum ſententia S. Thomæ. poteſt à materia illorum præceptorum, quia includitur in ea intrinſecè. Hæc omnia Durandus: ex cuius verbis apertiſſimè patet, & elicitur ipſum ad ambuſſim ſe ſubſcripſiſſe ſentẽtiæ diui Thomæ ſupra per me epilogatæ. cùm, ex ipſius ſententia habeatur, Deum non poſſe diſpenſare, quòd furtum, & huiuſmodi manente in eo, natura, & conditione furti, ſit alicui licitum, licèt poſſet Deus facere, vt furtum largo modo dictum amiſſa eius natura, & cõditio-

Antonij Andreæ ſententia. ne, non ſit illicitum, quia verè furtum tunc non eſſet, cum nullam iniuſtitiam in ſe cõtineret. Ant. And. ſupradictis ſnĩjs aſtipulatus fuit in lib. 3. ſent. di. 37.

q. 1.

q. 1. in corp. qõnis, dicens Deum non poſſe diſpenſare in præceptis illis decalogi, quæ præcepta primæ tabulæ dicuntur: in aliquibus pręceptis verò ſecũdæ tabulæ poſſe diſpenſare: excluſis, tamen, malis circunſtantijs. Non poſſet enim permittere furtum, vel homicidium faciendum cum praua intẽtione, & ſi praua intentio, vel alia praua circumſtantia ſit formalis ratio in præcepto negatiuo, puta, furtum, vel homicidium, vel concupiſcentia, & huiuſmodi, tũc poteſt dici, quòd diſpenſare poteſt in materiali, & non in formali, eo quòd Deus non diſpenſauit in furto cum filijs Iſrael, quia cum ipſe ſit Deus omnium, potuit eis concedere ſpolia Aegyptiorum, transferendo dominium ad eos. hæc omniã ille doctor. ex cuius verbis elicitur, ꝙ furtum, uel alia prohibita explicitè, & implicitè per ſe in decem præceptis decalogi formaliter ſumpta, ideſt, ex intẽtione, & propria voluntate, & concupiſcentia, ſunt indiſpẽſabilia à Deo: ſed materialiter ſumpta, ſunt diſpenſabilia, & hoc erit idem dictum cum dicto diui Tho. & aliorum prædictorum diuerſis, tamen, verbis, vt patet ad ſenſum.

Cõcordia ſententiæ Antonij Andreę, cũ ſententia Sancti Thomæ.

Gabriel Biel in 3. Sent. diſt. 37. q. Vnica, concluſione 4. dicit in præceptis primæ tabulæ Deum nõ poſſe diſpenſare, & in cõcluſione 5. ibidem dicit, quòd quamuis Deus in pręceptis ſecundæ tabulæ ſimpliciter poſſet diſpenſare per præcepti relaxationem, non, tamen, ſic diſpenſat de facto propter magnam eorum cum lege naturę propriè proximationem. Primum patet (inquit Biel) cùm non ſint de lege naturæ ſtrictè, nõ poſſunt deduci formaliter ex principijs neceſſarijs in conſequentia formali, & ſimpliciter neceſſaria, ergo, illa poſſe mutari à Deo negãdum nõ eſt, cùm nullam implicet contradictionem. hęc ille doctor, qui tamen, licèt dicat ipſa pręcepta ſecundæ tabulę eſſe diſpenſabilia, & ſecundum ſonum verborum videatur aduerſari ſententię diui Thomę, & cœterorum, quos paulò antè retuli, tamen, reuera eis ipſe non contradicit, cùm volens ſe declarare qualiter ipſe intelligat Deũ poſſe diſpenſare circa pręcepta ſecundę tabulę ibidem, vbi ſupra, ſubintulit.

Gabriel Biel. ſententia.

Vnde negãdum non eſt, quin eus Dprçcipere poſſet alicui occidere innocentem: cùm plenum habeat dominium, & poteſtatem occidendi, & uiuificandi, in quo caſu reuocaret pręceptum de homicidio, quãtum ad illum, cui oppoſitum eius pręciperet: ſic, enim, legitur pręcepiſſe Abrahę, vt occideret filium ſuum. Geneſ. c. 22. hęc Gabriel.

Geneſ. c. 22.

Attamen (pace tanti viri dixerim) per huiuſmodi pręceptum diuinum nulla fuit facta reuocatio dicti pręcepti, cum Geus ipſe tale homicidium pręcipiendo, nõ mãdauerit illud trãſgredi pręceptum: [Nõ occides,] ſicut nec trãſgreſſus fuiſſet illud Abraham, ſi filium ſuum imò laſſet, quia Geus præcipiendo mutauerat naturam quodammodo ipſius pręcepti, ut dicit Durandus, immo (vt alij doctores prędicti nullatenus prohibetur homicidium tale in dicto præcepto. ſed illud vbi interuenit iniuſtitia, at ſtãte præcepto diuino nulla fuiſſet reperta iniuſtitia in dicto homicidio propter rationem allatam ab ipſo Gabriele, & alijs doctoribus ſupradictis, ac per conſequens tale homicidium fuiſſet appellandum homicidium perpetratum materialiter, & non formaliter; cùm nulla iniuſtitia interueniſſet ibi, quæ eſſentialiter requiritur, vt aliquod homicidium dicatur formaliter, & ex intẽtione iniuſta homicidium propriè dictum, quod prohibetur in dicto præcepto: [Non occides,] vt pleniùs ſuprà fuit probatum in relatione opinionum, præadductorum doctorum, et patet ad ſenſum.

6 *Homicidium quale ſit prohibitũ per pcæptum: Non occides.*

Attamen licèt prædicta dixerit Gabriel, tamen ipſemet in quarto Sentẽtiarum diſt. 15. q. 11. artic. 1. in reſponſione ad quintum, dũ interpretatur, (& ei ſe ſubſcribit tacitè,) ſentẽtiam

Ale-

Alexandri par.3.qō.36.memb.4. in reſponſione ad tertium, & quartum, infraſcriptis verbis vtitur,(ex quibus patet ipſum ſe ſubſcripſiſſe ſententiæ diui Thom. & aliorum prædictorum doctorum, licèt in lib.3.ſent.vbi ſupra,contrarium videatur ipſum aſſeruiſſe,videlicet: Ad quintum de homicidio videtur ſentire Alex. Vbi ſupra, quòd in nullo caſu licet recipere vſuram: nec in hoc Deus diſpenſare poteſt. Rationem aſſignat:quia homicidium peccatum eſt,& malum in ſe,ſed non ſecundum ſe: Vſura autem eſt malum in ſe,& ſecundum ſe: Quod ſic intelligitur, quòd homicidium non eſt malum ſecundum ſe,ideſt,in ratione termini non includit malum: ſed dicit ſimpliciter occiſionem hominis: non cōnotando an iuſtè fiat, vel iniuſtè. Vſura autem in ſua ratione propria includit iniuſtitiam,quia eſt recipere rem alienam,manētem alienam, inuito domino: ſic recipere vſuram ſtante hoc, quid nominis, termini,ſimpliciter iniuſtum eſt,quia diuinæ voluntati contrarium. Nec poteſt Deus diſpēſare,vt recipiatur vſura licitè in ſenſu compoſito: Attamen ſi de ſua abſoluta potentia concederet alicui recipere vltra ſortem ex mutuo: iam non reciperet alienum: Nam recipiendo faceret ſuum: nec inuito domino; quia ſuperiore domino iubente,vel cōſentiente:& ſic nō eſſet vſura:ſicut ſpoliatio Aegypti per Iudæos non fuit furtum;quia non fuit factum domino ſuperiore inuito, nec ſic ſpoliando receperunt rem alienam: ſed rem ſuam à vero domino rei, eis datam. Non enim video,quòd Dominus Deus,in cuius ditione omnia poſita ſunt, non poſſit rem cuiuſcumque ab eo auferre, & alteri,cui voluerit dare,& modis quibus voluerit. Si ergo vellet, quòd mutuans vltra ſortem tantum de rebus mutuatarij reciperet: iam res illas mutuatarij daret mutuanti: & ideò recipiendo illas, reciperet res ſuas, non alienas: nec inuito domino, ſed domino concedente. Si verò verba Alexandri alium habent intellectum, detur ille: quia non aperit expreſsè mentem ſuam. hæc Gabriel vbi ſupra, quàpropter dico ipſum ſe ſubſcripſiſſe ſententiæ prædictorum doctorum: vt patet ex verbis ipſius ſuper enucleatione verborum, & mentis Alexandri,cui ipſe non contradicit, & ſic uidetur cōſentiſſe,& dixiſſe Deum non poſſe diſpenſare cum aliquo, vt poſſit exigere vſuram propriè dictam: cùm ipſa includat iniuſtitiam: poſſet, tamen, concedere vltra ſortem per ſuam donationem, quæ tamen exactio vſuraria non retinet proprietatem vſuræ,ſeu nomen vſuræ propriè dictæ includentis iniuſtitiam:Sanctus Bonauent.in primo Sentē.diſt.47.artic.quæſt.fi.in corp.qōnis, dum quæritur (inquit) vtrum Deus poſſit præcipere malum, hoc poteſt eſſe dupliciter: Aut præcipiendo malum ſecundum ſe, ideſt, malum manens malum,aut malum in ſe,ideſt,malum in ſui natura, quod accedente iuſſu diuino fiat omnino bonum: Vt ſic tunc non dicatur, quòd præceperit malum, ſed malum iam conuerſum in bonum,ac indè quòd præceperit bonum. & Quòd Deus nullatenus poteſt pręcipere malum ſecundum ſe,ideſt, malum, manens malum,licèt benè poſſit præcipere malum in ſe,probatur hac ratione: Nam ratio eſt, quia Deus cùm ſit ipſa bonitas nihil poteſt præcipere, quin ſit bonum, poſtquam pręceptum continet id, quod eſt bonum. Nam deordinatio reſpectu proximi, niſi ſit deordinatio reſpectu Dei, aliquod malum eſt in ſe:ſi autem reſpectu Dei, malum eſt ſecundum ſe: ſicut cognoſcere non ſuam, malum eſt in ſe, ſed cognoſcere alienam ex libidine, ſiue non ſuam: malum eſt ſecundum ſe: Deus,ergo,diſpenſare poterit in præceptis ſecundæ tabulę,rōne prędicta. Non autem in pręceptis primę tabulæ, quia pręciperet contra ſe, quod eſt valde

Cōcordia ſententię Gabrielis Biel, cū ſententia S. Thomæ.

Alex. de Ales ſententia.

Diui Bonauēturæ ſentētia.

valde inconueniens, & concludendo ipſe Sanctus dicit, & ideò concedendæ ſunt rationes probantes, quòd Deus nō poſſit malum præcipere, vt puta, nullum manens malum: & hoc eſt malum ſecundum ſe. Hæc ille Sanctus. Ex cuius verbis duo eliciuntur, videlicet. Primū ꝙ præcepta primę tabulæ ſunt indiſpenſabilia à Deo, præcepta verò ſecundæ tabulæ diſpenſabilia. Secundum quòd malum aliquod manens malum, & in ſua malitia perſeuerans factum mala intentione dicatur malum ſecundum ſe, etiam circa præcepta, tā primę, quàm ſecundæ tabulæ, & hoc eſt indiſpēſabile à Deo; malū autē in ſe, & non ſecundum ſe eſt diſpenſabile à Deo. Cuius, quidē, ſancti doctoris ſententia licèt quoad ſonum verborum: Prima fronte videatur diſcrepare à ſententia Sancti Thom. cum ille dicat regulariter, quòd Deus non poſſit diſpenſare in præceptis primæ, & ſecundæ tabulę. hic autem Sanctus dicat Deum non poſſe diſpenſare in pręceptis primę tabulę, ſed poſſe in pręceptis ſecundę tabulę regulariter, tamen, omnes quoad ſenſum verborum concordant in hoc, ꝙ vtraque regula per eos tradita patiatur exceptionem. Nam S. Thomas nō negat (imò fatetur) Deum poſſe diſpenſare, & pręcipere homicidium, furtum, & huiuſmodi prohibita in pręceptis ſecundę tabulę, quia tunc ſtante tali pręcepto, qui tanquam Dei miniſter hoc faceret, non peccaret: quia nullam iniuſtitiam contra proximum tunc faceret, cum Deus ſit dominus omnium: nec tunc eſſet diſpenſatio, quia nec tunc aliquid fit contra ea, quę in dictis pręceptis ſunt prohibita: cùm ratione iniuſtitię prohibendę illa fuerint tradita pręcepta, & non aliter, & ibi ſtante domini conſenſu nulla fieret iniuſtitia, ex quibus patet ipſum Sanctum Thomam licèt iiſdem verbis diui Bonauent. vſus non fuerit, dicendo dominum non poſſe diſpenſare, vel pręcipere malum ſecundum ſe, id eſt, malum manens malum, ſed poſſe diſpenſare, ac pręcipere malum in ſe, ideſt malum illud quod ſuo pręcepto non interueniēte eſſet malum: illius autem accedente conſenſu bonum euaderet: Idē tamen in ſenſu dixit, & ſic patet diuum Bonauenturam non contradixiſſe ſententię diui Thom. benè intellectę, nec aliorum prædictorum. Nouiſſimè accedit ſententia Doctoris ſubtilis, qui licèt prima fronte videatur eſſe contra Sanctum Thomam, vt ex ſonitu verborum ipſius Scoti elici videtur, tamen circa noſtram qōnē, ſecundum mētē ipſius nullatenus ipſe Scotus (meo quidem iudicio) diſſentitur à ſententia Sancti Thom. vt ex relatione verborum ipſius Scoti elici, luce clariùs patebit. Ipſe, enim, Scotus in 3. ſentētia. diſt. 37. q. vnica. poſt relationem ſententię Sancti Thom. & Sancti Bonauent. qui concludunt, quòd Deus non poſſit diſpenſando præcipere malum ſecundum ſe, ideſt malum manens malum, cùm hoc eſſet iniuſtum, licèt poſſet pręcipere malum in ſe, quia tunc non eſſet diſpenſatio præcepti, Cum nec diſpenſauerit in præcepto decalogi prohibente homicidiū, cum Abraham, nec in præcepto: Non furtum facies, cùm præcepit filijs Iſrael ſpoliare Aegyptū, prędictas, tamen, ſententias ipſe Scotus retulit ſuppreſſis nominibus prædictorum doctorum. Et ſtatim ſubintulit infraſcriptis vtens verbis: Quęro an ſtantibus omnibus circunſtantijs eiſdem in iſto actu, qui eſt occidere hominem, variata ſola circūſtantia, prohibiti, & nō prohibiti, poſſet Deus facere, quòd ille actus, qui cum talibus circunſtantijs alijs, eſt aliqñ prohibitus, aliàs eſſet nō prohibitus ſed licitus? Si ſic, igitur, ſimpliciter pōt diſpēſare: ſicut ſimpliciter mutauit legē quātū ad ceremonialia, ꝙ dedit nouā, nō quidem faciens, ꝙ manēte præcepto de cerimonialibus, illa nō eſſent ſeruanda: ſed faciens, ꝙ actu illo manente

Concordia Diui Thomæ cū S. Bonauē.

Scoti ſentētia

manente eodem tenebat, qui ad illum ſicut priùs: Ita etiam diſpenſat quicumque legiſlator ſimpliciter quando reuocat præceptum iuris poſitiui facti ab eo:non quidem faciens,quod actu prohibito,vel præcepto manente ſecundum ſe,auferatur ratio illiciti,& fiat licitum: Si autem Deus non poteſt facere de actu, qui cum talibus circũſtātijs prioribus de prohibitio non ſit prohibitus,igitur, non poteſt facere, quòd occidere non ſit prohibitum:cuius oppoſitum manifeſtè patet de Abraham.hæc ibi Scotus,qui & ibidem in reſpõſione argumẽtorum in fi.in ver,& ad illud quod tangebatur. Infraſcriptis verbis vtitur,videlicet: & ad illud quod tangebatur in primo argumento, de filijs Iſrael ſpoliantibus Aegyptios, poteſt dici, quòd ibi non diſpenſauit contra præceptum de furto non faciendo, quia ipſi non acceperunt ſimpliciter alienum; tum quia Deus erat ſuperior dominus, & potuit transferre dominium illarum rerum in eos, etiam inuitis inferioribus dominis, tum quia filij Iſrael ſeruiẽdo Aegyptijs meruerant tāta recipere, & tunc per ſuperiorem iudicem potuerunt compelli: de cuius licentia filij Iſrael potuerunt iuſtè, & licitè accipere.hæc Scotus. Cuius verba,(quibus videtur mihi ipſum expreſſiſſe ſuam ſententiam)viſum fuit hìc ad verbum referre,vt Deo dante pateat ipſius ſententiam non diſcrepaſſe à Sancti Thom.ſentẽtia, quoad intẽtionem ipſius,& ſenſum verborum,licèt quoad ſonum, nõ poſſit negari,quin uideatur diſcrepaſſe. Attamen dictæ concordię pręmittam nõ nulla pro ipſius intelligẽtia. Ad id,ergo,quod dixit Scotus, quòd Deus poteſt mutare legẽ ſuam vt fecit,vt, ſcilicet, manẽte præcepto de cerimonialibus,illa non eſſent ſeruāda:ad hoc reſpondetur,quod maxima differentia eſt inter præcepta decalogi, quę aliàs moralia dicuntur,& ipſa præcepta cerimonialia, & iccircò nõ valeret conſequẽtia dicẽtis,mutare potuit cerimonialia,& mutauit ergo,& mutare poterit moralia præcepta: & ratio differentiæ eſt potẽtiſſima; eo, quòd pręceptorum cerimonialium tranſgreſſio ideò erat mala, quia prohibita, & non ideò prohibita,quia mala: vndè ceſſante tali prohibitione, ipſorum trāſgreſſio non eſt mala,imò modò,noſtra ętate taliũ obſeruatio eſſet cum peccato mortali,& meritò punienda,vt docet Sanctus Tho. in 1. 2.qõ.104.arti.4. in corp.qõ.afferẽs ad hoc ſentẽtiam diui Pauli Apoſtoli dicentis, [Ecce ego Paulus dico vobis,quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit] quod quidem nec negare poteſt ipſe Scotus cùm ſit eruditiſſimus Theologus: Præceptorum verò moralium tranſgreſſio ideò prohibita,quia mala,& non ideò mala,quia prohibita: cùm ipſa continet in ſe ordinẽ iuſtitiæ ſeruādę,tum erga dominum Deum, ipſum colendo, ad quod reſpiciũt præcepta primæ tabulæ ipſius decalogi; tum erga proximum cùm hoc contineatur in præceptis ſecundæ tabulæ, rationibus quàmplurimis allatis in relatione ſententiarum doctorum præcedentium,& præcipuè Sancti Thom.Caietani, Soti,ac Sancti Bonauenturæ,& aliorum:ex his omnibus,ergo,elicitur comparationem adductam à Scoto nihil concludere (cum reuerentia tamen tanti doctoris) contra ſententiam Sanctorum Thomæ,& Bonauẽturę: cùm luce clariùs pateat, quòd pręcepta ſecundę tabulæ prohibeant iniuſtitiam, quę per tranſgreſſionem ipſorum præceptorum miniſtraretur proximis, quod Deus nunquam poterit, (vt ſic) præcipere, cùm ſit ipſamet bonitas,& iuſtitia. Ad id vero,ꝙ ipſe Scotus uidetur concludere, quòd Deus ſi non poſſet pręcipere homicidium prohibitum non præcipiſſet Abrahę occiſionem filij ſui Iſaac ſicut fecit: vndè ipſe uidetur probare Deum poſſe præcipere homicidium prohibitum

7 Præcepta moralia quare ſint immutabilia.

S.Thomas. Gala.c. 5.ver. 2.

prohibitum præcepto : [Non occides :] Ad hoc, (inquam) Reſpondetur ipſum ſubtilem doctorem noluiſſe hoc aſſerere, ſed ſolùm, quod Deus poſſit præcipere regulariter prohibitam occiſionem innocentis, quod nō negauit Sāctus Thomas, nec reliqui pręcitati doctores, rationibus ſupra allatis ; non tamen elicitur indè Deum poſſe præcipere formaliter occiſionem, vel furtum, prout huiuſmodi actus prohibentur in pręceptis decalogi, cùm tunc in iſtis contineatur iniuſtitia, quod & ipſemet Scotus ſuam mentem quodammodo interpretando, & clariùs loquendo in reſponſione, ad argumenta, (vt ſupra) dixerit: Deum non diſpenſaſſe contra præceptum de furto non faciendo, cùm præcepit filijs Iſrael ſpoliare Aegyptum : rationibus ibi recenſitis. Vndè patet ipſum loquutum fuiſſe ſupra de homicidio materialiter ; & non formaliter ſumpto : & ſic concordat ipſe Scotus cum Sancto Thoma, in ſenſu, & mente, licèt, tamen, ſecundum ſonum verborum videatur ab ipſo diſcrepare.

Exodi, c. 20.

Primum Notabile ſit hoc.

Malum duplex eſt, aliud dicitur malum in ſe, & aliud, malum ſecūdum ſe; Illud dicitur malū in ſe, quod ideò malum eſt, quia prohibitum: quàpropter remota prohibitione non eſſet malum: Illud, verò, dicitur malum ſecundum ſe, quod ideò prohibitum, quia de ſua intrinſeca natura eſt malum, & vt ſic perſeuerat, & (vt verbis diui Bonauenturæ loco ſuprà citato, vtatur) dicitur manens malum.

8 *Malū duplex, videlicèt, in ſe, & ſecundum ſe, quid ſit.*

Secundum Notabile.

Vt percipiatur, quæ ſint præcepta primæ tabulæ, & quæ ſecundæ, memoriæ commendandum eſt, quòd [dominus Deus Móyſen alloquens in monte Sina, dedit ſibi duas lapideas tabulas teſtimonij ſcriptas, vtraſque digito Dei, quas cùm detuliſſet ſecum de monte deſcendens : poſtquam vidiſſet hebræos peccaſſe in fabricatione vituli aurei zelo accenſus, proijcienſque illas tabulas in conſpectu populi hebræorum, eas confregit. Et poſtquam quadraginta diebus, & noctibus panes non comedens proſtratus coram domino petijſſet veniam pro peccato Aarōn, & populi : dixit ei dominus, Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in montem, & ſcribam in tabulis verba, quæ fuerunt in his, quas antè confregiſti, poneſque eas in arca. cùmque ipſe Moyſes dolaſſet duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendit in montem habens eas in manibus : ſcripſitque dominus in tabulis iuxta id, quod prius ſcripſerat verba decem, quæ loquutus eſt dominus ad populum Iſrael in monte de Medio ignis, quando populus congregatus eſt,] & verba illa fuerunt decem præcepta ipſius decalogi, quæ in dicto cap. quinto Deuteronomij recenſentur, vt in margine notaui. Attamen altercatio non minima eſt inter doctores de qualitate præceptorum, quæ continentur in prima tabula; & qualitate præceptorum, quæ continentur in ſecunda tabula, de qua quęſtione diſputat Sanctus Bonauentura in libro tertio ſententiarum, diſtinctio. 37. articulo ſecundo, quæſtio tertia, & concludit, quòd ſi reſpiciatur ad ſenſum literalem, vera eſt aſſertio Ioſephi hyſtoriografi dicentis : quinque præcepta in vnaquaque tabula fuiſſe ſcripta. Si verò fiat diſtinctio, ſecundum ſenſum ſpiritualem, ſiue myſticum, vt diſtinxerunt doctores ſacræ ſcripturæ, dicendum erit, quòd mandata ordinantia ad Deum pertinent ad primam tabulam, mandata, verò, ordinantia ad proximum, pertinent ad ſecundam.

9 *Præcepta primæ, & ſecundæ tabulæ, quæ ſint, quot: & quomodo fuerint obiecta ab homine.*
Exod. c. 31. uer. 18.
Deuter. cap. 9.
ver. 10.
Ver. 15.
Ver. 16.
Ver. 17.
ver. 18.
ver. 20.
ver. 25.
Deuter. ca. 10.
ver. 1.
Ver. 2.
ver. 3.
ver. 4.
Deut. c. 5. per totum.

dam. Illa enim diſtinctio tabularum fiebat ad geminam charitatem commendandam, & inſinuandam. Et quoniam mandata ordinantia ad Deum, & ad proximum dupliciter poſſunt diſtingui, & diuerſificari, videlicet: diuerſitatę formali, & materiali: iccircò Origenes conſiderando materialem diſtinctionem præceptorum, dixit quatuor eſſet pręcepta decalogi, quæ ordinant hominem ad Deum. Materialiter enim loquendo, in hoc, quod dicitur.

Exodi, c. 20. [Non adorabis Deos alienos, & non facies tibi ſculptile, ,duo mandata intelliguntur, & includuntur ſecundum ipſum Origenem: Si verò conſideretur diſtinctio mandatorum ſecundum rationem formalem: ſic mandata ordinantia ad Deum non ſunt, niſi tria, tribus appropriatis trium perſonarum correſpondentia: & ratio eſt ſecundum ipſum Sanctum Bonauenturam: quia ſcriptura tabularum exterior debet reſpondere ſcripturæ interiori: ſed in tabulis cordis interiùs mandata ordinantia ad ſummam Trinitatem ſcribuntur in ſuperiori parte rationis: hæc autem non ſunt, niſi tria: ſecundum quòd tria ſunt appropriata, videlicet, memoria, intellectus, & voluntas: Mandata, autem, ordinantia ad proximum ſunt ſeptem, ita quòd illud, quod eſt de concupiſcentia vxoris alienæ, diſtinguitur ab illo, quod eſt de concupiſcentia rerum: ſecundum quòd alia, & alia eſt côcupiſcentia, ſecundum formam, & ſpeciem: & hoc modo conſiderauit Auguſtinus Sanctus, ait, enim, ſic ſuper Exodi, conuenientiùs, enim, mihi videtur, accipi illa tria, & iſta ſeptem, quia & trinitatem videntur illa, (quę ad

Exodi, c. 20. Deum pertinent) inſinuare. Et quòd dictum eſt: [Non erunt tibi Dij alieni pręter me,] hoc ipſum perfectiùs explicatur, cùm prohibentur coli figmenta. hęc omnia Sanctus Bonauentura, vbi ſupra, pro quorum maiori intelligentia ſciendum, ;quòd ſecundum Diuum Auguſtinum, ſunt prima

Exo. c. 20. uer. 3. illa tria præcepta decalogi, videlicet: [Non habebis Deos alienos coram me, Non aſſumes nomen Dei in vanum. Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices.] reliqua verò pręcepta decalogi per ordinem ibi recenſita dicuntur pręcepta ſecundę tabulę.

Tertium Notabile.

10 *Interpretari pręceptũ quid ſit.* Differunt inter ſe huiuſmodi tria, interpretatio pręcepti, diſpenſatio pręcepti, & reuocatio pręcepti: interpretari, enim, pręceptum eſt, dare rationabilem intellectum pręcipientis, & non tollendo obligationem pręcepti in aliquo: ſicut interpretatur ius diuinum Summus Pontifex, circa tertium pręceptum decalogi [Sabbatha ſanctifices,] in capitu. licet, extra de Fe-

c. Licèt, extra de Ferijs. Exo. c. 20. ver. 8. rijs, in quo cánone hęc habentur, videlicet: [licèt tam veteris, quàm noui teſtamenti pagina, ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputauerit, & tam eos, quàm alios dies maieſtati altiſſimę deputatos, nec non natalitia Sanctorum Martyrum eccleſia decreuerit obſeruanda: & in his, ab omni opere ſeruili ceſſandum. Indulgemus, vt liceat Parochianis veſtris, diebus dominicis, & alijs feſtis (pręterquam in maioribus anni ſolemnitatibus) ſi Alecia terrę ſe inclinauerint, eorum captioni, (ingruente neceſſitate) intendere, ita ꝙ poſt factam capturam, eccleſiis circumpoſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem.] hęc ibi, & ꝙ huiuſmodi interpretatio ſit iuxta

Marci c. 2. ver. 23. intẽtionẽ ipſius Dei legiſlatoris expoſuit dñs ipſe Ieſus, qñ Phariſei inſulta-

Ver. 24. bant contra S. Apoſtolos, qui in die ſabbathi ambulantes per ſata vellebant

Ver. 25. ſpicas, dicens: [Numquàm legiſtis, quid fecerit Dauid, quando neceſſitatem

Ver. 26. habuit, & eſurijt ipſe, & ij, qui cum ipſo erant? Quomodo introiuit in domo

Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panis propoſitionis manducauit, quos non licebat manducare, niſi ſolis ſacerdotibus, & dedit eis, qui cum eo erant. Et dicebat eis Ieſus (inquit Euangeliſta) ſabbathum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbathũ,] & huiuſmodi interpretationẽ in claris facere omnibus licet: in dubijs verò ſolùm ſpectat ad legiſlatorẽ, aut ad habentem ab ipſo talem poteſtatem, vel eius ſuperiorem. Diſpenſatio verò, & reuocatio important amotionem obligationis præcepti, ſed differenter: Quia diſpenſatio importat amotionem obligiationis præcepti, in caſu, & quo ad aliquid, vel aliquos, non autem quoad omnes, id eſt, diſpenſare eſt quempiam ſubditorum a lege excipere, conceſſa illi licentia, & facultate, ſine qua, legis pœnam, illud taliter conceſſum faciendo incurreret. & dicitur diſpenſare, quaſi diuerſa penſare. Reuocatio abſoluta importat amotionem obligationis quoad omnes. Quapropter indè ſequitur, quòd amota obligatione quoad aliquem, ſpecialiter per diſpẽſationem, ſiue quoad omnes generaliter per abſolutam reuocationem efficitur licitum, quod prius fuiſſet illicitũ: & ſic habemus tria notanda ſigillatim circa præcepta decalogi. Vt docet Durandus, in lib. 1. ſentẽ. diſt. 47. q. 4. nu. 6. & etiam Dominicus Sotus in lib. 1. de iuſti. & iure. qõ. 7. artic. 3. colum. 2. & notandum, quòd diſpenſatio impropriè ſumpta denotat declarationem, ſeu interpretationem, de qua latiùs in ſecundo Notabili, quæſtionis ſequentis.

Ver. 27.

11 *Reuocare præcepta quid ſit.*

12 *Diſpenſare quid ſit, & vnde dicatur.*

Durandus. Dñicus Sotus.

His præmiſſis præſenti quàm difficillimę quæſtioni ſatisfiet duabus concluſionibus. Prima, ergo, concluſio ſit hæc.

Deus Optimus Maximus diſpenſando præcipere non poteſt hominibus, vt ſibi liceat mutuare ſub vſuris, propriè ſumptis, ideſt, vt ſtante malitia vſurarum ſecundum ſe, & in ſuo robore perſeuerante, ſeu ſtante praua vſurarum formali ratione: mutuantes ſub huiuſmodi vſuris non peccent tranſgrediendo præceptum decalogi: [Non furtum facies] ſub quo prohibita fuit exactio vſurarum prædicta tamquam mala de ſui natura intrinſeca, continens iniuſtitiam. Hęc concluſio probatur omnibus auctoritatibus, & rationibus ſuprà allatis in recenſione prædictarum doctorum ſententiarum cũ ex illis luce meridiana clariùs veritas præſentis concluſionis èluceſcat.

13 *Diſpenſare in vſuris, quãdo dicatur Deum non poſſe.*

Exo. c. 20. uer. 15.

Secunda concluſio.

Deus ipſe omnipotens diſpenſando, (ideſt declarando ſuo pręcepto iuſtiſſimo) pręcipere poſſet, quod vſuram malam in ſe, (vt in primo notabili) liceret hominibus exigere: quia tunc huiuſmodi vſura exacta nõ eſſet (propriè loquendo) vſura prohibita præcepto: [Non furtũ facies] ſtante tali pręcepto, imò aſſequutio rei nõ ſuæ iuſtiſſima eſt ratione dominij illius à vero domino ſibi traditi: vnde ex huiuſmodi exactione nullũ peccatũ violationis pręcepti, [Non furtum facies] huiuſmodi exactor incurreret. Cùm talis vſura exacta non eſſet dicenda formaliter vſura, ſed materialiter, ſicut & furtum, quod fecerunt hebræi aſportantes ſpolia Aegypti, inuitis ipſis Aegyptijs, conſentiente, tamen, domino Deo, ac præcipiente ipſo omnium rerum directo domino.

14 *Diſpenſare in vſuris, quãdo dicatur Deum poſſe.*

Hæc concluſio probatur omnibus auctoritatibus, & doctorum ſententijs ſuprà relatis, & rationibus ibi enarratis pro concordia ipſorum, necnon & his, quas in reſponſione ad argumenta in contrarium adducta ſtatim afferam Deo dante.

Ad principale argumentum reſpondendo dico, ꝙ negatur conſequentia, & ad ipſius probationem dicitur: Similitudinem illam ibi allatam, nullam eſſe: cùm homines diſpenſando cum aliquo contra leges ſuas, hoc tantùm efficiant, vt tales tranſgreſſores non veniant plectẽdi pœna aliqua temporali per eos ſtatuta; Nõ autem, quòd illud tale prohibitum ſub aliqua pœna, iuſtè, ac ſine peccato peragant. Deus, autem, ſi diſpenſaret in aliquo malo opere, ſecũdum ſe, malo, à lege ſua prohibito, non amouendo ab ipſo iniquitatem eius: hoc concedere fuiſſet, vt ſimul, & ſemel, quis poſſet peccare, & quòd opus idem numero eſſet dignum pœna, & præmio, quod vtique eſſet maximę contradictionis, quod in Deo non eſt concedendum. Attamen ne aliquid inſolutum remaneat, ſigillatim reſponſum dabitur omnibus auctoritatibus, quę videbantur productę in fauorem ſecundę concluſionis, & contra contentam in prima concluſione, vt palàm fiat veritas vtriuſque concluſionis.

Reſpõſio quatruplex ad primam auctoritatem allatam ſuprà, in argumento.

Ad primam auctoritatem ſacrę ſcripturæ de Oſeæ Propheta reſpondendo dico, Primò, cum Sancto Thoma, in 1. ſecundę, qõ. 100. art. 8. in reſponſione ad tertium. quòd Oſeæ accedens ad vxorem fornicariam, vel mulierem adulteram: non eſt mœchatus: nec fornicatus: quia acceſſit ad eam, quæ ſua erat ſecũdum mandatum diuinum, qui eſt actor inſtitutionis matrimonij. Secundò cum Sancto Bonauẽtura dico, ꝙ illud, quod fuerat pręceptum à Deo; fuit malum in ſe (ſcilicet) cognoſcere non ſuam, & diuino præcepto factum eſt ei bonum: ſed, ſecundum quòd fornicatio dicit actum libidinoſum, & cognoſcere aliquam ex libidine, hoc dominus numquam præcepit. hęc S. Bonauent. in lib. 1. ſenten. diſ. 47. artic. vnico, qõ. vltima. Tertiò dico cum Riccardo de Media villa, in lib. 3. ſenten. diſt. 37, qõ. 5. in reſponſio. ad tertium, quòd Deus non præcepit Oſeę, quòd affectu fornicario filios generaret, ſed iccircò iuſſit, quòd faceret filios fornicationis, quia iuſſit, quòd illos generaret de muliere fornicaria, ad quã accederet non affectu fornicario, ſed ſicut ad mulierem factam ſuam ex mandato Dei. Quartò dico cum Durando in primo lib. Sententiarum. diſt. 47. q. 4. in reſponſione ad argumentum in fine, numc. 23. quòd Deus, qui poteſt mutare naturas, & conditiones rerum, potuit facere ꝙ mulier, quæ nõ erat Oſeę per perpetuum vinculum matrimonij, eſſet eius ad temporaneũ vſum, & ſic acceſſit ad ſuam, nec eſt fornicatus: quia fornicari eſt accedere ad non ſuã. dico quintò cum Domi. à Soto in lib. 2. de iuſt. & iu. q. 3. art. 8. col. 7. in ver. Pari modo poſſum dicere. Pari modo, ꝙ Deus tamquàm corporum dominus, non tamquàm legiſlator, potuit meretricis facultatem facere Oſeæ, vt illa vteretur, etiam inuita. Nam licèt conſenſus particularis iure ordinario requiratur ad matrimonium: tamen vbi Deus duos renuentes coniũgeret, tam legitima eſſet coitio (immo multò magis) quam ſi ipſi conſentirent. Tametſi, neq; illic Deus credendus eſt abſoluta poteſtate vſus, ſed cùm omnia diſponat ſuauiter, forſan conciliauit amborum animos: vt in matrimonium conſentirent. Sed in hoc ſenſu iuſſus eſt Oſeas facere filios fornicationis, quòd illius, iuſſus eſt ſuſcipere prolẽ ex ea, quæ tunc fornicaria erat. Nam ſi nullum aliud fuiſſet (per particulares conſenſus) matrimonium, conceſſio Dei, (quia dominus eſt corporum) ſat eſſet, vt copula illa non fuiſſet fornicaria. Ex his omnibus patet Deum non diſpenſaſſe cum Oſea in præcepto. [Non mœchaberis] cùm huiuſmodi iuſſa carnalis copulę

15

An Oſea peccauerit ſumẽdo ſibi fornicariam.

De facto Oſeę Sanctus Tho. S. Bonauent. Riccardus.

Durandus.

Dñicus Sotus.

Exodi, c. 20.

non ſit prohibita ſub dicto præcepto. Sed copula ex libidine, & inordinata voluntate, iuxta illud domini: [Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.] *Matt. c. 5. ver. 27. ver. 28.*

Ad ſecundam auctoritatem ſumptam ex libro Exodi, & Deut. per quam videbatur probari Deum diſpenſaſſe cum filijs Iſrael in præcepto: [Non furtum facies.] Reſpondetur Primò cum Sancto Thoma, vbi ſupra, quod filij Iſrael, quando aſportauerunt ſpolia Aegyptiorũ Dei pręcepto, non fecerunt furtũ: quia hoc eis debebatur ex ſententia Dei. Secundò cum Scoto, vbi ſup. Dominus non diſpenſauit cum illis contra pręceptum de furto non faciẽdo, quia ipſi non acceperunt ſimpliciter alienum, tum quia Deus erat ſuperior dominus, & potuit transferre dominium illarum rerũ in eos, ẽt inuitis inferioribus dominis: tum quia filij Iſrael ſeruiendo Aegyptijs meruerant tanta recipere, & tunc per ſuperiorem iudicem potuerunt compelli, de cuius licentia filij Iſrael potuerunt iuſtè, & licitè accipere. Tertiò cum diuo Bonauentura, vbi ſupra, quòd Deus præcepit huiuſmodi furtum, in quantum fuit malum in ſe, ſcilicet, accipere rem alienam: ſed hoc potuit facere, quia cùm ſit dominus omnium, dominium potuit transferre; ſed numquam præcepit, quòd ex libidine hoc facerent; illud, enim, eſt malum ſecundum ſe. Quartò cum Riccardo, vbi ſupra in reſponſione ad ſecũdum, ꝙ Deus non præceperit filijs Iſrael furtum facere, ſed ꝙ res, quas ille, qui dominus eſt omnium in ius eorum tranſtulerat, propter malitiã Aegyptiorũ; & propter ſeruitium, quod à filijs Iſrael receperant, ſecum deportarent. Quintò cum Durando, vbi ſupra, quòd potuit Deus facere, ꝙ res, quæ erant Aegyptiorum, fierent Hebræorum; vel ex mero dono Dei, qui eſt dominus omnium, vel in recompenſationem laboris, & ſeruitij, quòd impenderant Hebræi Aegyptijs, & ſic Hebręi non abſtulerunt rem alienam, ſed ſuam; & ideò non ſunt furati: Nullo, ergo, modo facta eſt diſpenſatio in præcepto, [Non furtum facies;] quia non eſt factum, ꝙ à furto (ipſomet manente in ſua natura) ſit ablata ratio illiciti, quod pertinet ad diſpenſationem: ſed ſolùm mutata eſt natura, vel conditio rei, vt iam in ea non habeat locum furtum, (vt latiùs in relatione ſententię ipſius dixi,) & Sextò cùm Soto, vbi ſupra colum. 6. in fine, in ver. Pari, ergo modo, vbi infraſcripta dixit, videlicèt: Pari, ergo, modo licèt Deus vaſa Aegyptiorum tamquam dominus tradidiſſet Hebręis, eiſdemq; poſtea terram promiſſam: neutique diſpenſauit in furto, neque illud fuit furtum: nam licèt peculiares domini inuiti fuiſſent priuati, à ſupremo, tamen, domino fuit facta donatio. Idque indè confirmatur, ꝙ licèt (quod eſt impoſſibile) Deus non fuiſſet legiſlator, neq; vlla in leges poteſtate fungeretur, legitima fuiſſet vſurpatio illa, quod teſtimonium eſt, nihil illic diſpẽſationis interueniſſe. loquutus tamen ſum (inquit Sotus) hic ſub conditione: quoniam Deus in traditionibus illis non abſoluta poteſtate domini vſus eſt; ſed legitima iudicis auctoritate. Nam quoniam de laboribus, quo Aegyptijs Hebręi impenderant, nullam receperãt mercedem, iuſto iudicio illam eis Deus perſoluit. Et vt legitur Deuter. c. 9. [propter execranda Chananæorum ſcelera, pepulit eos ſuis ſedibus, & in quas Iſraelitas induxit.] Et quando iudex crimnoſum (licèt inuitum,) ſuis bonis priuat: neutique in furto diſpenſat: Prohibitione, enim, illa furandi, ſolùm interdicitur id, quod naturæ ius vetat, nempè innocentem inuitum auctoritate priuata ſuis bonis nudare.

Reſponſio facta ad ſecundam auctoritatem allatam pro parte affirmatiua.

16

Hebræi, Filij Iſrael non peccauerunt ſpoliando Aegyptum, & quare.

S. Thomas. Scotus. S. Bonauent. Riccardus. Durandus. Sotus. Deut. c. 9.

17

Abraham nõ peccauit quã do voluit ĩmolare Iſaac filium ſuum, licèt Deus tunc non diſpenſauerit in præcepto; Nõ occides, & quare.

S. Thomas, S. Bonauen.

A d tertiam auctoritatem, de homicidio, quod perpetrare intẽdebat Abraham iuſſu Dei immolando Iſaac filium ſuum. Reſpondeo. Primò cum Sãcto Thoma, vbi ſupra, quòd Abraham conſenſit occidere filium, ſed non conſenſit in homicidium, quia debitum erat eum occidi per mandatum Dei; qui eſt dominus vitę, & mortis. Ipſe enim eſt, qui pœnam mortis infligit omnibus hominibus iuſtis, & iniuſtis, pro peccato primi parentis: cuius ſententię ſi homo ſit exequutor auctoritate diuina, non erit homicida, ſicut nec Deus. Secundò cùm S. Bonauent. vbi ſupra, ꝙ illud, quod fuit præceptum Abrahæ non erat malum ſecundum ſe: quia Iſaac, quàmuis non eſſet reus mortis ſibi infligendæ ab homine, tamen, ratione peccati originalis reus erat mortis temporalis ſibi infligendæ à Deo, ad quam habebat neceſſitatem: & ideò Deus habebat auctoritatem, & ita de iure potuit illam auctoritatem Abrahę ex cauſa committere. Tamen aliqui volunt dicere, quòd non præcepit occidere, ſed offerre. ſed contra hoc eſt gloſa, & textus, quia dicitur, quod portauit ignem, & gladium. Tertiò cum Riccardo, vbi ſupra in reſponſione ad ſecundum, ꝙ per illud pręceptum. [Non occides] prohibetur (ſecundum intentionem) occiſio hominis ſine rationabili cauſa, innocens autem ex rationabili cauſa poteſt occidi, ſcilicet, cùm hoc præcipit ille, qui eſt dominus vitæ, & mortis, quod ipſe dominus rationabiliter præcipere poteſt; tum quia homo in ſtatu naturæ lapſæ, eſt propter peccatum originale debitor mortis: tum etiam propter vtilitatem maiorem illius, qui occiditur, & communis vtilitatis, qua de cauſa afflixit Iob pluſquam exigerent peccata actualia ipſius, quæ fecerat ipſe. Vnde ipſe Iob dixit [vtinam apprehenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera: quaſi arena maris hæc grauior appareret: Vnde & verba mea dolore ſunt plena] hęc Riccardus. quàpropter afferam, & ſentẽtiam diui Auguſtini in primo lib. de ciuitate Dei. c. 17. & 18. his verbis vtẽs, videlicet. Non autem ipſe occidit, qui miniſterium debet iubenti: ſicut adminiculum gladius eſt utenti: & ſic Abraham non ſolùm non eſt culpatus crudelitatis crimine, ſed laudatus nomine pietatis, ꝙ voluit filium nequaquam ſceleratè, ſed obedienter occidere. cuius diui Auguſtini ſententia canonizata eſt in c. ſi non licèt, 23. q. 5. Dicam inſuper, & Quartò cum Dominico à Soto vbi ſupra, ꝙ Deus iubens Abrahę imolationem filij, ne vtiquam in homicidio. diſpęnſauit: quia ſi non eſſet niſi legiſlator, id neutiquè potuiſſet facere, ſed quia eſt dominus vitæ, potuit illam tradere in poteſtatem Abrahæ: ſicut pecoris dominus poteſt eius uitam, cui voluerit, concedere. Atque hac ratione illic non fuit homicidium: quia vt dictum eſt de prohibitione furti, interdicto homicidij ſolùm prohibetur id, quod lex naturalis abhorret. Quare cùm iudex tradit reum carnifici, non diſpenſat in homicidio, quia prohibitio non extenditur ad occiſionem illam; immo illam præcipit: ſicuti neque eſt diſpenſatio, ꝙ quiſq; inculpata tutela inuaſorem interficiat, quia id natura nõ vetat. Vnde ſi homo eſſet dominus vitæ ſuæ, ſicut ſuæ pecudis citrà diſpenſationem poſſet facere facultatem, vt ſe occideret aliquis, vel ſemetipſum vnuſquiſque poſſet interficere.

Riccardus.

Iob. c. 6. uer. 2.

Ver. 3.

S. Auguſt.

c. Si non licet. 23. q. 5.

Dñic⁹ à Soto.

18

An Deus diſpenſauerit cũ Samſone vt ſe interficeret.

c. Simon licèt, 23. q. 5.

Ad quartam auctoritatem de morte Samſonis, (cùm nulla appareat diſpenſatio, nec cauſa diſpenſationis,) iccircò reſpondebo cum S. Thom. in 2. 2. quęſt. 64. art. 5. in reſpõ. ad quartum, in 1. de ciuitate Dei. c. 21. Tomo 5. & habetur in c. Simon licet. 23. q. 5. & ibi per canoniſtas, & diuũ Auguſtinũ, dicendo, ꝙ Nec Samſon aliter excuſatur, ꝙ ſe ipſum cũ hoſtibus ruina domus, oppreſſit,

ǫppreſſit,niſi ꝙ latenter Spiritus ſanctus hoc iuſſerat, qui per illū miracula fa
ciebat ; & ꝙ in huiuiuſmodi inſpiratione diuinitùs facta Samſoni nulla repe-
riatur diſpenſationis ſpeties per ſe patet , cùm Deus fuerit, & ſit corporis ip-
ſius dominus,vt de Abraham diximus, & ſic patet Samſonem nō propria vo
luntate ductus ſe interfecit,ſed Dei iuſſu: vndè & meritò inter catalogū San- Hebr. cap. 11.
ctorum Apoſtolus eum connumerauit. ver. 32.

Ad quintam de Eleazaro.Reſpondeo cum Dominico à Soto Vbi ſup.nul 19
lam ibi fuiſſe Dei diſpenſationem, ſed ꝙ ipſe Eleazarus veluti ſtrenuus miles *An Deus diſ-*
elephantem illum poſthabita propria ſalute impetiuit. *pēſauerit cum*
Eleazaro, qui

Ad ſextam auctoritatē de matrimonio Abrahæ cū eius ſorore noīe Sara. *ſe interfecit.*
Reſponderi poteſt,vnà cum Soto in 4. ſententia.diſt.40.qō.vnica. arti.4.col. Sotus.
9.in ver.At verò cùm.ꝙ licèt poſſit dici, ꝙ ſpeciali diuina reuelatione,ac con 20
ceſſione Abraham contraxerit matrimonium cum Sara : tamen , cùm nulla *An Deus diſ-*
neceſſitate ad hoc dicendum compellamur , & huiuſmodi diuina reuelatio *penſauerit in*
nullibi ſcripta reperiatur : cùm Ioſephus in lib.de antiquitate c.14. & Sancti *matrimonio*
patres non potuerint ſibi tale matrimonium perſuadere contractum inter fra *Abrahę , &*
trem,& ſororem ex parte patris , contra quod & natura ipſa ręclamare vide- *Saræ .*
bantur. Et ideo diuus Hieronymus tum in quæſtionibus hebraicis ſuper eū- Sotus.
dem locum Geneſis. c.20. tum contra Eluidiam , & in prologo ſuper Iob,& Ioſephus.
Diuus Auguſtinus,lib.16. de ciuitate Dei. cap.19. ſed latiùs 22.contra Fau- S.Hyeron.
ſtum.c.35.& in quæſtionibus Geneſ.& refertur in c. Quæritur.22.q.2.aſſeue S. Augu.
ranter docent Saram non fuiſſe niſi filiam Aram fratris Abraham ; ac per in- ca. Quæritur, 22.q.2.
dè ſororem Loth,quem Aram genuerat , ut legitur in lib. Geneſ.c.11. 21

Et eamdem ſenteutiam amplexatus fuit diuus Thomas in 2.2.q.110.ar.3. *Abraham an fuerit frater Sarę .*
in reſp. ad tertium addens rationem dicti Abrahæ, dicentis [Verè ſoror mea S. Tho.
eſt filia patris mei,& non matris meæ filia,]quia, ſcilicet,ex parte patris ei at- Geneſ.ca. 20.
tinebat. Et quàmuis diuus Chriſoſtomus Homilia 45.ſuper Geneſim uidea- ver. 12.
tur in contrariam opinionem deflectere , non tamen ita planè hoc affirmat, S. Chriſoſt.
ſolùm,enim,addit ad verba textus, Data eſt mihi in vxorem,quia & eumdem
patrem vocat,quem & ego: & ideò eam ſororē vocaui. Enimuerò, quia Tha
re erat paterfamilias illius domus , quæ à Babilonia receſſerat,illeq; totā du-
ctabat, adminiſtrabatquè familiam, non ſolùm filij,verùm etiam nepotes ap-
pellabant eum patrem. Et per hoc ſoluitur argumentum ex Geneſis lib.c.20.
collectum.Dixit enim non ſolùm eſſe ſororem, ſed verè ſororem:quia ſoror,
& verè ſoror idem eſt,ſed adiecit, filia patris mei: nam illa ratione omnes di-
cebantur fratres,quòd Thare omnes appellabant patrem. Atque id planè cō
firmatur,quia ſimiliter Iſaac de Rebecca Gen. c.26. quam conſtat non fuiſ- Geneſ. ca: 26.
ſe ſororem eius , ſed filiam Nachor fratris Abrahæ, rogatus à viris Geraris, ver.7.& 9.
quæ nam eſſet,reſpondit,ſoror mea eſt. Et Geneſ. c.13.ait Abraham ad Loth, Gen.c.13.ver.
[fratres ſumus:] quod ſic dixit, quia erat conſobrinus eius,eodem modo Sa- 8.
ram appellauit ſororem : ſi verò , quia erat Leuir , ſcilicet,frater Saræ uxo-
ris ipſius Abrahę.Idem colligitur,videlicet, quod Sara erat filia Aram patris
Loth. Cuius præterea magnum argumentum eſt, quòd Geneſis. c.11.Vbi fa Gen.c.11.ver.
milia Thare recenſetur , ſic legitur : [Tulit itaque Thare Abraham filium 31.
ſuū, & Loth filiū Aram filij ſui,& Sarai nurum ſuam uxorē Abrahæ filij ſui.]
ſi autem Sara fuiſſet filia ſua ; id quoq; expreſſiſſet ſicuti de Aram, & Abra-
ham: & tamen non appellauit niſi nurum,vxorem filij ſui Abrahæ. Ex his om
nibus patet nullam diſpenſationem in dicto matrimonio adfuiſſe.

Exod.cap.20. 22

An Deus diſpenſauerit cũ Machabæis circa uiolationem ſabbathi, vt præliari liceret eis cõtra hoſtes ſuos, et hoc præceptũ qualiter ſit interpretãdum.

Matth.cap.12. ver.1.& ſequẽ. Luc.c.13.uer. 14.15.& 16.

Ad vltimam auctoritatem de diſpẽſatione præcepti, [ſabbatha ſanctifices] facta cum Machabæis. Reſpondetur (vltra allata ſupra in notabili 3.) cum S. Thoma, vbi ſupra in reſponſione ad quartum, quòd illa excogitatio magis fuit interpretatio præcepti, quàm diſpenſatio. Non, enim, intelligitur uiolare ſabbathum, qui facit opus, quod eſt neceſſarium ad ſalutem humanam. hęc diuus Thomas, vbi ſupra, quod & dominus approbauit Matth.c.12. vbi hęc habentur, videlicet: [In illo tempore abijt Ieſus perſata Sabbatho, diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare: Phariſei autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet eis facere ſabbathis. At ille dixit eis, Non legiſtis quid fecerit Dauid, quando eſurijt, & qui cum eo erant; Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei comedere, neque his, qui cum eo erant: niſi ſolis ſacerdotibus?] & Rurſus, Dominus Ieſus (apud Lucam.cap.13. ver. 14.15.& 16.) nonne idem docuit reſpondens Archiſinagogo indignanti, quia ipſe dominus curaſſet homines die Sabbathi. [Reſpõdẽs autem ad illum dominus dixit, Hypocrita, Vnuſquiſque veſtrum ſabbatho non ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit ad aquare? Hãc autem filiam Abrahę, quam alligauit Satanas ecce, decem, & octo annis, nõ oportuit ſolui à vinculo iſto, die ſabbathi?] & idem S. Thomas, in 2.2. q.122. artic.4. in reſp. ad tertium, in fi. dixit, Et ideò opus corporale pertinẽs ad cõſeruandam ſalutem proprij corporis non violat ſabbathum, quoniam nõ eſt contra obſeruãtiam ſabbathi, ꝙ aliquis comedat, & alia huiuſmodi faciat, quibus ſalus corporis conſeruatur, & propter hoc Machabei nõ polluerunt ſabbathum pugnãtes ad ſui defenſionem: vt legitur 1. Machab.c.2. Item opus corporale; quod ordinatur ad ſalutem alterius nõ eſt cõtra obſeruãtiam ſabbathi. Vnde dicitur Io. c.7. ver.23. [Mihi indignamini, quia totum hominem ſaluum feci in ſabbatho] ſimiliter etiam opus corporale, quod ordinatur ad imminẽs damnum rei exterioris vitandum non violat ſabbathum. Vnde dixit Dominus Matth.ca.12. ver.11. [Quis erit ex vobis homo, qui habet vnam ouem, & ſi ceciderit ſabbatho in foueam, non ne tenebit, & leuabit eam.] Ex his, ergo, omnibus expoſitionibus auctoritatum ſacræ ſcripturæ, & rationibus allatis luce meridiana clariùs patuit veritas noſtrarum concluſionum præſentis quæſtionis.

1. Macha. c.2.

Ioan. c.7. ver. 32.

Mdtth.cap.12. ver.11.

QVAESTIO NONA.

Vtrum Summus Pontifex poſſit diſpenſare cum hominibus vt exigendo vſuram malam in ſe, ipſi non peccent.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio quid ſit, & unde dicatur.*
2 *Diſpenſare circa ius, & declarare ius differunt, & in quo.*
3 *Diſpenſare propriè quid importet.*
4 *Papa non poteſt ſine cauſa diſpenſando præcipere, vt vſurarum exactio fiat ſine peccato.*

ET videtur primò dicendum, quòd Summus Pontifex poſſit diſpenſare cum hominibus, vt ipſi exigentes vſuras, (quæ ſunt malæ in ſe) non peccent: quod & videtur probari tali pacto, videlicet: Si Summus Pontifex non poſſet diſpenſare in huiuſmodi vſuris, ſequeretur hoc abſurdum; videlicet: q ipſe non eſſet Vicarius Dei in terra. At conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens: ac indè neceſſariò ſequitur ipſum diſpenſare poſſe, & quòd conſequens ſit falſum probatur per tex. in c. Vbi periculum, §. cœterum, de elect. in 6. qui text. eſt Gregorij decimi, in generali Lugdunenſi concilio: Vbi [Summus Pontifex appellatur Vicarius domini noſtri Ieſu Chriſti, ſucceſſor Petri, & rector Eccleſiæ vniuerſalis.] His, ergo, ſtantibus, probari videtur Summum Pontificem poſſe diſpenſare in vſura mala in ſe, ex eo, quòd & Deus, (cuius eſt vicarius) in huiuſmodi diſpenſare poteſt, vt fuit probatum in præcedentis quæſtionis concluſione ſecunda, cùm ſit dominus omnium directus. Si ergo Deus poteſt: indè videtur ſequi, Papam poſſe: ratione iam adducta.

Antecedens. *Cõſequentia.* *c. Vbi periculum, de elect. in 6.*

SED CONTRA text. eſt apertiſſimus in c. ſuper eo. extra de vſuris, in quo Alexander Tertius dicit, quòd [cùm vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur: ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri, nõ videmus.]

Reſpondeo præſenti quæſtioni ſcitu digniſſimæ vnica concluſione præmittendo, tamen, illi duo notabilia, ad maiorem veritatis dilucidationem.

Primum Notabile ſit hoc.

1

Diſpẽſatio eſt iuris relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui habet ius diſpenſandi. Vnde diſpenſare dicitur, quaſi diuerſa penſare. vt docet S. Bonauentura in quarto ſententia. diſt. 19. circa literam dubio ſexto.

Diſpẽſatio qd & vnde dicatur. *S.Bonauent.*

Secundum Notabile.

2

Maxima differentia eſt inter declarare, ſeu interpretari ius, & diſpenſare circa ius. Ius, enim, interpretatur quiſquis ita illud explicat, vt oſtendat apertè, an ius illud, illud id, de quo agitur, includat necne, vt in l. fin. C. de legibus, l. Scire leges, cum ſibi proximis. ll. ff. de legib. & c. cùm veniſſent, extra de iudicijs. Lex namque illa naturalis. [Non occides.] per humanas leges ita explicatur, vt cõſtet per eam homicidium ad defenſionem commiſſum minimè prohiberi, vt in l. vt vim, ff. de Iuſt. & iure. Naturalis, enim, ratio dictat defenſionẽ omnibus permiſſam eſſe. ſic etiã lex illa, [Furtũ non facies,] ita intelligẽda eſt: vt furtum committere non dicatur, qui fame coactus, victus gratia, alienum aſſumit. vt in c. ſi quis propter neceſſitatem. extra de furtis. Diſpenſat (verò) circa ius, qui data legis obligatione;) ab ea priuatim aliquem eximit: Etenim ſecundum Sanctum Thomam, (in 2. 2. qõ. 88. artic. 10. cui aſtipulatur tex. in l. Nequè leges, & tribus alijs ll. ſequenti. ff. de legib.) lex ponitur reſpiciendo ad id, quod eſt in pluribus bonum: ſed quia contingit huiuſmodi in aliquo caſu non eſſe bonum, oportuit per aliquem determinari in illo particulari caſu, legem non eſſe ſeruandam: & hoc eſt auctore ipſo Sancto Tho. vbi ſupra propriè diſpenſare in lege: cuius rei extat exemplum in capitu. De multa, extra de præben. Iure, enim, humano Nobiles, & litterati duo beneficia curam animarum habentia, obtinere prohibentur. At Romanus Pontifex aliquem nobilem, aut litteratum ab hac iuris humani prohibitione eximere poteſt. Sed animaduertendum, quòd (ſecundum Sanctum Thomam,

Diſpenſare circa iᵒ, & declarare ius differt, et in quo. *l. fi. C. de legi. l. Scire leges, cum ſibi proximis legibus, ff. de legibus.* *c. Cùm veniſſent, extra de iudi.* *l. Vt vim, ff. de iuſti. & iure.* *c. Si quis propter neceſſitatem, extra de furtis.* *S. Thomas.* *c. De multa, extra de præb.*

vbi

3 *Diſpēſare proprie quid importet.*

vbi ſupra, in reſponſione ad ſecundum,) cùm diſpenſatur in aliqua lege humana, non fit tunc, vt legi humanæ non obediatur, (quod eſt contra legem naturæ, & mādatum Dei) ſed fit, quòd hoc, quod erat lex, non ſit lex in hoc caſu. His præmiſſis ſatisfiet quæſtioni præſenti vnica concluſione.

Vnica concluſio ſit hæc.

4 *Papa nō pōt diſpenſare vt vſurarū exactio fiat ſine peccato.* Exodi.c.20.

Summus Pontifex non poteſt diſpenſando præcipere hominibus, vt exigerent ſine peccato vſuram (malam in ſe) Niſi ſpecialiter ſibi dñs Deus hanc facultatem dediſſe. Dixi vſuram malam in ſe (iuxta notabile Primum allatū, ac enucleatum in præcedenti qōne.) ad differentiā concluſionis ſecūdę dictę qōnis, in qua diximus Deum poſſe præcipere: rationibus allatis in recitatione ſententiarum doctorum, cùm tunc ibi nulla reperiretur diſpenſatio præcepti: [Non furtum facies] ſub quo vſuræ exactio prohibetur ab ipſo Deo, vt latiùs ibi, & dicam in reſponſione ad ſecundam auctoritatem allatam ad reſponſionem ad argumentum: Dixi[niſi ſpecialiter,] &c. quoniā tunc repræſentaret Dei perſonam, & eſſet nudus miniſter, vt diximus, & probauimus fuiſſe Abraham intendentē immolare filium, & ipſos hebræos ſpoliantes Aegyptum, & ſic non poteſtate priuata, & ſua voluntate Papa concederet per extorſionem vſurarum vni quod erat alteri, ſcilicet, ſoluentis vſuras. Sed proprium ſuum, inquantum in hoc repræſentaret Dei iubentis, & domini omnium perſonam: vnde quoad ad hāc particulam vltimam, aliam probationem non adducam, cùm per allata in dicta qō. 8. horum veritas pateat: quoad primum, ergo, membrum huiuſmodi concluſio probabitur triplici medio. Probatur, ergo, pręſens cōcluſio Primò, per tex. in c. ſuper eo. extra de vſu. in quo Alexā. Tertius ſcribens Archiepiſcopo Panormitano, infraſcriptis verbis vſus fuit, videlicet: [Cùm vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus: quia cùm ſcriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multò magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captiui, vſurarum crimine inuoluatur,] hæc ibi.

cap. Super eo, extra de vſur.

probatur quoque, (vltra alia iura allata, in qō. 3. 4. 5. & 6. in quibus fuit probatum vſuram exigere eſſe prohibitum de iure naturali, diuino in teſtamento veteri, & in teſtamento nouo, & de iure canonico, per argumentum in cap. ſicut quædam, diſ. 13. vbi Leo Papa ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, in epiſtola 90. ſcribens dixit, quòd [tum pro neceſſitate temporum, tum pro cōſideratione ætatum, oportet nonnulla temperari: hac tamen conſideratione ſeruata, vt in his, quæ vel dubia fuerint, aut obſcura, id nouerimus ſequendum, quòd nec præceptis Euangelij contrarium, nec decretis Sanctorum patrum inueniatur aduerſum.] hæc ille. ex cuius verbis patet veritas noſtræ concluſionis. Cùm probatum ſit iam (non bis,) huiuſmodi vſurarum exactionem eſſe contra præceptum Euangelij. Probatur & ſecundò præſens cōcluſio doctorum infraſcriptorum auctoritate: Sāctus, enim, Thomas in 1. 2. q. 97. artic. 4. in reſpon. ad tertium, infraſcriptis verbis vtitur, videlicèt: Ad legem, autem, diuinam ita ſe habet quilibet homo, ſicut perſona priuata ad legem publicam, cui ſubijcitur: Vnde ſicut in lege humana publica non poteſt diſpenſare niſi ille, à quo lex auctoritatem habet, vel is, cui ipſe commiſerit: ita in præceptis iuris diuini, quæ ſunt à Deo, nullus poteſt diſpenſare niſi Deus, vel is, cui ipſe ſpecialiter committeret. hæc ibi, & idem Sanctus prædicta docet etiam in quodli. 4. ar. 13. Riccardus, de Media villa in 4. ſentent. diſt. 27. artic. 4. q. 4. Caietanus in Commentarijs ſummæ Sancti Thom. vbi ſupra,

cap. Sicut quædam. diſt. 13.

S. Thomas.

Riccardus. Card. Caietanus.

Domi-

Dominicus à Soto, in lib. 1. de iuſti. & iure, q. 7. artic. 3. in fine, in reprobatione opinionis Innocētij, & Panormitani, de diſpenſatione eorum, quæ ſunt de iure diuino, ſine cauſa facta, & ex canoniſtis Specul. in prima par. ti. de diſpēſatione, §. Nunc breuiter, numero 2. in ver. 2. contra. Sanctus Bonauentura in 4. ſentētia. diſt. 19. dubio ſexto. Didacus Couarruuias in cap. 6. ſecundæ par. Epitom. in quartum lib. Decret. §. 9. num. 2. 3. & 4. qui ad hanc veritatem tuēdam adducit innumeros alios doctores, licèt dicat cōtrarium ſentijſſe Panormitanum, in c. Non eſt, extra de voto, cùm ibi dixerit Papam poſſe cum cauſa in iure diuino diſpenſare. Idem Couarruuias hanc concluſionem probat in c. 1. nume. 8. tertij libri variarum reſolutio. & Conradus in tract. 2. de contractibus, q. 27. conclu. 1. Immo, & Panormitanus ipſe, qui correctiùs loquens in c. licèt, extra de ferijs, in ver. Nota Papam, infraſcriptis vtens verbis, ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni, videlicet: Nota Papam poſſe diſpēſare ex cauſa certa circa diſpoſitionem veteris, & noui teſtamenti, etiam circa pręcepta moralia affirmatiua: vt eſt hoc [Sabbatha ſanctifices,] & veritate inſpecta, Papa potius interpretatur, quàm relaxat, quod ex cauſa iuſta poteſt. hæc ibi, qui & adhùc correctiùs loquens in c. fi. extra de conſuetudine, nume. 3. in ver. Certum eſt autem, dixit, certum eſt autem, quòd ius poſitiuum etiam ciuile quandoquè diſtinguit ius diuinum. Nam regula illa iuris diuini: [Non ſtabit teſtis vnus cōtra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit; ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum, reperitur limitata per ius ciuile, & canonicum: quia in multis caſibus requiruntur plures teſtes, & in alijs pauciores (quos enumerat Sylueſt. in ſua Summa, in ver. teſtis, §. 5.) Item illud præceptum generale: [Non occidas:] reperitur in varijs caſibus limitatum. Nam etiam in multis caſibus hodie permiſſum eſt occidere, qui non ſunt expreſſi in iure diuino. facit c. Pro humani, de Homicidio in 6. in quo impunè occidi permittuntur quidam aſſaſſini, & in l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vindicare, vbi dicitur [impunè occidēdos fore nocturnum depopulatorem agrorum, aggreſſorem itinerum, & militem deſertorem:] Vnde concluditur, (inquit Panormitanus, vbi ſupra,) quòd vbi ratio naturalis ſuadet ius diuinum diſtingui, & limitari, tūc tranſgreſſio non inducit peccatum: quod & præſumitur hoc voluiſſe dominum Deum: cùm noluerit omnes caſus diſtinguere, ſed dedit regulas generales; & poteſtatem generalem tribuit vicario ſuo, vt quicquid ligauerit, &c. vt in c. quodcumq;. 24. q. 1. ſed vbi nulla ratio naturalis ſuadet ipſum ius diuinum mutari, ſeu limitari: tūc nulla lex, nulla conſuetudo valet: Vnde tunc Papa diceretur potiùs errare, quàm legem condere, quando taliter diſponeret cōtra ius diuinum ſine cauſa: & ſic eſt intelligendus tex. in c. ſunt quidam, 25. q. 1. & duos canones ſequētes. hæc Panormitanus, cui aſtipulatur Felinus in c. Quæ in eccleſiarum, colum. 5. extra de conſuet. hoc idem probans in perſona Principum, pro bono communi. Qui omnes Doctores vſurpant diſtinctionem pro interpretatione, vt ex verbis ipſorum patet. Probatur & Tertiò pręſens concluſio hac ratione irrefragabili, quam afferunt Sanctus Bonauent. & Riccardus, vbi ſupra, & eſt hæc, videlicet: Cùm Summus Pontifex ſit ſubditus legi diuinæ, ac naturali, & vſuram malam in ſe exercere ſit omnibus prohibitum vtroque iure: indè ſequitur ipſum Summum Pontificem non poſſe diſpenſare in vſuris: cùm illius ſit (regulariter) diſpenſare, cuius eſt lex illa, ſuper qua quæritur diſpenſatio: vel ſaltem de ipſius voluntate, (vt patet ad ſenſum) expreſſa: vel ta-

cita:

Dñicus à Soto.

Specul.

S. Bonauentu.

Couarruuias.

Conradus.

Panor.

Deu. c. 19 ver. 15. & ſ c. licet vniuerſis, extra de teſtib.

Syluest.

c. Pro humani, de homici. in 6.

l. 1. & 2. C. quādo liceat vnicuiq; ſe uindi.

c. Quodcumque, 24. q. 1.

c. Sunt quidā, 25. q. 1.

Felynus.

Ratio concluſionis.

cita: cùm neutrum eſſe ſupponamus in caſu præſentis quæſtionis.

Ad argumentum, modò, quàm facillima erit reſponſio, negando conſequentiam illam elici ab illo antecedenti, & ad probationē dicitur falſum eſſe aſſerere, ꝙ omnis vicarius alicuius, eo ipſo ꝙ effectus eſt vicarius, ei tradita ſit omnimoda poteſtas, quam de iure habet is, cuius eſt vicarius, (vt patet ad ſenſum) indè ſequitur, etiam, quòd licèt Summus Pontifex ſit Vicarius Dei, non poteſt, tamē, omnia, quæ Deus ipſe, niſi iuxta ſibi delegatam poteſtatem. Ad auctoritatem cap. licèt, extra de Ferijs, dicendum erit, quòd ibi Summus Pontifex non diſpenſauit, ſed tantùm diuinum pręceptum affirmatiuū (Sabbatha ſanctifices) interpretatus fuit: cùm præcepta ipſa affirmata non obligent ſemper, & ad ſemper, ſed ſemper ſolùm, concurrentibus circunſtantijs, requiſitis, (vt latiùs diximus, & probauimus cum Sancto Thoma, in 1. qōne, Notabili primo.) Præceptum, verò, de non exigendo vſuras continetur ſub pręcepto negatiuo obligante ſemper, & ad ſemper, ſcilicèt, [Non furtum facias:] & ſic patet, quòd alia reperitur ratio in ipſo Domino Deo, (qui dominus directus omnium eſt,) & alia in Summo Pontifice, (qui eſt miniſter, & vicarius ipſius Dei;) Vndè ei non licebit ſine cauſa ſpeciali, aut diuina reuelatione auferre per conceſſionem extorſionis vſurarum rem poſſeſſam de iure ab vno, & alteri tradere, ratione iam dicta.

QVAESTIO DECIMA.

Vtrum Principes Chriſtiani poſſint licitè permittere fieri vſurarium exercitium in terris ſibi ſubiectis.

SVMMARIVM.

1 *Principibus Chriſtianis inhibitum eſt permittere vſuras in terris ſuis.*
2 *Dictantes, & cooperantes in ſtatutis fouentibus vſuras ſunt excommunicati.*

ET videtur primò dicendum, quòd principes Chriſtiani licitè poſſint permittere fieri vſurarium exercitium in terris ſibi ſubiectis: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet: ſi principes Chriſtiani non poſſent permittere exerceri in ſuis terris vſurarū exercitium; ſequeretur, quòd non poſſent permittere fieri meritricium exercitium. At conſequens eſt falſum: ergo, & Antecedens, & quòd ſit falſum: per ſe patet, cùm non ſolùm ſeculares principes paſſim hoc permittant, necnon & eccleſiaſtici in terris ſibi ſubiectis: & ꝙ hoc conſequens eliciatur ab illo antecedenti: probatur hac ratione. Vbi, enim, eſt eadem ratio, idem eſſe debet & ius, at eadem ratio prohibitionis, & permiſſionis reperitur in exercitio vſuræ, & in exercitio meretricij: ergo, par etiam ius debebit eſſe, ac per conſequens: Sicut licitè permittitur à principibus Chriſtianis exercitium meretricij in eorum terris ad euitanda maiora ſcandala, & ſcelera, licèt ipſum meretricium ſit prohibitum præcepto decalogi negatiuo: [Non mœchaberis.] ſic quàmuis ſit contra pręceptum decalogi negatiuum, ſub illis domini verbis: [Non furaberis], tamen, vſuræ exercitium poſſet licitè permitti à principibus

Antecedens. Conſequentia

Exo. c. 20.

Chriſtianis ad euitanda maiora ſcandala, vt ſunt latrocinia, adulteria, ſtupra, & his ſimilia, ad quæ aliquando perpetranda aliquæ mulierculæ, & earum viri pauperes cogerêtur non inuenientes ſub vſuris aliquos ſibi mutuare volentes neceſſaria vitæ. Et idcircò videtur dicendum, quòd Principes Chriſtiani licitè poſſent permittere in ſuis terris, exercitium vſurarum impunè tamquàm Reipublicæ commodum, & conuictui hominum expediens.

SED CONTRA textus eſt in c. 1. de vſuris, in 6. In quo Gregorius Decimus, in Concilio generali Lugdunenſi, [præcepit dominis terrarum. Cuiuscùmque dignitatis, & gradus, & communitatibus, ne omnino quibuſcumque alienigenis publicè vſurarum exercitio incumbentibus locarent domos ad tale exercitium, vel habitare illos in ſuis terris permittant, & quòd vſurarios manifeſtos expellere à ſuis terris tenerentur infra tres menſes à die publicationis talis conſtitutionis, & quòd de cætero tales homines nō admittantur ad tale exercitium.]

Reſpondeo præſenti quæſtioni concluſionibus duabus.

Prima concluſio ſit hæc.

Principibus Chriſtianis, cōmunitatibus, & vniuerſitatibus terrarū eſt prohibitum ſub præcepto permittere ut in terris ſibi ſubiectis vſurarū exercitium ab alienigenis fiat. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primò per text. in d. c. 1. de vſuris, in 6. ſupra relato, & Secundò per doctores in dicto cap. communiter. cùm textus ſit apertiſſimus, & non indigeat interpretatione alicuius doctoris.

1 *Principibus Chriſtianis inhibitū eſt permittere vſuras.*
c. 1. de vſur. in ſexto.

Secunda concluſio.

Principes Chriſtiani, & officiales communitatum facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, vel non reſtituēdis: vel iudicantes ſecundum illa, vel non delentes illa (ſi poſſunt) intra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſeruantes ſunt excommunicati. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per textum apertiſſimum in Clemen. Vnica, de vſuris, & ſecundò, doctorum authoritate in dicta Clemen. vt Imolæ eſt, & aliorum. Probatur & tertiò hac ratione, videlicèt: cùm is, qui talia iniqua ſtatuta faciat, vel obſeruari iubeat, tranſgrediatur iuris naturalis, iuris diuini, & iuris canonici ſanctiones, ac præceptum: meritò huiuſmodi naturæ, Deo, & eccleſiæ rebellis per excommunicationis gladium tamquàm membrum putridum, abſcindendus erit à corpore myſtico ipſius domini noſtri, vt, & ipſe hac confuſione compulſus reſipiſcat, & alij metum habeant, & eius exemplo diſcant humiliter morem gerere iuri diuino, naturali, & eccleſiaſtico: & hoc modo conſulatur quoq; pauperibus, qui quotidie excoquuntur igne vſurarum, & eorum facultas ad nihilum redigitur, vt latiùs diximus in notabilibus allatis in j. quæſtione.

2 *Dictantes, ac cooperantes in ſtatutis fouentibus vſuras, ſunt excōmunicati.*
Clemē. vnica. de vſur.
Imola.
Ratio concluſionis.

Ad argumentum, modò, facillima erit reſponſio negando conſequentiam, & ad probationem dicitur, quòd non eſt par ratio: immo maxima eſt differentia inter meretricium, & vſuram: cùm in meretricio licèt adſit peccatum iure diuino prohibitum, tamen nō adeſt iniuſtitia illata proximo contra eius voluntatem; in vſuræ, verò, exactione iniuſtitia reperiatur, vt patet ad ſenſum, & in præcedentibus quæſtionibus ſæpe fuit probatum.

Reſpondeo præſenti quæſtioni duplici concluſione.

Prima,ergo,concluſio ſit hæc.

Poteſtas ſecularis,& prælatus eccleſiaſticus pōt, & debet Iudæis ſubſc degētibus prohibere mutuationem vſurariam Chriſtianis faciēdam,& ſi cōtrauenerint prohibitioni,illos punire.Probatur hæc cōcluſio triplici medio.Primò,enim,per tex.præadductum in c.quāto,& per tex.in c. Poſt miſerabilem, extra de vſur. in quo Inno.Tertius ſcribēs Narbonēſi Archiepiſcopo [præcepit cōpellēdos fore per Principes Chriſtianos,& poteſtates, ipſos Iudæos ad remittēdas vſuras Chriſtianis , & donec illis remiſerint Iudæi : ipſi Chriſtiani per ſententiam excōmunicationis prohiberentur Iudæis talibus participare in mercimonijs, & in alijs.] hæc ex illo canone. Probatur & ſecūdò præſens cōcluſio authoritate doctorum, & primò,gloſę in d. c. Poſt miſerabilem,in ver. Denegari. Panor. etiam in d.c.quāto, noſtræ ſe ſubſcripſit cōcluſioni,in ver. Nota.Secūdò,vbi dixit,Nota ſecūdò, ꝙ rōne vſurariæ prauitatis etiam Iudæi ſortiuntur forū eccleſiaſticū: vndè hic directè cōpellūtur per eccleſiā ad reſtitutionē,& idē Pan.in d.c.Poſt miſerabilem:per totū,& præcipuè in ver.In gl. 1.in fi. & in ver.In gl.fi.in his (inquam) locis dicit Iudæos grauiter peccare exigētes vſuras à Chriſtianis,& ꝙ ad illas reſtituendas poſſunt æquè cōpelli per iudicem eccleſiaſticum,ſicut per ſecularem: cùm vſura ſit crimē merè eccleſiaſticum , licèt in tex.dicatur per iudices ſeculares, quia hoc dicitur,nō quia eccleſiaſtici nō poſſint, ſed quia faciliùs id exequi poſſunt laici habētes miniſtros armatos: Papa Innoc. Quartus, quoq; noſtræ cōcluſioni aſtipulatur in c.quod ſuper,extra de vo.& voti redē.nu.4.& 5.vbi probat,ꝙ prælati in terris domiciliorum Iudęorum,ſi eos nō puniāt pro tranſgreſſione legis Euangelicæ: circa moralia,poterit eos punire Summus Pontifex, (cùm ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt omnium dominus) poteſtatem obtinuerit, & iuriſdictionem (tāquam eius vicarius in terra,)ſuper omnes nō tātùm Chriſtianos,& Iudæos,verùm etiā & alios infideles: cùm dñs dixerit Petro,paſce oues meas,eo ꝙ tam fideles,quàm infideles ſint oues Chriſti per creationem: licèt nō ſint de ouili Eccleſię Chriſti. Vndè ſubdidit ſe credere, ꝙ ſi gētilis quiſq; nō habens niſi legem naturę faciat contra legem naturę poſſit puniri per Papam,dum facultas adſit.cùm ipſe ſit vicarius ipſius Dei in terra,qui puniuit Sodomitas peccantes cōtra legem naturę, (vt habetur in lib.Geneſ.c. c.19. ver.24.25. 26.& 27.

Probatur etiam authoritate Cōradi in tract.2.de cōtractibus,q.25.cōcl.1. Didacus Couarruuias,quoq; noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni,in c.1.num.8. libri tertij variarum reſolutionum. Probatur,& tertiò hac rōne irrefragabili.

Omne illud,quod eſt cōtra legem naturę, & diuinam legem venit puniendum à principe ſeculari Chriſtiano, & à prælato eccleſiaſtico in eorum foris.

At vſuraria mutuatio facta à Iudæis ipſis Chriſtianis,eſt contra legem naturę, & diuinam legem.

Ergo vſuraria mutuatio facta à Iudæis ipſis Chriſtianis venit punienda à principe ſeculari Chriſtiano, & à prælato eccleſiaſtico in eorum foris.

Maior iſtius propoſitionis iam fuit probata in probatione concluſionis ſupradictę.

Minor probata fuit in 2.3.& 4. q. præſentis tractatus in quibus fuit multis medijs, & authoritatibus probatum vſurariam mutuationem fuiſſe prohibitam iure naturali,& diuino vtriuſque teſtamenti.

1 *Principes & officiales terrarum, in quibus habitant Iudæi,illis phibere tenentur mutuationem vſurariam.*

c.Quāto, &c. Poſt miſerabilem, extra de vſur. Gloſa. Panor.

2 *Iudæi compellēdi ſunt reſtituere vſuras exactas.*

Innoc.

3 *Papa fideles, & infideles poteſt punire p tranſgreſſione præceptorum moralium.*

Geneſ.c.19.

Conradus. Didac.Couar.

Ratio concluſionis.

Maior propoſitio.

Minor propoſitio.

Concluſio.

Secunda concluſio ſit hæc.

4 *Prælatus cogere poteſt Iudæos ad reſtituendas vſuras exactas à Chriſtianis.*

Prælatus eccleſiaſticus,& poteſtas ſecularis non idcircò,ſolum punire poteſt Iudæos, ac ipſos cogere ad reſtituendas vſuras exactas à Chriſtianis ſolo reſpectu hoc, vt indemnes ſeruentur Chriſtiani; & ipſis accipientes mutuum ſub vſuris;ſed etiam vt ipſis prohibeat in ſuis terris tranſgreſſionem iuris diui ni de nõ mutuãdo ſub vſuris cum hoc illis fuerit prohibitum multis in locis ſacræ ſcripturę adductis in præced.q.4. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primò,enim,authoritate Conradi,vbi ſupra, & ſecundo infraſcriptis rationibus. quarum prima eſt hæc, vbi eadem ratio idem ius eſſe debet.

Conradus.

Cõ prima conclusionis præcedentis.

At ratio,qua mouetur Eccleſia Sãcta,per Principes Chriſtianos,& prælatos ſuos miniſtros ad compellẽdum Chriſtianos ad reſtituendas uſuras exactas a Chriſtianis eſt duplex,ſcilicèt,vt ipſa Eccleſia Sãcta,cõſulat indẽnitati bonorũ tẽporaliũ eorũ,qui ſoluerunt vſuras,& ne mutuantes peccẽt contra legẽ naturæ,& Dei; exigendo vſuras. Sed hæc eadem ratio prohibitionis reperitur cõtra ipſos Iudæos promulgata in dictis iuribus:ergo merito idem ius debuit eſſe cõtra ipſos:maior nõ indiget probatione: Minor iam probata fuit in precedẽtibus qõnibus: Conſequẽtia verò ex minore elicita probatur ſic, quia eccleſia Sãcta tenetur diligere Iudæos dilectione Euãgelica exoptãdo illis (tãquam in noſtris proximis) bona gratię,& gloriæ,remouẽdo ab illis (quãtũ in ſe erit)obicẽ gratię,& gloriæ aſſequẽdę, & hoc pręcipuè facit,illis prohibendo vſurariam mutuationem, quæ nullo pacto fieri poteſt ſine mortali peccato,quo impediũtur ipſi Iudęi ab aſſequutione gratiæ,& gloriæ:quàpropter patet eccleſiaſticum prælatum, & poteſtatem ſecularẽ teneri habere tantam,& talem curam,qualis exigitur ex præcepto charitatis:At quoniam pręceptum charitatis exigit,vt publica crimina (ſaltem) lędentia Rempublicam, & proximum,prohibeantur, & puniantur in foro fori: idcircò indè ſequitur prælatum eccleſiaſticum, & poteſtatem ſecularem ex vtraq; cauſa poſſe prohibere in eorum foro, ſub aliqua pœna ipſis Iudęis vſurariam mutuationem, cũ per ipſam maximè lædatur proximus,& Reſpublica, (vt fuit probatum in ſuperioribus qõnibus.) Quàpropter Ariſtoteles ipſe benè dixit, (in libro 7. Ethic.) quòd ad bonos pertinet nec mala facere amicis concedere, nec miniſtrare (ſupple) mala. Si igitur ex charitate Euangelica amare, tamquam amicos,Iudæos ipſos tenentur prælati eccleſiaſtici,& poteſtates ſeculares: indè etiam ſequitur,ꝙ teneantur illos pœnis coercere, ne peccent mutãdo ſub vſuris,lædendo hac via ſuum proximum, & Rempublicam: cum hoc ſit illis prohibitum Iure naturali,& diuino vtriuſque teſtamenti.

Ariſt.

Ratio ſecunda concluſionis.

Secũda ratio. Sicut ſi Iudæus furetur aliquid,vel rapiat à Chriſtiano,vel ſi Chriſtianũ interficiat,poterit puniri à poteſtate ſeculari Chriſtiana ſub cuius ditione reperitur;ſic propter vſuram propriè dictã poterit ab ipſo puniri: valet cõſequẽtia,quia veriſſima eſt,& probatur duplici authoritate. Primò,quia ipſa vſura rapina eſt,vt docuit D. Ambroſius in lib. de bono mortis,c.12.& habetur in c.ſi quis vſurã.14.q.4.vbi Ambroſius Sãctus dixit:[Si quis vſurã acceperit rapinã facit,vita nõ viuit.]& ꝙ etiã homicidiũ cõmittat Iudęus vſurã exigẽdo: Audi quid docuerit Cicero,in lib.2. de officijs, circa fi.fœnerari eſt hominẽ occidere. At qm ſicut per rapinæ peccatũ,& homicidij:offendit Reſpublica,& proximus:ita per vſurę peccatũ lęditur proximus,& Reſpublica:idcircò patet prælatũ eccleſiaſticũ,& poteſtatẽ ſecularẽ poſſe punire Iudęos,& alios infideles pro crimine vſurę, habitãtes in territorio eorũ ditioni ſubdito.

c. ſi quis uſurã. 14.q.4.
S. Ambroſius.
5 *Vſura dicitur Rapina,& homicidium.*
Cicero.

Tertia

Tertia ratio. Cùm Prælatorum eccleſiaſticorum, & poteſtatum ſecularium Chriſtianarum ſit procurare nè innocẽtes pœnas luant pro peccatis iniquorum hominum: indè ſequitur, ergo, quòd prælati eccleſiaſtici, ac poteſtates ſeculares Chriſtianæ poterunt, immo ex officio teneantur punire pro crimine vſuræ Iudæos ipſos incolas in terris ſuæ iuriſdictioni ſubditis. Rō tertia conclusionis præſentis.

Antecedens probatur authoritate Beati Auguſtini, in ſermone plurimorum Martyrum, vbi dixit. Quando aliquis in Deũ peccauerit, ſi ſine grandi diſtrictione voluerimus indulgere, participes peccati eorum efficimur: Vnde patet grauiter peccare prælatum eccleſiaſticum, vel poteſtatem ſecularẽ non prohibendo Iudæis (apud ipſos commorantibus) vſurarum exactionem: eoſque non puniendo; cùm ſciant illos peccare grauiter contra ipſum Deum, & quòd vno peccante non punito, ira Dei deſęuit contra innocentes; vt elicitur tùm ab eo, quòd ſcriptum eſt in lib. Numeri c.16. de Core, Datan, & Abiron, qui concitauerant multos de populo hebræo contra Moyſen, & Aaron, orando Moyſes dominum: dixit, nunquid vno peccante contra omnes ira tua deſęuiet? & habetur in c. ſi quis Diaconus, diſt. 50. circa finem. vbi in ver. Verè dico infraſcripta habentur: videlicèt: [Verè dico, quia illi ipſi quibus cum periculoſa, & falſa miſericordia indulgere videmur; cum antè tribunal Chriſti, pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos cauſam dicturi ſunt, dicentes: quòd dum, aut aſperitatem linguę eorum expauimus: aut falſa blandimenta, & periculoſas adulationes ipſorum libenter accepimus, in eiſdem permanere peccatis inutiliter indulgemus, aut ipſa peccata augere permittimus, non recolentes illud, quod in veteri teſtamento ſcriptum eſt, quia vno peccante contra omnes ira Dei deſæuit,] hæc in dicto canone, ex cuius verbis patet veritas noſtri argumenti allati paulò ante in fauorem concluſionis præſentis, cùm etiam non peccantes inuoluantur aliquando pœnis peccantium: ſic, ergo in propoſito dicitur, quòd ne boni Chriſtiani commorantes cum iniquis, ac vſurarijs Iudæis, aliquam incurrant pœnam ſimul cùm ipſis Iudæis prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares debent vel illos expellere de finibus Chriſtianorum, vel pro crimine vſuræ illos punire, vt ſic placetur Deus; quemadmodum ipſum placauit Phinees interficiendo illos fornicarios. Vndè ſcriptum eſt ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio.

S. Auguſt. Num. c. 16. ver. 22. c. Si quis Diaconus, diſt. 50. in fine. *Miſericordia periculoſa, & mala quæ ſit.* Pſal. 105. ver. 30.

Attamen licèt fuerint probatæ ambæ concluſiones prædictæ, tamẽ, quia poſſet aliquis cõtra eas inſurgere, dicẽdo ipſas falſas procedẽdo infraſcripto modo, viſum fuit non incongruũ tacitis obiectionibus, ac argumentis reſpondere: vt omnis ambiguitatis fomes radicitùs euellatur à cordibus lectoris. Contra, ergo, primam concluſionem poſſet, quis inſurgere; ipſam dicẽdo falſam hac ratione, aſſumptum, probando ſic, videlicet.

Quicquid agitur, propoter finem agitur, vndè ſit finis non ſperetur, fruſtra fiunt ea, quæ ſunt ad finem. Maior propoſitio.

At finis prælatorum eccleſiaſticorum, & poteſtatum ſecularium puniẽtiũ delinquẽtes eſſe debet, vt peccantes per pœnam temporalem reuocẽtur ad pœnitẽtiam ſalutarem, ne ipſis neceſſe ſit poſt præſentem vitam luere pœnas æternas, quibus adiudicãdi erũt ſi hìc ſua peccata per pœnitentiam nõ emẽdaſſent. Sed quoniam ſalus omnium infidelium, ac Iudęorum iam deſperatur: iccircò nõ ſunt puniendi in hoc mundo pro crimine vſurarum, ne pro vnico peccato puniãtur duplici pœna: cũ hoc nolit dominus. eo ꝙ hoc videatur iniuſtum, & quòd iam ſint ipſi Iudæi, & alij infideles adiudicati pœnis æternis:

Argumentum cõtra primam cõcluſionem. Minor propo. Concluſio.

Io.c. 3.ver.18. probatur ſentētia domini dicentis: [Qui non credit in filium Dei iam iudicatus eſt,quia nō credit in nomine vnigeniti filij Dei.] Et ſic videtur ſuperfluū eſſe,ꝙ pręlati,infideles,& Iudæos puniāt pro crimine vſuræ, vt ipſos retrahāt à tali peccato,& à pœna indè in alia vita poſtea incurrenda.

Reſponſio ad Argumentū. Ad hoc argumentum,quàm facillima erit reſponſio: Negando minorem: quoniam verum nō eſt, quòd ſolùm puniēdi ſint Iudæi, & alij infideles pro exactione vſuræ; nè ipſi peccando faciant ſe reos mortis æternæ: ſed potiùs illis talis exactio prohibetur,vt cōſulatur bono communi,quod maximè violatur vſurarum exactione,(vt fuit ſupra probatum,) ſed dato,& nō conceſſo, quòd vſurarū exactio eſſet prohibita,ne ipſi Iudæi,& alij infideles pro tali crimine addicerētur pœnis æternis:adhùc dicitur,quòd neq; hoc reſpectu ceſſante, eſſet permittēdum eis vſuras exigere duplici ratione. Primò vt cęteris metus incutiatur,ne & ipſi tali ſcelere ſe macularent, maximè cùm nō ſit inconueniens,quòd pro eadem culpa duplici pœna radicaliter quis puniatur, vt patet etiam in eo, qui pro crimine furti morti addicitur temporali propter offenſam factam iuſtitiæ; & læſionem boni communis, & inſimul ſi talis cum animo impęnitēti de culpa, & Dei offenſa in furto commiſſo moriretur poſt mortis huiuſmodi temporalem pœnam paſſam, iuſto Dei iudicio ferìretur pœna infernali,quæ debetur omnibus moriētibus in peccato mortali,de quorum duplici pœna loquebatur propheta,quando dicebat: [Duplici contritione cōtere eos domine:] Secunda ratio eſt: quoniam dum Iudæi ſunt in hoc mundo poſſunt conuerti ad dominum amplectentes veram fidem Catholicam,vt experiētia ipſa quotidiana edocemur:quod cōſiderans Princeps Apoſtolorum dixit: [Qui aliquando non populus Dei,nūc autem Dei:qui nō cōſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti:] Vndè ſubdit: [Conuerſationem veſtram inter gentes habētes bonam, vt in eo,quòd detractant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes,glorificent Deum in die viſitationis,] idest, quando & ipſi vocati fuerint ad fidem diuina gratia mediante:Vnde palàm fit eſſe prelatorum eccleſiaſticorum,& poteſtatum ſecularium Iudæos, & alios infideles cohibere à tali peccato,vt citiùs merecātur diuina gratia illuſtrari,& ad fidem veram cattholicam cōuerti:vt patet in ſimili de Cornelio Cēturione, & de Eunucho Reginę Cādacis,& de Simone Mago,& de innumeris alijs: & ſic patet luce meridiana clariùs,quòd ex pręcepto charitatis,& iuſtitiæ tenētur, tum prelati eccleſiaſtici,tum Iudices ſeculares Chriſtiani Iudęis,& alijs infidelibus prohibere exactionem vſurarum,ac illos punire pro huiuſmodi crimine. & quàmuis veriſſima ſit noſtra reſpōſio cōtra obiecta: tamē,quis cōtra ipſam poſſet taliter inſurgere.dicēdo:ſi rationes per te adductę eſſent verę:duo abſurda ſequerentur maximi momenti.

7 Vſuræ exactio quare infidelibus prohibeatur. — Prima ratio reſponſionis. — Ierem. ca. 17. ver. 18. — Ratio ſecunda reſponſionis. — 1. Pet. c. 2. ver. 10. — ver. 12. — Actuum. c. 10. — Actuum c. 8. — Replicatio cō tra reſponſionem ad argumentum.

Primum quorum eſt, quòd eccleſiaſtici prelati ęquè deberēt Iudęis prohibere obſeruantiam ſuorum rituū: cùm ſciant illos eſſe contra voluntatem Dei, & eos per eorum obſeruātiam peccare: ſed quia Eccleſia Sācta ipſis permiſit obſeruare in ciuitatibus Chriſtianorum eoſdem ritus, ut experiētia nos docet, & declarant.

c. Conſuluit, extra de Iud. c. Sicut Iudæi, extra de Iudæ. Gregorius Summus Pontifex in cap. Cōſuluit, in fi. extra de Iudęis, & Clemēs Tertius, in c. ſicut Iudęi, extra de Iudęis, & in c. qui ſincera, diſt. 45. cuius verba paulòpoſt referētur, in quo fuit expreſsè prohibitum Chriſtianis, ne ipſis Iudęis prohiberent obſeruantias. rituum ſuę legis. Quàpropter videtur eſſe

tur eſſe falſum quod dictum fuit in reſponſione ad obiectionem contra cõcluſiones adductas.

Secundum abſurdum eſt, quòd ſi veræ eſſent cõcluſiones allatæ, & earum probationes, ſequeretur quòd poteſtates ſeculares poſſent Iudæos punire pro quocumque alio peccato, & diuina offenſa ab illis perpetrata, ſed conſequens eſt falſum, ergo, & Antecedens, & quòd ſit falſum probatur: quoniam indè ſequeretur, quòd eos poſſent punire pro peccatis mentalibus mortalibus, & pro venialibus palàm cõmiſſis: cùm etiam per ipſa Deus offendatur: & iccircò, videtur dicẽdum concluſiones veras prædictas nõ eſſe; nec earum probationem, atque reſponſionem factam ad impugnationem. Attamen, vt luce meridiana clariùs eluceſcat veritas prędictarum cõcluſionũ operęprętium duxi reſpondere duplici adductæ impugnationi.

Ad primum, ergo, abſurdum reſpondetur, non eſſe abſurdum illud recipiendum; cùm non ſimus in ſimili: quoniam iccircò Sãcta Eccleſia permittit eis obſeruare ritus ſuos, qui ſunt connexi fidei eorum, nè videretur ipſos indirectè voluiſſe compellere ad ſuſcipiendam fidem Catholicam. Ad quam ſuſcipiendam nemo eſt cogendus, vt quàm optimè ſtatutum fuit in Concilio Toletano quarto, cap. 56. & habetur in c. de Iudæis, diſt. 45. vbi hæc ſtatuta fuerunt, videlicèt: [De Iudæis autem præcipit Sancta ſynodus nemini deinceps ad credendum vim inferri (cui enim vult Deus miſeretur, & quẽ vult indurat:) Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes, vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo proprij arbitrij voluntate ſerpenti obediens perijt, ſic vocante ſe gratia Dei propriæ mentis conuerſione homo quiſque credendo ſaluatur.] hęc ibi. Hoc idem ſtatuit Sanctus Gregorius, (ſcribens Paſchaſio Archiepiſcopo Neapolitano, lib. 2. epiſt. 15. & habetur in cap. Qui ſincera, diſt. 45.) infraſcriptis verbis, videlicèt: [Qui ſincera intẽtione extraneos à religione Chriſtiana ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis non aſperitatibus debent ſtudere: nè quorum mentem reddita ad planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduerſitas, (& paulò poſt) Agendum eſt, ergo, vt ratione potius, & manſuetudine prouocati nos ſequi velint, non fugere: vt eos, ex eorum codicibus oſtendentes, quæ dicimus; ad ſinum matris eccleſię Deo poſſimus adiuuante conuertere. Itaquè fraternitas tua illos non inquietari permittat in ſuis ſolemnitatibus: ſed omnes feſtiuitates, feriaſque ſuas, ſicut hactenus tam ipſi, quàm parentes eorum per longa colentes retrò tempora tenuerunt: liberam habeant obſeruandi cœlebrãdique licentiam.] hęc ibi. Sic ergo in propoſito dicitur non eſſe ſimile in caſu noſtro: quoniam prohibendo illis vſurarum exactionem non propter hoc cogũtur fidem noſtram amplecti, aut religionem ſuam relinquere: cùm non ſolùm ex eorum religione nõ ſint illi obligati ad vſurarum exactionem, verùm potiùs ad ipſas nõ exigendas, (vt fuit probatum ſupra in 4. quæſtio.) cùm illas exigere ſit cõtra omnia iura, & contra Rempublicam ipſam, & bonum commune, quod nõ poteſt dici de obſeruantia rituum: cùm indè nulli proximo fiat iniuſtitia, ſicut in exactione vſurarum, & ſic patet primum abſurdum verum nõ eſſe, ac nullum obicem noſtræ concluſioni opponere.

Reſponſio ad replicationem factam contra reſponſionem ad argumẽtũ contra concluſiones allatũ.

8
Eccleſia Sancta, quare permittat Iudęis obſeruantiam ſuorũ rituũ, & nõ exercitiũ vſurariũ.
c. De Iudæis, diſt. 45.

9
Ad fidẽ Chriſtianam nullus infidelis cogendus.
cap. Qui ſincera. diſt. 45.

Ad ſecundum abſurdum, & ad eius probationem breuiter reſpondetur, ꝙ non eſt verum, quod præſuppoitur à parte contraria: cùm poteſtates ſeculares non poſſint ſe intromittere, & iudicare de omni peccato: ſed ſolùm de deductis ad forum contentioſum: poſtquam ibi fuerit probatum; Quàpropter

Reſponſio ad ſecundum abſurdum.

pter

pter talium poteſtas limitata eſt ad aliqua peccata, cuius modi ſunt illa, quæ Rempublicam lędunt,turbantque pacem,& tranquillitatem; de quorum numero eſt peccatum vſurarum exactionis. cùm,ergo, noſtræ cõcluſiones non ſint tantùm fundatę in offenſa Dei, verùm etiam in perturbatione Reipublicę,& læſioni proximi contra ius naturale:iccircò patet,quòd dato,& nõ conceſſo,etiam ſi vſuram exigere non eſſet peccatum, nihilominus Iudęis eſſet prohibendum vſuram exercere, & illam exigentes venirent pœna plectendi tamquam hoſtes Reipublicę.

His, ergo, prę miſſis reſpondetur argumento adducto pro parte negatiua, ipſius quęſtionis principalis.

Reſponſio ad argumentum principale p̃ſentis q̃ōnis. Apoſtoli ſententiæ interpretatio. 1. Corint. c. 5. uer. 12.

Ad argumentum, ergo, reſpondetur, dicendo minorem falſam eſſe, & ad probationem dicitur,quòd illa Apoſtoli authoritate nõ probatur minor propoſitio: pro cuius intelligentia ſciendum, quòd Apoſtoli ſententia dicentis, [Quid ad me de his,qui foris ſunt] duplicem recipit ſenſum: quorum Primus eſt,de pœna excommunicationis ipſis infligenda,de qua ſic dicetur:prę latos hac pœna illos non poſſe directè ferire,licèt indirectè prohibẽdo Chriſtianis ſub pœna excommunicationis lata ſentẽtia cõſortium, ac cõmertium habere cum Iudæis:directè,autem,non poterunt puniri hac pœna ipſi Iudæi, cùm ſint extra eccleſiam conſtituti, quod ſi non eſſent, ipſa excommunicatio operaretur id ipſum: idem dicitur quoad ipſos compellendos ſub aliqua alia pœna deſerere ſuos ritus,& ad ſinum Sanctæ matris Eccleſię conuolare, quia ad hoc compelli non poſſunt: ſed ſi intelligeretur quòd Apoſtoli ſententię quoad omnimodam pœnam aliam tẽporalẽ;dico verum non eſſe,cũ Apoſtolus aſſeuerauerit per illa verba pręlatos nõ poſſe de ipſis iudicare, & ipſos criminoſos repertos punire; ſed ipſum loquutum ibi fuiſſe de quodam Chriſtiano fornicario, qui duxerat in vxorem patris ſui vxorem, quẽ iccirco ipſe Apoſtolus excommunicauerat. Et vt veritas reſponſionis noſtrę, & inter-

10 pretationis dictę ſentẽtię diui Pauli palàm fiat omnibus: operępretium duxi in medium producere nõnullos canones, qui puniri iuſſerunt Iudęos pro quibuſdam eorum criminibus. Sciendum, ergo,quòd duodecim ſunt caſus, in quibus inter alios in iure cautos puniendi erunt ipſi Iudęi,quorum primus erit, ſi Iudęi adminiſtrare voluerint officia communia ciuitatum, quia tunc erunt deputandi publicis cœdibus, & iudices illa ipſis iniũgẽtes tamquam ſacrilegi erunt excommunicãdi,vt fuit deciſum in Cõcilio Toletano,quarto.c. 64.& habetur in c.conſtituit, 17.q.4. Secũdus caſus eſt,in c.ſæpe malorum. 28.q.1.& eſt Cõcilij Toletani quarti.c.61. in quo mãdatur, quòd ſi Iudęi ad fidem conuerſi nõ uitauerint infidelium Iudęorum conſortia, tales conuerſi donẽtur ſerui Chriſtianis: & ipſi Iudęi publicis cœdibus deputẽtur. Tertius caſus eſt in c.Alieni.2.q.7.in quo refertur Dionyſius Papam in ſecũda epiſt. ſtatuiſſe;quod infidelium accuſatio cõtra fideles nõ admitteretur. Quartus caſus eſt in c.nulla officia, diſt.54. & eſt Cõcilij Toletani tertij. c. 14.in quo prohibetur cõferri Iudęis officia publica. Quintus caſus eſt in c. fi. extra de Iudęis;& eſt Gregorij Noni,& in c.fraternitatem. diſt.54.et eſt Sancti Gregorij Papæ in Epiſtola.31.ſeu in c.131.ſcribens Fortunato Epiſcopo Neapolitano,& in c.mancipia. diſt. 54.& eſt Sancti Gregorij ſcribentis Libertino prętecto Siciliæ.vt in lib.2.epiſtolarum. 37. ſeu c.76.in quibus iuribus illis prohibetur emere mancipia facta Chriſtiana. Sextus caſus eſt in c. conſuluit.extra de Iudęis,& eſt Alexandri Tertii,in quo prohibetur eis facere,ſeu erigere no

Iudæi puniuntur ab eccleſiaſticis prælatis,& poteſtatibus ſecularibus Chriſtianis, in 12.caſibus.

Primus caſus eſt. c. Conſtituit, 17.q.4.

Secũdus caſus. c. Sæpe malorum, 28.qō.1.

Tertius caſus. c.Alieni.2.q.7.

Quartus caſus. c.Nulla officia. diſt.54.

Quitus caſus. c.fi. etra de Iudæis.

Sextus caſus. c. Conſuluit, extra de Iudæ.

uas

uas Synagogas. Septimus caſus eſt in c.quia, extra de Iudæis, in quo Alexā der Tertius, eis prohibuit, vt non tenerent ianuas, & feneſtras apertas in die veneris Sancti, & idem fuit ſtatutum in c.In nonnullis, extra de Iudęis, per Innocentium Tertium, in concilio generali. Octauus caſus eſt in c.de terris, extra de decimis, in quo Alexander Tertius, præcepit Iudæis, vt de terris, quas colunt, ſoluant decimas. Nonus caſus eſt, in c.In Archiepiſcopatu, extra de raptoribus, in quo Alexāder Tertius, ſcribens Archiepiſcopo Panormitano dixit, Saracenos pro rapinæ, & aliorum ſcelerum crimine puniri poſſe à prælatis, non tantum pœna pecuniaria, verumetiam, & flagellis affici, citrà tamē vindictam ſanguinis, ex quibus omnibus iuribus adductis patet prelatos eccleſiaſticos, & poteſtates ſeculares poſſe iure optimo punire Iudęos pro eorum criminibus, & per conſequens concluſiones allatas veriſſimas, & impugnationes falſas, & vanas.

Septimus. c.Quia, extra de Iudæis. c. In nōnullis, extra de Iud. Octauus. c.De terris, extra de decimis Nonus. cap.In Archiepiſcopatu, extra de raptoribus.

QVAESTIO DVODECIMA,

Vtrum liceat alicui aliquem inducere, vel alicui cōſulere vſurariam mutuationem, vt à peccato aſſaſſinij, vel alterius peccati grauioris, peccato vſuræ: quod omnino perpetrare intendebat, ſi tale conſilium ſibi traditum non fuiſſet, aliquem cohiberet.

SVMMARIVM.

1 *Conſulere, vel inducere aliquem ad peccatum, dupliciter conſideratur.*
2 *Non valens impedire graue peccatum, niſi conſulendo minus, an peccet.*
3 *Induci ad aliquid faciendum quis propriè dicatur.*
4 *Aliud eſt aliquē inducere ad totum hoc, ſcilicet, minus peccatum, & aliud ſolùm ad ly minus.*

ET primò dicendum videtur, quòd non: quod & probatur forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicèt: Si liceret conſulere vſurariā mutuationem, vel ad ipſam aliquem inducere, vt aſſaſſinium, vel homicidium, vel quid ſimile peccato vſuræ grauius non committatur, ſequeretur hoc abſurdum, quòd eſſent facienda mala, vt venirent bona. At cōſequens eſt falſum, ergo, & antecedens: ergo, videtur dicendum, quòd non liceat conſulere alicui vſurariam mutuationem, vt euitaretur homicidium, vel quid ſimile grauius peccatum ipſo peccato vſuræ, & quòd conſequens ſit falſum, probatur authoritate Apoſtoli, ad Rom.cap.3.dicentis, [Non ſunt facienda mala, vt veniant bona,] Nam cùm conſulens malum minus illius rei cauſa ſit, quam cōſulit: inde fit, vt qui minus malum conſulit, vt euitetur maius; idem cenſeatur velle malum minus, in ipſum conſentiendo: quod vtiquè peccatum eſt: Si ergo peccatū, patet numquam committendum fore; ſtante doctrina Alexandri Tertij in c.ſuper eo, extra de vſuris dicentis: [Cùm ex ſacra pagina, vtriuſque teſtamenti habeatur non licere mentiri pro vita alicuius, indè fit, ꝙ multò magis non liceat pro vita captiui redimenda vſuram exercere: ex cuius verbis patet non eſſe facienda mala, vt veniant bona.

Primum argumentum. Antecedens. Conſequens. Rom.c.3. c.Super eo, extra de vſur.

Præterea ſic probatur, & ſecundò.

Argumentum ſecundum. Antecedens. Conſequens.

Si vnicuiquè noſtrum liceret ſine peccato alteri conſulere minus malum,

vt ma-

vt maius vitaret ille ſic conſultus: ſequeretur, quòd peccatum non eſſet hoc idem nobiſmet ipſis conſulere, & ſic ſine peccato poſſemus eligere minus peccatum committere: puta, fornicationem ſimplicem, vt non committeremus inceſtum: ſed conſequens eſt falſum, & à nullo Chriſtiano unquam acceptandum: cùm ſit contra præceptum domini; [Non fornicaberis,] quod quidem præceptum eſt ex præceptis negatiuis obligãtibus ſemper, & ad ſemper; ergo falſum erit, & antecedens: & ſic videtur probari illud tale conſulere non eſſe licitum.

Exodi.c.20.

Præterea. Conſulere, vel inducere ad vſurariam mutuationem, vt maius malum euitetur, eſt inducere ad minus malum, quod à Sancto Thoma in 2. 2.q.78.art.4.in corp. quæſt.generaliter prohibetur, & non conceditur. ergo, nec concedi poterit, & hoc.

Argumentum tertium. S. Thomas.

Præterea. Non licèt ab aliquo petere, ſeu inducere ad id, quod ipſe licitè præſtare non poſſit: ergo, non licebit petere, ſeu inducere ad vſurariam mutuationem: valet conſequentia: cùm nemini liceat vſurariam mutuationem exercere.

Argumentum quartum.

SED CONTRA, Omne conſilium, quod habet bonum obiectum, ac finem, & eſt abſque vlla ſiniſtra circunſtantia, dicetur licitum, & dari poterit ſine peccato.

Maior propoſitio.

At conſilium de uſuraria mutuatione factum ei, qui omnino accintus erat ad aſſaſſinium perpetrandum cauſa lucri; (quod ipſo non dato conſilio omnino fuiſſet commiſſum) eſt huiuſmodi.

Minor propo.

Ergo, conſilium de vſuraria mutuatione factum ei, qui omnino accintus erat ad aſſaſſinium perpetrandum cauſa lucri, quod ipſo non dato, tamen omnino fuiſſet commiſſum, & illud dicetur licitum, & dari poterit ſine peccato.

Concluſio.

Maior non indiget probatione.

Minor probatur, quia huiuſmodi conſilium habet bonum finem, cùm tendat ad vitandum aſſaſſinium: quod grauiſſimum peccatũ eſt, & quod in tali conſilio defuerit ſiniſtra circunſtantia, probatur: cùm conſulere minùs malum in hoc caſu, nihil aliud ſit, quàm illam electionem ſuadere, quod quidem licitum eſt: vt docuit Diuus Auguſt. & habetur in c. ſi quod veriùs, 32.q.2. & Diuus Gregorius in c. Nerui, diſt. 13.

c. Si quod verius, 32.q.2. c. Nerui. diſt. 13.

Reſpondeo præſenti qõni, vnica concluſione præmittendo ei varias doctorum ſententias circa ipſam: Necnon, & vnicum notabile, Prima opinio doctorum fuit dicentium: quòd Nemini liceat alium inducere ad peccatũ minus committendum, vt euitet ille talis grauius peccatũ illicò committẽdum, & huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt Infraſcripti doctores ex Theologis, videlicèt: Gabriel Biel in 4. ſententia. diſt. 15.q. 11. dubio 4. qui ad ſuam ſentẽtiam tuendam adducit Diui Thom. authoritatem in 2. 2. q.78. artic.4. in corp. qõ. dicentis, quòd nullo modo licet aliquem inducere ad mutuandum ſub vſuris, quàmuis liceat vnicuique accipere ſub vſuris pro ſubleuanda propria, uel alterius inopia, ab eo, qui paratus eſt mutuare ſub vſuris, & huic opinioni videtur fauiſſe Caietanum in commentarijs, ſecũdę ſecundæ. vbi ſupra, (quem poſtmodum ſequutus fuit Didacus Couar. in Epito. de Sponſalibus 1. par. cap.4. nu.9. circa finem,) qui ad hoc vtitur hac diſtinctione loquẽs de Loth, qui (vt habetur in lib. Geneſis, c. 19.) [Cùm fuiſſet hoſpitatus duos illos pulcherrimos iuuenes, (qui & angeli erant, quàmuis homines puri viderentur tunc) ſtatim nocte ſequẽti uiri Sodomitæ circunſtantes domum eius uocauerunt

Prima opinio doctorum.

Gabriel Biel. Sanctus ho.

Couarruuias.

uerunt Loth dicentes ei, vbi ſunt viri, qui introierunt ad te nocte, educ illos huc, vt cognoſcamus eos, quibus auditis, egreſſus domũ ſuam Loth poſt tergum claudens oſtium, ait, Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere: Habeo duas filias, quæ necdum cognouerũt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dũmodo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei.] dixit, ergo, Caietanus, vbi ſupra. Gene.c.19.

Aduerte, ergo, ſemper in caſibus (examinandis ſcilicet,) vt diſcernas, ſi actus petitus poterit ab eo, à quo petitur ſine peccato fieri, quia hic radix eſt liciti, vel illiciti; Quàpropter animaduertendum, quòd maxima differẽtia eſt inter inducere aliquem ad minus malum committendum, & offerre, ac tradere alicui materialiter materiam minoris mali. Primum, ergo, nulla ratione licet, quoniam iuxtà Apoſtolum ad Rom.c.3.ver. 8. [Non ſunt facienda mala, vt veniant bona:] multò minus ipſa mala facienda erunt, vt non fiant maiora mala, quòd nõ in boni poſitione, ſed in mali negatione conſiſtit: ſecundum autem, ideſt, offerre, vel tradere materialiter materiam minoris mali, redimendo vexationem propriam iniuſtè illatam ſibi, illicitum non eſt: quod probat Diuus Tho. hic exẽplo illius, qui incidit in manus latronũ volẽtiũ ipſum occidere niſi proferat theſaurum ab ipſis ſtatim ſurripiendum: vt refert Ieremias Propheta, (in cap.41.ver.5.7.& 8.) dicens [fuiſſe Decem viros ex octoginta, (qui venerant de Sichem, & de Silo, & de Samaria raſi barba, & ſciſſis veſtibus, & ſqualentes, & munera, & thus habebant in manu, vt offerrent in domo domini: poſtquàm occurriſſet eis Iſmael, & duxiſſet illos circa medium laci, & interfeciſſet ſeptuaginta ex eis, qui dixerũt Iſmaeli: Noli occidere nos, quia habemus theſauros in agro frumenti, & hordei, & olei, & mellis, & ceſſauit: & non interfecit eos Iſmael; & tamen hi omnes à ſcriptura nõ reprehẽduntur licèt obtuliſſent materiam materialiter furandi, dicto Iſmaeli, vt patet ad ſenſum: cõcludens, ergo, Caietanus nititur probare ratione, & authoritate Loth non induxiſſe Sodomitas ad ſtuprum, quia ſic peccaſſet; ſed nec duas filias ad conſentiendum ſtupro, quia etiam peccaſſent mor. ſed ad patienter ſufferendam huiuſmodi iniuriam ſine conſenſu libidinoſo; quod poterant facere ſine peccato; & quòd inducebat Sodomitas ad nõ moleſtandos iuuenes, quod ſine peccato facere poſſent, vt patet ad ſenſum. Caietanus, verò, authoritate hoc idem probauit adducẽdo ſententiam Principis Apoſtolorum in c.2. Epiſtolæ ſecundæ dicentis: [Et iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuria, ac luxurioſa conuerſatione eripuit. Aſpectu, enim, & auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos, verò, in diem iudicij reſeruare cruciãdos.] hęc ille Sãctus. Addiditque ibi Caietanus, Glo. in dicto loco comparatiuè expoſuiſſe verba Apoſtoli Petri: Iſtius primæ opinionis fuit quoq; Conradus, in tract.2. de contractibus, q.26. Corollario 1. in quo, & reprobat ſentẽtiam Panormitani, in c. ſuper eo, extra de vſuris: contrarium aſſerentis, qui doctor nititur probare ſuam ſententiam hoc modo, videlicèt: Qui conſulit alicui aliquod peccatum, conſentit in eius peccatum: ſed conſenſus in peccatum etiam alienum, eſt ſemper peccatum; igitur talis conſulendo peccatum, peccat; & per conſequens non eſt verum licitè poſſe aliquẽ cõſulere talẽ actum peccati, etiam ſi indè euitetur maius peccatũ. Minor notiſſima eſt, quoniam negari non poterit, quin conſenſus in peccatum, etiam, alienum ſit peccatum. Maior propoſitio probatur, hac ratione: quia, aut, qui conſulit, cõ-

ſulendo,

Margin notes: Caietanus. — Rom.c.3. ver. 8. — Ierem. ca.41. — 2.Pet. c.2. ver. 7. — Ver.8. — ver. 9. — Conradus. — Argumentum Conradi.

ſulendo vult, ꝙ ille, cui conſulit faciat illud, quod ſibi cōſulitur, aut non vult: ſi primò, patet ipſum conſentire in peccatū, vt peccatū eſt: ſi ſecundò, tunc di cēdū erit ipſum non conſuluiſſe verè, ſed ſimulatoriè; ſed in præſenti qōne fit ſermo de verè conſulente; non autem de fictè conſulente, attamen, dato & non conceſſo, quòd de ipſo fiat: nonne & fictè conſulens peccabit? & certè non poterit negari ipſum non peccare: tum quia ſimulatio eſt peccatū, tum ēt quia ex hac ſimulatione alteri occaſio tribuitur peccādi per huiuſmodi conſultationem, ſeu inductionem (licèt) ſimulatoriam. Si, ergo, quis verè conſuluit, vel induxit ad aliquod peccatum: ſequitur ipſum conſentijſſe, quòd alter peccatum faciat: quoniam aliquem velle, quòd alter peccatum faciat, eſt ipſum conſentire in illius peccatum, quod illicitum eſt: ſed ſi quis diceret illum conſuluiſſe non abſolutè, ſed ſub conditione, ſi, ſcilicèt, non velit aliàs maius peccatum dimittere: & per conſequens ipſum non conſentijſſe in peccatum eius niſi ſub conditione tali. Contra hoc non excuſat à toto, licèt à tanto: Nam conſulens proximo peccare, vult eum peccare, igitur conſulens ei peccare ſub conditione, vult eum peccare ſub conditione: modò non tantùm is peccat, qui aliquod peccatum vult ſimpliciter, & abſolutè: ſed etiam qui vult illud conditionata voluntate, licèt illud nolit abſolutè. Qui Conradus, multis alijs rationibus apparentibus, nititur probare dictam primam opinionem veram eſſe.

Secunda opinio doctorum

Alia opinio fuit dicentium, quòd liceat vuicuique conſulere vſurariam mutuationem ei, qui nullo audito alio conſilio, vel præce, non poterat auelli à concepto propoſito mercatorem diuitem nulla mora poſtpoſita trucidandi, vel aliud homicidium committendi, vt indè aliquod lucrum captaret; adduntque hoc idem eſſe dicendum in vnoquoque graui ſcelere committendo ab aliquo, nullo alio admiſſo conſilio, uel præce: vt ſi quis iam decreuiſſet paulòpoſt aliquem interficere ob iniuriam receptam ab ipſo, nullo admiſſo conſilio de indulgēdo ipſi: in tali caſu licebit alicui, illi conſulere, uel illum inducere ad vulnerandum, vel verberandum ipſum dummodo deſiſtat omnino ab homicidio. Huic enim ſecundæ opinioni ex theologis ſe ſubſcripſerunt.

Adrianus. Sotus. S. Augu. c. Si quod verius, 33. q. 2.

Adrianus in quodl. 1. q. 2. (vt refert Sotus in lib. 6. de Iuſtitia, & iure. qō. 1. arti. 5. qui, & ipſe Sotus validiſſimis argumentis hanc probat veram. Diuus Auguſtinus in lib. quæſt. ſuper Exodum, & refertur in c. ſi quod veriùs. 33. q. 2. vbi de uiro adulteræ uolenti alterum è duobus facere omnino: uel adulteram occidere, uel ipſa viuente aliam ducere in matrimonium. ipſe Sanctus loquens ait, [Si facturus eſt, quod non licet, puta, uel uxorem occidere, uel dimittere: iam faciat adulterium, & non committat homicidium, licèt neutrum debeat facere,] ex quibus verbis patet ipſum conſuluiſſe minus malum, ut euitaretur maius. Idem habetur ex Sancto Ioanne Chriſoſtomo, in Homilia 27. ad populum, qui ibidem conſulendum eſſe aſſeruit illi, qui aſſuetus eſt iurare: vt iuret per caput ſuum, (quod vtiquè illicitum eſt) dicente domino Ieſu: [Neque per caput tuum iuraueris,] ne iuret per Deum. Idem habetur ex Diuo Gregorio in libro moralium, & habetur in ca. Nerui, §. eſt tamen, diſt. 13. vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicèt: [Eſt tamē, quod ad deſtruendas Beemoth verſutias ſubtiliter fiat, vt dum mens iuter minora, & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur: quia qui murorum vndique ambitu, ne fugiat, clauditur: ibi ſe in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur.

S. Ioā. Chriſo. Matt. c. 5. ver. 36. c. Nerui. diſ. 13.

Hinc

Hinc Paulus, cùm quoſdam in eccleſia incontinentes aſpiceret, conceſſit minima, vt maiora declinarent, dicens [propter fornicationem, autem, vnuſquiſque vxorem ſuam habeat:] Et quia tunc ſolùm coniuges in admixtione ſine culpa ſunt, cùm non pro explenda libidine, ſed pro ſuſcipienda prole miſcentur, vt hoc etiam, quod conceſſerat ſine culpa, (quàmuis minima,) non eſſe monſtraret, illicò adiunxit: [Hoc autem dico, ſecundum indulgentiam, non autem ſecundum imperium:] Non, enim, eſt ſine vitio, quod ignoſcitur, non præcipitur. Peccatum proculdubio vidit, quod poſſe indulgeri prævidit, ſed cùm in dubijs conſtringimur, vtiliter minimis ſubdimur, ne in magnis ſine venia peccemus:] hæc ille Sanctus, ex cuius verbis patet ipſum Sanctum Gregorium ſe ſubſcripſiſſe, ſecundæ opinioni, cùm loquens de incontinentibus adducat ſententiam Apoſtoli, & ex illa eliciat ipſum Apoſtolum conceſſiſſe minima, vt vitaret maxima, vt libidines ſuas luxurioſi explerent cum proprijs vxoribus: quod eſt veniale, ſi hoc fiat intra fines matrimonij, ne fornicarijs miſcerentur cum graui mortali peccato: quod apertiùs docuit Beatus Gregorius dicens, vbi ſupra: [Non eſt, enim, ſine vitio, quod ignoſcitur, & non præcipitur ab Apoſtolo dicente: Hoc, autem, (dico) ſecundum indulgentiam, & non ſecundum imperium,] Riccardus quoque ſequitur hanc ſententiam in quarto ſententiarum. diſ. 15. artic. 5. quæſtio. 5. in reſpon. ad ſecundum. licèt non ſic explicitè, eò, quòd dicit ipſe Doctor licere alicui rogare vſurarium ad mutuandum ſub vſuris pauperi indigenti pecunia, quàmuis ſciat illum ſic mutuando peccare, cùm hoc ab ipſo non intendatur: eò, quòd potiùs vellet illum mutuũ dari gratis dicto pauperi, quàm ſub vſuris. Ex canoniſtis, verò, dictæ ſecundæ opinioni, ſe ſubſcripſerunt explicitè Innocentius in dicto cap. ſuper eo, extra de vſuris, & Panormitanus, & ex ſummularijs, Angelus in ver. vſura. 2. §. 2. vt refert Nauarrus, in ſuo manuali in cap. 17. [Non furtum facies,] numero 263. Cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit, etiam, ipſe Nauarrus. Immo & Caietanus in ſummula in ver. Tyrannus, circa finem, in quo loco vtitur infraſcriptis verbis, videlicèt: Reſpondetur, quòd excuſantur à peccato inducendi Tyrannum ad actum, & opus ſibi illicitum petentes ab illo iuſtitiam, quia non petunt actum illicitum, ſed iuſtitiam. Sicut, enim, luxurioſo ſanctè conſulitur, vt non adulteretur, ſed fornicetur: hoc eſt minus malum committat, quia ſubintelligitur: ſi luxuria vti vis: ex quibus verbis patet ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti opinioni ſecundæ.

1. Corint. c. 7. ver. 1.

Riccard⁹ à Media villa.

Innoc. Panor. Angelus. Nauarrus. Caietanus in ſummula.

His præmiſſis ſupereſt, vt adducatur vnicum notabile, quod maximè nobis conducet ad intelligentiam veritatis præſentis difficillimæ, & quotidianæ quæſtionis.

Vnicum Notabile ſit hoc, videlicèt.

Conſulere alicui peccatum aliquod, vel aliquem inducere ad aliquod peccatum dupliciter ſumi poterit, videlicèt, propriè, & impropriè. Propriè, & formaliter verò, ſumptum, dicitur eſſe actum voluntatis poſitiuum, quo quis icircò conſulit, vel inducit aliquem ad aliquod peccatum, quia complacet ſibi, vel in ipſo actu peccati, ad quem inducit alium; vel quia, licèt ſibi ille actus non placeat in ſe conſideratus, tamen, gratum eſt ei, illum (cui conſuluit tale quid) perpetrare tale peccatum: ut incurrat aliquod malum, vt puta, committat ſtuprum, vel adulterium: cum aliqua nobili: vt cognito delicto occidatur, vel aliàs puniatur, & huiuſmodi.

1 *Conſulere, vel inducere aliquem ad peccatum dupliciter conſideratur.*

iuſmodi. Conſulere, verò, ſeu inducere impropriè, & ad materialiter aliquid faciendum, non dicitur eſſe uoluntatis actum poſitiuum; quo icircò conſuluit vel induxit, quia complacuit ſibi in illo actu ita conſulto, vt talis actus eſt: ſed vt ex tali actu eliciat ipſe conſulens aliquod bonum, uel euitetur aliquod maius malum illo, à quo aliquem amouere per hanc inductionem intendebat.

Præſentis ergo quæſtionis deciſio contenta erit vnica concluſione.

Vnica concluſio.

2 *Nõ valens impedire graue peccatum niſi conſulendo minus an peccet.* Pro certo ſciens nullo modo ſe aliqua arte, vel ingenio poſſe ab animo alicuius euellere aliquod homicidium mox perpetrandum, uel quid ſimile graue peccatum; ad quod perpetrandum accinxerat ſe, niſi ipſum hortando ad uſurariam mutuationem exercendam, uel ad aliud minus peccatum exercendum, nullo peccati uinculo ſe innodat; ſi tantùm hoc procuret charitatis gratia, & ut alter minus graue peccatum committat; etiam ſi non exprimat huiuſmodi conditionem: cùm ſemper ſubintelligenda ſit. Idem dicẽdum erit, ſi quis uelit omnino alterum è duobus facere; uel minus graue peccatum committere, ut furari, uel grauius, ut puta, homicidium perpetrare. Hæc, enim, concluſio probatur authoritatibus adductis in relatione ſecundæ opinionis, & alijs rationibus adducendis in reſponſione ad argumentum, & ad auctoritates in contrarium adductas, gradatim, tamen, & primò.

Reſponſio ad argumentum principale. Rom. c.3. Ad primum argumentum, pro parte negatiua adductum reſpondendo negatur conſequentia illius, cùm inducere ad minus malum, ut uitetur maius malum, non ſit contra Apoſtolum dicentem: [Non ſunt facienda mala, ut ueniant bona,] quoniam licèt talis conſultor ſit cauſa minoris mali; non ideò eſt cauſa mali, ut malum eſt in ſe, eſt, enim, fallaciſſima illa conſequentia: eo, quòd potius erit cauſa bonæ electionis, cùm ualde bonum ſit ei, qui fixus eſt ſceleſtiori propoſito aliquod grauiſſimum peccatum perpetrare, ſi minori peccato uirus ſuum emouat: cùm indè tam in hoc mundo, quàm in alio minorem pœnam paſſurus ſit: negatur, etiam, conſequentia, quòd ex tali inductione ſequatur; talem inducentem induxiſſe ad malum perpetrandum, niſi impropriè capiendo inducere: cùm propriè loquendo, nemo dicatur induci niſi ille, qui nec abſolutè, uel ſub

3 *Induci ad aliquod faciẽdũ, quis dicatur propriè.* conditione aliquod malum uolebat facere: ſecus, tamen, de illo dicetur, qui abſolutè, uel ſub tali conditione iam decreuerat, & accinctus erat tale quid malum perpetrare; cùm ex Ethimologia ipſa uocabuli, inducere pateat hoc: Induco, enim, nihil aliud eſt dicere, quàm duco in tale quid, &c. Nec contra noſtram concluſionem aliquid elicitur ex dicto capit. ſuper eo: cùm non negemus illicitum eſſe uſuram exigere, ſed quòd in tali caſu non ſit illicitum inducere ad exigendam uſuram, de quo non loquitur prædictus textus.

Reſponſio ad ſecundum argumentum. Ad ſecundum. Negatur conſequentia: nam ex conceſſione noſtræ concluſionis non ſequitur, quòd nos poſſimus eligere minus peccatum ſine peccato, ut uitaremus maius, cùm non ſit par ratio, imò longè diſpar: cùm unuſquiſque noſtrum poterit (Deo fauente) deſiſtere à propoſito peccãdi, quod non poſſumus operari in noſtris proximis, cũ uti poſſint libero arbitrio ſibi à Deo cõceſſo: licèt nõnulla opera mala exteriora in noſtris ſubditis poſſimus uitare, ipſos carceri mancipando, ne ad lupanar accedant, vel ad furandum,

non

non autem interiora, & occulta peccata, vt ſunt cogitationes, & alia huiuſmodi, quæ etiam aſſolent committi in carceribus.

Ad tertium reſpondetur, vt in reſponſione ad primũ, ſed ad authoritatem dico, Diuum Thomam generaliter dixiſſe, quòd non liceat inducere ad vſurariam mutuationem, quaſi diceret regulariter, quod nos non negamus, ſed quoniam omnis regula patitur exceptionem, indè ſequitur, quòd ipſe diuus Thom. non intellexit in caſu noſtro: de quo ſi aduertiſſet, & loqui voluiſſet, nobiſcum ſentijſſet proculdubio, vt patet in ſimili: Nã regulariter hominem interficere grauiſſimum peccatũ eſt, tamen, ſi hoc fiat vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelę, nullum peccatum erit, quia hoc conceſſum eſt à natura ipſa, de quo eſt textus in l. vt vim, ff. de iuſti. & iure, imò, & nulla irregularitas incurritur, vt docet tex. in Clem. vnica, de homicidio. Reſponſio ad tertium argumentum. Reſponſio ad diuum Thom. l. Vt uim, ff. de iuſti. & iure. Clemẽ. unica, de homici.

Ad quartum patet reſponſio per adducta, in reſponſione ad tertium.

Reſpondendo, modò, ad doctores primæ opinioni patrocinantes dico: Iam fuiſſe reſponſum ſententiæ diui Thomæ, & per conſequens Gabrieli Bieli ipſam amplectenti, ita vt iacet in litera, & ad id, quod ipſe dixit; ſi non licet mutuare ſub vſuris: ſequitur, quòd non licebit aliquem ad ipſam exercendam inducere: patet reſponſio per adducta in reſponſione ad primum argumentum. Ad Caietanum idem reſpondetur maximè cùm ipſemet Caietanus mecum ſentierit in ſumma loco citato, & in loco citando, hic in fine. Idem eſt, enim, dicere, quòd in tali caſu Loth licuerit proponere, ſeu offerre materiam materialiter committendi minus peccatum, vt euitaretur maius, ſicut dicere, quòd in tali caſu liceret materiam minoris mali declarare ei, puta, quòd mitiùs poterit vulnerare hoſtem, & ſic illo modo ſuum explere animum, ſuoque honori ſatisfacere, meliùs ſibi conſulere, maiora cauere pericula, & damna, quàm ſi hoſtem interficeret: hæc, enim, materiæ propoſitio, planè ſuaſio, & conſilium quoddam eſt. Nam quomodo aliter aliquid alicui conſulere poteris non video; niſi explicando rationes, quibus alter moueri debeat, & deſiſtere à grauiſſimo ſcelere perpetrando, & conuertere ſe ad minus peccatum, quod conſilium, inductio quædam eſt, (vt patet ad ſenſum:) Quare non tantùm propoſuit Loth filias Sodomitis illis, ſed imò huiuſmodi propoſitio fuit inductio quædam, ac pluſquam conſilium nudum, quod patet per verba, quibus vſus fuit Loth, loquendo Sodomitis illis, & dicendo: [Habeo duas filias, quæ nondum cognouerunt virũ, educam eas ad vos, & abutimini eis, ſicut vobis placuerit] & licèt Caietanus videatur ſic tueri ipſum Loth, vt immunis à peccato inductionis huiuſmodi appareat: Sotus, tamen, probat ipſum non benè egiſſe: cùm ſuum fuiſſet tueri pudorem filiarum virginum, & non contra ipſum loqui, cùm potiùs debuerit dicere, fratres, vos in ciuitate habetis perpulchras mulieres, ite, & vtimini eis, & nolite iniuriam irrogare meis hoſpitibus: Quapropter meritò Diuus Auguſtinus reprehendit eum, (& habetur in cap. Quod ait. diſtin. 14.) vbi huiuſmodi factum Loth non conſilio eius tribuit, ſed repentinæ animi perturbationi, quæ aliquantulum eius culpam extenuauit: ad id, quod dixit Diuus Ambroſius de ipſo, & habetur in cap. offerebat, 32. q. 7. dicens [offerebat iuſtus Loth:] videtur ipſum excuſaſſe propter zelum eius in hoſpites ſuos, ſeruando eos immunes à luxurioſo impetu nefandorum illorum: poſſumus quoque dicere cum glo. in dicto cap. Quod veriùs, in fine. 14. diſt. quæ Reſponſio ad Gabrielem. Reſponſio ad Caietanum. Gen. c. 19. uer. 8. S. Auguſt. cap. Quod ait. diſt. 14. Reſponſio ad diuum Ambroſium, & ſimul ad text. in cap. offerebat. 32. q. 7.

ait, Diuum Ambroſium commendaſſe Loth propter ſuam hoſpitalitatem, eo quòd eius amore prętulerit honorem hoſpitum honori filiarum, vt patet ex verbis Ambroſij in dicto capitu. Offerebat: relato & Diuum Auguſtinum illum reprehendiſſe conſiderando delictum filiarum, quas obtulit Sodomitis viris illis, & vt dicit glo. in dicto cap. Offerebat. Loth iuſtus erat, alias, ſcilicèt, in alijs ſuis actibus, vel in actu ipſo exercito in procurando, ſcilicet, ne hoſpitibus ſuis iniuria fuiſſet irrogata: quàpropter dixit Sotus, quòd licèt Sanctus Petrus appellauerit Iuſtum, non indè conſequens ſit, quòd in tali actu inducendi illos ad ſtuprum filiarum, (quarum curam gerere tenebatur) fuerit iuſtus.

2. Pet. c. 2. ver. 7.

Reſponſio ad rationes allatas in fauore doctorum primæ opinionis.

Modò breuiter reſpondendum reſtat ad rationes primæ opinionis, ad quarum primam dico, maiorem propoſitionem, ita generaliter intellectam eſſe falſam: nam licèt ſit vera de conſulente propriè dicto, tamen, falſa erit de conſulente impropriè dicto, vt in notabili diximus: quoniam huiuſmodi conſulens non conſentit, in peccatum alterius, immo ei diſplicet illud: attamen illud conſulit, vt opem ferat animæ, & corpori illius, cui conſulit minus peccatum, vt fuit probatum, & per hoc corruit totum argumentum, & replica argumenti: dicendo verificari ipſum ſolùm in conſulente, propriè dicto: qui, ſcilicèt, iccircò conſulit, quia delectatur tali opere, vt tale opus eſt, vel ut à tali fiat, ſecùs qui iccircò conſulit, vt conſulat ſaluti illius, & diſplicet ſibi tale opus, (vt tale opus eſt,) quàmuis complacet ſibi illud, non vt tale, ſed vt cauſa euitandi maioris ſcandali, ac grauioris peccati, & diuinæ offenſæ: & ſic ſit ſatis factum pręſenti quæſtioni perdifficillimæ: maximè ſtante doctrina optima eiuſdem Cardinalis Caietani, in Tomo primo opuſculorum, tracta. 31. de 17. reſponſionibus reſponſione 13. §. ſoluitur hoc dubium: vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicèt: ſoluitur hoc dubium. Aliud, enim, eſt inducere ad totum hoc, ſcilicet, minus peccandum, & aliud eſt ſolummodo ad ly minus; Primum numquàm eſt licitum: ſecundum, eſt non ſolùm licitum, ſed ſanctum, immo angelorum officium, & hinc ſit, vt adulterum (cum aliter non valemus retrahere) ad ſimplicem fornicationem licitè prouocemus, non hortando, vt fornicetur, ſed ſi ſuæ vult ſatisfacere voluptati, alieno non iniurietur toro. Nec, tamen, oportet huiuſmodi conditionales ſemper exprimere, ſed ſufficit, quandoque ea mente retinere, pro loco, & tempore; vt ſapiens iudicabit: hoc, enim, non eſt inducere ad malum maius, uel minus, ſed eſt, ſecundum rem retrahere à malo maiori. ſitque frequentiſſima exercitatione hoc à redimentibus uexationem ſuam: ut fecerunt illi decem viri, apud Hieremiam, cap. 41. qui dixerunt Iſmaeli: [Noli interficere nos, quia theſauros habemus in agro.] Hæc ille, ubi ſupra, qui idem confirmauit, in commentarijs 2. 2. quæſt. 96. articu. primo, & hoc etiam fatetur Riccardus in quarto ſententiarum, diſtin. 15. articulo 5. quęſt. 5. in principio dicens: Non peccat etiam ille, qui uſurarium rogat, ut mutuet pauperi, ſi hoc faciat bona intentione ad inſtantiam illius pauperis.

Caietani doctrina circa neruum qōnis 4

Aliud eſt inducere aliquē ad totum hoc, ſcilicet, minus peccati, & aliud ſolùm ad ly minus.

Ierem. ca. 41.

Riccardus.

QVAESTIO

QVAESTIO XIII.

Vtrum liceat Principibus Chriſtianis, & eccleſiæ prælatis tollerare vſurariam mutuationem Iudæorum, vt indè euitaretur aliquod malum temporale, vel ſpirituale maius: quàm ſit damnum temporale, vel ſpirituale, quod per vſurarum exactionem ipſi Iudæi inferunt Chriſtianis.

SVMMARIVM.

1. *Conſentire in peccatum, & tolerare peccatum differunt, & quid ſit vtrumquè.*
2. *Principes, & prælati non poſſunt de iure tollerare vſurarium mutuum pro quocumque commodo temporali aſſequendo.*
3. *Conſentire, quando quis dicatur erranti.*
4. *Non corrigentis ſubditorum, exceſſus pœna.*
5. *Delicta nullo modo impunita eſſe relinquenda.*
6. *Agentes, & conſentientes pari pœna ſunt puniendi.*
7. *Prælati tollerantes vſurariam mutuationem in terris ſibi ſubditis pro aliquo damno temporali vitando, grauiter peccant.*
8. *Prælati, & principes poſſunt tollerare vſurarium exercitium Iudæorum ſine peccato, pro maiori malo ſpirituali euitando.*
9. *Corrigens multum, offendit.*
10. *Mala aliquando tolleranda ſunt, ne maiora pullulent.*
11. *Prælati quando teneantur, & principes ad tollerandum vſurarium exercitium Iudæorum.*

HABITVM ſermonem de conſulentibus, uel inducentibus ad mutuum uſurarium exercendum meritò ſubſequitur ſermo de tollerandis, uel non tollerendis uſurarijs mutuis, ſaltem, exercitis per Iudæos, de qua quæſtione uidetur primò dicendum, quòd Prælatis eccleſiaſticis, ac Principibus liceat tollerare uſurariam mutuationem Iudæorum, ſaltem ut ex tributis ipſorum poſſit occurri neceſſitatibus Reipublicæ illius, cuius regimini preſunt, quod uidetur probari tali pacto, uidelicèt.

Bonum commune præponere bono particulari laudabile, & licitum eſt principibus laicis, & eccleſiaſticis prælatis. **Maior propoſitio.**

At tollerare uſurariam mutuationem Iudæorum, indè tributa ſoluentium expendenda in utilitatem Reipublicæ eſt bonum commune, præponere bono particularium ſoluentium illis uſuram. **Minor propo.**

Ergo, tollerare uſurariam mutuationem Iudæorum ſoluentium indè tributa laudabile, & licitum eſt laicis principibus, & eccleſiaſticis prælatis. **Concluſio.**

Maior, & minor non indigent probatione cùm de per ſe notiſſimę ſint.

SED CONTRA: ciues ad Rempublicam ſe habent, ſicut partes ad ſuum totum, & membra ad corpus: At ſicut impoſſibile eſt, ut membra omnia infirma, & debilitata poſſint conſtituere corpus ſanum, cùm ſanitas membrorum cauſetur corpus ſanum, & è contrà: & ſicut impoſſibile eſt prodeſſe aliquo medicamine toti corpori, quo membrum omnia debilitantur. Sic ergo, in propoſito, cũ Reſpublica conſtituatur ex ciuibus eius, (ſicut corpus ex membris) indè ſequitur, quòd impoſſibile ſit ciuibus morſis, & deſtructis

morſibus Iudæorum vſurariorum poſſint prodeſſe tributa ab illis indè ſoluta: tum quia niſi ipſi maximum lucrum ex mutuationibus vſurarijs captarēt, non ita prompti ſoluerent tributa huiuſmodi, quæ comparata damno Reipublicæ membris,& lucro ipſorū indè exigendo,pro nihilo ſunt ducenda; quàpropter meritò ipſis principibus,& eccleſiaſticis prælatis illicitum eſt pro cōmodo aliquo temporali tollerare vſurariam mutuationē in terris ſibi ſubditis,vt latiùs probabitur,paulò poſt, in conclusionibus afferendis.

Notabile vnicum.

1 *Conſentire in peccatum, & tollerare peccatū differunt, & quid ſit vtrumquè.*

Reſpondeo præſenti quæſtioni quatuor concluſionibus præmittendo, tamen, illis. Vnicum notabile. Sciendum, ergo, quòd maxima differentia eſt inter conſentire in peccatum: & tolerare peccatum.Primò:conſentire,enim, in peccatum eſt actus voluntatis poſitiuus quo voluntas vult peccatum, & ſibi complacet in ipſo.Sed tolerare peccatum,non eſt actus poſitiuus,ſed potiùs negatio poſitiui actus voluntatis; ſi verò voluerimus vocare actum poſitiuum ipſius voluntatis,ſcilicèt, nolle punire, vel velle non punire, vel quo quis vult non punire(ſi,tamen,grāmatica huiuſmodi loquendi modum cōcedat)hoc procedit ab ipſa negatione, & eius reſpectu; ſecundò inter ſe differunt,quia Conſentire in peccatum proprium, vel alterius ſemper eſt peccatum, vt patuit per ea, quæ allata fuerunt, in præcedenti quæſtione; & tamen,ſæpe licet tollerare peccatum alienum, vt per adducenda in probationibus ſubſequentium concluſionum patebit. Hoc notabile eſt Conradi in tracta.2.de contractibus,q.26.in prin.in ver. ſecunda ſuppoſitio. His præmiſſis circa præſentem quæſtionem.

Prima concluſio ſit hæc.

2 *Principes,et prælati de iure tollerare vſurarium mutuū pro quorumq; commodo tēporali aſſequendo nō poſſunt.* c.Error,di.83.

Principibus Chriſtianis,& prælatis eccleſiaſticis, non licet tollerare vſurariam mutuationem Iudæorum faciendam Chriſtianis: etiam ſi ex tali tollerantia,ipſi,vel alij conſequerentur maius lucrū tēporale,quàm ſit dānū tēporale, quod Iudæi ex exactione vſurarum inferunt Chriſtianis. Hæc concluſio probatā quatruplici medio. Primò,de iure diuino, per arg.in c.22. libri Exo. ver.18.vbi dicitur:[Maleficios nō patiaris viuere,]& ſecūdò,iure poſitiuo per arg.in c.error.diſt.83. vbi referuntur hæc verba Innocentij,videlicèt: [Error cui non reſiſtitur. Et veritas cùm minime defenſatur, opprimitur. Negligere quippè cùm poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.]

c. Quid enim, diſt. 83.

Idem probatur per arg.in cap.Quid, enim,diſ.83. (in quo refertur ſententia Papæ Pij .in Epiſt. prima,ad omnes Chriſti fideles) in hæc verba,videlicet : [Quid enim prodeſt illi,ſuo errore non pollui,qui conſenſum præſtat erranti.] Idem per arg.in c.Conſentire,diſt.83. & eſt Gregorij, vbi habentur hæc, videlicèt : Conſentire videtur erranti,qui ad reſecanda,quæ corrigi debent, non occurrit.] Item probatur per argumentum,in c.ſicut dignum,§.Hi quoque ſunt,extra de Homicidio,in quo Alexander Tertius, vtitur infraſcriptis verbis,videlicèt:[Hi quoquè non ſunt à culpa liberi,nec à pœna debent eſſe immunes,qui licèt fuerint illius machinationis ignari, tamen, eis, quos ſicarios eſſe ſciebant,in ſarcinis cuſtodiendis miniſterium præbuerunt.] hæc ibi. Item per arg.in c.irrefragabili,extra de officio ordi.in quo Innocentius Tertius,in concilio generali,in principio canonis hæc ſtatuit, videlicet: [Irrefragabili conſtitutione ſancimus, vt eccleſiarum prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus maximè clericorum, & reformandos mores prudenter, & diligenter intendant; nè ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur.]

3 *Cōſentire quādo quis dicatur erranti.* c.Conſentire. diſt.83. c.Sicut dignū. extra de homicidio.

c.Irrefragabili. extra de officio ordin.

4 *Non corrigentis ſubditorū exceſſus pœna.*

Hæc

Hęc ibi inter alia, cum quo concordat tex. in c. fi. extra de regul. Item probatur per argumentum in c. vt famę tuę, §. Reſpondemus, extra de ſententia excommunica. In quo Innocentius Tertius, infraſcripta ſtatuit, videlicèt: [Cùm pęlati exceſſus corrigere debeant ſubditorum: & publicę vtilitatis interſit, nè crimina remaneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores: non ſolùm poſſunt, ſed debent etiam clericos, poſtquam fuerint de crimine canonicè condemnati, ſub arcta cuſtodia detinere.] hęc ibi inter alia: ſed notandum, ꝙ iccircò dixi noſtram concluſionem probari, per arg. in dictis iuribus, quia licèt reuera dicta iura explicitè, & expreſsè nō loquantur de caſu propoſito in noſtra cōcluſione, implicitè, tamen, & tacitè ipſam noſtram concluſionem confirmant, ſtatuendo omnino punienda fore crimina, & non tolleranda à pręlatis, & iudicibus, pro quacumquè vtilitate
particulari, ratio verò noſtrę cōcluſionis affertur in infraſcriptis legibus ciuili 5
bus: vbi d'r. Delicta nullatenus impunita relinquēda, quia ipſa punire expedit Reipublicę, vt habetur in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui. & in l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publiciana in rem actione, & in l. ſi longiùs, §. j. ff. de iudi. & in l. ſi à reo, §. fi. ff. de fideiuſſo. & in l. ſi operis, C. de pœnis, & in multis alijs iuribus ſimilib. Probatur & tertiò, præſens concluſio authoritate doctorum, & gloſarum in dictibis iuribus, (qui licèt ſpecialiter non loquantur in caſu noſtrę concluſionis,) tamen, implicitè (vt dixi paulòantè probātur:) Explicitè ſolū probatur authoritate Conradi in tract. 2. q. 26. concluſ. 3. & 4. de contractib. Probatur & quartò pręſens concluſio rationibus, ſeu argumentis fortiſſimis: quorum primum erit hoc, videlicèt.

c. fin. extra de regul.
c. vt famę tuę. extra de ſent. excommuni.

Delicta nullo modo eſſe impunita relinquenda probatur ꝑ multas leges ciuiles.

Ratio prima concluſionis.

Non procurantes bonum Reipublicę, cui conſulere tenentur ex officio grauiter peccant.

Maior propoſitio.

At pręlati eccleſiaſtici, & Principes Chriſtiani tollerando vſurariam mutuationem Iudęorum, in terris ſibi ſubditis, ratione alicuius emolumenti temporalis ſibi vel alijs aſſignandi; non conſulunt Reipublicę bono.

Concluſio. Minor propo.
Concluſio.

Ergo pręlati eccleſiaſtici, & Principes Chriſtiani tollerando vſurariā mutuationem Iudęorum in terris ſibi ſubditis ratione alicuius emolumenti temporalis, ſibi vel alijs ſoluendi grauiter peccant.

Maior probatur per iura allata in probatione concluſionis, per quę fuit probatum expedire Reipublicę, vt delicta non remaneant impunita, & quòd pręlati etiam teneantur punire, & non tolerare delicta.

Minor fuit probata pauloantè, quando diximus ciues conſtituere Rempublicam, ac per conſequens, cùm ipſi lędantur tali tollerantia, dicitur ipſam Rempublicam lędi.

Ratio ſecūda concluſionis

Quicumque damno proximi obuiare tenetur ex officio, & poteſt, ipſum damnum non impediens, grauiter peccat.

Maior propoſitio.

At pręlatus eccleſiaſticus, & poteſtas ſecularis, tollerantes vſurariam mutuationem Iudęorum pro bono temporali adipiſcendo, ex tali tollerātia non obuiant, (cum poſſint,) & teneantur damno proximi.

Minor propoſitio.

Ergo, pręlatus eccleſiaſticus, & poteſtas ſecularis tollerantes uſurariā mutuationem Iudęorum pro bono temporali, ex tali tollerantia adipiſcendo, aut pro malo temporali uitando grauiter peccant.

Concluſio.

Maior, & minor propoſitiones, ueriſſimas eſſe probatur per tex. in c. Quātę, extra de ſententia excommunica. in quo Innocentius Tertius, infraſcriptis uſus fuit uerbis, uidelicèt: [Ne autem ſolos uiolentię huiuſmodi authores,

c. Quantę, de ſentē. excom.

aliquorum

6 aliquorum præſumptio exiſtimet puniendos, facientes, & conſentientes pari pœna plectendos Catholica condemnat auctoritas: Eos delinquentibus fauere interpretans, qui cùm poſſint manifeſto facinori deſinant obuiare. Hęc in dicto canone, ex cuius verbis patuit apertiſſimè veritas quoque noſtræ concluſionis.

Agentes, et cõſentientes pari pœna ſunt puniendi.

Rõ tertia concluſionis. Omnes prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares non punientes ſcelera

Maior propo. commiſſa, & non impedientes committenda, grauiter peccant.

Minor propo. At prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares pro temporali lucro captando à ſe, vel ab alijs, tollerantes vſurariam mutuationem Iudæorum, dicuntur non punire, & non impedire ſcelera committenda, vt patet ad ſenſum.

Concluſio. Ergo, prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares pro lucro temporali captando à ſe, vel ab alijs, tollerantes vſurariam mutuationem Iudæorum grauiter peccant.

Maior fuit probata per adductos canones ad probandam præcedentem concluſionem.

Minor patet per ſe cùm non punire, quoddam tollerare ſit, & è contra, vt fuit quoque declaratum in præallato Notabili.

Rõ quarta cõcluſionis. Vendentes vſum poteſtatis ſecularis, vel eccleſiaſticę, ſiue hoc fiat poſitiuè

Maior propo. illam vendendo: ſiue negatiuè, puta omittendo vti illa, grauiter peccant.

Minor propo. At prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares pro lucro tẽporali captando, tollerantes mutuationẽ vſurariã Iudæorũ, vendunt vſum poteſtatis ſuæ.

Concluſio. Ergo, prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares pro lucro temporali captando, tollerantes mutuationem vſurariam Iudæorum, grauiter peccant.

c. Nemo pſbyterorum, ext. de ſimonia. Maior propoſitio probatur per tex. in c. Nemo presbyterorum, extra de ſimonia, in quo non tantùm ſimplex peccatum, ſed ſimoniæ peccatum exiſtimatur, illius prælati, qui pro pecunia accepta, vel promiſſa, abſtinet à punitione ſubditorum, & licèt ſimilis caſus in poteſtate ſeculari non dicatur ſimonia, eſt, tamen, graue peccatum iniuſtitiæ: cùm uendatur iuſtitia, ut patet ad ſenſum.

Minor patet per ſe, cùm idem ſit dicere; tollerare, ſeu non punire peccatum mutuationis uſurariæ publicæ, & dicere uſurario, ſi dederis mihi, uel alteri bonum aliquod temporale volo poteſtate mea punitiua non uti, ut patet ad ſenſum.

Secunda concluſio.

7 Prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares tollerantes uſurariam mutuationem Iudęorum in terris ſibi ſubditis pro aliquo damno temporali uitando grauiter peccant. Hæc concluſio. Probatur triplici medio: primò, enim, per argumentum, in c. ſuper eo: extra de uſuris, in quo prohibetur uſuraria mutuatio, etiam, pro redimenda uita captiui, cuius quidem ſeruitutem, damnum temporale eſſe nulli dubium eſt, inmo poterimus arguere à fortiori, ſic argumentando: ſi per tex. prǽadductum prohibetur vſuraria mutuatio pro redimendo captiuo, qui forſan ratione captiuitatis ſuæ aliquod damnum ſpirituale, & graue, poſſet incurrere, quia ſi eſſet captiuus apud infideles, poſſet deſperare de propria ſalute, & ſic fidem Catholicam abnegare, vt ſuum temporale damnum euitaret. Si, ergo, in hoc caſu non licet uſurã tollerare, quantò minus licebit tollerando cooperari in uſuraria mutuatione pro uitando damno temporali, à quo damno nullum ſpirituale detrimentum procedere poterit? Probatur & ſecundò præſens concluſio. Auctoritate D. Auguſtini, in lib. 1.

Prælati tollerantes vſurariam mutuationem in terris ſibi ſubditis pro aliquo damno temporali vitando grauiter peccant.

c. Super eo, extra de vſur.

S. Auguſt.

in lib. 1. de ciuitate Dei, c. 9. dicentis. Si propter periculum mortis, vel bonorum temporalium damnum vitandum, vel ne incurratur infamia omittitur correctio malorum: Deus tales omittentes correctionem facere, flagellat pœnis temporalibus in hac vita, quàmquàm illis vita malorum diſpliceat. hæc ille, ex quibus verbis patet veritas noſtræ cõcluſionis. Diuus, quoque, Thom. in 2.2.q.10.arti.11. implicitè aſtipulatus fuit noſtrę concluſioni, dicendo non eſſe licitum tollerare peccata, niſi pro vitandis maioribus malis ſpiritualibus (vt ſunt ſcandala, & diſſidia, quæ ex hoc poſſent prouenire,) vel pro uitãdo impedimento ſalutis eorum, qui paulatim ſic tollerati conuerterentur ad fidem; vt in ſequenti concluſione dicendum, ac probandum erit. Noſtræ, quoque, concluſioni explicitè ſe ſubſcripſit Conradus in quæſt. 26. concluſione 5. tract. 2. de contractibus. Probatur & tertiò, hoc argumento per maximè rationi conſentaneo, dicendo ſic. S. Augu. S.Thomas. Conradus. Ratio concluſionis.

Omnes facientes contra ordinem charitatis grauiter peccant. Maior propoſitio.

At prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares tollerantes vſurariã mutuationem pro temporali damno vitando, faciunt contra ordinem charitatis. Minor propo.

Ergo prælati eccleſiaſtici, & poteſtates ſeculares tollerantes vſurariam mutuationem pro temporali damno vitando grauiter peccant.

Maior propoſitio non poteſt negari, cùm omnes ſacri Theologi aſſeuerẽt ordinem charitatis omitti non poſſe ſine grauiſſimo peccato.

Minor propoſitio, per ſe patet, cùm ex tali tollerantia præponatur damnum particulare damno communi Reipublicæ, quod cauſatur ex huiuſmodi tollerantia, vt fuit probatum.

Tertia concluſio. 8

Prælato eccleſiaſtico, & poteſtati ſeculari licitum erit tollerare Iudæorum vſurariam mutuationem, vt euitetur aliquod malum maius ſpirituale, quàm ſit peccatum ipſius vſurarię mutuationis; ſi nullatenus veriſimiliter alio modo huiuſmodi peccatum maius vitari poſſit. Hæc concluſio propobatur quatruplici medio. Primò, enim, probari videtur verbis domini Ieſu Chriſti dicentis in Euangelio apud Matthæ. capitu. 13. verſic. 28. 29. & 30. videlicèt: [Dixerunt ſerui Patriſamilias, vis eamus, & colligamus ea (ſcilicet Zizania,) & ait non, ne fortè colligẽtes Zizania eradicetis ſimul, & triticum: ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem: & tẽpore meſſis dicam meſſoribus, colligite primùm Zizania, & colligite ea in faſciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum: per hæc verba, (vt ait D. Tho. in 2.2.q.64.artic.2.in reſpon.ad primum argumen.) Dominus abſtinendum mandauit ab eradicatione zizaniorum, vt tritico parceretur, ideſt, bonis. Quod quidem fit, quando non poſſunt occidi mali, quin ſimul occidantur, & boni: vel quia latent inter bonos, vel quia habent multos ſequaces: ita quòd ſine bonorum periculo interfici non poſſunt, vt Auguſti. dicit in lib. 3. cõtra Parmenianum, cap. 2. Tomo. 7. Vnde Dominus docet magis ſinẽdum malos viuere, & vltionem reſeruandam vſque ad extremum iudicium, quàm quòd boni ſimul occidantur. & in reſponſione, ad ſecundum, idem Sanctus Doctor ibidem infraſcriptis vtitur verbis, videlicèt: Deus ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ quandoq; ſtatim peccatores occidit ad liberationem bonorum, quãdoque eis pœnitendi tempus concedit, ſecundum quod ipſe nouit ſuis electis expedire. Et hoc ètiam humana iuſtitia imitatur pro poſſe. Illos, enim, qui ſunt pernicioſi in alios, occidit: eos verò, qui peccant, alijs grauiter non nocentes, *Sine peccato pręlati, & principes poſſunt tollerare vſurariã exercitium Iudæorum pro maiori malo ſpeciali euitando.* Matth. c. 13. S. Thomas. S. Auguſt.

nocentes,ad pœnitentiam reſeruat. hęc ille Sanctus. Ex his omnibus,ergo, elici pôt veritas præſentis noſtrę cõcluſionis: cùm dicta authoritas Domini, perpulchrè poſſit adduci ad probandam noſtram concluſionē:eo quòd ex ip ſa eliciatur tollerandos fore malos,quando non tollerare eos,vergeret in ma ius malum ſpirituale,vt dicitur in noſtra concluſione, iuxta expoſitionem,ac doctrinam Diui Thomæ iam adductam,quæ poſſet roborari authoritat ediui

Rom.c. 2. Pauli,ad Rom.c. 2. ver.3.& 4.dicentis: [Exiſtimas, autem,hoc ò homo,qui iudicas eos,qui talia agunt,& facis ea, quia tu effugies iudicium Dei, An diuitias bonitatis eius,& patientiæ,& lõganimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?] Probatur inſuper,& ſecun

c.deniq; facerdotes.diſt.4. dò concluſio noſtra, iure poſitiuo per arg. in capit. Denique ſacerdotes. diſtin. 4. inquo Beatum Gregorium ſcripſiſſe infraſcripta inter alia refertur. ibi de quibuſdam, qui vſque ad medias noctes ſe ingurgitabant, in quibuſdam feſtiuitatibus,videlicèt: [Non aliter ſe huius ſacri temporis obſeruationem ſuſcipere putant: quod vtiquè non rationi, ſed voluptati,immo cuidam mentis cæcitati aſcribendum eſt: vndè nec à tali conſuetudine auerti

Prouer. c. 30. poſſunt;& ideò cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt,ne fortè peiores exiſtant, ſi à tali conſuetudine prohibeantur,vt enim,ait Salomon Prouer.c.30. ver.33.qui vehementer emungit,elicit ſanguinem.] hæc vbi ſupra,ex quibus elicitur apertiſſimè veritas noſtræ concluſionis, cùm ex ipſis habeatur tollerandos eſſe aliquando criminoſos,ne peiores euadāt,& crimina minora permitti,permiſſione tollerantiæ: quando ex punitione ipſorum veriſimiliter peiora procederent. Vndè peroptimè dicit glo.in dicto c.Denique,in ver.Ve-

Gloſa. nia,quòd tollerat Diuus Gregorius crimen tale propter periculum ſciſma-

9 *Corrigēs multum offendit.* tis,vel ſcandali,vnde non eſt dicendum, quòd ignoſcatur ei,licètnon eos puniat propter multitudinem,vel ſcandalum:& in ver.ſanguinem; dicit: ſic,qui multum corrigit, offendit. Probatur & tertiò præſens concluſio doctorum

S.Th. ... authoritate,& primò Diui Tho.in 2.2.q.10.art. 11.in corp.q.qui lic t ibi explicitè non loquatur de noſtra concluſione, tamen, loquitur de eius materia implicitè; aſſerendo, quòd humanum regimen deriuatur à diuino regimine, & ipſum debet imitari: Deus, autem (quàmuis ſit omnipotens, & ſummè bonus) permittit,tamen,aliqua mala fieri in vniuerſo, quæ prohibere poſſet: ne eis ſublatis maiora bona tollerentur, vel etiam peiora mala ſequerentur. Sic ergo,in regimine humano, illi, qui præſunt rectè aliqua mala tollerant, ne aliqua bona impediantur,vel etiam ne aliqua mala peiora incurrantur. ſic

S.Auguſt. Sanctus Auguſtinus in lib.2.c.4.de ordine. Tomo 1.dicit, Aufer meretrices

10 *Mala aliquando tolleranda ſunt ne maiora pullulent.* de rebus humanis: turbabis omnia libidinibus.hęc ille Sanctus, ex quibus patet ipſum Sanctum, ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtræ concluſioni cùm probet licere permitti, permiſſione tollerantiæ, minus malum ad euitandum maius malum ſpirituale,& hoc,exemplo Dei Optimi Maximi ſubdens,vbi ſuprà,q; etiam licebit hoc, quando ex non punitione aliquod malum uitaretur, vel ſcandalum,vel diſſidium,vel impedimentum ſalutis illorum,qui paulatim ſic tollerati conuertuntur,propter quod etiam hæreticorum, & paganorum ritus aliquando eccleſia tollerauit,quando erat magna multitudo infidelium.

Conradus. Probatur quoque explicitè auctoritate Conradi, in tracta. 2. qō.26.concluſione 6.de contractibus. Probatur & quartò præſens concluſio nonnullis rationibus ſyllogiſticis,ac veris, tali pacto, videlicet: Vbicumque eadem eſt ratio,ibidem idem eſſe debet, & ius.

Sed

Sed licitum eſt prælatis eccleſiaſticis,& poteſtatibus ſecularibus tollerare aliqua crimina in terris ſibi ſubditis, tollerantia non punitionis, ne maiora mala ſpiritualia committerentur, vt ſunt ſtupra, adulteria ,inceſtus,ſacrilegia,& huiuſmodi vitia nefanda. Rõ prima conclusionis. Maior propo. Minor propo.

Ergo prælatis eccleſiaſticis, & poteſtatibus ſecularibus licebit tollerare in terris ſibi ſubiectis vſurariam mutuationem Iudæorum ad maiora flagitia vitanda. Concluſio.

Maior per ſe patet,vnde non indiget probatione.

Minor fuit probata authoritate D.Aug.& Diui Thomæ paulò antè relata.

Concluſio,ſeu conſequentia probatur hac ratione: quoniam ſi non tollerraretur huiuſmodi vſuraria prauitas in Iudæis, multa poſſent oriri abſurda, Nam pauperes non habentes, vnde ſumerent ſibi neceſſaria ex mutuo vſurario, quodammodo cogerentur aſſaſſinijs vacare, & alijs malis maioribus, vt patet ad ſenſum.

Secundò probatur ſic, ſi in caſu noſtræ concluſionis non liceret prælatis eccleſiaſticis, & poteſtatibus ſecularibus tollerare vſurariam mutuationem, hoc procederet, quia ipſi tenerentur ratione præcepti affirmatiui ad puniendum crimina. Iuxtà domini ſententiam in libro Exod. c.22.ver.18. [Maleficos non patiatis viuere,]& per cõſequens ad non tollerandum: ſed hoc nihil probat cõtra noſtram concluſionem,quĩa ex quo tenĕtur prædicti ad puniendum: ſequitur quòd punire illud, ſit actus virtutis, quia aliàs non teneretur ad illud: ergo non tenebitur ad illum actum in quocumque caſu, ſed tantùm in caſu,in quo aderunt circunſtantiæ requiſitæ ad actum virtutis: ſed in caſu noſtræ concluſionis illæ non adſunt: ergo, dicetur, quòd in caſu noſtro illis liceat tollerare,& non punire vſurariam mutuationem Iudæorum ſtante doctrina Theologorum: Et præcipuè diui Thom.in 2.2.q.33. artic.2. in corp. queſt.dicentis,quòd præcepta affirmatiua inducunt ad actus virtutum, & q̃ actus virtutum non quolibet modo fieri debent, aut dicta præcepta obligãt: ſed obſeruatis debitis circunſtantijs, quæ requiruntur ad hoc,quòd ſit actus virtuoſus,vt ſcilicèt, fiat,vbi debet,quando debet,& ſecundum quòd debet: & quia diſpoſitio eorum,quæ ſunt ad finem: attenditur ſecundum finem:iccircò in iſtis virtuoſis actibus attendenda eſt ratio finis, quàpropter ſi ille actus virtutis,qui non tollit finem,omittatur ab aliquo: ille talis ex hoc non tranſgreditur præcepti finem: At quoniam patet præceptum de puniẽdo criminoſos eſſe affirmatiuũ:iccircò dicitur ipſo aſtringi prælatos, & poteſtates prædictas ad tollerandam, ideſt, non puniendã vſurariam mutuationem Iudæorum,quando ex hac punitione maiora mala ſpiritualia,& peccata,quàm eſt ipſam vſuram exercere,procederẽt: cùm in tali caſu talis punitio non eſſet actus virtuoſus, ſed vitioſus. Ratio ſecunda concluſionis. Exodi,c.22. S.Thomas.

Quarta & vltima concluſio ſit hæc.

11 Prælato eccleſiaſtico,& poteſtati ſeculari licitum eſt,&non ſolùm licitum, immo debent ipſi tollerare Iudęorum mutuationem vſurariam moderatam, vt indè proueniat maius bonum ſpirituale, quàm ſit illud bonum ſpirituale, quod per eorum vſuras aufertur: dummodo illud bonum ſpirituale ſit debitum,ſeu præceptum,vt obtineatur, & dummodo aliàs obtineri non poſſet. *Quãdo teneantur prædicti ꝑlati, & principes ad tollerãdum exercitium vſurariũ Iudæorum.*

Dixi notanter primo,in concluſione præſenti: [dummodo ſit debitum:] Nam propter bonum conſilij, & perfectionis, (ſine quo eſt homini ſalus) non eſt tollerandum malum deſtruens ſalutem hominis: ſicut non debet

medicus

medicus tollerare damnoſam ęgritudinem membri ſui infirmi, vt idem, vel aliud membrum aſſequatur aliquod bonum ſibi non neceſſariū, ſimiliter non eſt deſerendum præceptum, vt ſeruetur conſilium; nec deſerendum neceſſarium, vt obtineatur id, quod eſt ſupererogationis.

Præceptum autem, & neceſſarium eſt, puniri crimina: ergo, ipſa particula concluſioni inſerta peroptimè fuit, dicendo dummodo ſit debitum.

Dixi ſecundò, in concluſione: [Dummodo aliàs obtineri nō poſſet,] quia ſi abſq; huiuſmodi tollerantia illud nihilò minus obtineri poſſet, nullatenus tollerandum eſſet illud malum, ſicut eſt in propoſito.

Probatur, ergo, præſens concluſio, iiſdem auctoritatibus, quibus fuit, & præcedens concluſio, (& vltra illas) duobus alijs argumentis: quorum Primum eſt.

Primum argumentum. Antecedens. Conſequentia Ratio concluſionis.

Si aliquod bonum ſpirituale eſt maius alio, ſequitur quòd malum ſpirituale illi oppoſitum eſt maius malo oppoſito alteri bono: ergo, ſi non tollerarentur Iudęorum vſura propter aſſequutionem alicuius boni ſpiritualis maioris, quàm ſit illud ſpirituale bonum, quod per eorum vſuras, auferetur, tunc incurreretur maius malum, quàm ſit malum vſurarum: modò illicita eſt illa non tollerantia, ſeu illa punitio, vbi per hoc, quòd punitur minus malum, incurritur maius malum, & ex oppoſito patet, ꝙ tollerantia minoris mali eſt in cauſa, vt euitetur maius malum, & per conſequens licita, vt patuit per adducta in præcedenti concluſione.

Secundum argumentum. Antecedens. Conſequens.

Si prælatis eccleſiaſticis, & poteſtatibus ſecularibus in caſu noſtræ concluſionis non liceret tollerare vſurariam mutuationem Iudæorum, nè ſic, huiuſmodi de eorum peccato viderentur impuniti abire: ſequeretur, quòd nec liceret illis tollerare eos in ſuis ritibus, ac obſeruantijs iudaicis, quibus offenditur Deus Optimus Maximus: cùm in vtroque genere actuum peccet mortaliter, iuxtà prophetiam Eſaiæ Prophetæ in cap. 66. ver. 3. & 4. loquentem de ſacrificijs Iudæorum, poſt domini noſtri Ieſu Chriſti Euangelij prædicationem, his verbis vtentis, videlicet: [Qui immolat bouem, quaſi qui interficit virum, qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat: qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat Idolo: Hæc omnia elegerunt in vijs ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorū delectata eſt: Vndè, & ego eligam illuſiones eorum, & quæ timebant, adducā eis: quia vocaui, & non erat, qui reſponderet: locutus ſum, & non audierūt: fecerunt q; malū in oculis meis, & quæ nolui elegerunt:] Ex quibus, ergo, verbis patet Iudęos peccare obſeruādo ritus ſuos, & ꝙ ſint in ipſorum obſeruantia tollerandi, patet per ſanctionē canonicā cōtentā in c. Qui ſincera. diſt. 47. & in c. ſicut, & in c. cōſuluit, in fi. extra de Iudę. quorum canonum tenorem retuli ſupra in qō. 1 1. in reſpōſionē. Ad primū abſurdum adductum contra cōcluſionē ibi adductā. & ratio iſtius tollerātię eſt, ne (ſi taliter inquietarentur) videretur Eccleſiam Sanctam velle cogere illos ad fidē Catholicam ſuſcipiendam (quod fieri non debet,) & ut tali tollerantia faciliùs ipſi trahi poſſint benignis ſuaſionibus, & Chriſtiana pietate, ac modeſtia ad ſuſcipiēdā fidē Catholicā: quēadmodum in dies cōtingere patet. ſic ergo, licèt prelatis in caſu noſtrę cōcluſionis tolerare vſurariā mutuationē Iudęorū.

Eſai. c. 66.

c. Qui ſincera. d. 47. c. Sicut. c. Cōſuluit, extra de Iudæis.

Ad argumentū, modò, facillima erit reſponſio, dicendo ipſum eſſe verum in caſu tertiæ, & quartæ cōcluſionis adductæ: non autem in caſu primę, & ſecundæ, vt abundè ſatis fuit p robatum per adducta in ipſis.

QVAESTIO

QVAESTIO XIIII.

Vtrum Summus Pōtifex poſſit diſpenſare cum Chriſtianis, & alijs, vt impunè, (ideſt, ſine alicuius pœnæ incurſu,) poſſint vſurariam mutuationem exercere.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſare in lege humana quid propriè ſit.*
2 *Peccatum quid ſit.*
3 *Pœna quid ſit.*
4 *Pœna debita pro peccato duplex.*
5 *Pęnæ iudiciales à iure ciuili inflictæ ſunt octo.*
6 *Mulcta quid ſit.*
7 *Pęnæ iudiciales introductæ de iure canonico ſunt in triplici differentia.*
8 *Pœnæ introductæ de iure canonico, quæ perſonales dicuntur, quæ ſint.*
9 *Pęnæ reales de iure canonico, quæ ſint.*
10 *Pęnę mixtæ introductæ de iure canonico, quæ ſint.*
11 *Pęna diuina quæ dicatur, & quotuplex ſit.*
12 *Pęna diuina corporalis quæ ſit.*
13 *Pœna diuina ſpiritualis quæ dicatur.*
14 *Vſurarij animæ triplex detrimentum incurrit.*
15 *Macula, quæ poſt peccatum vſuræ in vſurario remanet, quid ſit.*
16 *Corruptio boni naturalis, quæ in vſurario poſt vſuræ peccatum remanet, quid ſit.*
17 *Reatus pęnæ, qui remanet in vſurario poſt peccatum vſurę, quid ſit.*
18 *Vſuræ peccatum quomodo dicatur inducere reatum pœnę in ipſum vſurarium.*
19 *Diſpenſatio Papę an aliquem eximat à pœna peccati vſurę infligenda.*
20 *Dei ſolius eſt dimittere auctoritatiuè peccata, & quare.*
21 *Ieſus Dominus an vt homo dimittat peccata.*
22 *Papa poteſt eximere vſurarios quoſcumque ab incurſu pęnarum, quibus ſubiacent de iure poſitiuo ipſi vſurarij.*
23 *Papa diſpenſans cum vſurarijs circa pęnas à iure poſitiuo inflictas tali crimini, an peccet.*
24 *Peccantium ſublimitas, ac dignitas grauiora efficit eorum peccata.*
25 *Canonum tranſgreſſores voluntarij dicuntur blaſphemare Spiritum Sanctum, & quare.*
26 *Papa quatenus leges nouas condere poteſt.*
27 *Apoſtolica ſedes quas conſtitutiones, & decreta mutare poſſit.*
28 *Agentes, & conſentientes pari pęna puniuntur.*

ET Primò, videtur dicendum, quòd non: quod & probari poterit ſic, videlicèt.

Omnis, qui non poteſt auctoritatiuè dimittere peccatum vſuræ (cui pœna æterna debetur,) non poterit diſpenſare cum fidelibus, & infidelibus: vt impunè uſuram exerceant. Maior propoſitio.

At Papa non poteſt auctoritatiuè dimittere peccatum uſuræ. Minor propo.

Ergo, Papa non poteſt cum fidelibus, & infidelibus diſpenſare, vt impunè vſuram exerceant, ideſt, abſque incurſu alicuius pœnę. Concluſio.

Maior propoſitio patet per diffinitionem diſpenſationis, ſuprà ſępe allatam: cùm diſpenſatio nihil aliud ſit, quàm priuilegium exemptionis alicui conceſſum de tranſgrediendo impunè legem aliquam, cuius trangreſſioni ſtatuta erat pœna aliqua, vt docet Sanctus Thomas. in ſecunda ſecundę, q. 88. articulo decimo, in reſponſione ad ſecundum dicens. Cùm diſpenſatur in aliqua lege humana, non fit, vt legi humanę non obediatur, quod eſt contra legem naturę, & mandatum diuinum; ſed fit, vt hoc, quod erat lex, non ſit lex in hoc caſu.

S. Thomas. 1 *Diſpenſare qd ſit.*

At cùm ſupra probatum fuerit vſurariam mutuationem eſſe peccatum mortale prohibitum Domini pręcepto: [Non furtum facies] eò magis: quoniam peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei ęternam · indè ſequitur, quòd exigenti vſuram debeatur pœna ęterna iuxtà Domini verba in ſacro Euangelio apud Matthęum, capitu. 13. ver. 41. & 42. dicentis: [Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dentium.] Vndè & notanter dixi, [authoritatiuè] quia miniſterialiter: non tantùm Summus Pontifex, immo, & omnes ſacerdotes (admiſſi ad audientiam confeſſionum ab ordinarijs, poſſunt miniſterialiter dimittere, ſeu purgare à peccatis ſibi confitentes, concurrentibus alijs requiſitis circumſtantijs ex parte confitentium, & ex parte formæ ſacramenti pœnitentiæ per beneficium abſolutionis ſacramentalis.

Exo. c. 20. 2 *Peccatū quid ſit.* *Matth. c. 13.*

Minor probatur verbis Dei Optimi Maximi, loquentis per os Prophetę, ac dicentis: Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & iniquitatum tuarum non recordor.

Eſaiæ. 43. ver. 25.

SED CONTRA: Cùm pœna, quę incurritur pro vnoquoque peccato mortali non ſit tantùm vnica, iuxtà illud Ieremię Prophetę dicentis: [Duplici contritione contere eos,] videlicèt: corporali, & ſpirituali, temporali, & ęterna, quoniam: & homicidij crimini debetur ęterna poſt hanc vitam, ſi quis de ipſo non egerit pœnitentiam in pręſenti vita, & inſimul pœna temporalis in hoc mundo infligenda per miniſtros iuſtitiæ: immo aliquando quis pro unico crimine punitur in hac vita duplici pœna, ſcilicèt, pœna exilij, & pecuniaria, & aliquando mortis · & huiuſmodi, vt quotidiana experientia nos docet: ex quibus omnibus elicitur, quod licet Summus Pontifex non poſſit omnes pœnas, quę uſurarijs debentur, tamen aliquam poterit, (vt infrà latiùs probabitur) relaxare.

Ierem. cap 17. ver. 18.

3 *Pęna quid ſit.*

Reſpondeo pręſenti quęſtioni tribus concluſionibus, illis, tamen, pręmittendo: Nonnulla notabilia pro maiori intelligentia ipſarum.

4 *Pęna debita p peccatis duplex.*

Primum ergo, notabile ſit hoc.

Pœna eſt delicti, vel pro delicto ſatisfactio quę à lege, vel miniſtro legis imponitur, vt nota. in rubrica, ff. de pœnis.

5 *Pęnæ iudiciales à iure ciuili inflictæ ſunt octo.*

Pœna quæ debetur peccatis hominum eſt duplex. Alia quæ appellatur iudicialis, ſeu humana, alia diuina. Pœna iudicialis, ſeu humana eſt duplex alia iuris ciuilis, alia iuris canonici.

6 *Mulcta qd ſit.*

Pœnæ iudiciales iuris ciuilis ſunt octo, vel octo modis infligi aſſolent. Primo damnificādo aliquem in bonis, quod dupliciter fieri cōtingit, ſcilicet, vel

aliquem

aliquē priuandoomnibus bonis ſuis,& hæc dicetur confiſcatio bonorum:vel aliqua parte bonorū tantùm,& hæc dicetur mulcta:Secundò quando iudicis imperio quis vinculis, vel carceri mancipatur, & hæc pœna dicitur carcer: tertiò fuſtigatio, quando quis verberatur, ſeu fuſtigatur iudicis imperio iuxtà legis, aut miniſtri legis diſpoſitionem. Quartò quando quis pœna talionis puniendus venit legis diſpoſitione. Quinta pœna eſt infamia, quæ irrogatur à iudice meritò aliquorum criminum. Sexta pœna relegationis,vel exilij, & eſt quando iudex cauſa criminis alicuius aliquem ſubijcit huiuſmodi pœnæ. Septima eſt pœna deportationis per totam vitam, in aliqua inſula: Octaua eſt pœna ad metallum fodiendum: cui pœnæ hodie ſucceſſit pœna ad triremes: & vltima eſt pœna capitis, quando occidi præcipitur à lège, vel miniſtro legis: & licèt quàmplurimæ aliæ pœnæ reperiantur vltra adductas, tamen, quoad noſtram materiam ſufficit prædictas adduxiſſe.

Hoſt.

7 *Pęnę iudiciales introductę de iure canonico ſunt in triplici differentia.*

Pœnæ iudiciales humanæ introductæ de iure canonico ſunt in triplici differentia, (ſecundum Hoſtien. in ſumma, in §. quòd ſint ſpecies, ſub titulo de pœnis:) Aliæ, enim, ſunt perſonales: tantùm: aliæ reales tantùm: aliæ mixtæ.

8 *Pœnæ introductæ de iure canonico, quæ perſonales dicuntur, quæ ſint.*

Perſonales pœnæ introductæ à iure canonico dicuntur eſſe infraſcriptæ, videlicèt: excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum particulare, depoſitio, infamia, intruſio, incarceratio, verberatio, characteris impreſſio, ſcilicèt, impreſſio cuiuſdam ſigni in fronte, ſeruitus, Priuilegij clericalis denudatio, ſeu degradatio, tam verbalis, quàm actualis: curiæ ſeculari facta expoſitio, & largo ſumpto vocabulo, ipſa irregularitas: quę licèt magis propriè ſit appellanda impedimentum canonicum, (cùm non ſemper illam quis incurrat pro peccato,) tamen; largo modo poterit dici pœna canonica: quia à canonicis ſanctionibus eſt introducta, & ſæpe pro aliquo crimine incurritur, vt puta, pro peccato homicidij, vel ſacrilegæ Cœlebrationis in excommunicatione maiori, in ſuſpenſione, & in interdicto, & huiuſmodi: & inter pœnas perſonales connumeratur, etiam carceri mancipatio, & verberatio citra ſanguinem: hęc Hoſtien.

9 *Pęnæ reales de iure canonico quæ ſint.*

Reales pœnę canonicę, autem, ſunt illę, quę introductę ſunt in odium perſonarum: & ſunt beneficiorum priuatio, vel ſuſpenſio, rerum eccleſiaſticarum confiſcatio, & pecunię mulctatio.

10 *Pęna mixta de iure canonico introducta, quæ ſint.*

Mixtæ, verò, pœnæ introductæ de iure canonico dicuntur illę, (vt docet Hoſtien. vbi ſupra,) quæ partim ſunt perſonales, & partim reales: eò, quòd participant de vtriſque, & ſunt infraſcriptæ, videlicèt: Religatio perſonalis, interdictum generale alicuius terræ; Abſolutio vaſſallorum à fidelitate; Iuriſpatronatus priuatio; Reliquiarum extractio ex aliqua eccleſia: & multę aliæ, quæ loco ſuo referentur.

11 *Pęna diuina, quæ dicitur, & quòd duplex ſit.*

Pœna diuina dicitur illa, quæ mandato Dei infligitur, & hæc eſt duplex alia, quæ corporalis dici poterit: Alia ſpiritualis. Pœna corporalis eſt illa, quàm infligi Deus iuſſit in lege veteri per os Moyſis, vt refertur in libro Leuitici capit. 24. & in libro Exodi, cap. 21. & ſequenti, vbi dicitur oculum pro oculo, dentem pro dente, vulnus pro vulnere, Animam pro anima. Pœna, verò, ſpiritualis dici poteſt, pœna, quàm patienter homi- *Leuit c.24. Exodi c.21.*

12 *Pęna diuina corporalis quę dicatur.*

13 nes in purgatorio, vel in inferno, poſt mortem iuxtà modum culparum ſuarum, ac ordinem diuinæ iuſtitiæ. Cùm vnuſquiſque peccator luet ibi pœnas pro commiſſa culpa in hoc mundo, ſi perfectè per pœnitentiam illas hìc non perſoluiſſet: quoniam unicuique culpæ debetur propria pœna, iuxtà Dei iuſti iudicis voluntatem: iuxtà Atthanaſij ſimbolum: [Qui bona egerunt ibunt in uitam æternam, qui, uerò mala, in ignem æternum.] De his, tamen, pœnarum ſpetiebus latiùs dicetur, in tractatu primo pœnarum, & priuilegiorum eccleſiaſticorum: (Deodante.) Alia notabilia inuenies poſt probationem primæ concluſionis, quæ tamen, hìc collocabis, vbi eſt hoc ſignum. ☞

Pœna diuina ſpiritualis quę dicatur.

His præmiſſis quæſtioni ſatisfaciemus duabus concluſionibus.

14 Prima concluſio ſit hæc.

Diſpẽſatio Papę an aliquem eximat à pęna peccato vſura infligenda.

Summus Pontifex diſpenſare non poterit, cum Chriſtianis, Iudæis, & alijs infidelibus, ut impunè omnino poſſint exercere vſurariam mutuationem: ita quòd tales pœnæ æternæ ſeu diuinæ debitæ tranſgreſſoribus diuinæ legis de non furando (ſub qua fuit prohibita uſura) non ſubiaceant: cùm non ſit illius auctoritatiuè dimittere peccatum huiuſmodi vſurarij mutui, Cui debetur pœna æterna: niſi per perfectam pœnitentiam deletum fuerit. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò per text. in capitu. ſuper eo, extra de vſuris, in quo ibi [Papa Alexender Tertius, fatetur ſe non poſſe diſpenſare ſuper uſuraria mutuatione, cùm vtriuſque teſtamenti paginis ſit prohibita.] Probatur quoque, & ſecundò auctoritatè Canoniſtarum in dicto cap. ſuper eo, & Conradi in tracta. ſecundo, q. 27. concluſione prima, de contractibus. Probatur & tertiò, hac ratione, videlicèt. Si Summus Pontifex poſſet diſpenſare cum hominibus, vt exigentes ipſi vſuram, non eſſent puniendi aliqua pœna ſpirituali; ſequeretur quòd poſſet dimittere auctoritatiuè peccata, ſeu culpas hominum, cùm pœna ſit quaſi effectus culpæ eo; quòd remota culpa remouebitur, & pœna: cùm nemo pœna æterna, & ſpirituali propriè dicta puniatur, niſi pro culpa propria iuxtà verbum domini apud Ezechielem Prophetam. cap. 18. ver. 20. dicentis: [Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur:] ideſt, punietur pœna

c. ſuper eo, extra de vſur.

Conradus. Cõ prima concluſionis.

Antecedens. Conſequens.

Ezech. c. 18.

20 mortis æternę.

Dei ſolius eſt dimittere auctoritatiuè peccata; & quare.

At conſequens eſt falſum: ergo, & antecedens, & quòd conſequens ſit falſum probatur duplici medio. Primò, quia ſoliùs Dei eſt dimittere peccata auctoritatiuè, ſicut ipſe dominus proteſtatus eſt per os Eſaiæ Prophetæ: dicens [Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me; & peccatorum tuorum non recordabor,] & rurſus per os Hieremiæ Prophetæ dicens, [Ecce ego, obducam eis cicatricem, & ſanitatem, & curabo eos; & emundabo illos ab omni iniquitate, in qua peccauerunt mihi, & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus delinquerunt mihi, & ſpreuerunt me.] ex quibus verbis (iuxtà doctrinam Diui Thomæ in 3. parte, quæſtio. 64. articulo 3. in corp. quæſtionis,) elicitur, quòd ne-

Eſai. c. 43. ver. 25.

Ierem. ca. 33. ver. 6. Ver. 8.

S. Tho.

21 que Dominus Ieſus Chriſtus, vt homo, auctoritatiuè operatur interiorem effectum ſacramentorum, ſcilicet, emundationem animæ à peccatis, ſeu remiſſionem peccatorum: operatur, tamen, meritoriè, & efficienter, ſed inſtrumentaliter. Cùm paſſio ipſius, quæ competit ipſi domino, ſecũdum humanam naturam, cauſa fuerit noſtræ iuſtificationis, & meritoriæ,

An Dominus Ieſus, vt homo dimittat peccata.

& effe-

& effectiuè, non quidem per modum principalis agentis,ſiue per authoritatem:ſed per modum inſtrumenti, inquantum humanitas fuit inſtrumentum diuinitatis. Attamen Dominus Ieſus,ſecundum quòd Deus eſt,operatur remiſſionem peccatorũ authoritatiuè: quia ſolus Deus à peccatis abſoluit per authoritatem,vt docet S.Tho.in 3.par.q.84.ar.3. in reſponſione ad tertium, & probatur quoquè authoritate Diui Pauli,dicentis in epiſtola,ad Rom.c.8. ver.33.[Deus eſt,qui iuſtificat,] & ſic, vt Deus ptõ dimittere peccata authoritatiuè,non vt homo: ſi ergo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt homo non poteſt? quantò minus Papa,qui eſt purus homo authoritatiuè non poterit? ſi,ergo,non poterit dimittere peccata: ſequitur, quòd nec pœnam æternam peccato vſuræ annexam,& ſic patet per conſequens, quòd non poterit diſpenſare Papa cum vſurarijs,vt ſine incurſu alicuius pœnæ ſpiritualis exigant vſuram. Rom.c.8. ver. 33.

Probatur & ſecundò. Cùm pœna debeatur homini vſurario pro macula peccati vſuræ,quæ poſt trãſgreſſionem diuini præcepti animam noſtram immundã reddit,indè ſequitur,Papam authoritatiuè nõ poſſe liberare animam vſurarij à pœna debita pro macula contracta per peccatum tranſgreſſionis præcepti diuini de non furando: ſub quo fuit prohibita exactio vſurarum. Cùm (vt docet Diuus Thomas, vbi ſupra artic.1.in corp. qõ.) ſolus Deus poſſit emundare animam noſtram à macula peccati contracta ex tranſgreſſione præceptorum diuinorum. & ratio eſt multiplex,& prima eſt: quoniam ſolus Deus poteſt illabi animæ noſtræ: licèt Papa, & alij legitimi miniſtri ſacramenti pœnitentiæ poſſint operari emundationem animæ peccatoris per modum miniſtri,& inſtrumenti,virtute Dei, qui eſt principale agens ad operandam emundationẽ animæ noſtræ à culpa ratione cuius obligata eſt quoque ad pœnam ſubſtinendum: Secunda ratio;quoniam ſi miniſter ſacramẽtorum principaliter conferret remiſſionem peccatorum,ſequeretur vt homo cõfideret in alio homine,tamquàm ſuæ ſalutis auctore, & non in Deo,quod ab ipſo Deo prohibetur per os Ieremiæ Prophetæ,c.17.ver.5.dicentis: [Hęc dicit Dominus. Maledictus homo, qui confidit in homine,& ponit carnem brachium ſuum,& à Domino receſſit cor eius.] Tertia ratio eſt: quoniam vnuſquiſque homo eſſet anceps, & dubius de ſua ſalute, ac aſſequutione remiſſionis peccatorum ſuorum ex ſacramentis ſibi miniſtratis: eò quòd contingere poſſet, quòd miniſter ſacramẽtorum in articulo adminiſtrationis eſſet ſine gratia,& in ſtatu peccati mortalis: ac immũdus propter aliquod peccatum cogitationis peſſimæ: vel aliud peccatum occultum ei, cui miniſtratur ſacramentum: Nam ſi ex ipſo miniſtro principaliter procederet effectus ſacramentorũ,& ipſe inimicus Deo,eſſet,& immundus:quomodo poſſet alium Deo réconciliare, & mundare? Ratio ſecunda concluſionis primæ. S.Thomas. Ierem.ca.17. ver.5.

Probatur & hac tertia ratione: ſicut ſe habent principes ad condemnãdas pœnas ſtatutas in legibus contra tranſgreſſores illarum,ita,& Deus circa pœnas ſtatutas contra tranſgreſſores legis ſuæ. Vndè ſequitur, quod ſicut inferiores miniſtri ipſorum principum non poſſunt diſpenſare,vt aliquis tranſgredi legem ipſorum principum poſſint impunè, ſic & Sũmus Pontifex non poterit diſpenſare cum ſibi ſubditis, vt mutuando ſub vſu is non efficiantur rei pœnæ mortis æternæ: ſicut in lege diuina ſtatutum eſt, vt fuit probatum per illa domini verba: [Anima quæ peccauerit ipſa morietur,] & ex his patuit veritas pręſentis concluſionis primæ. Rõ tertia concluſionis. Ezech.cap.18. uer. 20.

Notandum eſt tertiò, quòd homo per tranſgreſſionem præcepti diuini:
Exo.c. 20. [Non furtum facies,] ſub quo fuit prohibitum vſuræ exercitium, & alio-
rum præceptorum diuinorum triplex detrimentum incurrit. Primum
quod Macula dicitur: Secundum dicitur corruptio boni naturalis: Tertium
Reatus pœnę; ſed ad intelligentiam primi detrimenti ſciendum, (quòd pro-
S. Thomas. priè loquendo) Macula, (vt docet Sanctus Thom. in 1, 2. q. 86. artic. in corp.
quæſtionis) dicitur in rebus corporalibus quandò aliquod corpus nitidum
perdit ſuum nitorem ex contactu alterius corporis: ſicut veſtis, aurũ vel ar-
14 gentũ, & aliæ res nitidę ex cõtactu luti, vel alterius rei immundę maculãtur.
Anima vſurarij triplex detrimẽtum incurrit. In rebus autem ſpiritualibus ad ſimilitudinem rerum corporalium erit dicẽ-
dum de ipſa macula. Habet, enim, anima hominis duplicem nitorem, vnum
quidẽ ex refulgentia luminis naturalis rõnis, per quã dirigit in ſuis actibus.
Alium autem ex refulgentia diuini luminis, ſcilicet, ſapientię, & gratię per
15 quam, etiam, homo perficitur ad benè, & decenter agẽdum: Eſt autem quaſi
Macula, quæ poſt peccatum vſurę in vſurario remanet quid ſit. quidam animę actus, quando inhęret aliquibus rebus per amorem: cùm au-
tem adhęret rebus aliquibus cõtra lumen rationis, & diuinę legis: per quem,
tũ, actum animę, quis incurrit nitoris vtriuſque defectũ ex tali contactu pro-
uenictẽ, qui defectus macula à S. Tho. vbi ſup. ar. 2. in corp. animę metaphori
cè dicitur. Quę quidem macula peccati remanet in anima peccatoris etiam
tranſeunte actu peccati, & ratio eſt, quia macula, (vt dictum eſt) importat
quemdam defectum nitoris, propter eius receſſum à lumine rationis, & diui-
nę legis: quàpropter quàmdiu homo manet in peccato; manet extra huiuſ-
modi lumen, & per conſequens manet in eo macula peccati: quę ſolùm per-
trãſit, & annihilatur per receſſum à tali ſtatu, & per acceſſum ad lumen rõnis
& ad diuinum lumen, quod fit per gratiã, & contrariũ actum voluntatis hu-
manę: Vndè licèt actus peccati, quo homo receſſit à lumine rationis, & legis
diuinę, ceſſet: non, tamen, ſtatim homo ad illud redit, in quo fuerat, ante pec
catum, ſed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui, vt
, ſcilicèt, volũtas hominis peccatoris denuo ordinem iuſtitię Dei acceptet, &
vel ipſe ſibi pœnam ſpontaneus aſſumat in recompenſationem culpę pręte-
ritę, vel etiam à Deo illatam ille patienter ſubſtineat, vtroque, enim, modo
S. Thomas. pœna rationem ſatisfactionis habet, (vt docet S. Thom. in 1. 2. quæſtio. 87.
artic. 6. vbi ſupra in reſponſione ad primum,) ſicut ſi aliquis ſit diſtans alicui
per aliquem motum, non ſtatim ceſſantę motu, fit ei propinquus: ſed opor-
tet quòd appropinquet ei, rediens per motum contrarium: Attamen macula
iſta remanens in anima peccatoris poſt actũ peccati vſurę: non dicit aliquod
poſitiuũ, niſi diſpoſitionem quãdam ad peccandũ, ſed priuatiuũ, ſcilicèt, pri
uationẽ coniunctionis ad diuinum lumen., & nitoris animę priſtini defectũ.
S. Thomas. Circa ſecundum detrimentum ſciendum, ꝙ (vt peroptimè docuit S. Tho.
in 1. 2. quęſ. 109. art. 7. in corp. quęſt.) Naturę bonum corrumpi dicitur per
16 peccatum commiſſum, inquantum natura hominis deordinatur hominis vo-
Corruptio boni naturalis, quæ in vſurario poſt vſurę peccatum remanet, qd ſit. luntate non ſubiecta Deo, cùm ipſius naturæ ordo, integritas, & incorruptio
cauſentur ex ſubiectione voluntaria hominis ipſi Deo. Vnde hoc ordine
ſublato, conſequens erit, vt tota natura hominis peccantis inordinata re-
maneat: Qui, tamen, ordo naturæ iam corruptus in homine per peccatum,
reparari non poteſt, vt ſcilicèt, voluntas hominis Deo ſubijciatur, niſi Deo
voluntatem hominis ad ſe trahente.

Circa, vero, intelligentiam tertij detrimẽti, ſcilicet, reatus pęnę (quod ho-

mo in-

mo incurrit per peccatum vſuræ. Animaduertendum primò, quòd Reatus
pœnæ eſt ille, (vt docet Diuus Thomas in 1.2.q.109.artic.7. in corp.quæſt.) S.Thomas.
per quem homo peccando mortaliter meretur damnationem æternam, qui 17
reatus pœnæ remitti non poteſt niſi à Deo, in quem eſt offenſa commiſſa, & *Reatus pœnę, qui remanet in vſurario poſt peccatum vſurę, quid ſit.*
qui eſt hominum iudex: qui reatus directè etiam dicitur effectus peccati, (vt
docet Diuus Thomas, in prima ſecundæ qõ.87.art.1. in reſponſio.ad ſecun-
dum,) quàpropter ſecundò. Sciendum, quòd peccatum, (vt docet S. Tho.
vbi ſupra artic.3.in corp.) ex hoc inducit reatum pœnæ: quòd peruertit ali- 18
quem ordinem: & quia manente cauſa manet effectus cauſæ, indè ſequitur, ꝙ *Vſurę peccatum quomodo dicatur inducere reatũ pœnæ in ipsũ vſurarium.*
principium huius ordinis, eſt vltimus finis, cui homo per charitatem inhęret,
& ideò quæcumque peccata auferentia charitatem, (vt eſt peccatum vſuræ)
auertunt à Deo. (quantum eſt de ſe) inducuntque reatum æternæ pœnæ:
ſed illa peccata (vt ſunt venialia,) quæ non auferunt charitatem Dei, (cùm
in illis non ponatur vltimus finis, & non tranſgrediatur illa committendo, Sanctus Tho.
quis diuina præcepta,) ideò non inducunt ipſa venialia reatum æternæ pœ-
næ: ſed temporalis, vt docet S.Tho.vbi ſupra, artic.5.in corp. Sciendum in-
ſuper, ꝙ ſicut ceſſante actu peccati remanet macula (vt dictum eſt) ſic, & rea-
tus; ſed ceſſante macula culpę iam deletæ per pœnitentiam, non remanet rea
tus, ſub rõne reatus pęnæ ſimpliciter: ſed ſub rõne pœnæ ſatisfactoriæ, vt do
cet S. Thom. vbi ſupra, art.6.in corp.q.in fi.& in reſpon.ad primum, & ad ſe Caietanus.
cundum. Vndè Caietanus, ibidem in commentarijs dicit, ꝙ qui à Deo obti-
nuit veniam de ſuis peccatis, remanet reus pœnę ſatisfactoriæ.

Secunda conclusio.

Summus Pontifex, poteſt diſpẽſare cum aliquibus Chriſtianis, vel Iudęis, 22
& alijs infidelibus, vt ſtantibus in ſuo robore conſtitutionibus canonicis pœ *Papa põt eximere vſurarios quoſcumque ab ĩcurſu pœnarum, quibus ſubiacent de iure poſitiuo ipſi vſurarij.*
nam infligentibus vſuram exigẽtibus, poſſint illi impunè exercere vſurariam
mutuationem, ita quòd ipſam exercentes non incurrant pœnas ſtatutas de
iure pontificio contra vſurarios. Hæc concluſio probatur duplici medio. Pri-
mo, enim, authoritate Conradi, vbi ſupra, & ſecundò, hac ratione, videlicèt.
Qui facit legem poteſt deſtruere eam in totum, vel in partem: igitur Papa
poteſt deſtruere legem pontificiam, (vt humana eſt,) qua exercitium vſura-
rum prohibetur, in tantum, quòd ſi illam abſtulerit, tenebit illius abrogatio Conradus.
vel deſtructio, quoad omnes, vel diſpenſatio quoad alios, quos ab obligatio- Ratio concluſionis.
ne illius legis eximeret ſecum diſpenſado: quàpropter indè ſequitur, quòd
ſublata huiuſmodi lege, vel pręcepto, tollitur, etiam, culpa, quę aliàs Infuiſſet
actui, qui contra huiuſmodi legem fuiſſet elicitus: Nam ſi huiuſmodi lex, vel
conſtitutio tollitur, non ligat: ſed quia multæ ſunt pœnæ ſtatutę à iure pon-
tificio, vt dicetur, & probabitur in vltima qõ. præſentis tractatus. Iccircò pa-
tet, ꝙ is, cùm quo fuerit diſpenſatum in vſuraria mutuatione non incidet in
pœnas temporales ſtatutas contra vſurarios, vt patet ad ſenſum, licèt benè 23
in pœnas ſtatutas de iure diuino. *Papa diſpenſans cum vſurarijs circa pœnas à iure poſitiuo inflictas tali crimini, an peccet.*

Tertia conclusio.

Licèt ex diſpenſatione Papę vſurarij non incidant in pœnas iuris pontifi-
cij, & culpam, quę incurreretur ex tranſgreſſione conſtitutionum iuris cano-
nici: tamen, ipſo taliter diſpenſando, cùm tribueret occaſionem tranſgrediẽ-
di legem diuinam, peccaret ſi ſine cauſa rationabili hoc faceret. ¶ Hęc con-
cluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per argumẽtum in c. Nulli fas, c.Nulli fas.25
in c. Violatores, in c. ſunt quidã, & in c. Cõtra ſtatuta, 25.q.1. Cùm in c. Nul- q.1.
li fas.

li fas. Hilarius Papa in Synodo Romana. Infraſcriptis vſus fuerit verbis, videlicèt: [Nulli fas ſit, ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicę ſedis decreta temerare, quia nos, qui potentiſſimi ſacerdotis adminiſtramus officia, talium tranſgreſſione culpa reſpiciet: ſi in cauſis Dei deſi

24 *Sublimitas, ac maior dignitas peccātium grauiora efficit eorum peccata.*

des fuerimus inuenti: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentię ſacerdotum. Siquidem reatu maiori delinquit, qui potiore honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum ſublimitas peccantium.] hęc in dicto canone, & in dicto c. Violatores. Damaſus Papa infraſcriptis vtitur uerbis, videlicèt: [Violatores canonum voluntarij grauiter à

c. Violatores, 25. q. 1.

Sanctis patribus iudicantur, & à Sancto Spiritu (inſtinctu cuius, ac dono dictati ſunt) damnantur: quoniam blaſphemare Spiritum Sanctum, non in-

25 *Canonū tranſgreſſores voluntarij dicuntur blaſphemare Spiritum Sanctū, & quare.*

cōgruè videntur, qui contra eoſdem ſacros canones nō neceſſitate compulſi, ſed libenter, (vt præmiſſum eſt) aliquid, aut proteruè agunt, aut loqui pręſumunt, aut facere volentibus ſpontè conſentiunt: Talis, enim, pręſumptio vnum genus eſt blaſphemantium Spiritum Sanctum, quia (ut iam pręlibatum eſt) contra eum agit; cuius nutu, & gratia, ſancti canones ęditi ſunt.] hęc ibi, & in dicto c. ſunt quidam. Vrbanus Papa Infraſcripta ſtatuit, videli-

c. Sūt quidam, 25. q. 1.

cèt: [ſunt quidam dicentes, Romano pontifici ſemper licuiſſe nouas condere leges; quod & nos non ſolùm non negamus: ſed etiam valdè affirmamus.

25 *Papa quas poteſt condere leges nouas.*

Sciēdū, verò, ſummopere eſt, quia indè nouas leges cōdere pōt, vndè Euāgeliſtę aliquid, & prophetę nequaquam dixerunt: vbi verò apertè Dominus, vel eius Apoſtoli, & eos ſequētes Sancti Patres ſententialiter aliquid definierunt: ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare; ſed potius, quod prædicatum eſt, uſque ad animam, & ſanguinem confirmare debet. ſi, enim, quod docuerunt Apoſtoli, & Prophetę, deſtruere, (quod abſit) niteretur: non ſententiam dare; ſed magis errare conuinceretur: ſed hoc procul ſit ab eis, qui ſemper domini eccleſiam contra luporum inſidias optimè cuſtodierunt.] hęc

c. Contra ſtatuta. 25. q. 1.

ibi, & in dicto c. Contra ſtatuta. Zozimus Papa infraſcripta ſtatuit, videlicèt: [Contra ſtatuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius, quidem, ſe-

27 *Apoſtolica ſedes quas cōſtitutiones, & decreta mutare poſſit.*

dis poteſt auctoritas. Apud nos, enim, in conuulſis radicibus viuit antiquitas: cui decreta patrum Sanxère reuerentiam.] hęc ibi. Sed notandum quòd dixi, noſtram concluſionem probari ueram per argumen. in dictis iuribus, & non ſimpliciter, per dicta iura: quoniam licèt in dictis iuribus nō fiat mentio de noſtra concluſione, tamen, ex ipſis elicitur ipſa concluſio: cùm dicta iura concludant Summum Pontificem non debere condere legem contra ſtatuta patrum, & prædeceſſorum pōtificum, niſi aliqua rationali cauſa: & quia diſpenſatio facta à Summo Pontifice ſine rationabili cauſa cum aliquibus, ut ſtantibus in ſuo robore conſtitutionibus pontificijs (in quibus conſtitutę fuerunt aliquę poenę contra uſurarios) poſſint illi impunè vſurariam mutuationem exercere, eſſet quodammodo ſententiam proferre contra ſtatuta pa-

c. Super eo, extra de uſur.

trum; maximè ſtante confeſſione Alexandri Tertij Papę, (in capitu. ſuper eo, extra de vſuris) dicentis ſe nō uidere poſſe fieri diſpenſationem ſuper uſurariam mutuationem: cùm fuerit prohibita utriuſque teſtamenti pagina: & hoc patet quoniam huiuſmodi exemptio ab incurſu poenę, eſt quędam diſpēſatio indirectè facta: & daretur indè occaſio, ac fomes nutriēdi hoc graue ſcelus Reipublicę Chriſtianę nociuum, in cordibus hominum: quod nullatenus debet facere ipſe Summus Pōtifex, cuius proprium eſſe debet (quantum in ſe eſt) ab omnibus hominibus ammouere omnia ſcādala, & radicitùs euellere

euellere omnes occaſiones peccatorum verbo, & exemplo, & minis, & blanditijs: probatur, & ſecūdo præſens concluſio auctoritate Conradi in tract. 2. de cōtractib. q. 28. cōclu. 1. col. 5. in ver. quinta pars probatur. Et auctoritate Alexandri de Neuo conſi. 100, nume. 1. 9. & 13. dicentis: Eccleſiam hoc non poſſe permittere, aut tollerare ob maius malum vitandum cuius ſententiam refert Iulius Clarus in ſua practica crimi. lib. 5. §. vſura, in ver. Hæc autem concluſio: ſubdens in contrarium eſſe conſuetudinē introductam etiam in terris eccleſiæ quoad Iudæos vſuram exercentes. Conradus. Alex. de Neuo.

Probatur noſtra concluſio hac ratione, videlicet.

Conſentiens peccato alterius, ſine rationabili cauſa, peccat. Maior propo.

At Summus Pontifex diſpenſando in vſuraria mutuationē, ſic vt exercentes illam, non incurrant pœnas iuris canonici ſtatutas contrà vſurarios, cooperatur in peccato alterius illi conſentiens ſine rationabili cauſa. Minor propo.

Ergo Summus Pontifex diſpenſando in vſuraria mutuatione ſine rationabili cauſa: ſic vt exercentes illam non incurrant pœnas iuris canonici ſtatutas contra vſurarios, peccat. Concluſio. 28 *Agentes; & conſentiētes pari pœna puniū tur.*

Maior propoſitio non indiget probatione alia, quàm auctoritate D. Pauli ad Rom. c. 1. ver. fi. qui poſt multa enumerata ſcelera concludit, dicens: [Qui talia agunt digni ſunt morte, & nō tantùm ipſi, ſed & qui conſentiunt facientibus.] Hoc idem dixit Nicolaus Papa in cap. Notum ſit, in fi. 2. q. 1. dicens: [Agentes, & conſentientes pari pœna puniendi ſunt.] Rom. capit. 1. uer. fin. c. Notū ſit. 2. q. 1.

Minor propoſitio. per ſe patet. Cùm quoddam conſentire, ac cooperari ſit in peccato vſuræ: diſpenſare in pœnis contra vſurarios ſtatutis; eò, quòd ex tali conſenſu homines cohortentur quaſi tacitè ad huiuſmodi ſcelus perpetrandum; à quo multi retrahuntur timore pœnę iuxta axioma illud vulgatiſſimum: Oderunt peccare boni virtutis amore; oderunt peccare mali formidine pœnæ: quàpropter negari non poterit minor hæc propoſitio, quoniam ſtāte, etiam, tali diſpēſatione, vſuraria mutuatio mortale peccatum eſt, atq; permanet: quia quàmuis virtute diſpēſationis, huiuſmodi mutuatio vſuraria non haberet culpam, uel pœnam, in ordine ad legem humanam: tamen, haberet culpam, & pœnam in ordine ad legem diuinam; eò quòd Sūmi Pontificis auctoritas dependeat à Deo, quaſi cum tacita conditione, ꝙ ſibi, vel alijs non liceat aliquid attentare contra legem ſuam, per quam prohibuit quoque, (vt fuit probatum) mutuationem vſurariam. Et ſic patet veritas noſtræ concluſionis.

Ad argumentum, in principio pręſentis quęſtionis, modò patet reſponſio, dicendo ipſum verificari tantùm in terminis primæ, & tertiæ concluſionis: non autem ſecundæ concluſionis, vt patuit per allata in ipſis.

QVAESTIO XV.

Vtrum vſurarius ſit mutuans pro beneuolentia mutuatarij acquirenda.

SVMMARIVM.

1 *Mutuare ex beneuolentia, & mutuare propter beneuolentiam an differant.*
2 *Præpoſitio, ex, quid importet.*

3 *Prępoſitio*

3 *Præpoſitio, propter, quid importet.*
4 *Beneuolentia, & amicitia differunt, & quid ſit vtrumque.*
5 *Mutuare propter beneuolentiam, & ex beneuolentia; quando ſit licitum. nu 6.*
7 *Mutuare propter beneuolentiam, non ratione ſui, ſed vt ex ea mutui, ipſa beneuolentia, vt quoddam medium ad acquirendum temporalia, an liceat.*

ET videtur primò dicendum, quòd licitum non ſit mutuare pro beneuolentia acquirenda: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicèt.

Maior propoſitio. Mutuans pro acquirendo aliquo pecunia æſtimabili, vſurarius eſt.

Minor propo. At mutuans propter acquirēdam mutuatarij beneuolentiam, mutuat propter acquirendum aliquod pecunia æſtimabile.

Concluſio. Ergo, mutuans propter acquirendam mutuatarij beneuolentiam, vſurarius eſt.

Maior propoſitio probatur authoritate, & ſententia domini dicentis in ſa-
Luc. ca. 6. uer. 35. cro Euangelio apud Lucam: [Mutuum date nihil indè ſperantes.]

Minor per ſe patet: quoniam beneuolentiam (maximè nobilium vel principum) non ſolùm eſt pecunia æſtimabilis, immo etiam affert maximum lucrum, vt in dies experientia ipſa, rerum magiſtra, edocemur, cùm multi viri nobiles, & probi maximo pretio emerent amicitiam, & beneuolentiam principum, imò pluris æſtimant illam, quàm facultatis propriæ maiorem partem: cùm ipſa mediantè poſſint ditari.

S. Thom. SED CONTRA eſt ſententia Diui Thom. (in 2. 2. qū. 78. artic. 2. in corp. qō. in fine.) dicentis licitum eſſe exigere ex ui mutui beneuolentiam, & amorem eius, cui quis mutuauit: cùm ille ex obligatione naturali ad hoc teneatur: quem omnes doctores communiter ſequuntur.

Reſpondeo præſenti qōni tribus concluſionibus præmittendo, tamen, il-
1 *Mutuare ex beneuolētia, et mutuare propter beneuolentiā, an differāt.* lis duo notabilia. Primum quorum eſt, quòd. Maxima differentia eſt inter mutuare propter beneuolentiam acquirendam, & mutuare ex beneuolentia: quoniam omnis mutuans ex beneuolentia, mutuat etiam propter beneuolentiam, ſed non è contra. Nam ille dicitur mutuare ex beneuolentia, cuius mutuatio procedit ex beneuolentia, tamquam à cauſa effectiua, ſiue efficien-
2 *Præpoſitio, ex, quid importet.* te: præpoſitio, enim, [ex,] dicit circumſtantium cauſæ efficientis, tantùm in his, quæ non habent cauſam materialem ex qua: cuiuſmodi ſunt accidentia: Mutuatio autem eſt accidens, quia eſt actus humanus: ſed notanter dixi [in his, quæ non habent,] &c. quia in habentibus cauſam materialem ex qua, vt homo, qui ex corpore, & anima reſultat, etiam dicit circumſtantiam cauſæ materialis ex qua: ſed præpoſitio [propter,] dicit circumſtantiam cuiuſcūq;
Ariſt. cauſæ. vt docuit Ariſt. in 2. Phyſic. tex. 27. Nam res dicitur eſſe propter cau-
3 *Præpoſitio, propter, quid importet.* ſam efficientem, finalem, & formalem; magis, tamen, dicit circunſtantiam cauſæ finalis. Cùm igitur, dicitur quis mutuaſſe propter beneuolentiam: poterit ſuſcipere hæc ſententia duos ſenſus: Primus quorum eſt, quòd beneuolentia exiſtens in mutuante fuerit cauſa illius mutuationis, & in tali ſenſu dicta verba accepta idem denotant, quòd mutuare ex beneuolentia. Secundus ſenſus eſt, quòd beneuolentia obtinenda per mutuatorem apud mutuatarium fuerit cauſa finalis mutuationis illius, quæ beneuolentiæ obtinendæ ſpes inducit mutuatorem ad mutuandū, & in hoc ſenſu dicta ſententia

accepta

accepta longè diſtat ab illa, ſcilicèt, mutuare ex beneuolentia, & hic ſenſus dicetur magis proprius dictę ſententiæ.

Secundum notabile erit, quòd Maxima differentia eſt inter beneuolentiam,& amicitiam; quoniam beneuolentia comprehendit amicitiam. Beneuolentia,enim, eſt qualitas inclinās ad volendum alteri bonum; ſiue ille alius etiam è contra illi velit bonum, ſiue non; & ſiue alium lateat hunc ſibi velle bonum, ſiue non: ſed Amicitia eſt ſpeties beneuolentię: Amicitia eſſe dicitur reciprocus amor duorum vtrique cognitus. His præmiſſis. 4 *Beneuolentia, et amicitia differūt, & quid vtrumq; ſit.*

Prima concluſio ſit hæc.

Mutuare alicui ex beneuolentia, & propter beneuolentiam, primo modo dictum,licitum eſt. Hęc cōcluſio probatur duplici medio,primò authoritate Conradi in 2.tracta.quęſt.29.concluſione prima, de contractibus, probatur & ratione. 5 *Mutuare propter beneuolētiam, & ex beneuolentia, an licitum ſit.*

Omne illud,quod fit ſecundum virtutis actum, licitum eſt. Maior propo.

At mutuare ex beneuolentia,& propter beneuolentiam, ſecundo modo, fit ſecundum actum virtutis. Minor propo.

Ergo mutuare ex beneuolentia, & propter beneuolentiam, ſecūdo modo licitum eſt. Concluſio.

Maior propoſitio, per ſe patet,& ideò probatione non indiget.

Minor probatur authoritate Ariſt.in lib.8.Ethic.c.1.in principio dicentis; vt de amicitia diſſeramus: quippè quę aut virtus quędam eſt, aut cum virtute; Vndè meritò S.Thom.in 2.2.q.23.artic.3.in reſponſione ad primum, in fine,confitetur amicitiam eſſe virtutem: ſi eius obiectum virtuoſum erit,imò quòd ſtante tali obiecto amicitia virtuoſa magis eſt aliquid cōſequens ad virtutem,quàm ipſa virtus ſit. Ariſt. S.Thomas.

Secunda concluſio.

Mutuare alicui propter beneuolētiam, ſecundo modo dictam,ideſt,vt indè obtineat ſolummodo ipſius mutuatarij amorem,licitum eſt: Hęc concluſio probatur duplici medio. Primò doctorum authoritate. Diuus,enim,Thomas,in 2.2.q.78.artic.2.in corp. qō.in fi.infraſcriptis verbis vtitur,videlicèt: Recompenſationem verò eorum, quę pecunia non menſurantur: licèt pro mutuo exigere, puta, beneuolentiam, & amorem eius,cui quis mutuauit,vel aliquid huiuſmodi: hęc ille Sanctus, cui ſe ſubſcripſit Caietanus in commentarijs ibidem: Sotus in lib.6.de Iuſtitia,& iure,q.1.articu.2.concluſione 3. Gabriel Biel, in quarto ſenten.diſ.15. q.11.circa finem interpretationis diffinitionis vſurę: Frater Ioſeph Angles in ſuo tractatu ſuper quarto ſententia. inſcripto Flores Theologicarum quęſtionum, in quęſt. de contractu mutui, art.2. concluſione 2. Frater Ioannes Alſtaing: in ſuo lexicon Theologico in ver.vſura,adducens ad hoc Summam Angelicam: Ioan. à Medina in tracta. de rebus per vſuram acquiſitis qō.1.§.ſecundum inquirendum eſt: Didacus Couarruuias,in lib. 1.variarum reſolutio.c.20.num.4.circa finem.Conradus vbi ſupra conclu.2.Syl.in ver.vſura,1.§.5.Nauarrus in ſuo manuali,c.17.nu. 207.& 209.Probatur, & tertiò hac ratione,videlicèt. 6 *An ſit licitum mutuare propter beneuolentiam,& ex beneuolentia.* S.Thomas. Caietanus. Sotus. Gabriel Biel. Ioſeph Angles. Ioa. Alſtaing. Ioā.à Medina. Couarruuias. Conradus. Sylueſter. Nauarrus.

Si mutuare ad acquirendam aliquam virtutem in ſe, vel in proximo, vel bonum,licitum eſt: ſequitur, quòd licitum erit mutuare ad obtinendam beneuolentiam à mutuatario; conſequentia patet: quoniam beneuolētia actus virtutis eſt, vt fuit probatum in probatione primę concluſionis, eò magis, quod & bonum eſt in ſui natura, procurare retributionem boni ſpiritualis: Antecedens. Conſequentia. Ratio concluſionis.

prout

Pſal. 118.ver. 111. prout teſtatur Propheta dicens: [Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.]

7 *Mutuare propter beneuolẽtiam non rõne ſui, ſed vt ex vi mutui ipſa beneuolẽtia vt quoddam medium acquiratur: an liceat.*

Mutuare non propter beneuolẽtiam obtinendam ratione ſui ſimpliciter, ſed vt ex vi mutui, ex quo beneuolentia acquiritur, tãquàm medium quoddam,& non finis mutui, & vt ex quadam obligatione ciuili incurſu à mutuatario: ipſe mutuator obtineat à mutuatario vltra ſortem aliquod temporale, vt ſunt officia, dignitates,& huiuſmodi; vt ex his obtẽtis ille lucrum indè captet: Illicitum & vſurarium erit. Secùs autem erit, ſi mutuator ſperaret lucrum principaliter ex vi beneuolentiæ contractæ per mutuum: & non lucrũ ex vi mutui: ideſt, ex obligatione ciuili contracta à ſe, ſeu incurſa à mutuatario ex vi mutui recepti: quia tunc (cùm nihil ſperetur, quod ſibi non debeatur de iure naturali ratione beneficij collati ipſi mutuatario) nihil recipit, aut ſperat recipere vltra ſortem; indè patet ipſum peccaſſe peccato vſuræ, vt in primo caſu diximus contingere, non autem in ſecundo hoc. Hæc concluſio probatur quatruplici medio: Primò, per argumentum in iure diuino apud

Luc. ca.6. uer. 35. Lucam: dicente ibi domino: [Mutuum date, nihil indè ſperantes:] Cùm huiuſmodi verbis ipſe Dominus prohibuerit (ſecundũ verum ſenſum) ſperare ex vi mutui aſſequutionem alicuius rei, tãquam pretium vſus ipſiuſ rei mutuatæ; & non prohibuerit ſpẽm adipiſcendi aliquid vltra ſortem: non ex vi mutui, ſeu ex obligatione ciuili contracta per mutuum: ſed ex vi beneuolentiæ, & vt ſignum grati animi erga mutuatorẽ ex mutuo recepto: vt fuit probatũ in primę quæſtionis Notabili ſeptimo: cùm vera vſurę diffinitio enuclearetur,& de ſpe lucri incidiſſet ſermo; nec non & in præcedẽtibus concluſionibus præſentis quæſtionis. Probatur & ſecundò iure poſitiuo per text.

c.Cõſuluit, extra de uſur. c.1.14. q.3. in c.Conſuluit, extra de vſur. In quo Vrbanus Tertius vocat vſurarium mutuatorem mutuantem ſub ſpe lucri; & ad taliter aſſequutum reſtituendum teneri. Idem habetur in c.1.14. q.3. & eſt ſententia Diui Auguſtini Epiſcopi, quæ tamquam optima ibi eſt canonizata. Probatur & tertiò doctorum au-

S.Thomas. ctoritate, & Primò ſciendum, quòd Diuus Thom. noſtrę ſe ſubſcripſit concluſioni in 2.2.quæſtio.78.artic.2. in corp. qõ.his verbis, quàm apertiſſimis, loquendo de peccati vſuræ incurſu, videlicèt: Omne illud pro pecunia habetur cuius pretium poteſt pecunia menſurari: & ideò ſicut ſi aliquis pro pecunia mutuata, vel pro quacumque alia re, quæ ex ipſo vſu conſumitur, pecuniam accipit ex pacto tacito, vel expreſſo, peccat contra iuſtitiam: ita etiam quicumque ex pacto tacito, vel expreſſo quodcumque aliud acceperit, cuius pretium pecunia menſurari poteſt ſimile peccatum incurrit. hæc ille Sanctus ex cuius verbis patet veritas noſtræ concluſionis: cùm pręſupponatur talem mutuare principaliter ad temporale lucrum captandum ex beneuolentia, nõ non delectatione beneuolentiæ in ſe, vt beneuolentia eſt: ſed vt cauſa lucri eſt: ut ipſemet Sanctus Thomas docet apertiùs paulòpoſt in eadem prædicta queſtione in reſponſione ad tertium, & ad quartum argumentum, quem

Caietanus. Sotus. Sanctum ſequitur Caietanus in commentarijs. 2. 2. vbi ſupra, qui ibidem affert multa exempla, quibus theorica per me allata in hac concluſione, per ipſum,& Dominicum à Soto in lib.6.de iuſtitia,& iure, q.1.artic.2.colum.4. & 6. practicatur.

Caietanus. Gabriel Biel. Sotus. Qui Caietanus conſentit quoque noſtræ concluſioni in commentarijs, ſecunda ſecundę, vbi ſupra. Gabriel Biel, in quarto ſententiarum diſt. 15.q.11. circa finem interpretationis diffinitionis vſurę; Sotus in lib.6.de iuſt.& iure.

q.1.ar.

q.1.artic.2.col.2.in verſ.ſed tamen de hoc:& reliqui Doctores adducti in prę cedenti concluſione ibidē præſenti ſe ſubſcripſerunt concluſioni vnà cùm Panormitano in c.Conſuluit,de vſur.& quartò,hoc argumento præſens cō- Panormi.
cluſio. Probatur videlicet.

Cùm lucrum ex vi mutui ſperare,ac intendere principaliter, ſit vſurariū, Antecedens.
& illicitum:(vt fuit probatum) indè fit,ꝙ mutuare ad obtinendam beneuolē Cōſequentia.
tiam tamquàm medium,quo,quis conſequatur lucrum ex vſu rei mutuatæ, vt exdebito profecto ex ipſo mutuo ſit vſurarium, & illicitum: Conſequens non indiget probatione, cùm luce meridiana clariùs pateat, Antecedens in prima quæſtione, & in alijs ſępius fuit probatum, vt etiam ex diffinitione vſuræ elicitur iuxtà doctrinā diui Thomę in 2.2.q.78.artic.1. in corp. quęſt. dicentis vſuram eſſe pretium vſus rei mutuatæ: quàm diffinitionem eſſe verā probaui ſuprà in Notabili ſeptimò, allato in quæſt.1.

Ad Argumentum modò quàm facillimè reſpondebitur,dicendo illud ve Reſponſio ad
rificari ſolùm in caſu tertiæ concluſionis,non autem in caſu primæ, & ſecun Argumentum
dæ:eò ꝙ quoad primam,& ſecundam concluſionem: minor propoſitio argu principale.
menti eſt falſa: & ad Probationem dicitur, ꝙ non ideò aliquid cęnſetur non extimari pecunia,eò ꝙ non ſit alia res pretioſior ipſa pecunia: ſed ꝙ de ſui na tura illud tale,nec emi, nec vendi poteſt: vt patet in beneuolentia, quæ cùm conſiſtat in actu interiori ipſius hominis,ſcilicet,in voluntate, cogi non poterit ab homine aliquo,& per conſequens neque emi,neque vendi poteſt, inuito illo,cuius beneuolentiam affectas,licèt animum vniuſcuiuſquè emollire poſſimus muneribus,& ipſis mediantibus procurare eius beneuolentiæ adeptionem: Non,autem,eam emere poterimus,vt panem,& alia bona exteriora:quæ non ſolùm emi poterunt accedente conſenſu dominorum talium re rum:verùm etiā ipſis inuitis,furando(vt patet ad ſenſum(aſſequi poterimus.

QVAESTIO XVI.

Vtrum,ſi mutuator (qui mutuauit propter beneuolentiam) vltra ſortem,aliquid receperit,peccauit,& ad reſtitutionem teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans propter beneuolentiam,ad ipſam principaliter obtinendam ratione ſui,ex mutuo;ſi quid indè acquirit,ad reſtitutionem non tenebitur.*
2 *Mutuans vt ſuprà,& aliquid recipiens à nō ſponte dante quando teneatur reſtituere.*
3 *Mutuans, vt ſuprà cognita in uoluntaria donatione mutuatarij tenebitur ad reſtitutionem taliter accepta vnà Cùm aliquibus fructibus.*
4 *locupletior quando quis dicatur factus ex re aliena conſumpta bona fide.*
5 *Bonæfidei poſſeſſor quos fructus reſtituere teneatur,& quos malæfidei poſſeſſor.*
6 *Rei aliena appellatione quid veniat.*

AT Primò videtur pro parte affirmatiua dicēdum,ꝙ hic talis peccauerit mortaliter,& ad reſtitutionem taliter accepti te neatur.Quod videtur probari ſic. Vſuræ commictens pecca Maior propoſitio.
tum, aliquid recipiendo vltra ſortem, mortaliter peccat & ad(indè)accepti reſtitutionem tenebitur.

At Mutuans propter beneuolentiam, & vltra ſortem accipiens aliquid temporale vſuram committit. Minor propoſitio.

Ergo mutuans propter beneuolentiam, & vltra ſortem accipiens aliquid

temporale mortaliter peccat, & ad taliter accepti reſtitutionem tenebitur.

Exod.c.20.

Maior probatur præcepto diuino, Domino dicente: [Non furtum facies] quo præcipimur vſuram non committere: vt ſæpius fuit probatum in præcedentibus quęſtionibus, & ꝙ ad taliter acceptum reſtituendum teneamur: probatur per regulam iuris vulgatiſſimam, quæ habetur in c. Peccatum, de regu. iur. in ſexto, vbi dicitur: [Peccatum nō dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.]

c. Peccatū, de Reg. iur. in 6.
c. Pleriq;. 14. q.3
c. Conſuluit, extra; de vſur.

Minor probatur authoritate Diui Ambroſij dicentis (in libro, de Tobia. c. 14. & habetur in c. Plerique 14. q. 3.) [Et eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt: & quodcumque ſorti accedit, vſura eſt.] hoc etiam probatur, per tex. in c. Conſuluit, extra de vſuris.

SED CONTRA. Accipiēs aliquid à mutuatario dāte gratis beneuolentiæ cā non eſt vſurarius, vt infra dicetur: ergo non ſemper ſequitur, ꝙ mutuator accipiendo aliquid à mutuatario committat vſuram, & mortaliter peccet, & ad reſtitutionem accepti teneatur.

Reſpondeo præſenti quæſtioni tribus concluſionibus infraſcriptis; videlicet.

Prima concluſio ſit hæc.

1
Mutuans propter beneuolē tiam, ad ipſam principaliter, obtinādam ratione ſui ex mutuo, ſi quid indè acquirit; ad reſtitutionem non tenebitur.

S. Thomas.
Caietanus.
Gabriel Biel.
Sotus.
Ioan. Alſtaing.
Syluester.
Io. de Medina.
Conradus.
Nauarrus.

Mutuans ex beneuolentia, vel propter obtinendam beneuolentiam, non alio fine, quàm, vt mutuatarius ipſum mutuatorem amet, poteſt ſine peccato accipere quicquid vltra ſortem à mutuatore ſibi fuit donatum & ſibi retinere poterit illud, Hæc concluſio probatur duplici medio: Primò, enim; authoritate doctorum inter quos, eſt Diuus Thō. in 2, 2. q. 78. articu. 2. in corp. quæſt. Caietanus in commentarijs. 2. 2. vbi ſupra. Gabriel Biel in 4. ſent. diſt. 15. q. 11. circa finem interpretationis diffinitionis vſuræ, ſotus in lib. 6. de Iuſtitia & iure q. 1. articu. 2. concluſ. 2. Frater Ioannes Alſtaing. in ſuo lexicon Theologico in verſi. vſura: qui refert in hoc conſentijſſe ſummam Angelicā. Syl. in verſ. vſura 1. §. j. Ioa. de Medina in Codice de rebus per vſuram acquiſitis. §. Hic, tamen, dicendi modus. Conradus in tract. 2. q. 29. conclu. 3. de Cōtractibus. Nauarrus in ſuo Manuali in c. 17. nu. 209. Probatur & præſens cōcluſio. Hac ratione videlicet

Antecedens.
Cōſequentia,

Si mutuans propter beneuolentiam, vltra ſortem gratis ratione beneuolentię mutuatarij aliquid recipiēdo mortaliter peccaret, & ad taliter accepti reſtitutionē teneretur. Indè ſequeretur hoc abſurdiſſimum, ꝙ mutuator beneuolus peioris cōditionis efficeretur ex mutuo gratis mutuatario facto, quā reliqui non mutuantes: ſed conſequens eſt falſiſſimum, ergo & Antecedēs, & ꝙ conſequens ſit falſum per ſe patet: quoniam maioris meriti, laudis, & virtutis eſt, mutuare gratis, quàm non mutuare penitùs: ſi ergo vnuſquiſq; (cui aliquid donatur) illud tuta conſcientia poteſt recipere & ſibi retinere: quantò magis hoc idem facere licebit mutuanti gratis? Vnde fatendum erit noſtram concluſionem veram, ac rationi cōſentaneam: cùm nullus mortaliter, peccet per opus virtutis, nec ad reſtitutionem taliter accepti teneatur is, cui à domino vero alicuius rei, in ipſum transfertur dominium eò ꝙ vnuſquiſquè eſt arbiter, & moderator rerum ſuarum.

2
Mutuans vt ſupra, & aliquid recipiens a nō ſponte dāte quando teneatur reſtituere illud,

Secunda concluſio.

Mutuans ex beneuolentia, vel propter beneuolentiam, (vt finis mutui eſt). & recipiens aliquid vltra ſortem à mutuatario, quem credebat ipſi gratia amoris, ac gratitudinis dediſſe illud, licèt reuera ille talis mutuatarius inuoluntariè dederit illud, & vt pretium vſus rei mutuatæ ſibi, & vt pretium redimendi vexationem ſuam, eò quòd timebat ſe poſtea malè

haben-

habendum apud mutuatorem, & quòd ſi aliquid non ſibi offerret vltra ſortem: puta, quia timebat mutuatorem indè concepturum malum animum erga mutuatarium ipſum; & quòd iccircò aliàs ſibi non mutuaſſet, vel ſolutionem ſortis principalis non diſtuliſſet vltra tempus ſtatutum; non peccat. Hæc cõcluſio probatur duplici medio: Primò, auctoritate doctorum. Sotus enim, noſtræ concluſioni aſtipulatur in lib.6. q.1. arti.4. colum.7. in fine, in ver. Tertio modo poteſt. Syluester in ſumma, in ver. vſura, 6. §.4. Conradus in tract.2.q.29. concluſione 3. de contractibus in ver. Secundus caſus. & Caietanus in commentarijs ſuper 2.2.q.78. artic.1. Nauarrus in ſuo manuali, c.17. nume.209. circa ſi. Archiepiſcopus Florentinus, in 2. par. ti.1. c.7 §.6. Probatur & tertiò, hac ratione præſens concluſio dicendo ſic.

Sotus. Syluest. Conradus. Caietanus. Nauar. Archiepiſcopus Floren.

Sicut vnicuique licet, (vt omnes doctores aſſeuerant) accipere dono, vel alio iuſto titulo à proximo ſuo rem furtiuam, vel alienam: ſi recipiens probabiliter credit rem eſſe ipſius donantis, & non alterius: ita φ ſtante tali credulitate, ac bona fide nullam indè peccati maculam incurrit, eò quòd aliàs nemo eſſet tutus in ſua conſcientia recipiẽdo aliq̃ua munuſcula à mutuatario, vel alia perſona: cùm nõ ita facile ſit, pro certo ſcire res ſibi donatas furtiuas non eſſe: vt ergo, euitemus hoc abſurdum: (cùm de vnoquoque credendum ſit bonum, & non malum, donec contrarium aliquo mòdo palàm fiat.) Indè ſequitur, φ in tali caſu tuta conſcientia poſſit mutuator ſibi retinere id, quod fuit à mutuatario ſibi donatum, donec contrarium ſibi innoteſcat, vt dicetur in ſequenti concluſione.

Ratio concluſionis. Antecedens. Conſequentia

Tertia concluſio.

3 *Mutuãs, vt ſupra, cognita inuoluntaria donatione mutuatarij tenebitur nõ ſolùm ad reſtitutionẽ rei taliter acceptæ vnà cũ fructibus ipſius.*

Mutuãs ex beneuolẽtia ſi receperit aliquid vltra ſortem à mutuatario, qui nõ volũtariè dedit (hoc ipſo mutuatore ignorãte) quàmprimum ad mutuatoris notitiã deuenerit illud non fuiſſe datũ ſibi ſpontè: ſed vi mutui; tenebitur reſtituere illud mutuatario vnà cum fructibus rei (ſic acceptæ) tam naturalibus, quàm induſtrialibus ipſius rei (ſi lucroſa res illa fuiſſet) detrahendo, tamen, ab ipſis fructibus, quãtũ induſtria ſua extimanda fuerit in dicto negotio exercitata in vtilitatem, ſeu augumẽtũ dictorum fructuum accipiẽdorũ, & detractis expenſis factis gratia ipſorum fructuum quærẽdorum, cõgregãdorum, & cõſeruandorũ: & hoc eſt verũ ſolùm, ſi res ipſę ſic acceptæ extent, & fructus earum: ſed ſi nõ extẽt ambo, quoniã durãte tali bona fide cõſumpta fuiſſent à mutuatore: tunc ille non tenebitur ea reſtituere, niſi inquantum ratione ipſarum rerũ acceptarum vltra ſortem factus ipſe fuiſſet locupletior, vt puta, quia in eam rem expẽdit taliter acceptum, in quam oportuiſſet eum expẽdere tantũ de ſuo; vel aliqua emit, ex quibus ampliauit patrimoniũ ſuũ. Attamẽ ſi res ſic accepta nõ fuiſſet lucroſa de per ſe, ſeu ex ſui natura, ſed ex induſtria, ſolùm, hominis: vt eſt pecunia, viuũ, & huiuſmodi: tũc fructus, quos quis induſtria ſua ex rẽ taliter accepta recepiſſet, nõ tenebitur reſtituere mutuatario: ſed tãtùm rẽ ipſam nudã (ſi extet,) & ſi nõ extat, tũc ſolùm tenebitur illam reſtiuere, ſi ex conſumptione illius factus fuiſſet locupletior; ſecùs ſi conſumpſiſſet illam durante tali bona fide, & ratione illius non fuiſſet factus locupletior. Hæc cõcluſio probabitur triplici medio: Primò, enim, per argumentum, in l. Certũ, C. de rei vendicatio. vbi hæc habentur, videlicet: [Certum eſt, malæ fidei poſſeſſores omnes fructus ſolere cum ipſa re præſtare: bonæ fidei verò, extantes; poſt litis conteſtationem, vniuerſos.] hæc in dicta lege ex cuius verbis patet veritas noſtræ cõcluſionis cùm huiuſmodi mutua-

4 *Locupletior quãdo quis dicatur factus ex re aliena conſumpta bona fide.*

l. Certũ, C. de rei vendic.

5 *Bonę fidei poſſeſſor quos fructus reſtituere tenetur, & quos malæ fidei poſſeſſor.*

tor poſſederit ſibi oblata bona fidè : credens ipſum voluntariè dediſſe gratia beneuolentię : Probatur quoque pręſens concluſio (quoad fructus conſumptos bonafide perdurante) niſi in illo caſu iam dicto : Idem probatur per argumentum in l.vtrum, & in l.ſed & ſi, §.Item ſi.ff.de petitio. hęredita. in qui-

l.Vtrũ, & l ſed & ſi, ff.de peti. hæred.

l. Si uſusfructuarius, ff. Quibus mod. vſusfruct⁹ amittitur.

bus dicitur : [Bonęfidei poſſeſſorem non teneri ad pretium rei bona fide poſſeſſę non extantis, niſi quatenus ex ipſa factus ſit locupletior ; ſed quòd fructus induſtriales ſint bonę fidei poſſeſſoris; probatur : per textum in l.ſi vſuſfructuarius, ff. Quibus modis vſusfructus amittatur. ſed animaduertendum, quod non ſine cauſa dixi noſtram concluſionem probari per argumentum : quoniam licèt dicta iura non faciant mentionem de mutuante propter beneuolentiam, & de alijs circumſtantijs in concluſione contentis, tamen noſtram concluſionem ipſa iura probant arguendo à ſimili : cùm in caſu noſtrę cõcluſionis mutuator ille ſit bonæ fidei poſſeſſor, quàpropter idem iudicium erit habendum de ipſo : ſicut de omni bonęfidei poſſeſſore, ratione cuiuſcumque rei : arguendo à ſimili, iuxtà regulam vulgatam : vbi eſt eadem rõ ibi idem & eſſe debet ius: Probatur & ſecundò doctorum auctoritate pręſens concluſio: ex ſacris Theologis, enim, ſe ſubſcripſerunt pręſenti conclu-

Caietanus.

Sotus.

Ioã. à Medina.

ſioni. Caietanus in commentarijs. 2.2. qõ. 78. artic. 1. in uer. Ad euidentiam. Sotus in lib. 6. ar. 4. colnm. 7. in fi. in uer. At amen : cùm primùm reſciuerit. Ioan. de Medina, in quęſt. 18. ſub titu. de rebus reſtituendis, litera c. §. His tamen, nõ obſtantibus ; licèt non loquatur ipſe ſpecialiter de recipiente aliquid ultra ſortem, bona fide : ſed tantùm de poſſeſſore alicuius rei bonafide poſſeſſę. Ex Canoniſtis uerò, loquentibus ad quid teneatur bonę fidei poſ-

Gloſa.

Innocentius.

Panor.

Bald.

Conradus.

Syluester.

Nauarrus.

ſeſſor, noſtrę concluſioni, ſe ſubſcripſerunt : gloſę in dictis iuribus ciuilibus, & glo. in c. grauis, extra de reſtitutio. ſpoliatorum, in uer. fructus. Innocentius in c. in literis, extra de reſtitutio. ſpoliatorum, in uer. ſi autem eſſet bonęfidei poſſeſſor. Panormitanus in dicto c. Grauis, colum. 3. in uer. His pręmiſſis, per totum. Baldus in dicto cap. Grauis, in uer. Tertia gloſa tractat. Conradus in tracta. 2. de contractibus, q. 29. cõcl. 3. in uer. Secũdus caſus, & in 4. cõcluſio. Sylueſter in ſumma in uer. fructus per totum, & in uer. uſura, 6. §. 4. Nauarrus in ſuo manuali. c. 17. nu. 209. circa fi. Probatur, & tertiò pręſens cõcluſio hac ratione, uidelicèt.

Ratio concluſionis.

Maior propoſitio.

Quicumque retinet rem alienam, quę à parte rei, remanet aliena; eſt illius rei reſtitutioni obnoxius.

Minor propoſitio.

At mutuator retinens ſibi coactè datum à mutuatario (licèt ipſo ignorante) tenet rem alienam, quæ à parte rei remanet aliena.

Concluſio.

Ergo mutuator retinens ſibi coactè datum à mutuatario, (licèt ipſo ignorãte) rei illius eſt reſtitutioni obnoxius ; ergo ceſſante ignorãtia (cuius gratia excuſabatur a reſtitutione) illã rẽ ſuperextãtẽ reſtituere tenebitur: patet cõſequẽtia ex cõcluſione deducta: Cùm vnuſquiſq; ſciẽter retinẽs rem alienã;

ca. Peccatum, de reg. iur. i 6.

illam teneatur reſtituere iuxtà regulam iuris, in c. Peccatum, de reg. iur. in 6. vbi dicitur : [Peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.]

Exodi, c. 20.

Maior propoſitio nõ poteſt negari, cùm ad reſtituẽdum vnuſquiſq; teneatur rem alienam, ſtante præcepto diuino: [Non furtum facies.]

5 Minor nõ indiget probatione, ſed tãtùm declaratione, quid, ſcilicèt, intelligatur per rem alienam. Quàpropter ſciendum, q̃ appellatione rei alienæ, venit res ipſa, ac fructus naturales illius, deductis expẽſis neceſſarijs, in ipſorum congregatione, conſeruatione &c. vt in concluſione dictum fuit.

Rei alienę appellatione q̃d veniat.

Ad

Ad argumentum modò, quàm facillima erit reſponſio, dicendo, minorem non eſſe veram, ita generaliter intellectam: & ad probationem dico: Primò, Diuum Ambroſium, (vt reſpondeam iuxtà communem doctorum ſententiam,) diffiniſſe vſuram impropriè dictam: non autem propriè dictum, quæ innodat peccati vinculo mutuatorem, (vt fuit probatum in 1.qõne. Notabili ſeptimo contra diffinitionem vſurę, quam tradit Alexander de Ales:) Poſſumus & ſecundò, reſpondere capiẽdo dictam diffinitionem de vſura propriè dicta, vti & ipſe Sãctus Ambroſius ſumebat, eius mentem interpretando addens, principaliter ſperatum ex vi mutui, vel vt lucrum intentum, & acceptum, vſura eſt, & tunc talis erit diffinitio: Quicquid (vt lucrum intentum, & acceptum) ſorti accedit, vſura eſt, quoniam ſine dicta clauſula addita, vera non eſſet diffinitio illa, ſumendo vſuram propriè dictam: vt probauimus, vbi ſuprà.

Reſponſio ad argumentum principale.

c. Plerique, 14. q. 3. uerus ſenſus traditur.

QVAESTIO XVII.

Vtrum mutuans ſperando aliquid captare ex mutuo, & ex huiuſmodi vſura mentali aliquid recipiens, mortaliter peccet, & ad tale quid reſtituendum omnino teneatur ei, à quo accepit, vel alteri dare taliter acquiſitum.

SVMMARIVM

1 *Spes lucri captandi eſt duplex.*
2 *Sperare, & intendere aliquid differunt.*
3 *Vſurarius mentalis, vt quis dicatur, quę oportet concurrere.*
4 *Vſurarius mentalis quotupliciter quis dici poſſit.*
5 *Mutuans ſperando lucrum ſecundariò non eſt vſurarius.*
6 *Ad Antidora quiſquè tenetur.*
7 *Mutuans intendens lucrum, ſeu ſperans lucrum principaliter vſurarius eſt.*
8 *Mutuans principaliter propter lucrum, ad reſtitutionem tenebitur.*
9 *Alienum inuadere, vel detinere an differant.*
10 *Mutuans principaliter propter lucrum, & indè aliquid recipiens à mutuatario gratis dante non tenebitur ad reſtitutionem.*
11 *Lucri illiciti, pauperibus erogandi, duplex eſt genus, & quod ex his omnino ſit erogandum.*
12 *Vſurarium lucrum eſt duplex.*
13 *Lucrum vſurarium per ſe, quid ſit.*
14 *Lucrum vſurarium per accidens, quid ſit.*

CVM in pręcedẽti quęſtione fuiſſet examinatum quid eſſet ſentiendum de eo, qui mutuauit propter beneuolentiam, & poſtmodum vltra ſortẽ aliquid recepit à mutuatario. Iccircò meritò dictam quęſtionem ſubſequitur pręſens de vſurario mentali, ſeu de mutuante ſub ſpe lucri, & indè aliquid aſſequente vltra ſortem, quę quidem qõ cùm ſit difficillima propter ſentẽtiã eruditiſſimorũ doctorũ cõtraria adinuicem ſentientium circa ipſam. Iccircò aliquanto accuratiùs examinabitur, vt veritas palàm fiat, & quid de ipſa ſentiendum ſit luce meridiana cla-

na clariùs liqueat. Quàpropter more ſolito procedendo, dico quòd primò videtur dicendum, quòd mutuans ſperando lucrum captare ex mutuo mortaliter peccet, & ad reſtituendum quicquid indè recepit teneatur ſub præcepto, quod & forma ſyllogiſtica probari videtur tali pacto, videlicèt.

Maior propoſitio.

Quicunq; eo propoſito mutuat, vt vltra ſortem recipiat in foro animæ iudicandus erit vſurarius, tranſgreſſor legis diuinę, & per conſequens mortaliter peccare, & efficaciter ad reſtituendum ei, à quo accepit taliter acceptum, eſt compellendus.

Minor propo.

At mutuans ſperando aliquid nulla interueniente conuentione captare ex mutuo, & aliquid indè recipiens, vſurarius, & tranſgrediens legem diuinam iudicandus eſt.

Concluſio.

Ergo. Mutuans ſperando lucrum captare ex mutuo, etiam, nulla interueniente conuentione, & aliquid indè recipiens, iudicandus eſt vſurarius, peccare mortaliter, & ad efficaciter reſtituendum ei, à quo accepit taliter acceptum, eſt compellendus.

Tenor. c. Conſuluit, extra de vſur. quoad p̄ſentē q̄õnem.

Maior, & minor propoſitio probantur per tex. in c. Conſuluit, extra de vſuris, vbi infraſcripta verba Vrbani Tertij referuntur, videlicèt: [Cõſuluit tua nos deuotio, an ille in iudicio animarum, quaſi vſurarius debeat iudicari, qui non aliàs mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit, vt (licèt omni conuentione ceſſante) plus tamen, ſorte recipiat. Verum, quia quid in his caſibus tenendũ ſit, ex Euangelio Lucę manifeſtè cognoſcitur, in quo dicitur: [Date mutuum, nihil inde ſperantes,] huiuſmodi homines pro intentione lucri, quàm habent (cùm omnis vſura, & ſuper abundantia prohibeatur in lege) iudicandi ſunt malè agere, & ad ea, quę taliter ſunt accepta reſtituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.] hęc ibi.

Luc. ca. 6.

SED CONTRA, ſententia eſt Diui Thomę in 2. 2. q̃ō. 78. articu. 2. in reſponſione ad tertium, (quem omnes communiter Doctores ſequuntur) dicentis. ſi munus ab obſequio, vel lingua, non quaſi ex obligatione rei exhibeatur, ſed ex beneuolentia, quę ſub æſtimatione pecuniæ non cadit, licet hoc accipere, exigere, & expetere ex mutuo. hęc ille Sanctus. ſi ergo, licet exigere aliquid vltra ſortem ex beneuolentia: indè ſequitur quòd non ſemper erit peccatum, aliquid ſperare ex mutuo, id eſt, mediante mutuo.

Reſpondeo præſenti quæſtioni quatuor concluſionibus, præmittendo, tamen illis quinque Notabilia, & recenſendo varias doctorum ſententias, & eorum fundamenta, vt deinde poſt concluſionum ſupraſcriptarum probationem, ijs, qui videbuntur noſtris concluſionibus obſtare, quàm facillimè reſpondere poſſimus, ad corroborationem eorum, quæ aſſerenda erunt in noſtris concluſionibus; vt ſic ueritas earum magis elucceſcat.

Primum Notabile.

1 *Spes lucri captandi eſt duplex.*

Primò ergo, notandum eſt, quòd ſpes aliquid captandi, vel lucri captandi eſt duplex (de qua diximus latiùs in Notabili ſeptimo, primæ quæſtionis circa expoſitionem diffinitionis vſurę à me ibi traditæ; vide ergo, ibi.

Secundum Notabile.

2 *Intendere aliquid, & ſperare aliquid differunt.*

Secundò Notandum, quòd maxima eſt differentia inter ſperare aliquid, vel lucrum ex mutuo, & intendere aliquid ex mutuo. Nam, multa ſperamus euentura, quæ, tamen, non intendimus: illa, igitur, dicuntur ſperata à nobis, & non intenta: quæ licèt ipſa deſideremus obtinere, tamen, nihil operamur ad illa obtinenda: vt puta, quis ſperat diuitias, vel aliquas dignitates aſſe-

qui

qui in futurum; quia ipſas obtinere exoptat: tamen nihil operatur per ſe, vel per alios ad ipſas opes, aut dignitates obtinendas: quàmuis ſciamus, vel probabiliter credamus ex aliquo noſtro opere illas aſſequuturos fore. Intendere, autem, aliquid tunc dicimur; quando non tantùm ſperamus illud obtinere, verùm etiam, quantùm in nobis eſt, quęrimus media, vt tandem aliquando ad iſta obtinenda pertingere poſſimus: ſic ergo, in propoſito, intendere lucrum, vel aliquid, quod idem eſt, ex mutuo: dicitur cauſa finalis ſimpliciter ipſius mutuationis, ipſam pręcedens: quàpropter ille dicetur intendiſſe lucrum, vel aliquid ex mutuo, qui iccircò mutuauit, vt indè (vltra ſortem) aliquid (vt lucrum eſt) aſſequeretur: alias non mutuaturus.

Tertium Notabile.

Vt quis (propriè loquendo) dici poſſit vſurarius mentalis, tria debent inſimul concurrere, (vt docet Caietanus in opuſculorum Tomo ſecundo, tracta. 8. queſt. 3. in corp. quæſt.) Primum quorum eſt, quòd mutuans intendat, præter mutuatam ſortem, aliquid lucri aſſequi, (vt lucrum eſt,) & tanquam pretium vſus rei mutuatæ: quoniam aliter vſuræ diffinitio non ſaluaretur, vt in prima quæſtio. Notabili ſeptimo fuit latiùs probatum. Secundum: quòd mutuantis intentio ſit talis, quòd ſine tali ſpe non mutuaſſet, ſecus ſi lucrum ſperaſſet, non vt lucrum eſt, ſed vt ſignum grati animi: (vt latiùs in prædicto ſeptimo Notabili.) Tertium, quòd illud lucrum non intendatur à mutuante, quaſi gratuitè, & amicabiliter, aſſequi: ſed ex vi obligationis ciuilis contractæ ex mutuo: quoniam ſpes recipiendi aliquid vltra ſortem non ex vi mutui, ſeu ex vi obligationis ciuilis; ſed ex vi obligationis naturalis contractę ex beneficio collato per mutuum ipſi mutuatario (vt latiùs in dicto Notabili,) & vt ſignum eſt grati animi ipſius mutuatarij: quoniam huiuſmodi ſpes non conſtituit aliquem vſurarium mentalem: vt latiùs ibi, & infra, etiam, dicetur.

Caietanus.

3 Vſurarius mentalis, vt quis dicatur, quæ oportet concurrere.

Quartum Notabile.

Vſurarius mentalis tripliciter quis dici poterit: Primò, illę, cui lucrum ſperatum ſuccedit ex vi mutui, modo, ſcilicèt, ſperato, ideſt, non gratuitè, ſicut & ipſe intendebat non gratuitè ſibi fore dandum. Secundo modo uſurarius ille dicetur: Cui lucrum ſperatum ſuccedit, non modo ſperato, ſed meliori, quia, ſcilicet, lucrum, quod mutuator ſperabat ex ui mutui, ſeu ex obligatione ciuili contracta ex mutuo: fuit ſibi traditum gratis, ac ſpontè, & non reſpectu obligationis ex mutuo contractæ. Tertio, & vltimo modo ille dicetur uſurarius mentalis, Cui lucrum ſperatum datur propter aliquam tacitam mutuantis petitionem, vt puta, ſi mutuator diceret, ego gratis mutuo hanc pecuniam, vel hoc tale quid, tu tamen benè noſti morem mercatorum, vel credo te mihi fore gratum & huiuſmodi: quæ quidem verba ſi referantur ad lucrum, vt lucrum eſt, & non ad lucrum, vt ſignum grati animi eſt; prorſus illicitum eſt, ut in concluſionibus clarius patebit.

4 Vſurarius mentalis quot ſimpliciter, quis dici poſſit.

Quintum Notabile.

Animaduertendum quoq; & quintò erit, quòd in præſenti quæſtione ſic propoſita, (vt iacet in litera) tres examinabuntur quæſtiones ſcitu digniſſimæ, & difficillimę, quarum Prima eſt. An mutuans ſperando aliquid captare ex mutuo peccet, Secunda. An ſi indè aliquid aſſequatur ad illius reſtitutionem, teneatur, Tertia. An in caſu, quo reſtituere teneretur, illud taliter receptum teneatur reſtituere ei, à quo illud recepit, aut pauperibus. & hæc

omnia

omnia gradatim per varias concluſiones erunt diſcutienda,& diffinienda: vt veritas amplectenda luce clariùs pateat.

Circa,ergo, primã propoſitam quæſtiunculam infraſcripta doctorum opinio eſt,vt latiùs in concluſionibus afferendis probabitur.

Omnes doctores, paulòpoſt citandi circa ſecundam, & tertiam quæſtionem hic propoſitam, in hoc conueniunt, quòd qui ex mutuo ſperat aliquid vltra ſortem,(ut lucrum eſt) cùm ſperet id, ad quod mutuatarius ex obligatione naturali non teneatur, ſed potiùs ex obligatione ciuili, quæ eſt pretio appretiabilis,ſi ex pacto hoc petitum fuiſſet; mortaliter peccat ratione prauę intentionis, & hoc dicetur propriè peccatum vſuræ: ſi uerò non ut lucrum eſt,ſed ut ſignum grati animi: etiam ſi aliàs non fuiſſet mutuaturus, non peccaret,ut in prima concluſione latiùs.

Circa ſecundam quæſtionem,varia fuit doctorum ſententia.

Prima fuit ſententia doctorum dicentium, quod licèt vſurarius mentalis peccet mortaliter nullatenus tamen, ad reſtituendum quicquid indè acceperit,tenebitur, niſi ſuam prauam intentionem inſinuaſſet a'iquo modo mutuatario,& huic ſententiæ ex Theologis infraſcripti ſe ſubſcripſerunt, uidelicèt: Scotus in quarto ſent.diſ.15.q.2.ar.2.§.De ultimo contractu,ſcilicèt,mutui, in ver. ſolus, enim, animus infraſcriptis vtens uerbis,uidelicèt: ſolus enim, animus ſine omni pacto uerbali, uel alio ſigno æquiualenti oſtendente debitori, quòd mutuans non mutuaret ſine ſpe lucri, non facit illum recipientem ultra ſortem ſine pacto,habere alienum, & ideò nec teneri ad reſtitutionem. hæc ille doctor. Riccardus de Media uilla in quarto ſenten.diſt. 15.art. 5.qõ.5.in corp.quæſt.in uer. Quarto modo,ubi infraſcriptis uerbis utitur,uidelicèt. Quarto modo aliquid accipere ultra ſortem poteſt fieri, aut ſine pacto, & inſinuatione intentionis plus habendi,aut cum pacto. Primo modo non tenetur reſtituere accipiens aliquid ultra ſortem, quàmuis peccet ſi corruptam habuit intentionem plus habendi: corrupta, autem,fuit intentio, ſi mutuauit principaliter in ſpe lucri, non autem ſi ſecundariò,extra de uſur. c.Conſuluit.in glo.hęc ille. Nicolaus de Orbellis ſequens Scotum, & Riccardum,ubi ſupra,ipſe uerò ad ſui tutelam infraſcripta affert, in 4. ſententia.diſt. 15.q.3.§.7. uidelicèt, licèt in dicto c.Conſuluit, dicatur quòd talis ſit inducẽdus,non tamen,ibi dicitur cogendus:qui autem reſtituere tenetur,non ſolùm debet ad reſtitutionem induci,ſed quodãmodo cogi per ſubtractionem abſolutionis, quia non debet abſolui, niſi proximo ſatisfaciat,uel ſatisfacere proponat. hæc ille. Et ex Canoniſtis dictæ ſententiæ ſe ſubſcripſerunt infraſcripti, uidelicèt: Goffreda in ſua ſumma tit.eodem in uer.uel ſi dicatur,ubi infraſcriptis utitur uerbis, uidelicèt: uel ſi dicatur ſimpliciter,& indiſtinctè ſola ſpe committi uitium uſurarum, dico, quòd ad purgationem delicti non eſt opus reſtitutione eius,quod ſic ſorti accedit: ſed ſufficit pœnitentia: ſicut pœnitentia ſola purgatur ſimonia tantùm animo commiſſa. Idem ſentit Cardinalis Zabarella in Clem.unica,quęſt.24.in fi.in uer.ſi autem de intentione, ubi infraſcriptis utitur uerbis,uidelicèt: ſi autem de intentione non conſtat, niſi in foro pœnitentiali,adhùc tutum eſt, quòd reſtituat. Item etiam,ſi non poteſt in foro animæ induci ad reſtituendum, puto quòd poſſit aliter pœnitere, quia id, quod accipit, nõ dicitur ablatum,nec dicitur uſura: ſed minus debitè, ideſt, non ex bona mente quæſitum. Idem ſentit, & Petrus de Ancharano,in dicta Clem.de vſur.q.2.immemor eorum,(cum reuerentia tamẽ,

Scotus.

Riccardus.

Nicolaus de Orbellis.

Goffreda.

Cardinalis Zabarel.

Anchara.

tanti

tanti doctoris,) quæ dixerat in Regula peccati venia de reg. iur. in 6. vt inferiùs referam. In dicta ergo, q. 2. infraſcriptis vtitur verbis, videlicèt: & hoc dico, quòd vſura mentalis debet reſtitui, eſt verum; quando praua creditoris intentio innoteſcit debitori qualitercumque: puta, ex eo, quòd facere cōſueuit: facit prædicta decretalis, Conſuluit: dicto, enim, caſu vſura cenſetur conuentionalis, pacto tacitè intellecto; ſecùs ſi debitori non innoteſcit talis intētio, tunc enim ſola mens non obligat ad reſtitutionem, cùm nō ſit ibi pactum vel exactio implicitè, vel explicitè. hæc ille.

Secunda fuit opinio extrema, dicentium, quòd. Non ſolùm is, qui per vſuram mentalem aliquid acquiſiuit ab eo, qui illud non ſpōtè, ſed coactè illud tale quid tradiderat ſibi; verùm etiam & is, qui praua huiuſmodi intentione præcedente mutuauerat, & poſtea vltra ſortem aliquid ſuſcepit à tali mutuatario ſpontè dante, & vt ſignum grati animi, & nō vt pretium vſus rei mutuatæ, & ratio iſtorum doctorum eſt: Primò, quia ex charitate vnuſquiſque debet mutuare, & non cum tali praua intentione: ergo, ex mala radice, &c. ideò reſtitutioni erit obnoxium illud acceptum ſic. Secundò, quòd indè ſequitur: quòd videatur illud tale donatum ſibi fuiſſe coactè, & eadem intentione, ſcilicèt, ratione mutui, & non aliàs, & hæ duæ rationes afferuntur à Ioan. And. *Ioan. And.* Infraſcripto loco, & huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt infraſcripti doctores, videlicèt. Ioan. And. in c. Conſuluit, extra de vſur. & in Mercurialibus, in regula. Peccatum, de reg. iur. in 6. colum. 6. in ver. Occurrit, tamen, dubium de eo, *c Cōſuluit, extra de vſur.* quod ſtatim dictum eſt, ſcilicèt, vtrum ſola intentio: Panormitanus in c. Cōſuluit. Notabili 1. & 2. extra de vſur. Papa Adrianus in 4. ſenten. dum loquitur de vſurarum reſtitutione fol. 51. colum. 3. in ver. Exemplum primi, vt pono, qui. *Panor. Adrian' Papa. Ancharanus.* Ancharanus in c. j. de vſur. in 6. in fi. ver. j. quærò, colum. 4. poſtquàm retulit ſentiam: primò, à me allatam contra quam inſurgit ibi Ioan. And. ſub inferendo ſuam ipſe Ancharanus dicit, Ioan. And. reſpondet ad dictam opinionem, & alias rationes, vt ibi per eum, videas. ex quibus verbis videtur ſe ſubſcripſiſſe prędictę ſententię, quod manifeſtius inſinuauit, & idem Ancharanus in Regula peccati venia, de reg. iur. in 6. col. 6. in ver. Vtrum ergo, vſurarius mentalis, refert ſententiam Archid. in c. ſi fœneraueris 14. q. 3. dicentis quòd teneatur reſtituere acquiſita per vſuram mentalem, cui ſe ſubſcripſit.

Tertia opinio eſt incedens mediam viam (quam & ego ſequar) in concluſionibus per me ſtatim afferendis, licèt reuera omnes hæ tres ſententiæ poſſint concordari (meo quidem iudicio,) vtendo diſtinctionibus, vt in ipſis concluſionibus latiùs vtar, & ego in abſoluenda, ac decidenda pręſenti quæſtione ſcitu digniſſima.

Circa verò tertiam quęſtionem, vide quę dicūtur in q. 29. cùm ibi agatur ex profeſſo, ne hìc eadem repetam.

His ergo, præmiſſis Deodante pręſenti propoſitę quęſtioni, & omnibus eius membris ſatisfaciam gradatim: concluſionibus quatuor infraſcriptis, videlicèt.

Prima concluſio ſit hęc.

5 *Mutuator ſperando lucrum ex mutuo, ſpe dicta ſecundaria, vſurarius non eſt.*

Mutuans, non intendens lucrum, ſed ſperans lucrum, ſiue ſpe lucri, quæ concomitans mutuationem dicitur à ſacris Theologis, & à Canoniſtis appellatur intentio, ſeu ſpes lucri ſecundaria, (de qua latiùs in notabili ſeptimo, primę quęſtionis) ſiue ſpe lucri, quę ſpes lucri impulſiua à ſacris Theologis, & à nōnullis Canoniſtis minus principalis dicitur, de qua latiùs indicto notabili,

tabili non vt lucrum eſt, ſeu ſub ratione lucri, ſed ſpe lucri, vt ſignum grati animi eſt. Ideſt, ſiue mutuans principaliter mutuet ratione amicitiæ, quæ inter ipſum mutuātem,& mutuatarium, uel alios eſt, aut indè futuram ſperet, & ſecundariò ſperet lucrum indè captare; mutuaturus nihilò minus, etiam, ſi pro certo ſciret ſe nihil indè acquiſiturum fore: ſiue ipſe mutuans nō mutuaret, niſi ſperaret ſe indè aliquid fore accepturū à mutuatario, non affectu lucri, vt lucrum eſt: ſed affectu lucri, nō ut lucrum eſt, ſed ut ſignum grati animi: ad quod unuſquiſque ex naturali obligatione reddendum tenetur ſuo benefactori, ſi ingratus haberi nolit (vt debet) huiuſmodi mutuator nullatenus peccato uſuræ fœdatur, ac macula uſurariæ prauitatis deturpatur. Hęc conclusio probatur quatruplici medio: Primò, enim, diuino iure, per argumentum, à contrario ſenſu: Dominus, enim, præcepit non concupiſcendam fore proximi noſtri rem; necnon & Non furtum faciendum: ſub quibus præceptis mihi uidetur utramque uſuram fuiſſe prohibitam, mentalem, ſcilicèt, & conuentionalem: mentalem, inquam, ſub uerbis: [Non concupiſces:] conuentionalem, ſub illis uerbis: [Non furtum facies,] & tamen per utraq; pręcepta prohibita fuit nobis iniuſtitia, ſeu tranſgreſſio ordinis iuſtitiæ; ergo, à contrario ſenſu: per dicta præcepta fuit nobis cōceſſum deſiderare id ex mutuo, ad quod exhibendum nobis quiſque naturali obligatione tenętur. At naturali obligatione quiſque mutuatarius tenetur ſignum aliquod gratitudinis oſtendere ſuo benefactori: ergo, mutuator iure optimo ex mutuo id expoſcere, expectare, ac ſperare poterit: vt in terminis noſtræ concluſionis habetur: cùm inde nulla iniuria irrogetur mutuatario, quæ prohibetur in dicto iure diuino ſupra citato: cùm ex illis præceptis nemo veniat liberatus à ſolutione eorum, ad quæ tenetur de iure naturali: imò dictis præceptis decalogi hoc ipſum mādatur, ſcilicet, obſeruare id, quod à iure naturali præcipitur: ſuper quo fundantur pręcepta decalogi prædicta: ut patet ad ſenſum. Probatur ſecundò, & iure poſitiuo per argumentum in c. ſicut epiſcopum, 1.q.2. in quo refertur ſententia Diui Gregorij Papæ, (in Regiſtri lib.4. epiſtola 44. ſiue cap.88. in ſynodo Romæ habita,) vtentis his verbis, videlicèt: [ſicut epiſcopum non decet manū, quam imponit, vendere, ita miniſter. Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito, ſeu pacto, neque exactus, neque petitus, poſt acceptas cartas, & pallium: aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo cauſa, dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit.] hæc ibi. ex quibus noſtra concluſio probatur, cùm huiuſmodi mutuator (de quo ſermo habetur) nullatenus, vt ſupponitur, ambiat munuſcula, ſeu lucrum, vt tale, ſed vt ſignum amoris, & grati animi: de quo in dicto canone inſinuatur, cùm dicitur: [gratiæ tantummodo cauſa] vt per ſe patet, & infraſcripti doctores citandi aſſeuerant: Eadem concluſio probatur per argumentum in c. Dilectus, el ſecundo, extra de ſimonia. in quo Innocentius Tertius ſcribens Cantuarienſi Archiepiſcopo Mandat ei, ut puniat quoſdam monachos, qui pretio, ac muneribus dicebantur recepiſſe quendam adoleſcentem ad monachalem vitam, & in fi. ſub inferens vtitur infraſcriptis verbis, videlicèt: [Illud, tamen, gratanter recipi poterit, quod fuerit ſine taxatione gratis oblatum.] hæc ibi. ex quibus elicitur veritas noſtræ concluſionis: cùm illud dicatur iuridicè gratis, & ſine taxatione ſolutum, ad quod tribuēdum obligatio ipſa naturalis ſolùm compulit, eò magis, quòd aliud nō quæritur

Exodi, c. 20. ver. 17.

c. Sicut epiſcopum. 1. q. 2.

c. Dilectus, el ſecundo de ſimonia.

ritur à mutuatario, niſi ſignum gratitudinis, nec mirum ſi homini ingratitu-
do diſpliceat, cùm & ipſa etiam Deo diſpliceat, vt Eccleſia Sancta docet in-
decantatione illius orationis, incip. Deus, cui ingratitudo maximè diſplicet.
Idem probatur per argumentum in c. Cùm in officijs, extra de teſtamentis, *c. Cùm in officijs, extra de teſtamentis,*
in quo refertur canon Concilij Lateranenſis, in hæc verba videlicet, [Cùm
in officijs charitatis primo loco illis teneamur obnoxij, à quibus beneficium
nos cognoſcimus recepiſſe] Idem in l. ſed & ſi lege. §. Conſuluit. ff. de Petit. *l. Sed & ſi lege ff. de petit. hæredita.*
hæred. in quo dicitur, [Vnumquemquè ex donatione ſibi facta, ad remune-
randum donatori naturaliter obligari] Dixi probari noſtram concluſionem
per argumentum in dictis iuribus, quoniam: (& ſi nulla mentio fiat in dictis 6
iuribus de contentis in noſtra concluſione) reuera per regulam, quæ ibi tradi *Ad Antidora quiſq; tenetur.*
tur: (ꝙ vnuſquiſquè teneatur ſuo benefactori gratum ſe reddere) ſequi-
tur veritas noſtræ concluſionis: cùm indè eliciatur ꝙ mutuatarius mutua
tori aliquid exibere teneatur in ſignum grati animi ex quadam naturali obli-
gatione ratione beneficij recepti: ſi, ergo, ad id tenetur mutuatarius: ſequitur
quoquè illud, ꝙ mutuator poſſit hoc ſperare, & exigere: cùm ad hoc ſibi tra
dendum naturali obligatione, mutuatarium teneri animaduertat. Probatur
& tertiò, præſens concluſio auctoritate doctorum: Sanctus, enim, Thomas
quàm libentiſſimè ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni in 2.2. q.78. articu.2. in- *S. Thomas*
corp. quæſtionis infraſcriptis verbis vtens, videlicet, ſi verò accipiat aliquid
huiuſmodi, non quaſi exigens, nec quaſi ex aliqua obligatione tacita, vel ex-
preſſa: ſed ſicut gratuitum donum, non peccat: quia etiam antequàm pecu-
niam mutuaſſet, licitè poterat aliquid donum gratis accipere nec peioris con
ditionis efficitur per hoc, ꝙ mutuauit. Recompenſationem, verò, eorum, quę
pecunia non menſurantur, licet pro mutuo exigere, puta beneuolentiam, &
amorem eius, qui mutuauit, vel aliquid huiuſmodi: hæc Sanctus Thomas vbi
ſupra. animaduertendum tamen, ꝙ quando ipſe Sanctus dixit, nec quaſi ex
aliqua obligatione tacita, non loquebatur de obligatione naturali: ſed tan-
tùm de obligatione ciuili, vt docet ibi Caietanus, eò ꝙ vt per allata iura pa-
tuit, licet illud tale exigere, ad quod tradendum nobis quis naturali ex obli-
gatione tenetur: & ꝙ Sanctus Thom. loquutus ſit de obligatione ciuili patet
primò, ex eò ꝙ dixerat de recompenſatione eorum, quæ pecunia non men-
ſurantur: & tamen nulli dubium eſt, obligationem ciuilem pecunia menſura
ri, cùm ſit quoddam ius pretio æſtimabile, vt latiùs probabitur per inferiùs
afferenda: ſecundò, ex eò ꝙ dixit, puta beneuolentiam, vel aliquid huiuſmodi:
quaſi diceret, vel aliquod munuſculum, in ſignum grati animi, & amoris con-
cepti in animo mutuatarij ex mutuo recepto: tertiò, ex eò ꝙ ipſe Sanctus ibi-
dem ſubintulit in reſponſione ad primum dicens. Alio modo tenetur aliquis
ad recompenſandum beneficium ex debito amicitiæ: in quo magis conſidera
tur affectus, ex quo aliquis beneficium contulit: quàm enim quantitas eius,
quod fecit. Et tali debito non competit ciuilis obligatio, per quam induci-
tur quædam neceſſitas, vt non ſpontanea recompenſatio fiat, hæc ille Sanctus:
ex cuius verbis elicitur ipſum ſentire, ꝙ tali debito exorto ex mutuatione nõ
competat ciuilis, ſed naturalis obligatio: quartò, idem probatur: ex eò ꝙ in re
ſponſione ad tertium, ibidem dixit. Si verò munus ab obſequio, vel lingua,
non quaſi ex obligatione rei, exhibetur: ſed ex beneuolentia, quæ ſub æſtima-
tione pecuniæ non cadit, licet hoc exigere, accipere, & expetere, hæc ille Sã-
ctus ex quibus omnibus luce meridiana clariùs elucet ipſum Sanctum Do-

ctorem

Caietanus. ctorem ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni:Caietanus in comentarijs.2.2.q.
78. vbi ſuprà vnà cùm infraſcriptis alijs Doctoribus in locis infrà citandis
ſe ſubſcripſerunt explicitè præſenti noſtræ concluſioni ipſam veram proban
Sotus. Cardinalis à Turre cremata. do non nullis alijs rationibus. Dominicus à Soto in lib.ſextò de iuſtitia, & iu
re q.1.articu.4.col.ſexta & ſeptima,& ruſſus idem Caietanus in opuſculorũ
tomo.2.tract.8.quæſt.2.Cardinalis à ture cremata in c. Putant. 14. q.4.con-
Riccardus. Nicolaus de Orbellis. cluſione ſecunda.Riccardus loco ſuprà citato.Nicolaus de Orbellis loco ſu-
Hadrianus Papa. prà citato. Hadrianus Papa in titu.de ſacramento Peniten. de reſtitutione in
fine capituli,incip.Agredior caſus ſpirituales. Gabriel Biel in 4.ſent.diſt. 15.
Gabriel Biel. q.11.circa finem Notabilis primi. Ex Canoniſtis,verò,ſunt infraſcripti, licèt
reuera loquantur ſolùm de ſpe lucri ſecundaria, & non de ſpe lucri præcedẽ
te mutuum,impulſiua appellata à non nullis Theologis,ſcilicèt, à Caietano,
Io.de Medina. à Soto vbi ſuprà,à Ioan.de Medina in Codice de Rebus per uſuram acquiſi
Didacus Couarruuias. tis q.1.§.De lucro etiam intento,& §.ſequenti, à Diadaco Couarruuias in li-
Inno.Papa 4. bro 1.variarum reſolut.cap.2.nu.4.& à Nauarro loco infrà citando :] Inno.
Goffreda. enim Papa,4.in c.Conſuluit, extra, de vſur.Goffreda in ſua ſumma ſub titul.
Hoſtienſis. de vſur.Hoſtienſis in ſumma in titu.de vſur.in fine.§.Quid ſit vſura.Glo.in c.
Gloſa. Ioan.And. Conſuluit:in uerſi.ſperantes,extra:de uſur.quàm gloſam Ioa.And. Anto. de
Anto.de Butr. Io.de Anania. Butrio,Ioan.de Anania.Panormitanus,& omnes alij canoniſtæ in d.cã.Con-
Panormita. ſuluit,ſequuntur:& ſummularij in uerſ.uſura. Conradus in tract. 2.de Con-
Conradus. Syluester. tractibus.q.29.concluſione.3. Syluester in uer.uſura 1. §.1. Nauarrus in ſuo
Nauarrus. manuali cap.17.nu.209.Probatur,& quartò hac ratione irrefragabili,uideli-
cèt:Cùm,enim,omnium prædictorum iurium & Doctorum conſenſu licitũ
Ratio concluſionis ſit ex mutuo affectum beneuolentiæ ſpe etiam principali intendere. Conſe-
quens erit,ex mutuo,principali ſpe intendere aliquod lucrum aſſequi (non
tamen,ut lucrum eſt, (ut dicitur inconcluſione)ſed ut ſignum grati animi, &
beneuolentiæ contractæ ex mutuo:et ꝙ huiuſmodi conſequentia ex illo an-
tecedenti emanet: probatur: quoniam ex uero amore,& ſolo ipſo,ſufficiẽter
emanat gratuita, & amicabilis recompenſatio : Quàpropter indè ſequitur
eiuſdem rationis eſſe(ut Cardinalis Caietanus ubi ſuprà docet in opuſculis)
ſperare amicitiam, & ſperare gratuitam remunerationem : Nam ſi mutuans
(ut diximus)ſpe principali affectu beneuolentię indè acquirendæ, nihil illici
tè ſperat.Conſequens eſt,ꝙ mutuans ſpe gratuitę remunerationis, nihil illici
tè ſperet. Et confirmatur:quia cùm gratuita remuneratio ſit mutuanti debi
ta ſecundum naturale ius,ſeu ex obligatione naturali : eò ꝙ (ut docet gloſa
in d.l.ſed & ſi lege.ff.de Petit.hęredi.§.Conſuluit.in uerſi. obligauerunt:) hęc
naturalis obligatio ex puris, & męris motibus animi cuiuſquè deſcendit.
Omnis,enim,creatura mouetur ad benefaciendum ei,qui ſibi benefacit, & ta
lis obligatio ex inſtinctu naturę procedit : & ipſa ſola gratuita remuneratio
ſperetur in propoſito,nec in eiuſdem obligationem per expreſſam conuentio
nem deducatur:conſequens eſt, quòd (inquam) nihil ultra ſortem,& debi-
tum ſperetur. Vnde ſequitur ꝙ ſicut rationabiliter à mutuando deſiſtit de-
ſperans de reſtitutione mutuandę ſortis, ita rationabiliter quoquè à mutuã
do deſiſteret deſperans de gratuita remuneratione in ſignum grati animi,
cùm utrumquè horum ipſi mutuanti iure naturali ſeu obligatione naturali
debeatur:ut per allata ſuprà fuit probatum.

7 Secunda concluſio.

Mutuās prin. Mutuans principaliter propter lucrum,ut lucrũ eſt temporale,& inquan-
tum

rum ipſum lucrum, vt lucrum eſt ſperatum ſpe præcedenti finali ipſius mutuationis, ſcilicèt, tamquàm quid ſibi debitum ex vi mutui conceſſi ab ipſo mutuatario alicui, (de qua ſpe latiùs dixi in notabili ſeptimo allato in quæſtione prima) licèt nullo ſigno, nutu, aut verbo, ipſe mutuator oſtendat ſeu patefaciat mutuatario huiuſmodi vſurariam ſpem, ſeu intentionem: mortaliter peccat. Dixi in concluſione, vt lucrum eſt temporale: quoniam ſiquis mutuaret, non intentione lucrandi aliquod temporale: ſed ſpirituale, vt puta, quòd ex tali opere charitatis mæreretur à Domino veniam peccatorum, (quod eſt maximum lucrum ſpirituale) non peccaret, iuxta uaticinium prophętæ dicentis [Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem] vti etiam elegantiſſimè docuit Sacrum Concilium Tridentinum, his verbis vtens, videlicèt: [ſiquis dixerit, iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & ſperare æternam retributionem à Deo per eius miſericordiam, & Ieſù Chriſti mæritum, ſi benè agendo, & diuina mandata cuſtodiendo, vſquè in finem perſeuerauerint: Anathema ſit.] Probatur modò præſens concluſiò quatruplici medio: primò, enim, iure diuino, uerbis illis Domini. [Non furtum facies. Non concupiſces rem proximi tui] & multis alijs iuris diuini utriuſquè teſtamenti ſententijs, quæ fuerunt allatæ in quæſtione quarta, & quinta. Vide ibi. Probari dixi præſentem concluſionem dicto iure diuino, cùm palàm ſit omnibus, quòd per illud ius fuerit vſura etiam mentalis prohibita ſub pœna peccati mortalis: eò quòd voluntas ſit ſubiectum peccati, & per ipſam mereamur & demereamur in operibus noſtris, & coram domino voluntas habeatur pro facto, iuxta illud Apud Mattheum, capitulo, 5. verſiculo, 27. & 28. [Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non męchaberis. Ego autem dico uobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mechatus eſt eam in corde ſuo] Probatur & ſecundò, iure poſitiuo, per text. apertiſſimum in capitulo Conſuluit, extra: de vſur. in quo dicitur. [huiuſmodi mutuantem hac praua intentione malè agere & contra prohibitionem iuris diuini,] vt ex tenore ipſius canonis ſuprà relati elicitur, cùm hic mutuans ibi dicatur vſurariùs, & vſuram eſſe prohibitam à domino ſub pœna peccati mortalis iam fuerit ſuprà non bis probatum. Idem habetur per text. in capitulo, ſi fœneraueris, 14. quæſtio. 3. vbi refertur ſententia diui Auguſtini qui in Pſalmum 36. verſiculo, Tota die: infraſcriptis vtitur verbis, videlicèt: [ſi fęneraueris homini, id eſt, mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm dediſti, expectes accipere: non pecuniam ſolam: ſed aliquid plus, quàm dediſti, ſiue illud triticum ſit, ſiue uinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud, ſi plus quam dediſti, expectas accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus] Idem habetur per text. in capitulo. Putant, 14. quæſtio. 3. in quo reperitur canonizata ſententia diui Hieronimi ſuper Ezechiel. libro 6. ad capitulum. 18. dicentis. [Putant quidam uſuram tantùm eſſe in pecunia. Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabundantiam: vt plus nòn recipias quàm dediſti. Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: & non intelligunt vſuram appellari, & ſuperabundantiam, quicquid illud eſt, ſi ab eo, quòd dederint, plus acceperint.

cipaliter propter lucrũ (vt lucrum eſt) aſſequendũ, vſurarius eſt.

Pſal. 118. ver. 3

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cano. 26

Exod. c. 20.

Mat. 5. c. 5. ver. 27. ver. 28.

c. Cõſuluit, extra de vſur.

c. Si fœnerauer is. 14. q. 3.

ca. Putant. 14. q. 3.

M Pro-

Probatur & tertiò Doctorum Auctoritate præſens concluſio. Sanctus, enim, Thomas in 2.2. quæſtio. 78. articulo primo in corpor. quæſtio. infraſcriptis verbis vtitur, videlicet, ſiquis ergo ſeorſum vellet vendere vinum, & vellet ſeorſum vendere vſum vini, venderet eandem rem bis: vel venderet id, quod non eſt. Vnde manifeſtè per iniuſtitiam peccaret: & ſimili ratione iniuſtitiã committit, qui mutuat uinum, aut triticum, petens ſibi duas recompenſationes, vnam quidem reſtitutionem æqualis rei: Aliam uerò pretium vſus, quod vſura dicitur. Idem Sanctus alijs verbis eadem confirmat ibidem in articulo ſecundo in corpor. quæſtio. infraſcriptis verbis vtens ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni, videlicet: omne illud pro pecunia habetur, cuius pretium poteſt pecunia menſurari: & ideo ſicut ſi aliquis pro pecunia mutuata, uel quacumquè, alia re, quæ ex ipſo vſu conſumitur, pecuniam accipit ex pacto tacito, vel expreſſo, peccat contra iuſtitiam: ita etiam quicumquè, ex pacto tacito, vel expreſſo, quodcumquè, aliud acceperit, cuius pretium pecunia menſurari poteſt, ſimile peccatum incurrit, hæc ille Sanctus, qui idem clariùs docens ibidem in reſpon. ad tertium, dixit, quòd ſi aliquis ex pecunia mutuata expectet, vel exigat, quaſi per obligationem pacti taciti vel expreſſi, recompenſationem muneris ab obſequio, uel à lingua, perindè eſt, ac ſi expectaret, uel exigeret munus à manu: quia vtrumquè pecunia æſtimari poteſt, ut patet in ijs, qui locant operas ſuas, quas manu uel lingua exercent: & ibidem in reſponſione ad quartum, idem Sanctus dicit, quòd pecunia non poteſt uendi pro pecunia ampliori, quàm ſit quantitas pecuniæ mutuatæ, quæ reſtituenda eſt: nec ibi aliquid eſt exigendum, aut expetendum, niſi beneuolentiæ affectus, qui ſub ęſtimatione pecunię non cadit: ex quo poteſt procedere ſpontanea mutuatio. ex his omnibus elicitur Sanctum Thomam ſe ſubſcripſiſſe pręſenti concluſioni, cui etiam ſe ſubſcripſerunt omnes Doctores citati in relatione primæ & ſecundæ opinionis, & in probatioue pręcedentis concluſionis: nec non & in dicto capitulo, ſi fęneraueris, & capitulo. Putant. ipſe Archidiaconus, & Cardinalis à turrecremata: Probatur & quartò hac ratione: Quicumque furtum, etiam mentale, facit, mortaliter peccat. At mutuans ſpe lucri (vt lucrum eſt) furtum facit: ergo Mutuans ſpe lucri (ut lucrum eſt) mortaliter peccat. Maior probatur ſententia Domini dicentis. [Non furtum facies, & non concupiſces rem proximi tui] Minor probatur per tex. in capitu. ſiquis uſuram. 14. quęſtio. 4. in quo dicitur: [ſi quis vſuram acceperit, rapinam facit, vita non uiuit.] & ꝙ hic talis mutuans hac intentione committat uſuram, probatur per tex. in c. Conſuluit, extra, de uſur. cuius tenorem ſuprà retulimus.

Maior propoſitio.
Ratio præſentis concluſionis:
Minor propo.
Concluſio.
Exod. c. 20.
c. Si quis vſuram. 14. q. 4.
ca. Conſuluit. extra de vſur.

Tertia concluſio.

8

Mutuãs principaliter propter lucrum, ad reſtitutionẽ tenebitur rei ſic acceptę ultra ſortem.

Mutuans principaliter, propter lucrum (ut lucrum eſt temporale) ſeu ductus ſpe finali pręcedente mutuationem: (de qua ſpe latiùs in Notabili ſeptimo primę quęſtionis fit ſermo) ſeu intendens lucrum ex mutuo, ut in notabili ſecundo præſentis quæſtionis ſuprà allato.) quicquid ultra ſortem receperit à mutuatario, illud ei inuoluntariè ſoluente: ut puta, ne aliàs mutuum accipere non ualeat à

dicto

dicto mutuante, vel ex alia ſimili cauſa: omnino ſub præcepto erit reſtitutioni obnoxium: quàmuis ipſe mutuator nullo ſigno, aut uerbo, aut nutu ipſi mutuatário talem ipſius prauam intentionem patefecisſet. Hæc concluſio probatur quatruplici medio: primo enim iure diuino ſępius citato in præcedentibus concluſionibus: per quod prohibetur omnis iniuſtitia, quæ circa retentionem rei alienæ inuito domino, fieri contingit: ſecundò, iure poſitiuo, per text. ſępè citatum in capitu. Conſuluit, extra, de vſur. in quo præcipitur in foro animarum efficaciter tales homines inducendos fore ad taliter accepti reſtitutionem: ſicut ex eius tenore, (vt optimè intellexit Caietanus mentem pontificis in dicto canone fuiſſe præcipere reſtitutionem in terminis præſentis concluſionis, quando ex parte mutuantis intentio eſt praua lucrum affectando, & ex parte mutuatarij ſolutio vltra ſortem eſt coactè facta) ſuprà relato luce clariùs elucet: Nam non fuerunt poſita fruſtrà verba illa in dicto canone, videlicèt: [Et ad ea, quæ taliter ſunt accepta, reſtituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi:] quæ quidem verba (iuxta infra citandorum Doctorum ſententiam) hunc recipiunt ſenſum, videlicet: cum effectu debet eſſe illa inductio: debent ergo effectualiter, & realiter reſtituere, ſi proprijs animabus, conſulere volunt. quàpropter luce clariùs elucet, Nicolaum de Orbellis (loco citato in recitatione primæ ſententiæ Doctorum) non benè (cùm reuerentia tamen) vim illorum verborum ponderaſſe: dicens huiuſmodi vſurarium mentalem non compellendum fore ad reſtituendum quicquid per vſuram mentalem recepiſſet. & ratio eſt, ſecundum eum, quoniam in textu dicti canonis non dicitur, compellendum fore: ſed, inducendum: eò magis, quòd is, qui reſtituere tenetur, non ſolùm debet ad reſtitutionem induci, uerùm etiam quodammodo cogi per ſubtractionem abſolutionis: quia non debet abſolui, niſi proximo ſatisfaciat, aut ſatisfacere proponat. Non ergo obſtat quod à dicto Doctore dicitur: cùm contra ipſum ſit aduerbium illud, ſcilicet: [Efficaciter,] in dicto canone inſertum: per quod denotatur, neceſsitatem reſtitutionis ibi præcipi, ac iniungi: quoniam aliàs eſſet fruſtra ſuper additum [Efficaciter] de qua tamen particula mentionem non facit ipſe Nicolaus: cauſam verò ignoro. ex his ergo omnibus patet, noſtram concluſionem probari authoritate dicti canonis in capitu. Conſuluit. Probatur quoquè noſtra concluſio per argumentum in capitu. Peccatum: de regu. iur. in ſextò, vbi dicitur. [Peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum] Idem probatur per argumentum in capitu. Sæpe contingit, extra, de reſtitutio. ſpoliator. in quo Cęleſtinus tertius dixit [Non multum intereſſe quoad periculum animæ, inter iniuſtè detinere, ac inuadere alienum] Dixi probari concluſionem per argumentum in dictis iuribus, quoniam, licèt explicitè ueritas ipſius per dicta iura non comprobetur: bene tamen implicitè, & incluſiuè, eò quòd ex dictis iuribus eliciatur, neminem poſse ſine diſpendio ſalutis æternæ detinere alienum: & quòd detineat alienum mutuator (de quo in concluſione præſenti dicitur,) per ſe patet, cùm contra voluntatem domini illius rei ſibi coactè traditæ per mutuatarium illam retineat ipſe mutuator. Probatur, & tertiò, Doctorum auctoritate præſens concluſio. Sanctus, enim, Thomas in 2. 2. quęſtio. 78. articulo primo, in corpore quęſtionis in fine, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Proprius & principalis pecuniæ vſus eſt

c. Conſuluit, extra de uſur.

Caietanus in Commētariis, 2. 2. q. 78. art. 1. in reſpōſione, ad quartum.

Nicolai de Orbellis ſentētia impugnatur.

c. Peccatū de reg. iur. in 6.

c. Sępe contingit, extra de reſtitu. ſpolia.

9

Alienum inuadere, vel detinere: an differant.

S. Thomas.

ipſius conſumptio, ſiue diſtractio, ſecundum quod in commutationes expenditur. Et propter hoc ſecundum ſe eſt illicitum pro uſu pecuniæ mutuatæ accipere pretium, quod dicitur, vſura. Et ſicut alia iniuſtè acquiſita tenetur homo reſtituere, ita pecuniam, quam per vſuram accipit. hęc ille Sanctus quem ſequuntur omnes Doctores citati in pręcedentibus concluſionibus, pręter nominatos in relatione primę ſententię Doctorum, licèt poſſint concordari, vt faciam in ſequentis conluſionis probatione. Probatur, & quartò hac ratione pręſens concluſio, videlicet.

Maior propoſitio. Ratio concluſionis. Minor propoſitio. Concluſio.

Omne, quod pręceptum eſt à iure diuino, implendum eſt de neceſsitate ſalutis

Mat.c. 19.verſicu.17.

At reſtitutio damni illati proximo per extorſionem vſurarum mentalem (ſequuto opere) eſt pręcepta de iure diuino.

Ergo Reſtitutio damni illati proximo per extorſionem vſurarum mentalem (ſequuto opere) eſt implenda de neceſsitate ſalutis.

Maior probatur verbis domini dicentis: [ſi vis ad uitam ingredi, ſerua mandata.]

Minor fuit probata iuribus adductis in pręcedentibus concluſionibus, in quibus fuit probatum, quòd per illud: [Non furtum facies.] fuit prohibita omnis uſurpatio rei alienę inuito domino, ac per cõſequens, reſtitutio huiuſmodi rei iniuſtè poſſeſſę, ſeu detentę, cùm nihil differat (quoad periculum animarum) iniuſtè detinere alienum, ac inuadere alienum: ut in d.c. ſępe contingit, ſtante deciſione diui Auguſtini canonizata in d.c. Peccatum, in quo dicitur. [Peccatum non dimittitur: niſi reſtituatur ablatum.]

c.Peccatum.de Reg.iur.in 6.

10

Mutuans principaliter propter lucrum indè aſſequendũ, & aliquid recipiẽs à gratis dante, non tenebitur ad reſtituendum.

Quarta concluſio.

Is qui principaliter intendit lucrum ex vi mutui, recipiens aliquid vltra ſortem à mutuatario (qui illud tale dederat ei ſponte & ſolùm in ſignum grati animi erga ſuum benefactorem, ignorans quòd mutuator, vltra ſortem ſperaſſet aliquid) cognita huiuſmodi ſpontanea donatione mutuatarij: non tenebitur illud tale ei, vel pauperibus reſtituere ſub præcepto aliquo, nec alteri (abſolutè loquendo) Sed tuta conſcientia ſibi retinere poterit, quàmuis teneatur pœnitere de ſua praua intentione. Dixi, cognita huiuſmodi ſpontanea donatione, quoniam traditur hæc regula à Doctoribus præfatis, ꝗ niſi couſtet contrarium, ſemper præſumitur eadem intentione aliquid vltra ſortem datum fuiſſe à mutuatario, qua mutuator mutuauit: Quàpropter in tali caſu reſtituere teneretur, vt probauimus in concluſione tertia præſentis quæſtionis. Hæc concluſio probatur quatruplici medio. primò enim iure diuino allato in prædictis concluſionibus, arguendo à contrario ſenſu: cùm per huiuſmodi ius diuinum. [Non furtum facies] & per alias domini ſententias præceptiuas ibi recenſitas, fuerit præcepta reſtitutio: ut is, qui fuerat iniuſtè re ſua ſpoliatus, ipſam aſſequeretur: ergo à contrario ſenſu arguendo: vbi nulla realis iniuſtitia iniuſtæ ſpoliationis interceſsit: meritò nulla præcipitur reſtitutio: & eodem modo poterit dici, & ſecundò probari concluſionem iure poſitiuo ibidem allato, arguendo à contrario ſenſu. Probatur, & tertiò auctoritate omnium Doctorum, qui fuerunt citati in relatione primæ ſententiæ: & in probatione primæ concluſionis præſentis quæſtionis. Et quidem Doctores citati iñ prima ſententia relata, loquuntur in terminis præſentis concluſionis, & non

Exodi c. 20.

in ter-

in terminis præcedentis:vt optimè ſentijt quoquè Cardinalis Caietanus, & docuit in opuſculis,loco citato in prima concluſione,& Adrianus Papa loco citato in prima concluſione.Probatur,& quartò,præſens concluſio. Hac ratione,videlicet: Vltra multa, quæ afferenda erunt ad probandam concluſionem ſeptimam quæſtionis trigeſimæ primæ,in quo loco conciliabitur ſentētia prima cum ſecunda ſententia Doctorum præadducta: quæ adinuicem videbatur de directo contraria,cùm Canoniſtæ recenſiti in relatione ſecundę ſententiæ loquantur in terminis prędictæ tertiæ concluſionis, & in terminis quartæ,quoad peccati remiſſionem aſſequendam,quam non conſequantur,niſi vel effectualiter reſtituant, vel deponant huiuſmodi animi prauitatē per ſuperuenientem notitiam huiuſmodi donationis ſpontè faciendę, vel factę ſibi à mutuatarijs,quod nec ipſi Doctores relati in prima ſententia negaſſent,ſi requiſiti de hoc fuiſſent: Cùm & ipſi tantùm loquuti ſint in terminis quartæ concluſionis. Ratio verò pręſentis concluſionis eſt hęc, videlicet:
Reſtitutio ſecundum ſacros Theologos non ideo eſt neceſſaria,vt ab illo,qui 8
iniuſtè lucratus eſt,lucrum auferatur:ſed vt damnum paſſo ſatisfiat:& vt illi,
qui minus habet quàm debet habere,reddatur quod eſt ſibi debitum: ſed in
caſu propoſito,ille,qui dedit,nec eſt damnum paſſus, cùm nullus iniuſtum
pati dicatur volens,nec minus habeat quàm ſibi debeatur, cùm liberè donauerit,& donum ſit datio irredibilis: ergo ſibi non eſt reſtitutio rei donatę ſic facienda,vt patet ad ſenſum. Dixi in concluſione, nec reſtituere tenetur pauperibus de pręcepto,quod & probatur duplici medio.Primò ſic:duo eſſe genera lucri illiciti pauperibus erogandi,patet, (vt docent ſacri Theologi in 4. 9
ſent.diſt. 15.& Caietanus vbi ſuprà: Alterum prohibitum ſecundum ſe, vt eſt lucrum ſimoniacum,alterum prohibitum non ſecundum ſe:ſed in ſua cauſa,vt eſt lucrum meretricium:Conſtat autem lucrum propoſitum in concluſione noſtra non eſſe prohibitum ſecundum ſe (quia datio non eſt iniuſta) quia libera donatio:ſed nec ſecundum ſuam cauſam:quia ſupponitur liberè, & ſpontè hoc donari,& non ex obligatione mutui accepti: ergo concludendum erit: ꝙ nulla ratione pauperibus huiuſmodi lucrum ſit erogandum ex pręcepto.Idem & probatur,& alio medio ſic, ſi pauperibus eſſet tale lucrum de pręcepto erogandum:hoc non eſſet alia ratione,niſi propter iniuſtam accipientis intentionem:ſed ex hoc non ſequitur obligatio ad reſtituendum:ergo nec tale lucrum reſtitutioni eſt obnoxium:Declaratur minor:quia ſuſcipiens illud lucrum ſic ſecundum veritatem donò datum,aut credit illud donari ſibi, aut non: ſed inuoluntariè ſibi tribui,aut neutrum credit. ſi primò,& tunc patet receptionem iuſtam eſſe:quàmuis prima,mutuantis intentio fuerit praua,& adhùc forſan talis,modo perſeueret deſiderandi aliquod lucrum ex vi mutui,etiam ſi non ſpontè ſibi donaretur. ſi ſecundò, & tunc dicendum ꝙ cùm ſecundum veritatem illud donetur,& donum licitè accipi poſſit:iſte talis iniuſtè accipit, non quia facit contra aliquod ius,ſed quia facit contra cōſcientiam dictantem ſibi ꝙ receptio hęc ſit iniuſta:cùm(vt dictum eſt)ſecundum veritatem ſit iuſta:ex eo namquè ꝙ nec directè, nec indirectè ipſe aliquid petijt,& ille ſpontè offert,conijcere poterat ꝙ libera donatio fuerat.Ex hoc autem ſolo ꝙ acceptio eſt contra conſcientiam,nulla ratio ſuadet naſci obligationem ad non retinendum illud acceptum,niſi durante tali conſcientia:poteſt namquè talis conſcientia erronea deponi,& incipere iuſtè poſſideri quod cùm peccato poſſidebatur:ſi autem talis cōſcientia deponi non poſ-

Reſtitutio rei alienæ quare pręcipiatur. Ratio concluſionis.

Lucri illiciti, pauperibus erogādi, duplex eſt genus, & qđ ex his omnino ſit erogādum.

ſet ab aliquo, reddendum eſſet non pauperibus: ſed illi, qui dedit; quia non eſt acceptata donatio, quam non credidit eſſe: ſi verò neutrum credat, ſcilicet, nec ſibi illud vltra ſortem fuiſſe liberè donatum, vel coactè, vt puta, quia de vtroquè dubius adhùc permanet, & tunc dicendum q́ non teneatur ad reſtitutionem, eiſdem rationibus: cùm non ſit in hoc tertio caſu deterioris conditionis, quàm ſit in ſecundo, caſu: vt patet arguendo à fortiori: Dixi deniquè notanter in fine concluſionis: [ſed nec abſolutè loquendo reſtituere tenebitur] quod declaratur ac probatur ſic: lucrum vſurarium eſt duplex.
12 Aliud dicitur lucrum vſurarium per ſe, aliud lucrum vſurarium per accidẽs.

Vſurarium lucrum eſt duplex.

lucrum ergo vſurarium per ſe, integratur ex duobus: quorum ſecundum ſequitur ex primo, ſcilicèt, ex eò q́ eſt pretium vſus rei mutuatæ, & eſt aliquo modo inuoluntariè ſolutum per mutuatarium, in quo verificatur natura vſuræ propriè dictæ: vt fuit probatum in prima quæſtione præſentis tractatuli.
13 lucrum autem vſurarium per accidens, dicitur illud, quod ſecundum ſe, & propriam naturam, non habet dictas conditiones vſuræ propriè dictæ: ſed tãtùm, ſecundum prauam intentionem mutuantis tantùm, & opinionem hominum, & non realiter: quàpropter tale lucrum contingit eſſe voluntarium,

Lucrum vſurarium per ſe quid ſit.

14 & tamen, non vſurarium, cùm ei non competat diffinitio vſuræ, vel furti: cùm huiuſmodi acceptio talis rei, reuera non fiat inuito domino rei: licèt credatur ab accipiente non voluntariè ſibi datum fuiſſe. Cùm autem obligatio ad reſtituendum aliquod procedat ex natura lucri ſibi non debiti: ſed alteri, vt reddatur, quia eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, cuius terminus, & obiectum eſt id, quod ſecundum ſe eſt iuſtum; quod opponitur iniuſto ſecundum ſe, & non ſecundum accidens, conſequens eſt q́ lucrum vſurarium per accidens non eſt reſtitutioni obnoxium: ſed tantùm lucrum ſecundum ſe vſurarium: & quia in caſu propoſito lucrum perceptum non eſt vſurarium per ſe (quia nec datur pro mutuo nec inuoluntariè, ſed ex affectu gratuito ſpontè donatur) ſed eſt lucrum vſurarium per accidens, propter intentionem, ſcilicèt, corruptam ſuſcipientis, conſequens eſt q́ tale lucrum non ſit reſtitutioni obnoxium: & quoniam ſcientia eſt de his quæ ſunt per ſe, ideo ſermo Canonũ, Theologorum, & canoniſtarum, eſt intelligendus de vſura vel lucro vſurario per ſe, ſemper reſtituendo, non autem de vſura, vel lucro vſurario per accidens: quale eſt in propoſita concluſione noſtra: lucrum ſiquidem vſurarium per ſe dictum, effectus eſt prauæ intentionis mutuantis, & coactæ exhibitionis mutuatarij: & ideo reſtitutioni eſt obnoxium: lucrum verò vſurarium per accidens, eſt effectus procedens à libera donatione mutuatarij, tamquàm à cauſa efficiente: & per hoc non reſtitutioni obnoxium erit: cùm procedat à donatione libera mutuatarij, qui potuit, & voluit (vt ſupponitur) donare illud mutuatori in ſignum grati animi recognoſcentis beneficium ſibi collatũ per mutuatorem. Et ſic patet Scotum, Riccardum, & ſocios in præſenti quæſtione adductos, benè dixiſſe vna cùm Canoniſtis, eò quòd iſti loquuti fuerunt de vſurario lucro per ſe: illi verò de vſurario lucro pro accidens, vt optimè docuit Caietanus vbi ſuprà.

Lucrum vſurarium per accidẽs, quid ſit.

Ad Argumentum reſpondetur breuiter, illud procedere in recipiente lucrum vſurarium per ſe dictum, non autem in recipiente lucrum vſurarium per accidens dictum, vt fuit probatum ſatis abundè in probatione concluſionis primæ, & quartæ.

QVESTIO.

QVAESTIO XVIII.

Vtrum mutuanti liceat paciſci tempore mutuationis cum mutuatario de aliquid ſibi dando à mutuatario ipſo vltra ſortem mutuatam ratione intereſſe lucri ceſſantis: & illud tale exactum tuta conſcientia retinere ſine crimine prauitatis vſurariæ.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe quid & vnde dicatur.*
2 *Lucrum ceſſans quid.*
3 *Exemplum primum de intereſſe lucri ceſſantis.*
4 *Exemplum ſecundum de intereſſe lucri ceſſantis.*
5 *Potentia ad lucrum aſſequendum quotuplex ſit.*
6 *Potentia pecuniæ ad lucrum abſolutè ſumpta quid.*
7 *Potentia pecuniæ ad lucrum, vt ſubſtat induſtriæ vtentis ea; quid ſit.*
8 *Pecunia, vel aliquid mutuabile ſeu cadens ſub mutuo quando vendi poſſit vltra pretium ordinarium.*
9 *Granum tritici quoad eius pretium dupliciter poteſt conſiderari.*
10 *Fur ſurripiens pecuniam paratam negotiationi ad quid teneatur.*
11 *Valor rei abſolutè conſideratæ, & valor rei reſpectu ſtatus in quo tunc reperitur, differunt.*
12 *Differunt in valore pretij voluntariè transferre pecuniam in alterum, voluntariè, & ſolùm ad praces amici.*
13 *Intereſſe lucri ceſſantis, eſt duplex, & exemplum de vtroque.*
14 *Intereſſe inæſtimabile quid ſit.*
15 *Intereſſe æſtimabile non petibile quid ſit.*
16 *Fur non poteſt petere intereſſe rei furtiuæ ab alio occupatæ.*
17 *Intereſſe æſtimabile, largè ſumptum, quid ſit.*
18 *Intereſſe æſtimabile petibile ſtrictè ſumptum quid ſit.*
19 *Intereſſe ſingulare quid ſit, & quando hoc ſolutre quis teneatur.*
20 *Intereſſe conuentum quid ſit.*
21 *Intereſſe commune quid ſit.*
22 *Intereſſe intrinſecum quid ſit.*
23 *Intereſſe extrinſecum quid ſit.*
24 *Intereſſe intrinſecum an in Iudicio peti poſſit, & quale.*
25 *Intereſſe extrinſecum an in iudicio peti poſſit, & quale, quando agitur propter non factum.*
26 *Intereſſe extrinſecum, quando agitur propter maleficium quando, quomodo, & quale peti poſſit in iudicio.*
27 *Ratione lucri ceſſantis, nouem concurrentibus conditionibus vltra ſortem exigere licebit poſt moram.*
28 *Quæ conditiones requirantur, vt quis tuta conſcientia ratione intereſſe lucri ceſſantis vltra ſortem exigere poſſit.*
29 *Ratio dictarum conditionum redditur.*
30 *Ratione lucri ceſſantis ante moram mutuatarij licebit paciſci de tali intereſſe ſibi ſoluendo.*
31 *Omne generans generat ſibi ſimile.*
32 *Ratione lucri ceſſantis aliquid exigere, ante factum erit diſſuadendum, poſt verò factum concurrentibus prædictis conditionibus non erit damnandum, vt vſurarium.*
33 *Quomodo erit probandum intereſſe lucri ceſſantis.*
34 *Quando liceat exigere à mutuante vltra ſortem, ratione lucri ceſſantis, non tantùm pro primo anno, verum etiam pro vlterioribus.*
35 *Valde notandum eſt pro confeſſoribus mercatorum id quod ex dictis concluſionibus in ſex corolarijs continetur.*

ET

ET Primò, videtur dicendum ꝙ mutuanti non liceat tempore mutuationis, vel poſt exigere à mutuatario vltra ſortem ratione intereſſe lucri ceſſantis, ac per conſequens, ꝙ taliter exactum non licebit retinere ſine crimine vſurariæ prauitatis, quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto.

Maior propoſitio. Omne Id, ex quo multa abſurda orirentur Reipublicæ pernitioſa, non poteſt tuta conſcientia fieri.

Minor propoſitio. At Conceſſio exactionis, & receptionis realis, cuius vltra ſortem mutuatam ratione intereſſe lucri ceſſantis multa abſurda Reipublicæ pernitioſa produceret.

Concluſio. Ergo conceſſio exactionis & receptionis alicuius rei vltra ſortem non poteſt tuta conſcientia fieri.

Maior iſtius propoſitionis non indiget probatione.

Minor probatur, adducendo quatuor inter alia abſurda, quæ ex tali conceſſione orirentur Reipublicæ pernitioſa.

Abſurdum primum. Antecedens. Cōſequentia. Primum quorum eſt, quoniam: (ſi hoc daretur) ſequeretur quòd pecunia eſſet res de ſui natura lucroſa. At conſequens eſt falſum, (vt fuit probatum in quæſt. 3.) ergo, & antecedens: vnde benè dicitur hoc abſurdum ſequi primum: quòd quis velit quòd ſua pecunia mutuata generet aliam, cum non ſit res de ſe fructifera: ſed tantùm iuxtà induſtriam ipſius negotiantis: quæ quidem à mutuatore ipſi mutuatario non tribuitur: Abſurdum ſecundum. ſecundum abſurdum eſt, quoniam inde ſequeretur: quòd quis poſſet vendere quod non habet: Cùm lucrum ceſſans quod petit mutuator, non habet ipſe: ſi ergo non habet, quomodo poterit vendere? ſi ergo voluerit ſibi ſolui indè aliquid, ſequitur ꝙ vēdat quod non habet, quod iniuſtum eſt. Abſurdum tertium. Tertium abſurdum eſt: Nam eſtò: ꝙ aliquod lucrum ex pecunia reſeruata, & non mutuata mutuator ſperaſſet: illud eſſet incertum, & poſſet multis modis impediri. At velle lucrum certū exigere pro lucro incerto, videtur iniuſtum, cùm per hoc mutuans ponat ſe in tuto, mutuatarius verò in damno & periculo. Abſurdū Quartum. Quartum abſurdum, quod ſequeretur ex conceſſione talis exactionis, ratione lucri ceſſantis, eſt, quia ex ipſa tacitè aperiretur oſtium patentiſſimum, & ſubminiſtraretur fomes vſurarijs vſuras palliandi, (& palliatas vſuras exigendi) eò quòd dicere poſſent ſe vltra ſortem exigere, non ratione mutui: ſed ratione intereſſe lucri ceſſantis, quod ſua pecunia non mutuata lucrati fuiſſent.

Ergo videtur dicendum, tuta conſcientia neminem poſſe exigere, ac retinere exactum vltra ſortem ratione intereſſe lucri ceſſantis.

ca. Salubriter extra de vſur. SED CONTRA tex. e ſt apertiſſimus in c. ſalubriter, extra, de vſuris, in quo conceditur ratione lucri ceſſantis marito portanti onera matrimonij (non ſoluta dote) poſſe fructus ſibi pignoratæ poſſeſsionis non computare in ſortem.

Reſpondeo præſenti quæſtioni quinquè concluſionibus: ipſis tamen præmittendo ſex notabilia pro illarum maiori intelligentia. Not. Primum. Primum quorum eſt, ꝙ quinquè in præſenti quęſtione examinabuntur ad ipſam pertinentia: primum quorum eſt: An exactio, (de qua ſonat titulus quęſtionis) ſit licitè facta, ſi fiat tempore mutuationis: ſecundum, ſi ſit licitè facta poſt mutuationem. Tertium, dato, quòd ſit licita, An ſub ſpecie intereſſe lucri ceſſantis ſit licita: Quartum: An exactum liceat ſibi retinere talis exactor. Quintum: dato,

quòd

quòd in caſu intereſſe lucri ceſſantis eſſet illicita, an per huiuſmodi exactio- *Not. ſecundū.*
nem & receptionem, mutuatio facta reddatur vſuraria vel non? Secundum
Notabile circa ethimologiam termini, ac vocis [Intereſſe] contentæ in titu-
lo quæſtionis. Quàpropter notandum, quòd Intereſſe dicitur amiſsio ali- 1
cuius boni temporalis obtinibilis: vnde dicitur intereſſe quia is, qui bonum *Intereſſe quid*
temporale obtinibile perdit, dicere poſſet: mea intereſt illud non perdere vn *ſit, & vnde di*
de breuiter dici poterit, lucrum ceſſans eſt amiſsio lucri facta à creditore *catur.* 2
propter pecuniam ſibi non redditam tempore ſtatuto, ſeu pro pecunia vel *Lucrū ceſſans*
quacumquè re vſu ipſo conſumptibili mutuata ſolùm pro cōmodo ipſius *quid.*
mutuatarij. & hoc intereſſe lucri ceſſantis duobus exemplis exemplificari po-
teſt: Primò, ſi habendo centum aureos intendebam ire ad nundinas, & ibi
emere merces alibi poſtea vendendas vt aſsequerer lucrum ex eis: Et veri-
ſimiliter fuiſſem lucratus quinquè cùm illis: tu indigens illis (petis à me,) vt
eos tibi mutuem, quo facto ego impedior ab aſſecutione illius lucri quod ceſ 3
ſat mihi. hæc ergo non aſſequutio huiuſmodi lucri, dicitur intereſſe lucri ceſ *Exemplū pri-*
ſantis: ſecundum exemplum, ſi habendo centum aureos intendebam emere *mum de inte-*
domum, de qua domo empta intendebam lucrum ex eius locatione: tu verò *reſſe lucri ceſ-*
indigens illis, petis à me vt eos tibi mutuem pro hoc anno, quo facto impe- *ſantis.* 4
dior ab aſſecutione lucri talis, ita ꝙ ratione mutui, patior intereſſe lucri ceſſan *Exemplum ſe-*
tis: Tertiò Notandum eſt, quòd Potentia ad lucrum aſſequendum eſt du- *cundum de in-*
plex: quędam conſequens ipſam pecuniam abſolutè, pro quanto ipſa pecu- *tereſſe lucri*
nia poteſt eſſe inſtrumentum, ad lucrandum, ſiue per viam negotiationis, ſiue *ceſſantis.* Nota tertiū.
per viam emptionis agri, armenti, gregis, & huiuſmodi, & hęc potentia lucri 5
vocatur potentia pecuniæ, abſolutè, quia ipſam pecuniam abſolutè comita- *Potentia ad lu*
tur. Quædam verò potentia ad lucrum ex pecunia eſt conſequens pecuniā, *crum aſſequē-*
non abſolutè, ſed vt ſubſtat tali induſtrię negotiatoris vel emptoris tali tē- *dū quotuplex*
pore, in tali loco, in tali cōmoditate, & huiuſmodi. & hæc vocatur potentia *ſit.* 6
pecuniæ, vt ſubſtat induſtrię: & quoniam prima potentia communis eſt om- *Potentia pecu*
ni pecuniæ à quocumq; illa habeatur: idem erit iudicium de ipſa pecunia, & *niæ abſolutè*
de potentia ipſius pecunię. Et propterea ſicut non licet ratione pecunię re- *ſumpta quid.*
cipere vltra ſortem: ita non licebit exigere aliquid plus ratione ſuę potentię. 7
Cùm, enim, inſeparabiliter ſeſe comitentur ad inuicem, iccircò iudicium la- *Potentia pecu*
tum à Doctoribus de pecunia, intelligitur etiam de potentia ipſius pecunię *niæ ad lucrum*
abſolutè capta, id eſt, de quaſi naturali potentia ad lucrum: ſed ſecunda potē- *vt ſubſtat In-*
tia adiungitur pecunię ex hoc, quòd ſubſtat tali induſtrię: Et propterea non *duſtrię vtentis*
conuenit pecunię abſolutè captę, nec à quocunquè ipſa habeatur, ſed in or- *ea, quid.*
dine ad aliquem: & ſuſcipit magis & minus, iuxta approximationem ad lu- 8
crum, & quantitatem negotij, induſtrię negotiantis, ac ea pecunia vtentis: *Pecunia vel*
Et de hac potentia pecunię non ſunt intelligenda dicta Doctorum, cùm lo- *quid ſimile mu*
quuntur de pecunia: imò hanc vendere, vel redimere licet, vltra ſortem. *tuabile quan-*
Quod vt melius percipiamus veritatem iſtius differentię adducam exemplū *do vendi poſſit*
de grano tritici: Granum ergo tritici dupliciter poſsideri ac conſiderari po- *vltra ordina-*
terit: Primo abſolutè, & ſic quamuis habeat in ſe potentiam ſementinam, pro *rium eius pre-*
quanto poſset aliquis vti eo ad ſerendum: nihilominus non plus valet pro- *tium.* 9
pter iſtam potentiam, quam abſolutè habet: & huic potentię reſpondet in *Granum triti-*
pecunia, potentia pecunię abſolutè captæ: Nam ſicut poteſt quis vti grano, *ci quoad eius*
vel ad comedendum, vel ad ſerendum: ita poteſt quis pecunia uti uel ad cō- *pretium, quo-*
mutationes cōmunes, uel ad lucrandum, ſecundò granum tritici poteſt poſ- *tupliciter po-*
teſt cōſiderari.

ſideri

ſideri ac conſiderari, vt ſerendum: & hoc modo poſſeſſum, ac conſideratum, ſuſcipit incrementa, dum magis præparatum eſt, & ordinatum, approximatum, vel ſparſum in agro: & huic potentiæ reſpondet in pecunia, potentia vt ſubeſt induſtriæ vtentis ea: ſicut autem granum tritici, quod non poſſidetur, vt ſemen, nõ erit reſtituendum, vt ſemen; ſi ablatum fuiſſet: niſi in veritate ad hoc delatum vel præparatum ſit: ita pecunia non habebitur, vt ſubſtans induſtriæ negotiationis, niſi in veritate applicanda fuiſſet negotiationi: Indè patet, quòd ſicut fur, qui abſtulit granum frumenti, paratum pro ſemine, teneatur non ſolùm ad reſtituendum æquale accepto tritico, verùm etiam ad aliquid plus reſpondens potentiæ ſementinæ, ad arbitrium boni viri, iuxta qualitatem, & quantitatem damni ex hoc emergentis impedito à ſeminando, licèt non teneatur fur reſtituere totum fructum deductis expenſis, quę ex tali ratione alij conuicini (qui ſeminauerant) reportarunt: quia habebat fructum in potentia ſeu in vrtute, non autem in actu: Ita ſi quis furatus fuiſſet pecuniam paratam ſeu expoſitam negotiationi, tenebitur non ſolum pecuniam ipſam acceptam, puta, mille aureos, reddere: ſed & aliquid plus ad arbitriũ boni viri, penſatis conditionibus negotiationis & negotiatorum: Non tamen tenebitur ad totum lucrum, quod fuiſſet habiturus eadem ratione: quoniam ſolùm illud in potentia habebat. Et ex hoc ſequitur quòd negotiatores habentes pecuniam paratam ad certam negotiationem in promptu æſtimatam, communiter futuram cùm lucro centum ducatorum, deductis expẽſis: dato quòd mutuare poſſint Ioanni occurenti, & petẽti dictam pecuniam mutuo pro ſuis neceſſitatibus, & ex pacto petere aliquid plus ſorte ratione prædictæ potentiæ, quæ ſubeſt eius induſtrię: Non tamen poſſunt petere totum lucrum ſperatum, vt puta, centum. Et patet hęc ſequela dupliciter: Primò, ex hoc quòd nullus mutuum accipiens in hoc caſu tenetur ad aliud plus quàm teneretur fur, qui abſtulit pecuniam ad negotiationem paratam: Secũdò, quia mutuans granum iam delatum ad agrum pro ſeminatione, non poterit exigere totum fructum ſperatę meſſis, imò ſi iam ſparſa & vegetata ſemina quis conculcando deſtrueret, non teneretur ad reſtitutionem omnium fructuum ſperatę meſſis, (deductis expenſis,) vt clarius in concluſionibus dicetur, & probabitur.

10 *Fur ſurripiẽs pecuniam, paratam negotiationi, ad quid teneatur.*

11 *Valor rei abſolutè conſiderata, & valor rei reſpectu ſtatus in quo tũc reperitur, differunt.*

Quartò Notandum, quòd maxima differentia eſt inter ualorem rei abſolutè conſideratæ: & valorem rei in tali ſtatu in quo res ipſa reperitur pro tunc: quoniam valor rei conſideratę tam reſpectu commutationum voluntariarum: quàm inuolunrariarum, eodem modo ſe habet. Mille enim ducati abſolutè conſiderati, ſiue mutuo, ſiue emptione, ſiue furto, ſiue rapina alienentur, ſemper valorem eundem mille ducatorum ſecum gerũt: Valor autem rei in tali ſtatu, in quo res reperitur pro tunc, non commutat rem extra illum ſtatum: ſed ſtatim, vt res illa extra ſtatum illum conſtituitur, perdit tantum valorem: Quapropter magna oritur diuerſitas inter vtrũque: Vndè omnino erit conſiderandum, an inuito, vel volente domino, res ipſa alienetur à tali ſtatu: Nam ſi inuito domino, res ipſa aufertur, conſtat ꝙ reſtituenda erit iuxta valorem rei in tali ſtatu: vt patet de deſtruente ſemina: ſi autem voluntariè illam rem diſtrahát, ſubdiſtinguendum erit. Quoniam, aut ſine mutatione ſtatus illius rei diſtraxerit rem ipſam, aut cum mutatione: primò, & tũc dicetur quòd dominus poterit eam alienare iuxta valorem rei in tali ſtatu: Et propterea ſicut dominus agri ſati licitè vendit agrum ipſum tantùm, quantum nunc ęſtimatur ager ſatus, ſic (arguendo à ſimili) habens pe-

cuniam

cuniam expoſitam negotiationi, licitè cedit alteri eam, (quod eſt cedere negotiationi illi) tunc accipiendo quantum ęſtimatur pecunia applicata illi negotiationi: Hoc eſt, enim, alienare pecuniam, ſeruato ſtatu in quo eſt: ſed ſi quis voluerit alienare pecuniam non ſeruato ſtatu illus: ſed eam à ſtatu negotiationis remouendo: ſic non licebit alienare eam pluſquàm valeat abſolutè conſiderata: quoniam ex quo ipſe dominus rei, aufert ipſam rem à ſtatu, in quo erat, maioris valoris, eam mutuo exponendo (cùm voluntas ipſius ſit, quæ transfert rem de ſtatu in ſtatum) indè fit quòd in huiuſmodi caſu non

No. quintum

poterit quantumcumquè parum petere plus ſortę. Quintò Notandum ꝙ

12

maxima differentia eſt inter eum, qui inuoluntariè transfert rem quamcumquè, vel pecuniam, & transfert illam ad alium in quo pro tunc illa non reperitur, vt puta, ſi quis ad preces amici pecuniam, vel quid ſimile, negotiationi deſtinatum amouet à ſtatu negotiationis, illud conuertendo ad ſtatum mutui, & inter eum, qui voluntariè amouet pecuniam à ſtatu negotiationis ipſam conuertendo ad ſtatum mutui, æſtimans huiuſmodi conuerſionem ſibi magis profuturam: quoniam in primo caſu, poteſt quis ſuſcipere tuta conſcientia vltra ſortem (iuxta tamen taxatum pretium illius ſtatus & non vltra) non autem in ſecundò, ſine peccato vſuræ, vt doctiſſime docuit Caietanus in comentarijs. 2. 2. q. 78. artic. 2.

In valore pretij differunt transferre pecuniã ad aliũ ipſo requirente, & ſine ipſius requiſitione.

Nouiſſimè notandum, ꝙ (ſecundum Ioannem de Medina in codice de Rebus per vſuram acquiſitis in fine ſecundæ cauſæ, propter quam poterit quis vltra ſortem mutuatam exigere, in quæſtione tertia.) Intereſſe lucri ceſſantis eſt duplex: aliud proximum, aliud remotum: Exemplum intereſſe proximi poterit tale reddi: ſi mutuans erat empturus gallinam, vel quid ſimile fructiferum pecunia ipſa mutuata, vnde fructum indè recipere ſperabat, videlicet: quinq; oua, vel huiuſmodi, quem fructum impeditur cõſequi, ratione mutui

13

facti: Exemplum intereſſe remoti: vt ſi empta gallina lucretur ouum ex illa, & ex ouo ſperet indè pullum ſeu pullam aſſequi, ex qua rurſus alia oua ſperat: dempto ergo primo fructu ſperato ex re, quæ empta realiter fuiſſet: reliqui dicendi erunt fructus remoti, & carentia illorum ob cauſam mutui dicetur intereſſe remotum: quàpropter quotieſcunquè in aſſerendis concluſionibus ſermo habebitur de intereſſe, ad quod tenebitur mutuatarius mutuanti, ratione mutui accepti, intelligendum erit, de intereſſe lucri proximi, non autem remoti.

Intereſſe lucri ceſſantis eſt duplex, et exẽplum de vtroque.

Sciendum inſuper (vt docet Barto. in l. vnica. C. de ſententijs, quæ pro eo quod intereſt, numero 8.) Intereſſe quoddam ſumptũ dicitur, vt genus generaliſſimum, & quoddam vt genus ſubalternum. Intereſſe primo modo ſumptum dicitur alicuius iuſta vtilitas inęſtimabilis.

Barto.

Intereſſe acceptũ vt genus generaliſſimum diuiditur in intereſſe inæſtimabile, & intereſſe æſtimabile.

Intereſſe ſumptum vt genus generaliſſimũ quid ſit, & quotuplex.

Intereſſe autẽ inæſtimabile eſt alicuius iuſta vtilitas inęſtimabilis: de quo fit mentio in l. j. §. hæc in factum. in verſicu. ſed cùm liber, ff. de ijs qui deiec.

14

vel effud. vbi infraſcriptis vtitur verbis imperator, videlicet: [Sed cùm liber homo perijt damni æſtimatio non fit in duplum: quia in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt: ſed quinquaginta aureorum condemnandus ſit.]

Intereſſe ineſtimabile quid ſit.

Intereſſe æſtimabile ſubdiuiditur in intereſſe æſtimabile non petibile, & in intereſſe æſtimabile petibile.

Intereſſe æſtimabile ſubdiuiditur in intereſſe æſtimabile non petibile, & in intereſſe æſtimabile petibile.

15 *Intereſſe æſtimabile non petibile quid ſit.* Intereſſe æſtimabile non petibile, eſt iuſta alicuius vtilitas æſtimabilis non petibilis, habita vel non habita ſine alicuius facto iniuſto, vel ceſſatione iniuſta: ſed notanter in præſenti diffinitione dixi, [alicuius vtilitas iuſta:] quia ſi habes vtilitatem iniuſtam, non dicitur propriè continere tuum intereſſe, vt habetur in l. itaquè fullo. ff. de furtis, in qua dicitur: quòd actio furti pro intereſſe recipiendo non datur malæ fidei poſſeſſori, ſed bonæ fidei poſſeſſori, quia realiter nihil de ſuo amiſit, ac per conſequens nullum verum intereſſe paſſus eſt per illius priuationem, licèt quodammodo interſit etiã malæ fidei poſſeſſori rem ſibi furatam, mala fide acquiſitam recuperare. & ratio eſt, quia (vt dicit ibidem textus) nemo de improbitate conſequitur actionem. Dixi quoq; in diffinitione [æſtimabilis] ad differentiam intereſſe inæſtimabilis. Dixi [Non petibilis] ad differentiam intereſſe petibilis, de quo infra paulò poſt dicetur: Dixi [Habita] vt comprehendam omnes illos caſus, in quibus aliquis habet aliquod æſtimabile, quod habere ſua intereſt. Dixi, [vel non habita] propter l. Proculus. ff. de damn. infect. in quo habetur ꝙ licèt obſcurentur lumina domus vel auferetur aqua putei mei, & ſic damnificor & perdo qđ mea intereſt habere, tamen hoc petere non poſſum, quia prouenit mihi abſquè alicuius facto, vel ceſſatione iniuſta] & vt luce clarius veritas iſtius clauſulæ intelligatur, figurabo ſic caſum: (prout habetur in dicta l. Proculus.) Habebas domum tuam iuxta meam: nec aliquam ſeruitutem mihi debebas, cum velles opus aliquod in tua domo, puta, eleuare eam, & timerem damnum ex hoc opere: promiſiſti mihi de damno infecto: nũc eleuata domo tua habeo damnũ, vt quia obſcurata ſunt lumina domus meæ, quæritur, an committatur ſtipulatio, (id eſt an ex ſtipulatione ſeu huiuſmodi promiſſione teneor ſoluere huiuſmodi damni valorem) & dicitur quòd non. Idem eſt & ſi in fundo tuo feciſti cuniculum, id eſt riuum coopertum vel foſſam, & ſic aquam quę veniebat ad fundum meum, abſtuliſti. Nam licèt promiſeris mihi de damno infecto, tamen non teneris ob hoc. & ratio eſt à dicta lege talis aſſignata: quia non debet videri is damnum facere, qui eo veluti lucro (quo adhùc vtebatur) prohibetur: multumquè intereſse, vtrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, vti prohibeatur: ſciendum ergo quòd Barto. vbi ſuprà, addit, & de iſtis non loquitur materia iſta.

16 *l. Itaq; ff. de fur. Fur non poteſt petere intereſſe rei furtiuæ ab ab alio occupatæ, & quare.*

Eſt aliud quoddam intereſse ęſtimabile petibile, & iſtud poteſt accipi duobus modis, vno modo largè, ſeu impropriè, & alio modo propriè ſeu ſtrictè.

17 *Intereſſe ęſtimabile petibile largè ſumptum, quid ſit.* Intereſse ergo ęſtimabile petibile largè ſumptum, dicitur Iuſta alicuius vtilitas petibilis ęſtimabilis non habita propter alicuius factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam: iſta diffinitio omnia comprehendit, vt euidẽter patet. Hic tamen eſt aduertendum, quoniam aliquando ſumitur intereſse largè, & impropriè, ut ſi peto quamcumq; rem mihi debitam: peto intereſse meum: Nã dicit lex quòd ſtipulationes ſunt factę, vt quiſquàm ſtipuletur quod ſua intereſt, ut in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerborum obligatio. unde ſi ſtipulor librum, ſtipulor, quod mea intereſt, ille ergo liber eſt intereſse meum largo modo: Idem ſi ſtipulor factum, iſtud factum eſt intereſse meum, & hoc modo hic non ſumitur.

l. Stipulatio iſta ff. de ver. obl.

18 *Intereſſe ęſtimabile petibile* Intereſse autem ęſtimabile petibile ſtrictè & propriè ſumptum in noſtra materia ſic diffinitur uidelicet: Intereſse eſt ęſtimatio alicuius utilitatis nõ habitę

bitæ propter alicuius factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam: ſed animaduertendum, quòd ideo in diffinitione dixi[æſtimatio,] vt differat à præcedenti intereſſe, quod reſpicit ipſam rem debitam, ſeu factum debitum. Nam de intereſſe prout in quantitate deducitur, loquitur iſta materia: Iſtud, enim, eſt utile ſcire ad diffinitionem hanc intelligendam: Ideo dixi æſtimatio[vtilitatis non habitæ,] vt comprehendam damnum emergens, & lucrum ceſſans.

Intereſſe propriè ſeu ſtrictè ſumptum, eſt triplex, & aliud dicitur ſingulare; 17 alind conuentum, & aliud commune.

Intereſſe propriè ſumptum, dictúmquè ſingulare dicitur intereſſe ſingulariter æſtimatum, ſeu eſt æſtimatio, & non pretium damni paſſi ſingulariter æſtimati, & dicitur notanter æſtimatio damni ſingulariter æſtimati, quia illud dicitur ſingulare intereſſe quod venit ex ſingulari ſeu ſpeciali affectione ſeu affectu, ſicut eſt in patre libero circa filium ſuum: vt apertiſſimè dicitur in l. pretia, ff. ad l. Falcidiam, & in l. ſi ſeruum. ff. ad legem Aquiliam, & ibi per Bartolum, & alios iuriſtas, & per Innocentium in c. Sacro, de ſenentia excommunicationis. Et huiuſmodi intereſſe ſingulare poterit exigi aliquando, & aliquando non, iuxta hanc diſtinctionem, videlicèt: Aut hoc debetur ex contractu certo, qui, ſcilicet, contineat certam quantitatem, vel certam rem, vel incertam in indiuiduo: ſed certam in ſpecie, vt ſiquis debeat hominem, tunc lex dicit ſingulare intereſſe præſtandum vſquè ad duplum communis intereſſe, & non vltra, vt in lege vnica, §. ſancimus. C. de ſententijs. quæ pro eo quòd intereſt: ſi verò ſingulare intereſſe debeatur ex incerto contractu, puta, ex eo quod eſt in faciendo, vel non faciendo, omnino in ſolidum præſtandum eſt quantumcumquè ſit, vt in dicta l. Vnica. §. in alijs, & videtur, legem inniſtere quòd in his caſibus ſemper debeatur ſingulare intereſſe; intelligendo de intereſſe vtilitatis, ſeu affectionis, non ratione tantùm ſui, ſed vtilitatis, quæ ſibi obueniebat ex rè illa ſic amata: non autem de intereſſe affectionis tantum, in ſe conſideratæ, nullo habito reſpectu ad utilitatem, vt in dictis l. Pretia, & l. ſi ſeruũ.

Intereſſe ſtrictè ac propriè ſumptũ eſt triplex.

19 *Intereſſe ſingulare quid ſit, & quando hoc ſoluere quis teneatur.*

l. Vnica C de ſententij quæ pro eo quòd intereſt.

Quàpropter peroptimè dixit Bartolus in dicta lege vnica, ipſam legem intelligendam fore tantùm de intereſſe affectionis continentis in ſe vtilitatem pecuniarum, non autem de intereſſe affectionis tantùm: prout habetur apertiſſimè per iura adducta in lege Pretia: & in lege ſi ſeruum.

Intereſſe conuentum, quod aliàs dicitur intereſſe æſtimatum conuentione partium, non autem prẽtium, vt puta, quando partes cõueniunt in certa quãtitate pro intereſſe, vt puta, ſi quis dixerit, ſi non fecero quod promiſi, dabo pro intereſſe tantam quantitatem pecuniæ, quod quidem pactum ſeruãdum eſt, vt in l. fin. ff. de prætor. ſtipulat. & ibi per Glo. & Doctores.

20 *Intereſſe conuentũ quid ſit.*

Intereſſe commune dicitur communis æſtimatio damni, quod alicui contingit ex eo quod id, quod dari, vel fieri debebat, datum vel factum nõ eſt, uel ſuo loco & tempore, vel aliàs; (vt debet) datum vel factum nõ eſt, & in hoc communi intereſſe computatur fructus rei debitæ, in qua ſit mora, & mercedes, & pẽſiones, & augumẽtum per locum, uel tempus, & cõſimilia, vt habetur in l. pretia, ff. ad l. Falcidiam, & in l. ſi ſeruum. ff. ad l. Aquiliam. In his omnibus adductis, de triplici ſpecie intereſſe concordant vltra dicta iura, etiam Gloſæ ipſorum iurium, & Barto. ibidem, ſcilicet, in l. unica. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt. Dynus in c. Mora, de reg. iur. in ſexto, & Inn. in c. Sacro, extra de ſent. excommunicationis.

21 *Intereſſe commune quid ſit.*

l. Pretia ff. ad l. Falcidiam. l. Si ſeruum. ff. ad l. Aqui. Glo. Barto. Dynus. Innocen.

Summoperè tamen eſt memoriæ cõmendandum id, quod docuit Decius

in l.Quatenus.ff.de regu.iur.nu.6.loquens de hoc intereſſe communi: dicens ꝙ intereſſe commune referri videtur ad communem rei æſtimationem, & ad communem rei valorem: vt notat Baldus in l.1.colum.2. C. de ſenten. quæ pro eo quòd intereſt, & facit tex.in l.ſi vendidero.§.j.ff. de furtis. in l. j. ff. de his qui à nō domino manu.& teſtis in probando intereſſe debet rationem di cti ſui allegare, etiam non interrogatus: vt notat Bartolus in Tracta. de Teſtibus,colu.1.verſicu.Teſtis dixit aliquem eſſe dominum, in fine,vbi inquit, quòd ſi teſtis dicat fundum valere decem, non probat, niſi rationem adducat,quàmuis non ſit interrogatus. Et notanter Abbas poſt alios ibi refert in capitu.Cùm eam,col.2.verſicul.ſed dubitatur, de Teſtibus,& idem Bald. in l.fina.C.de Iur.dom.impe.& in l.1.col.8. verſicul. 7. Quæro.C. de ſenten. quæ pro eo,quod intereſt profer. Alexand. poſt Paulum de Caſtro in l. Pretia rerum colum.fin.ff.ad l.Falcidiam,& idem Alexand. in l.j. in principio. ad finem.ff.de operis noui nuntiatio.facit quod no. Innocentius in capitu. cùm cauſam,extra,de Teſtibus:Bartolus in l.ſolam.C.de Teſtibus,& iſta concluſio procedit in æſtimatione domus,vel fundi,quia talis æſtimatio intellectu potiùs quàm ſenſu corporis colligitur, ſecùs in æſtimatione frumenti, & victualium, & in ſimilibus rebus, in quibus non eſt opus magno diſcurſu: ideò dictum teſtis benè probat abſque alia ratione, ſi non fuit interrogatus, vt notat Bar.in dicto trac.in loco ſuprà,allegato,& idem Bal.dicit in l.ſolam, col.fi.ver.Quæro nunquid.C.de Teſtibus.

Intereſſe diuiditur in extrinſecum intereſſe,& in intereſſe intrinſecum, ſeu in intereſſe extra rem,& in intereſſe in ipſa re.

22 *Intereſſe intrinſecū quid ſit.*

Intereſſe intrinſecum dicitur illud,quod eſt ipſa res eadem, ſeu eius æſtimatio:prout accipitur in hac materia,nec non,& illud, quod eſt immediatè ex ipſa re,vt fructus,& partus,& ſimilia.

23 *Intereſſe extrinſecū quid ſit.* Glo. Bartol.

Intereſſe extrinſecum dicitur illud,quod venit occaſione alicuius rei, non autem ex ipſa re:& ideo verum dicit Gloſa,dicendo ꝙ hæreditas(ex qua ſeruus eſt hæres inſtitutus)eſt intereſſe extrinſecum,quia non ex ea re,id eſt, ex ipſo ſeruo procedit ſed ex occaſione rei,id eſt,hæreditatis ſibi legatæ, contingit,vt docuit Bar.in d.l.vnica,nu.13.& 14.

l. Vinum. ff. de rebus credit. ſi cer.pet.

Intereſſe intrinſecum,id eſt,ipſius rei æſtimatio,& tale intereſſe in iudicio ſemper petitur,& cōceditur à Iudice:vt in l.vinū.ff.de rebus credit.ſi cer.pet.

24 *Intereſſe intrinſecum an in iudicio peti poſſit & quale.* Barto.

Intereſſe intrinſecum,id eſt,ex ipſa re(vt fructus & partus)competunt alicui cum hac diſtinctione ſic dicendo: Aut actione ſtricti iuris peto quod eſt vel fuit meum:& tunc veniunt fructus à tempore moræ:ſed ſi peto mihi debitum,tunc ſolùm à tempore litis conteſtatæ:ſed in actionibus bonæfidei ſemper veniunt fructus à tēpore moræ.hæc Bar.in l.videamus.ff.de vſur.in quo loco,in §.ſi actionum,ipſemet Bar.ſubdit,ꝙ aut loquimur in ſtipulatione rem dari:aut in ſtipulatione rē tradi,aut in ſtipulatione,quæ continet vtrumq;,id eſt,ſi promittatur rem dari,& tradi:In Primo caſu,nunquā cōmittitur ſtipulatio ad intereſſe:ſed præcisè tenetur ad dandum ipſam rem ſimplicē: vt in l. vbi autem,in fi.ff.de verb. obli. fructus autem veniunt tunc poſt litis cōteſtationē,non autē antè,vt in dicta l.videamus.Secundo caſu venit intereſſe à tēpore moræ,& non fructus:fructuum autem ratio habetur poſt litis conteſtatio.vt in dicto§.ſi actionē:& ſi aliquis diceret,ſi uenit intereſe à tēpore moræ:ergo habebitur ratio fructuū reſpondeo, quòd tunc non habebitur ratio fructuum(vt fructuum)ſed,vt intereſse,inter quæ, magna eſt differentia, ut pate-

l.Vbi autem.ff. de verb. obli.

patebit hoc exemplo.

Eſt quidam fundus, qui dum poſſidetur à ruſtico, tunc ex ipſo ruſticus recipit multos fructus, qui tamen, ſi poſſideretur à nobile, ille reciperet paucos fructus ex ipſomet fundo: ſi enim petuntur fructus, (vt fructus) tunc teneretur poſseſsor reſtituere omnes fructus quos percepit ex dicto fundo: ſed ſi petantur fructus, vt intereſſe, tunc conſideratur illud, quod percepiſſet ipſe creditor, quia in tantum ſua intereſt. Tertio caſu, quando ſtipulatio continet vtrumquè: tunc veniunt omnes fructus ſine dubio, vt in lege, ſi ſtipulatus, ff. de vſur. & hæc omnia ſunt veriſſima ſolùm in contractu emptionis, vel venditionis, vt docet Bar. in d. l. videamus. §. ſi actionem.

Fructus & intereſſe in quo differant, ſi petantur fructus vt fructus, & nõ fructus vt intereſſe.

l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur.

Barto.

25 Circa Intereſſe verò extrinſecum: ſic procedendum erit (vt docet Bartolus in lege vnica, numero 17. 18. & 19. C. de ſententijs quæ pro eo: &c.) videlicet: Aut agitur propter non factum, aut propter maleficium: Primo caſu: Aut eſt tale intereſſe quod ſequitur rem penès quemcumquè vadat, aut non: ſi primo, & tunc eius habebitur ratio, vt apertiſſimè probatur, arguendo à ſimili, in lege penultima. C. de his quibus, vt indignis: ſi ſecundo, & tunc ſubdiſtinguendum erit tali pacto, videlicèt: Aut petitur talis res, in qua non poteſt cadere intereſſe intrinſecum, vt in pecunia, in qua non cadit affectio: & tunc venit intereſſe extrinſecum, id eſt, lucrum ceſſans, aut damnum emergens, vt in lege, Numis, ff. de In litem iuran. Aut petitur res talis in qua poteſt cadere intereſſe intrinſecum, & tunc non habetur ratio intereſſe extrinſeci, vt in lege, ſi ſterilis. §. cùm per venditorem, ff. de Actio. empt. quod tamen erit intelligendum verum eſſe ſecundum diſtinctionem paulò poſt adducendam: quando ſermo habebitur de quęſtione in qua quæretur, An in intereſſe habeatur ratio lucri, vel non. Bart. in d. l. vnica, hoc docet.

Intereſſe extrinſecũ an in iudicio peti poſſit, & quale quando agitur propter non factum.

l. Penult. C. de his, quibus vt indignis.

l. Numis. ff. de In litem iuran.

l. Si ſterilis. ff. de actio. empt.

Barto.

26 De Intereſſe extrinſeco verò, quod petitur propter aliquod malefactum: ſic per diſtinctionem loquendum erit, videlicèt: Aut enim fuit malefactum ſcienter, aut ignoranter: ſi primo: tunc uenit intereſſe extrinſecum, ita quòd tenetur quis ad intereſſe extrinſecum ei, qui paſſus fuit damnum, iuxta text. apertiſſimum in lege, Iulianus. in principio. ff. de Actio. empti. In quo hæc inter alia ibi habentur, videlicèt: [Iulianus libro vigeſimoquinto, inter eum, qui ſciens quid, aut ignorans, vendidit, differentiam facit in condemnatione ex empto. Ait enim, qui pecus morboſum, aut tignum vitioſum vendidit, ſiquidem ignorans fecit: id tantùm ex empto actionem præſtaturum, quantò minoris eſſem empturus, ſi eſſe ita ſciſsem: ſi uerò ſciens reticuit, & emptorem deceperit, omnia detrimenta, & quæ ex ea emptione emptor traxerit, præſtaturum ei: Siue igitur ædes vitio tigni corruerunt, ædium æſtimationem: ſiue pecora contagione morboſi pecoris perierunt, quod interfuit idoneè veniſse, erit præſtandum:] Hæc omnia inter alia habentur in dicta l. ex cuius verbis patet, quòd quicumquè cauſam dederit vt patiar intereſse extra rem, tenetur ad illud præſtandum: vt ibidem etiam ait Bartolus, & Gloſa. Si verò huiuſmodi intereſse quis cauſa fuerit ignoranter, id eſt, neſciens uitium rei à ſe alteri præſtitæ: & tunc ſubdiſtinguendum erit ſic: Aut agitur contra aliquem, quia res eſt eui-

Intereſſe extrinſecũ, quando agitur propter maleficiũ: quãdo & quo modo, et quale peti poſſit in iudicio.

l. Iulianus. ff. de actio. empt.

Barto.

Gloſa.

ċta: & iſto caſu venit intereſſe extrinſecum, non tamen in totum, ſed uſquè ad duplum pretij conuenti: vt in l. Titius, in fine, & in l. ſequenti, ff. de action.empt. & ibi latè per Gloſſam, & Bartolum, & hic caſus eſt ſingularis caſus: Aut agitur propter aliud damnum ex ipſa re emergens, & tunc, aut loquimur in contractibus ex quorum natura conſueuit transferri dominium, vel vſucapiendi condictio, & tunc, non venit intereſſe contra ignorantem, ſed agitur quantò minoris, vt in præaddućta l. Iulianus, in principio. fallit in vaſe vendito pro integro, quoniam tenetur ad intereſſe, quod paſſum ſum ratione talis non integritatis: vt in l. tenetur. §. ſed ſi vas. ff. de actio. empti. Necnon in uaſe vitioſo etiam ignoranter locato, tenebitur locator de omni intereſſe paſſo à locante, vt in l. ſed Addes, §. ſi quis dolia. ff. locati, & conducti, & ibi per Gloſſam, & Bartolum: ſecùs tamen, ſiquis ignoranter locaſſet paſcua pecoribus, & propter herbas mortiferas aliqua pecora perijſſent, qnia tunc ei ſufficiet non petere pretium locationis, ſi verò ſcienter, ad omne intereſſe teneretur locator, vt in dicta l. ſed addes. Si uerò loquimur in contractibus, ex quorum natura non transfertur dominium: & tunc, aut ille contractus cælebratur gratia vtriuſquè, vt locatio, & tunc ſi tradatur res inanimata, diſtinguitur, ſic: Aut eſt res, cuius conditionem quis non poterit probabiliter ignorare: (vt conditio vaſis eſt) & tenetur etiam ignorans ad intereſſe extrinſecum. vt in dicta l. ſed addes. §. primo. Aut probabiliter peterat ignorare, & tunc, ſecùs eſt: vt ſi locaſti paſcuum aliquod, in quo herba peſtifera habetur (te ignorante) non teneris ad intereſſe præſtandum ratione gregis ibi mortui, vt in dicta l. ſed Addes. §. primo.

l. Titius & l. ſequen, ff. de act. empt. Gloſſ. Barto. l. Tenetur. ff. de actio. empt. l. Si Addes. ff. locati.

Aut locatur res animata, vt puta, ſeruus: & non tenetur ad intereſſe extrinſecum, niſi fuerit ſciens: vt in l. Cùm in plures. §. ſeruum. ff. locati & conducti: Ratio eſt in promptu: quia rei animatæ vitium poteſt probabiliter ignorari magis, quàm alterius rei. ſi verò celebratur contractus gratia alterius tantùm (ſcilicet) gratia recipientis, vt in commodato: & tunc ſi tradat rem inanimatam: non tenebitur, niſi fuiſſet ſciens, vt in l. In rebus. §. Item qui ſciens, ff. Commodati, uel contra. Si uerò tradatur res animata: ignorans tenetur eatenus, ut damnum emendet: uel ſeruum pro noxa dimittat: vt in l. penultima, ff. Commodati, vel contra: ſi verò contrahitur gratia dantis tantùm, vt in depoſito, & in mandato, & tunc, in depoſito (dico) teneri dantem (ſiue fuerit ſciens, ſiue ignorans) ad iſtud intereſſe extrinſecum, vt in l. ſi ſeruus. ff. de furtis. In mandato uerò erit diſtinguendum (vt in l. Inter cauſas. §. ſed cum ſeruus. ff. mandati vel contra) quòd aut mandauit quis ſeruum emi ab aliquo (qui ſeruus poſtea commiſit furtum) aliquid ab illo ſurripiendo: & tunc tradendus erit ſeruus mandatoris, ipſi mandatario in totum, id eſt, abſolutè loco damni paſſi, ſi ſine culpa mandatarij hoc contigit: Aut mandator ſciebat uitium ſerui, & conſuluit emptionem, & tunc mandator tenebitur ad omne intereſſe paſſum à mandatario emptore ratione dicti mandati. Et hæc dicta ſufficiant quoad intelligentiam præaddućti termini (Intereſſe) & ad notitiam pleniorem totius quæſtionis præſentis, & omnium quæſtionum, quæ poſſunt occurri circa petitionem alicuius

l. Cùm in plures. ff. locati, & conducti. l. In rebus. ff. Comodati, uel contra. l. Penult. ff. Commodati, uel contra. l. Si ſeruus. ff. de furtis. l. Inter cauſas. ff. man. uel contra.

intereſſe alicui in iuſtè illato. Quàpropter omnia prędicta in hoc ſeptimo Notabili inſerta, ſunt memoriæ comendanda tam quàm ſcitu neceſſaria in materia vſurarum & reſtitutionum, ad quas quis teneretur ratione damni iniuſtè illati: eò quòd hæc deſeruiunt in vtroque foro.

Prima concluſio ſit Hæc.

27 *Ratione lucri ceſſantis nouẽ concurrentib. conditionibus vltra ſortem exigere licebit.*

Ratione Intereſſe lucri ceſſantis ex mutuo paſſi, vnuſquiſquè tuta conſciẽtia poterit vltra ſortem mutuatam concurrentibus Nouem conditionibus, paciſci de recipiendo aliquod certum lucrum poſt moram debitoris, imò in foro conſcientiæ, mutuatarius tenebitur omninò ad tale intereſſe, vt multi ex Doctoribus infraſcriptis dixerunt explicitè: Prima ergo conditio erit, ꝙ tempore contractus huiuſmodi, intereſſe lucri ceſſantis ratione mutui ſit veriſimile, & ſi omnino certum non ſit. Secunda: quòd id, quod ratione intereſſe huiuſmodi exigitur: ſit ita moderatum, vt tempore contractus ſit veriſimile dubium, lucrum futurum (cui cęditur) fore plus, minusuè, quàm id, ꝙ exigitur, vt æqua ſit vtriuſquè conditio. Tertia: quòd teſte conſcientia ipſius mutuantis, indifferens ſit eidem mutuare adiecto pacto cùm tali exactione, aut pecuniam ſuam retinere, & lucrum ſperatum proſequi. Quarta: quòd tale intereſſe cogatur pati ipſe mutuans ratione mutuationis factæ mutuatario, ad ipſius inſtantiam. Quinta: quòd non ſit mutuatarius tanta neceſſitate præſſus, quòd nec habeat, nec habere ſperet vnde poſſit pro intereſſe prædicto ſatisfacere, poſſit tamen mutuatam ſortem ſuo tempore ſoluere. Idquè ſiue mutuatio in caſu, ſit præcepti, ſiue conſilij. Sexta, vt exactio non fiat eo modo: vt mutuatarius teneatur ſtatim pro intereſſe ſatisfacere ei, ſeu exactum ſoluere: vt puta, ſi mutuet centum: non enim, debet in principio mutui ſex vel octo, vel huiuſmodi, ratione ſui intereſſe prætenſi conuenti ſubſtinendi ex mutuatione tali, ex dictis centum ſibi retinere: quoniam, ſic tunc mutuaret, ſolũ 94. vel 92. & vellet recipere ſatisfactionem intereſſe, ac ſi mutuaſſet centum: quod iniuſtum eſſe patet. Septima: quòd in tali exactione deducantur arbitrio boni viri labores; & expenſę: quas mutuator in proſequutione talis lucri alioquin facturus fuiſſet. Octaua: quòd caueatur ab infamia & ſcandalo actiuo, vt (ſcilicet) certus ſit mutuator quòd ex tali mutuatione nullam incurret notam uſurarię prauitatis: cùm idipſum debeamus cauere in omnibus noſtris actibus. Nona, & ultima conditio eſt, ut mutuans non exigat, uel paciſcatur de omni lucro (deductis expenſis, quod ex pecunia mutuata ſperabat) ſed paulòminus, arbitrio boni uiri: & hęc conditio locum habet, quando lucrum ſperatum non eſſet certum, ſecus ſi eſſet certum, ut puta, ſiquis in promptu habebat, unde potuiſſet emere cenſum reddentem tot, quolibet anno ſuper talem poſseſsionem; quę uenalis erat ſub cenſu, & ipſe mutuator ſi uictus pręcibus mutuatarij non fuiſset, illum cenſum emiſſet: quia tunc cùm in certo lucro ſit, de ipſo paciſci licebit, & totum exigere tuta conſcientia, quod & explicitè docuit frater Ioſeph Angles, infra citandus, & implicitè omnes alij Doctores: cùm ipſi exemplificauerint de lucro ſperato ex ſemine ſato, & ex emptione mercium; in quibus dari non poteſt certum lucrum: Probatur ergo noſtra concluſio triplici medio: primò, enim, per argumentum in ca. In ciuitate, extra, de uſur. In quo Alexan. tertius, [concedit ratione intereſſe lucri ceſsantis uendere merces ultra currens pretium: ſi uenditor illas uoluiſset reſeruare in aliud tempus, in quo ueriſimile ſit illas fore plus ualituras. Idem per argumentum in c. Nauiganti, & cap. ſalubriter, extra de uſuris. Dixi pro-

28 *Nouem conditiones quibus iuſtificatur cõtractus de aliquid recipiendo vltra ſortẽ mutuatam ratione intereſſe lucri ceſſantis.*

Prima condi.

Condit. ſecun.

Condit. tertia.

Cond. quarta.

Cond. quinta.

Condi. ſexta.

Cõd. ſeptima.

Cond. Octaua.

Cond. Nona.

ca. In Ciuitate extra de vſur.

c Nauigãti, ca. ſalubriter, extra, de vſur.

bari noſtram concluſionem per argumentum in dicto ca.ſalubriter, quoniam ibi conceditur ab Innocent.tertio. [Genero, cui dotis ſolutio differtur, ipſum poſſe recipere fructus pignoris medij temporis, illos computando in ſortem] vt etiam ferè aſſeuerat omnis Theologorum, & Canoniſtarum cuneus, dicens hoc ſibi indultum ratione intereſſe lucri ceſſantis (vt latiùs dicam infra, in quæſtione vigeſimaſecunda. Probatur quoquè noſtra concluſio per argumentum in Clementina Religioſi. §. quibus. de priuilegijs, in quo Canone cauetur quòd [Religioſi retrahentes aliquem à legatis faciendis, cogantur ſatisfacere læſis] & hoc quidem, non alia de cauſa, niſi quia fuerunt in cauſa, quòd illi tales (qui aliàs aſſequuti fuiſſent lucrum aliquod virtute legatorum) iniuſtè priuati fuerunt tali lucro aſſequendo. Quàpropter iure optimo dixi, concluſionem præſentem probari per argu. in dicto text. Clementinę, cùm eadem militet ratio in caſu propoſito in præſenti concluſione: patet ad ſenſum ex contextu verborum dicti Canoni. Clementinę: Probatur quoquè præſens concluſio per argumen. in l. ſocium qui, ff. pro ſocio, vbi dicitur [ſocium qui, in eò quòd ex ſocietate lucri fecerit, reddendo, moram adhibuit: cùm ea pecunia ipſe vſus ſit, vſuraſquè præſtare debere Labeo ait: ſed non quaſi vſuras: ſed quòd ſocij interſit moram non adhibuiſſe: ſed ſi, aut vſus ea pecunia non ſit, aut moram non fecerit, contrà, eſſe.] Hæc in dicta lege, ex cuius verbis veritas noſtræ concluſionis elicitur (ſcilicet) quòd liceat ratione lucri ceſſantis vltra ſortem recipere: quod innuitur in illis verbis, videlicèt vſuras præſtare debere, non quaſi vſuras. Idem videtur probari per text. in lege, Cum quidam, §. ſi pupillo, ff. de vſuris, in fine, vbi dicitur. [Vſuræ, enim, non propter lucrum petentium: ſed propter moram non ſoluentium, infliguntur.] hæc ibi, ex cuius verbis elicitur poſſe ultra ſortem recipi ratione intereſſe lucri ceſſantis: Hoc idem habetur in lege: Mora, §. in bonæfidei, ff. de uſuris. inqua dicitur: [In bonæ fidei contractibus ex mora, vſuræ debentur] hæc ibi. At quoniam contractus mutui dicitur contractus bonæ fidei, indè ſequitur ueritas noſtræ concluſionis. Idem probatur per text. in lege, 3. §. fina. ff. de eo, quod certo loco dari oportet: Vbi dicitur [habendam omnino fore rationem lucri ceſſantis, ſicut & damni emergentis] Idem habetur in lege. At qui natura, §. Non tantum ſortem, ff. de negotijs geſtis. Idem in lege, vnica. C. de ſenteutijs, quæ pro eò quòd, vt in concluſione quinta refertur vnà cùm alijs quàmplurimis. Probanda modo erit præſens concluſio & ſecūdò authoritate Doctorum, & Primò Theologorum: Sanctus enim Thomas benè intellectus (vt intellexit Caietanus in commentarijs in loco infrà citando) noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni in 2.2. quæſtio. 78. articulo ſecundo, in reſpon. ad primum, Dicens: Recompēſationem verò damni, quod conſideratur in hoc quòd de pecunia non lucratur, non poteſt in pactum deducere, quia non debet uendere id, quod nondum habet: & poteſt impediri ab habendo multipliciter. hæc ille Sanctus, cuius verba licèt ad literam, uideantur potius aduerſari noſtræ concluſioni quàm fauere, tamen, ſi illa intelligantur cum grano ſalis, ipſa opitulari apparebit noſtrę concluſioni, habito reſpectu ad conditiones, quibus diximus verificari concluſionē: Verba ergo Diui Thomę ſunt taliter intelligenda, videlicet: non poteſt deducere in pactum, quia non debet uendere &c. id eſt, nemini licebit deducere in pactum, ut ſibi ſoluatur omne lucrum, quod ipſe mutua-

Cle. Religioſi de priuileg.

l. Socium qui. ff. pro ſocio.

l. Cū quidā. ff. de uſur.

l. Mora. ff. de uſur.

29 *Mutui contractus, dicitur contractus bonæ fidei.*

l. 3. ff. de eo quod certo loco dari oportet.

l. At qui natura, ff. de neg. geſtis.

S. Thom.

Caietanus.

mutuator fuiſset recepturus, ſi non mutuaſset: licèt aliquale lucrum arbitrio boni viri:& quòd ſint interpretanda ipſa verba taliter,probo tripliciter,videlicèt:primò authoritate Caietani in commentarijs ibidem, dicentis Diuum Thom.ſentijſſe quòd non poſsit vendi lucrum huiuſmodi, tamquã habitum in actu:ſed tamquàm habitum in potentia. Quod non eſse nihil,patet ex dictis in materia reſtitutionum,videlicèt:quòd qui damnificauit habẽtem aliquid in potentia,non tenetur ad reſtitutionem ei,ac ſi illud in actu habuiſset,ſed ad reſtitutionem ſicut habitum in potentia: vt in notabilibus fuit dictum:probatur idem & uerbis eiuſdem Diui Thomæ(clarioribus)loquentis in materia reſtitutionis & dicentis in 2.2.q.62.artic.4.in corp.quæſt.videlicet:Alio modo ſi damnificet,aliquem impediẽdo, ne adipiſcatur quod erat in via habendi.Et tale damnum non oportet recompenſare ex æquo: quia minus eſt habere aliquid virtute,quàm actu. Quiautem eſt in via adipiſcendi aliquid, habet illud ſolùm ſecundùm virtutem,vel poteſtatem, & ideo ſi redderetur ei,ac ſi habuiſset illud in actu:reſtitueretur ei, quod eſt ablatum, non ſimplum:ſed multiplicatum: quod non eſt de neceſsitate reſtitutionis. Tenetur tamen aliquam recompenſationem facere ſecundum conditionem perſonarum & negotiorum:hæc ille Sanctus, ex cuius verbis patet ipſum(dicendo quòd non liceat paciſci,quia non debet vendere quod non eſt)voluiſſe aſserere quòd non licèt paciſci de toto lucro,cùm minus ſit eſse in potentia aliquod lucrum quàm eſse in actu:& ſicut dixit vbi ſuprà quòd teneatur tamen aliquam recompenſationem facere,impediens ſecundum conditionẽ perſonarum,& negotiorum:non autem omnem recompenſationem lucri,ſic voluit dicere in artic.2.q.78.Vbi ſuprà,quòd in tali caſu poſſit paciſci de lucro ceſsante aliquali:quod etiam patet ex uerbis ipſius Sancti,qui per ſuprà allata iam conceſsit principale,vnde non eſt dubium ipſum conceſsiſse tacitè & acceſsorium:principale,enim,conceſsit,quando dixit teneri ad aliquam recompenſationem impedientem à lucro,quod erat in potentia:ſi ergo conceſsit recipi poſse aliquam recompenſationem,quãtò magis eum conceſsiſſe dicendum erit,poſse huiuſmodi mutuantem paciſci de tali recompenſatione quod & ſentijt quoquè Gabriel Bieſ in loco paulòpoſt citando, his verbis utens,videlicèt:Quod verò Beatus Thom. vbi ſuprà, in ſolutione primæ rationis articuli ſecundi,recompenſationem damni,quod cõſideratur in hoc quòd de pecunia non lucratur,non poteſt deducere in pactum, quia non debet vendere id,quod nondum habet, & poteſt impediri multipliciter ab habendo:intelligendum eſt,quando prædicta quinquè non concurrunt: illis enim,concurrentibus,non poteſt,impediri,& ita ceſsat ratio ſua: nam ſtatim pręmiſit quòd poteſt in pactum deducere damnum,per quod ſubtrahitur ſibi aliquid quod debet habere.Syl.quoquè in uerſicul.uſura,primò,§.19.hoc eodem modo interpretatus fuit ſententiam Diui Thomæ, dicens huic interpretationi ſe ſubſcripſiſse Nicolaum de Auſmo: dicendo ipſum Sanctum intellexiſse de toto lucro(ſcilicèt) quòd non liceat integrum lucrum ſuſcipere,quo rei lucrum futurum erat in actu, & taliter interpretatur Sanctum Thomam quoquè Sotus in libro 6.quæſtio.1. articulo tertio, in fine. Probatur etiam noſtra præſens concluſio, & adducendo abſurdum, quod ſequeretur ex contraria interpretatione dicti Sãcti,quoniam ſequeretur(inquam) indè neceſſariò,illum Sanctum voluiſſe,mutuantem non poſſe ſe ſeruare indemnem in mutuatione, quod eſſet contra adducta iura:imò contra ratio-

S.Thom.

ctus, ratione dubij ꝙ valebit maiori pretio, & hoc vtiquè ipſe conceſſit ratione intereſſe lucri ceſſantis: noſtræ quoquè concluſioni ſe ſubſcripſit Gabriel Biel in 4. ſent. diſtin. 15. quæſtio. 11. litera f. licèt ipſe dicat huiuſmodi mutuantem poſſe ſuſcipere ratione intereſſe lucri ceſſantis, quantum lucratus fuiſſet veriſimiliter, quod tamen non eſt vſquequaquè admittendum: ſed ꝙ poſſit, non id, quod lucratus fuiſſet (deductis expenſis &c.) ſed paulò minus recipere, quia minus eſt aliquid habere in potentia, quàm aliquid habere in actu: cùm id, quod habetur in potentia, per ſe pateat minoris eſſe valoris eo, quod habetur in actu: vt fuit probatum in notabilibus, & per authoritatem diui Thomæ adductam. Probatur quoquè præſens concluſio cum ſuis conditionibus authoritate infraſcriptorum doctorum, nam ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni Caietanus in commentarijs. 2. 2. quæſtio. 78. articulo. 2. & in ſua ſummula in ver. vſura, §. vbi nota. verſi. Quintus caſus eſt, Sotus quoquè noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni in libro ſexto, quæſt. prima, articulo 3. circa finem, licèt in eodem articulo paulò antè nixus fuerit probare ꝙ non liceret paciſci de huiuſmodi intereſſe. Ioannes de Medina in codice de rebus per vſuram acquiſitis in quæſtio. 3. in §. His tamen non obſtantibus: in quo loco probat (in §. verò incip. Hoc tamen non omnino eſt rationabile) multis medijs, tam ante moram, quàm poſt moram debitoris poſſe tuta conſcientia intereſſe lucri ceſſantis exigere: quæ quidem media breuitatis gratia non adducentur hìc: frater Ioſeph Angles in ſuo tracta. Inſcripto flores Theologicarum quæſtionum ſuper quartum ſent. in quæſt. de contractu mutui, articulo ſecundo, difficultate tertia, concluſione ſecunda: & omnes gloſę in allatis hìc iuribus: Bartolus in dictis legibus, glo. in capi. ſalubriter, extra: de vſuris & ibi Hoſtien. & Ioannes de Lignano, Innocen. Papa quartus in c. Nauiganti, extra: de vſur. Hoſtien. in ſumma, titu. de uſur. §. An aliquo caſu vltra ſortem licitè exigatur: in uer. Item poteſt intelligi. Ioannes And. in cap. Nauiganti. de vſur. ſequens Hoſtienſem, Panormitanus in c. Conquæſtus, & c. ſalubriter, extra: de vſur. dicens poſſe paciſci à principio contractus mutui. Petrus de Ancharano in c. Conquæſtus, extra: de vſur. quem ſequitur ibidem Ioannes de Ananía citans Innoc. Papam in c. ſacro, extra: de ſentē. excommunicationis: Addens quòd iſtud perpetuò menti ſit tenendum, ꝙ de iure canonico poteſt aliquid vltra ſortem peti ratione intereſſe, non ſolùm damni emergentis, ſed ēt lucri ceſſantis. Albericus de Roſatis in ſuo dictionario vtriuſquè iuris in titu. de uſur. in uer. uſura non committitur. Conradus in tractatu. 2. de contractibus quæſtio. tertia, concluſione quarta, & in quinta explicitè docet poſſe paciſci de intereſſe lucri ceſſantis ante moram, & poſt moram: Didacus Couarruuias in lib. 3. variarum reſolut. capit. 4. in princi. & ſpetialiùs in numero. 5. 6. & 7. §. ex his. qui ait, quòd ante moram, imò à principio mutui poterit paciſci mutuator cum mutuatario de ſibi ſoluēdo intereſſe, tam ratione lucri ceſſantis, quàm damni emergentis. ſed erit ſciendum, quòd Couarruuias multos alios Doctores adducit noſtræ concluſioni ſe ſubſcribentes, quos breuitati ſtudens, ſilentio præteriui. Ambroſius de Vignate cum multis alijs doctoribus, quos ipſe refert in tractatu de uſuris in multis locis, & ſignanter nūmero 45. & 46. Syluester in ſumma in verſicu. vſura primò, §. 19. 25. 26. & ſequētibus. Ioannes Baptiſta lupus Geminianus in tracta. de uſuris in Comentario primo. l. Curabit. C. de actionibus empti. §. 6. numero 107. licèt neget licere paciſci de aliquo certo ſoluendo, vt latiùs dicam poſt probationem concluſionis

Gabriel Biel.
Caietanus, Sotus.
Io. de Med.
Ioſep. Angles.
Glo.
Barto.
Hoſtien.
Ioa. de Lig.
Innocen.
Ioa. And.
Panor.
Anchara.
Ioa. de Ana.
Albe. de Roſa.
Conradus.
Couarruuias.
Ambro. de Vignate.
Syluestr.
Io. Baptiſta lupus.
Nauarrus.

ſionis. Doctor Nauarrus in ſuo Manuali.c.17.de ſeptimo præcepto Decalogi,nume.211.& 212.Petrus de Anchar.in Clemen.vnica.§. Sanè.in verſicu. ſecundò quęro:de vſur.& Cardinalis Zabarella in dicta Clemen.& §.ſanè,in verſi.octauò quæro. ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni. Probatur & tertiò præſens concluſio duabus rationibus irrefragabilibus(meo quidem Iudicio) Prima quarum ſit hæc.Cùm ſit Axioma vulgatiſſimum & veriſſimum apud omnes Doctores (iuxta illam iuris regulam) Peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum,vt in ca.Peccatum,de reg.iuris,in 6.indè ſequitur quòd Dans efficacem cauſam impeditiuam aſſecutionis lucri virtualiter contenti in rebus eius,qui impeditur à tali aſſecutione,teneatur pro viribus illi ſic impedito reſarcire lucrum non aſſecutum ſine ſua culpa, aut ſui ratione: Modò mutuatarius eſt huiuſmodi,ſi concurrerint omnes adductæ conditiones in concluſione:ergo ſequitur quòd ad reſtitutionem huiuſmodi lucri ceſſantis ſeu impediti,teneatur taliter impediens: niſi ſibi à taliter impedito remittatur ac condonetur tale debitum. At huiuſmodi lucrum impeditum, reſtitutioni obnoxium,eſt aliquid vltra ſortem principalem mutuatam, ergo ille talis tenebitur illud tale vltra ſortem mutuatori reſtituere: ſi igitur ille tenebitur reſtituere mutuatori illud tale:ergo dicetur mutuatorem poſſe illud tale exigere à mutuatario: ſi poterit exigere: ergo licebit mutuanti paciſci de ſoluendo ſibi à mutuatario huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis.

Anchara. Cardina. Zabarela.

ca.Peccatũ de reg.iur.in 6.

Ratio prima concluſionis.

Maior propoſitio,ſeu primum aſſumptum probatur dupliciter.Primo ſic: ex quo,enim,lucrum ceſſans continetur in rebus impediti à tali lucro (vt puta)in pecunia, vel huiuſmodi,indè fit,quòd illud tale ſit aliqualiter ſuum: ſi igitur mutuatarius ab illo lucro conſequendo cũ impedierit: iam dicetur ipſum non ſolum impeditum fuiſſe ab obtinendo illo: imò abſtuliſſe à ſe qua ſi iam habitum,& per conſequens ipſum mutuatarium eſſe obligatum ad reſtitutionem talis lucri ceſſantis,quòd eſt in bonis mutuatoris. Secundò probatur eadem maior ſeu aſſumptum ſic:ſi enim cõſequentia noſtri argumenti veriſſima non eſſet,tria ſequerentur abſurda.Primum quorum eſt, quia non eſſet compellendus(ſaltem in foro conſcientiæ)ad reſtitutionem, vel ſatisfactionem aliquam ille,qui proximo ſuo non conſentiente, nec obligato conſentire,arborem eiuſdem proximi(natam aptam fructificare) aliquo impedimento impediret,vt pro hoc anno non ferret fructum.Nam ille non aliud facit quàm quòd dat efficacem cauſam impeditiuam aſſecutionis lucri,vel fructus contenti virtualiter in arbore proximi ſui. Secundum abſurdum erit: ꝙ detinens mercatorem,ne procedat ad nundinas,includẽdo eum in carcere:in caſu,inquo includens non habet ius id agendi,nec mercator conſentire teneretur in illã uiolentam incluſionem: non teneretur mercatori ad refuſionem illius lucri,quod veriſimiliter potuiſſet obtinere illa uice. Tertium abſurdum eſt,quoniam indè ſequeretur quòd detinẽs artificem mechanicum, uel eum lædens in tantùm quòd artificium ſuum exequi-nõ poſſet,in caſu, in quo ille talis nõ habet ius idipſum faciendi,nec ille huiuſmodi damnum ſubire teneatur,nõ eſſet compellendus ad refuſionem huiuſmodi damni illati dicto artifici:At quoniam hæc omnia ſunt inconuenientia, & abſquè rationis fundamẽto, indè ſequitur,conſequentiam argumenti pręadductam ueriſſimam eſſe, & per conſequens, luce meridiana clariùs liquet,concluſionem noſtram ueriſſimam eſſe: cùm nemini liceat cum aliena iactura locupletari,vt patet ad ſenſum & docet text.in cap.locupletari.de regu. iur.in 6. vndè unuſquiſquè poteſt

Aſſumptũ primum allatũ in probatiõe cõcluſionis probatur.

Primum Abſurdum.

Abſurdum ſecundum.

Abſurdum tertium.

poteſt ſe indemnem ſeruare in mutui traditione, vt fuit probatum ſuprà latiſ ſimè. Et quàmuis noſtra præſens concluſio veriſſima ſit (vt fuit probatum) tamen quis poſſet contra eam inſurgere, dicendo: Conſequentiam illam tui argumenti ſolùm verificari in re mutuabili fructifera de ſui natura, vt fuit exemplificatum in prædictis abſurdis, non autem in pecunia quæ de ſui natu ra non eſt res fructifera: quàpropter dicendum eſſet, quòd ſiquis impediret aliquem à conſequutione lucri: ex eo ſolùm quòd ab eo recipit mutuo aliquam rem non natam fructificare: & per conſequens, in qua non fuit illud lu crum cõtentum, ſed tantùm in induſtria hominis, non oporteret eum illi pro tali lucro ſatisfacere, cùm nihil damni intulerit illi, mutuo accipiendo pecuniam, quæ de ſui natura non eſt fructifera, ſed ſolùm pro induſtria hominis ipſa vtentis. Huic tamen argumento contra noſtram concluſionem adducto quàm facillima erit reſponſio, vtendo triplici modo arguendi contra prædictam oppoſitionem. primo, ſic: vera tua impugnatio non eſt, quoniam licèt do mus ædificata, aliqua ſit res de ſui natura non apta nata ad fructificandum, vt pecunia ipſa eſt, tamen ex ipſa quis annua penſione ratione locationis ipſius, lucrari aliquid poterit: quod quidem lucrum in ipſa domo virtualiter continetur, ſicut & in ipſa pecunia mercatoris, vt probatum fuit ſuprà in notabilibus: & tamen ſiquis domino domus non conſentiente, vel non obligato con ſentire ipſo inuito efficax impedimentum pręſtaret, ne dominus ipſe domus annuam penſionem ex domo reciperet, quam annuam penſionem aliàs ſine ipſo habuiſſet, vt puta, ſiquis aliqua magica arte vel illuſione illam domũ hor ridam reddendo habitationi humanæ: vtiquè abſquè dubio teneretur ad huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis reſtitutionem, domino domus prædictæ. Et quòd domus ſit res, quæ de ſui natura lucroſa non eſt, probatur quàm aperti ſſimè hac ratione: fac, vt Franciſcus dominus ſit domus alicuius: & quòd no lit ſua induſtria alijs locare domum ipſam: ſed ſic vacuam manere velit: nonne illa ſemper infrugifera erit domino ſuo? ſic ergo dicetur de pecunia, quã quis poteſt poſſidere otioſam in arca recluſam: & poteſt ſua induſtria vti in mercibus emendis, & ſic illam augere. Idem dicitur de agro, qui de ſui natura ſine opere humano non eſt aptus natus fructificare, niſi ſpinas & tribulos, iuxta dominicam ſententiam: quæ habetur in lib. Geneſis, capitu. 3. verſiculo 17. & 18.

Impugnatur primò noſtra concluſio 1.

Reſpondetur impugnationi

Geneſ. c. 3. ver ſic. 17. & 18.

Quàpropter concludendum erit, concluſionem noſtram veriſſimam eſſe: quoniam quantumcumquè res mutuata non ſit apta nata de per ſe fructificare, tamen induſtria hominis accedente, efficitur res nata fructificare: & indè fit, quòd inducens mercatorem in caſu præſentis noſtræ concluſionis ad mu tuandum, impedit eius induſtriam, ne pariat illum fructum, quem illa nata eſt parere: quia, cùm illa induſtria de per ſe ſola non poſſit fructificare, niſi mediante pecunia, quam ille mutuo recipit: inde ſequitur, quòd reddit induſtriã illam mutuatarius (recipiendo mutuam pecuniam) ineptam & impoſſibilem ad lucrum captandum, non minus, quàm ſiquis peritum artificem mechanicum, non quidem ligaret in carcere: ſed ſolùm auferret ab eo inſtrumẽta ſuæ artis ad tempus, ſine quibus eius induſtria ſeu ars in actum exire non poſſet.

Probata ergo prima concluſione, vt iacet in litera: aliquid dicendum erit pro intelligentia illarum nouem conditionum, quibus hunc contractum iuſti ficari diximus. Animaduertendum (igitur) quòd duobus modis poteſt mutuans vltra ſortem aliquid exigere ratione intereſſe lucri ceſſantis, videlicèt:

29 *Conditionum, quę dicuntur neceſſariæ ad iuſtificationẽ contractus mutui, vt ratione lucri ceſſantis aliquid ſuſcipi poſſit vltra ſortem, aliqualis ratio redditur.*

Vno modo nihil certum, & determinatum exigendo, ſed ſolam refuſionem intereſse: ſi aliquid tale ipſum mutuantem ſuſtinere contingat: & in hoc caſu certum eſt, omnes illas conditiones allatas non eſse neceſsarias. patet aſsumptum, quia non eſt neceſsaria prima conditio, ſiue verè ita ſit, quòd mutuans patiatur aliquod intereſse: ſiue incertum ſit, aut dubium omnino: iuſtè, enim, tunc poterit cum illo pacto mutuare, imò ex forma ipſarum conditionum apparet, quòd non dicantur eſse neceſsariæ, niſi ad iuſtificandum contractum, quando apponitur pactum de aliquo certo & determinato ſoluendo, loco intereſse: & hic eſt ſecundus modus: Vt ſi mutuans dicat: Non mutuabo, niſi vltra ſortem loco intereſse aliquod certum ſoluas: & quòd hoc non ſit de ſe illicitum, apparet ex dictis: Nam (vt loco ſuo dicetur & probabitur) ex ſententia maioris partis doctorum, gener iuſtè poterit dotis ſolutionem expectans, aliquod certum loco intereſse à ſocero exigere: quod (ſcilicet) veriſimiliter ex dote ſtatim ſoluta lucratus fuiſſet: ſimiliter qui ad terminum merces carius (quàm in promptu facta ſolutione valeant) vendit, aliquando excuſatur, (vt latiùs probabitur) Deo dante (in tractatu de emptione & venditione) de quo eſt tex. in c. in ciuitate, extra de vſuris, quod & cõtingit in multis alijs contractibus, ac caſibus, in quibus aliquod certum, & determinatum lucrum tempore mutuationis implicitè à mutuatario exigitur loco intereſse indè incurrendi: licèt tale intereſse ſit indeterminatum & incertum antequàm eueniat. Et in hoc ſenſu eſset dubium, an omnes illæ nouem conditiones ſint neceſsariæ. Attamen hoc certiſſimum erit, quòd contractus huiuſmodi cælebratus concurrentibus dictis nouem conditionibus, licitus erit, & poterit intereſse lucri ceſsantis à mutuante exigi, & tuta conſcientia exactum retineri.

Attamen, licèt veriſſima ſit prædicta noſtra prima concluſio. Nihilominus in commentario primo §. 6. de vſur. Ioan. Baptiſta Lupus impugnat noſtram concluſionem à nume. 121. vſquè ad 126. nonnullis authoritatibus, & rationibus: infraſcriptis verbis vtens, videlicèt: Quæritur etiam, nunquid creditor pro ſuo intereſse poſſit à principio paciſci de certa quantitate moderata, vt puta, ad rationem 5. pro 100. quolibet anno? & breuiter huiuſmodi conuentio, cùm ſapiat vſurariam prauitatem, eſt omnino illicita: adeſt enim fraudis ſuſpitio. l. Cùm quis decedens. §. Codicillis, & §. Titia. ff. de lega. 2. Notat Bal. in l. Rogaſti. §. ſi tibi, col. 2. Imò ipſemet Doctor poſt multa ibidem concludens, dicit: ſed quando mutuum fuiſset voluntarium, tunc minimè dubitandum, conueniri nequè exigi poſse intereſse certum, niſi poſt moram, quod hodie nullam in ſe continet difficultatem: ſed in rem iudicatam eſt tranſactũ. Quando Pius Quintus Sanctiſsimus Pontifex de anno 1571. per ſuam decretalem ſuper exercendis cambijs conſtituit: Ne quis audeat ſiue à principio, ſiue aliàs, certum, & determinatum intereſse (etiam in eo caſu non ſolutionis) paciſci: ſub periculo ſubiacendi pęnis contra vſurarios ſtatutis: & ſic vt vides manifeſti iuris (idem inquit) eſt, creditorem pro ſuo intereſse conuenire non poſse ſuper certa quantitate taxata. Hæc ille: ex cuius uerbis bullæ relatis ipſemet paulò poſt elicit hanc conſequentiam, infraſcriptis verbis vtens, videlicet: quòd valeat paciſci ſuper intereſse ſoluendo ſaltem in genere poſt morã nulla facta taxatione, ita in terminis tradit Socynus conſi. 176. col. 3. verſic. 7. Et paulòpoſt ipſemet Ioannes Baptiſta (volens arguere contra Didacum Couarru. noſtræ præſenti concluſioni ſe ſubſcribentem) in verſic. Quamobrem: infraſcriptis utitur verbis, videlicèt: Quamobrem ex iſtis ualdè dubito, An

Impugnatur noſtra conclu. quoad poſſe paciſci de aliquo certo ſoluendo rõne lucri ceſſantis intereſſe a Ioã. Baptiſta Lupo.

Dida-

Didacus Couarruuias magni conſilij iuriſconſultus, dum lib.3.variarum reſolut.cap.4.numero 5. frequentiori calculo receptum,aſſerit, quòd creditor in tali quoquè caſu ab initio conuenire poſſit de ſuo intereſſe lucri:huiuſmodi(inquit Ioannes Baptiſta prædictus)enim, ſententia periculoſa eo apparere poteſt,quando ſuprà apertè oſtendimus,illud quoquè ante moram nõ deberi,quod hìc non repeto: & ſcribentes nonnulli grauiſſimi, quos ipſe in ſuam ſententiam citat, non de intereſſe lucri ceſſantis, ſed damni emergentis loquuntur, videlicèt:Diuus Thomas,Scotus, Sotus, & multi Canoniſtæ (quos enumerat ibi ipſe Doctor,qui deniquè concludens infraſcriptis vtitur verbis, videlicèt;) Et quòd dictum eſt ſuprà,creditorem ab initio paciſci non poſſe de certa quantitate ſibi ſoluenda ratione illius intereſſe: Aduertendum eſt,quia attenta qualitate,& conditione perſonarum ex dubio euentu,videtur quòd poſſit taxari aliqua pars honeſti lucri arbitrio boni viri ſoluenda poſt moram debitoris:dummodo tamen poſtea per creditorem probetur,quòd verè tantum erat ſuum intereſſe: & quamuis illicita fuiſſet taxatio à principio facta,attamen per probationem poſtmodum ſubſecutam, ſubſtineretur illa conuentio in vim probationis deductæ: & ita communiter uidentur concludere Theologi præcitati, atquè ex noſtris, Alexand. conſil.200. libro ſexto,Deci.conſilio 111.colum.vltima, & conſilio 322. numero 4.Cagnol.hìc numero 56.& in dicta l.vnica, numero 51.Couarru.libro 3. variarum reſol.capitu.quarto,numero quinto,illatione ſeptima. Multa enim, facta tenent,quæ ab initio fieri prohibentur, vt in l. Patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui uel alieni iuris. Hæc omnia Doctor ille (ſcilicet) Ioannes Baptiſta Lupus Geminianus vbi ſuprà.

Facta aliqua tenēt & ſunt valida, poſtquã facta ſunt,quę tamē fieri ſunt prohibita. l.Patre furioſo, ff. de His, qui sũt ſui uel alie.iur.

Reſponſio Io. Baptiſtę prędicto & ſingulis eius dictis, & fundamentis.

Quæ omnia ad uerbum in medium produxi: vt probare poſſem,illius ſententiam non poſſe euertere veritatem præſentis primæ concluſionis, quod quidem probabo ſatis apertè (Deo Optimo Maximo dante) Quàpropter reſpondendo primæ eius aſſertioni ſeu probationi nullitatis noſtræ concluſionis,Dico,ex ipſius dictis non ſequi: nec rationi conſentaneum videtur aſſerere hoc,videlicèt: Contractus mutui cœlebrati cum pacto de ſoluendo intereſſe lucri ceſſantis eſt ſuſpectus de uſuraria prauitate, ergo eſt illicitus & prohibitus:non ſequitur(inquam) hæc illatio iuxta illam Vulgatam regulam : ſuſpitio non facit caſum, vt ſuprà plenè fuit probatum : quoniam ſi hoc eſſet verum, multa indè ſequerentur abſurda, eò quòd (vt patet ad ſenſum) ſeruire Epiſcopo vel Cardinali, aut Summo Pontifici ſine ſalario eſſet illicitum ac prohibitum, quoniam quàm facillimè quis poſſet ſuſpicari, taliter ſeruientem velle emere pretio ſui famulatus beneficium aliquod eccleſiaſticum, vel aliquam dignitatem eccleſiaſticam ab huiuſmodi perſonis : quod utiquè ſimoniacum eſſet, & illicitum : quod quidem aſſertum eſſe irrationabile per ſe patet, non ſolum in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ: quoniam nulli dubium eſſe poteſt,quòd huiuſmodi ſeruire ſicut procedere poteſt ab animo ſic emendi eccleſiaſtica beneficia, ſic & à mera deuotione, vel affectu conſanguineo, vel ex aliqua alia obligatione contracta ab eo, vel ratione beneficiorum temporalium collatorum in ſuos conſanguineos, vel in ſeipſum : quàpropter in tali caſu non erit præcipitanda tam facilè ſententia, ſed nobis vtendum erit nonnulla diſtinctione perutili, & ſemper memoria retinenda, & eſt hæc, ſcilicet. Perpendendum

Quæ ſint cõſideranda in caſu,quo fuit collatum al quod beneficiũ eccleſiaſticũ à Papa, uel ab alio

prælato alicui eius miniſtro & idem de pacto inito de ſoluendo aliquid ultra ſortem ratione intereſſe lucri ceſſantis.

dum accuratiſſimè erit nobis. An huiuſmodi pactum de ſoluendo intereſſe lucri ceſſantis ſic, ſit vſurarium nec ne; & non curandum erit de ſuſpitione, ſeu ſcandalo paſſiuo phariſeorum: quoniam, licèt ab huiuſmodi contractus cœlebratione cum tali pacto ceſſandum eſſet à ſcandalo actiuo, non tamen, propter ſcandalum paſsiuum (vt contingit in alijs indifferentibus, vel bonis operibus, vt docent omnes Theologi loquentes de ſcandalo) & prèadducti Doctores loquentes in caſu noſtræ huius primæ concluſionis contractus eſset vſurarius: imò (dato & non conceſso quòd ſcandalum eſset actiuum) non ſequeretur ex hoc, contractum fore vſurarium ſtante tali ſcandalo: ſed illicitum. Ad authoritates, quas ibidem adduxit dictus Ioannes Baptiſta reſpondendo, dico, quòd non obſtant quàm plurimæ earum, cùm vel explicitè contra ipſum ſint, vel (ſaltem) implicitè, vt probaui, ipſas adducendo ad probandam primam concluſionem: ſed ad id, quod ipſemet Ioannes Baptiſta ſubintulit dicens, Hodie de hac quæſtionis deciſione à ſe adducta non fore dubitandum, ſtante conſtitutione Pij Quinti Papæ de anno 1571. ſuper exercendis cambijs, cùm conſtituerit, ne quis audeat à principio, ſeu aliàs certum, & determinatum intereſse (etiam in caſu non ſolutionis) paciſci: ſub periculo ſubiacendi pœnis contra vſurarios ſtatutis, (& ſubdit, ibidem ipſe Doctor.) Et ſic, vt vides, manifeſti iuris eſt, creditorem pro ſuo intereſſe conuenire non poſse ſuper certa quantitate taxata.

Ad hæc omnia, inquam, prædicti Doctoris dicta reſpondendo, dico, me mirari ſummoperè (cum reuerentia tamen) de tali eius doctrina: eò quòd ad tuendam ſuam ſententiam adduxerit prèadductam conſtitutionem Papæ Pij Quinti: in qua penitus nulla ſit mentio de caſu noſtræ concluſionis, ac de materia vſuræ ratione mutui: ſed ſolùm ratione cambij: me fugit (igitur) ad quid ipſam in medium ſine cauſa produxerit ille Doctor: qui memor eſse debuerat illarum iuris regularum, quæ in ſexto, decretalium habentur, videlicèt: primò, in capitulo odia, de reg. iur. in ſexto, vbi dicitur, [Odia reſtringi & fauores ampliari conuenit] & ſecundo, in capitu. In obſcuris, de regu. iuris in ſexto, vbi dicitur. [In obſcuris, quod minimum eſt, ſequendum] Quibus quidem regulis reprobari poteſt eius ſententia, Cùm (vt dixi) in ipſa bulla nulla fiat mentio de vſura reſpectu mutui: (vt in caſu noſtro) ſed tantum, de vſura reſpectu cambij: quàpropter ſequitur, non debere complecti materiam mutui: ſed neque dictus author poterit (meo iudicio) tueri ſuam ſententiam arguendo ſic, vbi eſt eadem ratio, idem & ius erit. At campſori illicitum eſt ſpecialiter paciſci de certa quantitate intereſse: ergo, & mutuatori illicitum erit: quoniam, re uera, per ſe patet, contractum mutui à contractu cambij in multis differre, cùm in contractu cambij nihil recipiatur ratione mutui: ſed ratione expenſarum in mercenarios, ac agentes ſalariatos ad hoc, & periculorum, quibus mercatores ratione cambij ſubiacent: quod non contingit in contractu mutui; quàpropter patet, non idem fore dicendum in contractu cambij: in quo non licet (iuxta bullam Pij Quinti) paciſci ſpecialiter de aliquo intereſse: cùm illud ſemper ſit dubium etiam ipſi mercatori, eò quòd talis quātitas intereſse dependeat a maiori, uel minori cōcurſu mercatorum in nundinis eorum. Et (vt loquar more mercatorum) ignoratur qualiter curret pretiū cābij in ſequēti, fera per Leonē, uel aliā ciuitatē, in qua recipiens uel dans pecuniam, in loco,

c. Odia, de reg. iur. in 6. ca. In obſcuris de reg. iur. in 6.

Argumentū in fauorem Ioan. Baptiſtæ Lupus.

contra-

contractus velit eam recipere,vel aſſignare. Et licèt (ni fallor) his rationibus crediderim iam me annullaſſe adducta à Ioanne Baptiſta prędicto, tamen operæ pretium duxi idem probare authoritate Nauarrenſis Doctoris,qui de hac eadem quæſtione loquens in ſuo Manuali confeſſorum, in capitu.17.de ſeptimo præcepto.[Non furtum facies]numero 211.poſtquàm docuit in quibus caſibus non ſolùm licet accipere,& exigere:verùm etiam à principio contractus conuenire de ſumma,quæ vltra ſortem ſibi rependenda eſt ex veriſimili illo intereſſe damni, aut lucri, ſtatim ſubiunxit hæc verba,videlicèt:Quod poſtremùm hodie non procedit in materia cambiorum, per extrauag.Pij Quinti,tranſcriptam infra eodem capitu. numero vltimo, vt ibi dicam vbi hęc ipſe Nauarrus in verba prorupit in §.6.videlicèt:Quòd ex hac extrauag.notatur in verſicu.quarto,quòd licèt iure communi licuiſſet ante hanc extrauag.conuenire à principio,vel poſtea ante terminum ſolutionis ſuper intereſſe veriſimile, vt certum quid ſolueretur: Adeò quòd dixit Ioannes de Medina in Codice de reſtitutionibus,fol.132. (dic tu ſuprà in probatione concluſionis primæ fuiſſe eius verba adducta) ſoluendum eſſe intereſſe veriſimile conuentum à principio, licèt in fine appareat nullum futurum fuiſſe. Cui conſentit Sotus lib.6.quæſtio.1. articulo 3. in fine, de Iuſtitia & iure. An autem idem ſit in mutuo,quod in cambijs, dubitari poſſet,& diſputando vtraquè pars defendi: ſed quia lex hæc in hoc eſt exorbitans à iure communi,iuſtior videtur pars negatiua. Hæc omnia Nauarrus vbi ſuprà:pro quorum maiori intelligentia ſciendum,quòd in capitu. quæ à iure,de reg.iur.in ſexto hæc habentur: videlicèt,[Quæ à iure communi exorbitant,nequaquàm ad conſequentiam ſunt trahenda,] & quòd hæc extenſio Ioannis Baptiſtæ exorbitet à iure communi: patet per iura adducta in probatione dictæ noſtræ primę concluſionis, & per authoritatem Nauarri hoc idem fatentis, prout paulòantè retuli. Inſuper animaduertendum, quòd noſtrum aſſertum verum probatur, & Ioannis Baptiſtæ falſum, per text.in capitu.Odia,de Regu.iur.in ſexto,vbi dicitur.[Odia ſunt reſtringenda, & fauores ampliandi.] Quàpropter patet,pœnam,ſeu prohibitionem, (vt non poſſint campſores à principio contractus paciſci de intereſſe) non poſſe extendi ad contractum mutui, ſed reſtringi in contractu cambij. & hoc idem probatur, eò quòd dicta conſtitutio Pij Quinti ſit pœnalis, & iccircò ei debetur benignior interpretatio, & erit talis: videlicèt, quòd non comprehendat aliquo modo contractum mutui, iuxta ſancita in capitu. In pœnis,de regul.iuris in ſexto,& quòd ſententia dicti Ioannis Baptiſtæ aduerſetur dictis regulis, facile erit probare: quoniam,cùm pœna ſit mercatori,àliquem contractum non poſse cœlebrare: indè ſequitur,dictam conſtitutionem pœnalem fuiſſe, vt patet ad ſenſum: quàpropter fatendum erit quoquè,benigniorem interprętationem de ipſa faciendam fore: eò magis, quòd in dicta conſtitutione nulla fiat mentio de contractu mutui: ſed ſolùm de cambiorum contractu. His ergo adductis in tutelam noſtræ concluſionis, & in reſponſionem ad primas duas rationes illatas à Ioanne Baptiſta prædicto contra ipſam concluſionem: Me accingens modò ad impugnandum tertium eius dictum contra noſtram concluſionem, breuiter dico, non obſtare veritati noſtræ concluſionis ſuam ipſius ſententiam,dicentem, ſibi taliter tenenti fauere Diuum Thom. Scotum, Dominicum Sotum, Abbatem,& reliquos Doctores ſuprà, per me ralatos:

Nauarrus.

Exodi.c.20.

c.Quæ à iure, de regul. iuris in 6.

c.Odia,de reg. iur.in 6.

c.In pœnis,de reg.iur.in 6.

quoniam licèt reuera, explicitè nonnullo dictorum Doctorum non annuerint, ac conſenſerint præſenti noſtræ primæ concluſioni, tamen nonnulli eorũ explicitè conſenſerunt, vt patet iam locis allegatis: eò magis, quòd & ij, qui explicitè non amplecti viſi ſint dictam concluſionem (vt fuit diuus Thom. & Scotus, & reliqui) tamen, nulli dubium eſſe poterit, illos tacitè ſe ſubſcripſiſſe dictæ noſtræ concluſioni, vt ſatis fuit probatum ſuprà, dum expoſuimus verba, quibus dicti Doctores vtuntur, loquentes de materia præſentis concluſionis.

Quàpropter patuit, citatos Doctores fauere præſenti concluſioni quoad omnia eius membra, & implicitè faſsos fuiſse, mutuãtem poſse paciſci de intereſse certo ſibi ſoluendo: vt latiùs ſuprà probauimus. His ergo omiſſis ad alia ipſius Doctoris Ioannis Baptiſtæ dicta vbi ſuprà contra noſtram concluſionem ſuprà allata, impugnanda, in Dei nomine, & pro veritate detegenda, me accingam.

Ad id, verò, quod ipſemet Ioannes Baptiſta dixit, quòd licèt à principio paciſci non poſſit de intereſse lucri ceſsantis: tamen, ſi poſt moram probatũ fuerit, mutuantem realiter paſsum (iuxta arbitrium boni viri) fuiſse huiuſmodi intereſse conuentum à principio mutui, tunc poterit illud exigi, facillima erit reſponſio, dicendo quòd in hoc (cum reuerentia) ſibimet contradicat, & licèt hæc eius opinio videatur aduerſari dictis ipſius, tamen pro nunc ſufficiet mihi, ipſum mecũ conſentire quoad validitatem contractus taliter initi: quod probatur hac ratione: Nam aut contractus mutui cælebratus iuxta primam & ſubſequentem ſecundam noſtram concluſionem, eſt per ſe illicitus, aut nõ: ſi ipſe Doctor dicat, ipſum per ſe illicitum, vt uidetur annuiſse in prædictis, tunc arguo ſic: ſi contractus eſt illicitus, hoc non erit alia ratione, niſi quia eſt vſurarius: at contractus vſurarius per ſe eſt nullus nullitate iuris: indè ergo ſequitur, falſum fuiſse (cum reuerentia tamen huiuſmodi Doctoris) quod ipſe dixit, aſserendo, ipſum contractum ualidari poſt moram, & probationem intereſse lucri ceſsantis factam: [cùm non firmetur tractu temporis, quod ab initio de iure non ſubſiſtit:] ut habetur in c. Non firmatur, de regu. iur. in ſexto. conſequentia patet: quoniam ſi huiuſmodi contractus illicitus non eſset, de iure ſubſiſteret; unde iccircò illicitus eſt, quia de iure non ſubſiſtit, ut probat dicta regula: quomodo ergo uerum erit, quòd firmetur tractu temporis huiuſmodi contractus, cùm de iure nullus fuerit, ut ipſe affirmat, appellando ipſum contractum illicitum: ſed ſi dictus Ioannes Baptiſta reſponderet, quòd licèt à principio ipſe contractus ſit illicitus, tamen non retractabitur poſt moram & probationem huiuſmodi intereſse, imò conſolidabitur ex ui probationis ſubſequutæ, quoniam (iuxta aliã iuris regulam in capitu. factum legitimè, de regu. iur. in ſexto) [factum legitimè retractari non debet, licèt caſus poſtea eueniat, à quo non potuit inchoari:] Contra tamen hoc arguo ſic, ſumendo argumentum à contrario ſenſu dictæ regulæ, ergo dicendum, quòd factum illegitimè retractari debet, licet caſus poſtea eueniat à quo potuit inchoari: ac per conſequens ſequitur dicendum, quòd aut à principio huiuſmodi contractus fuit legitimus ſeu legitimè cœlebratus, aut non; ſi fuit legitimè celebratus, habeo intentum contra ipſum qui hoc negauerat: ſi non fuit à principio cœlebratus legitime, ſequitur quòd etiam caſu aliquo adueniente, à quo poterat inchoari, id eſt, legitime cœlebrari, ſemper remanebit illegitimus: ut in

c. Non firmatur, de Regu. iur. in 6.

c. Factum legitimè, de regu. iur. in 6.

caſu

caſu noſtro, qui illegitimus fuit a principio: vt ipſemet æſtimauit, & per conſequens non apparet verum, quod ipſe dixit, dicens ꝙ ex poſt facto, ratione moræ, & probationis intereſſe ipſum legitimari.

Hæc omnia in medium producere operæ pretium duxi, non aduerſandi Doctoribus gratia, verùm potiùs detegendi veritatem quæſtionis ſtudio, ad Dei Optimi Maximi laudem, & proximorum ſalutem, remittendo tamen me ſaniori iudicio.

Secunda concluſio.

Ratione intereſſe lucri ceſſantis (concurrentibus conditionibus recenſitis in prima concluſione) vnuſquiſquè poterit tuta conſcientia à principio mutuationis, id eſt, ante moram mutuatarij paciſci cum ipſo mutuatario de ſibi ſoluendo vltra ſortem aliquid ratione intereſſe lucri ceſſantis: quod verè mutuator ratione mutui incurreret. Hæc concluſio Probatur duplici medio, vltra authoritates allatas in probatione præcedentis concluſionis. Probatur enim, primo authoritate Doctorum, & primò noſtræ cõcluſioni ſe ſubſcripſerunt Hadrianus Papa in 4. ſenten. in tracta. de vſuris, capit. quia tactum eſt, in uerſicu. ſed quia nihil plus. Ioannes de Medina loco citato in præcedenti concluſione, Sotus in lib. ſexto de iuſtitia & iure, quæſtio. 1. articu. 3. concluſione 5. qui omnes dicti Theologi explicitè noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſerunt, dicentes, mutuantem à principio poſſe paciſci &c. implicitè verò, omnes alij citati in prima concluſione, cùm ſimpliciter aſſerant, & probent, mutuantes poſſe paciſci de ſibi ſoluendo vltra ſortem ratione intereſſe lucri ceſſantis, non diſtingendo antè, vel poſt moram, forſan ratione illa moti, quam ad probationem præſentis concluſionis afferemur, ex canoniſtis verò, Hoſt. in c. ſalubriter, extra de vſur. Conradus in tract. 2. de contractibus, quæſt. 30. concluſione 4. qui ibi multis rationibus, & auctoritatibus id probat, quæ omnia hic referre omiſi, breuitati ſtudens. Ioa. Bapt. Lupus Geminianus in ſuo tract. de commertijs illicitis, in primo ſuo Comment. §. 6. l. Curabit. C. de Act. empti, à nu. 121. vſquè ad numerum. 126. Didacus Couarrùuias loco citato in præcedenti concluſione, qui etiam multis auctoritatibus idipſum probat Syluester in ver. vſura 1. §. 23. & Nauarrus in ſuo Manuali, c. 17. n. 211. & hi Doctores explicitè ſe ſubſcripſerunt præſenti concluſioni: quàmplurimi verò, ex citatis in probationẽ primæ concluſionis implicitè, cum indiſtinctè dixerint, mutuanti licere paciſci de huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis. Probatur & ſecundo hac ratione quã affert Hadrianus Papa, videlicèt: Cũ, enim, nihil plus vtilitatis pecunia mutuata contineat in ſe poſt moram, quàm ante morã, neq; magis intereſt hominis, pecuniã de manibus creditorum excutere, quã eam ſeruare, indè ſequitur, licere mutuanti ęquè paciſci ante moram, à principio mutuationis, quàm poſt morã, cùm non petatur ſtatim lucrũ ceſſans prætenſum: ſed ſolum poſtquàm ipſe mutuatarius tale lucrũ impediet: niſi à principio impediret, quia forſan illicò mutuator pecunia ipſa mutuo petita emiſſet merces, vel annuũ cenſum, de quo latiùs in probatione præcedentis concluſionis fuit dictũ. Attamen licèt veriſſima ſit noſtra cõcluſio, cõtra ipſam iuſurgere poteſt quis, illã appellando falſam, hoc probare nitẽs duplici medio. primo, auctoritate Doctorum, & 2. ratione. Inn. n. Io. And. Ant. & Pan. in c. fi. extra de vſur. dicunt hoc illicitũ, & ratio eorũ eſt: quia poſt morã eſt licitũ, non antè morã. primo, quia daretur fomes palliandi vſuras hoc velamine: & 2. oẽ intereſſe ante morã incurſum dẽt imputari mutuãti: poſt verò moram

30
Ratione lucri ceßantis, antè morã mutuatarij licebit paciſci de tali intereſſe ſibi ſoluendo.

Hadrianus Papa.
Ioa. de Medi.
Dominicus Sotus.
Hoſtien.
Conradus.
Io. Bap. Lupus.
Couarruuias.
Syluester.
Nauarrus.
1. Ratio concluſionis.
Impugnatur concluſio.
Inno.
Ioa. And.
Panormita.

morã ipſi mutuatario, cũ debitor moroſus furi ſit omnino æquiparandus, & quo ad hoc, tenebitur ſicut fur: fur aũt non tantùm tenetur reſtituere rẽ furtiuam, ſed etiam pro intereſſe lucri ceſſantis ſatisfacere: ſic ergo in propoſito: quia qui antè moram retinet rem mutuatam, domino illius conſentiente retinet, videtur quòd non teneatur ad aliquod intereſſe lucri ceſſantis: quoniam, qui gratis conſentit in antecedenti, ex conſequenti gratis conſentit in eo q̃ indè ſequitur; Cùm igitur mutuans tempore mutuationis ſponte, & gratis conſentierit in hoc, quòd mutuatarius per certum tempus ſuam pecuniam mutuatam retineat: Igitur ex conſequenti cõſentit in amiſſione alterius boni, ſeu lucri, ipſam pecuniæ retentionem cõſequente: & ita videtur quòd mutuatarius non teneatur aliquid reddere ratione intereſſe antè moram mutuatarij euenientis mutuatori ſuo: Ad huiuſmodi impugnationis partes ſingulas modò reſpondendo ſigillatim (poſtmodum, Deo dante, reſponſurus ad auctoritates doctorum adductas) præmitto pro maiori dicendorum intelligentia; q̃ pecunia non eſt maioris vtilitatis ipſi mutuatori poſt moram mutuatarij; quàm antè moram fuerit, (cæteris paribus) nec minùs ceſſat lucrum iuſtum ipſi mutuanti, ex hoc quòd mutuatarius eſt antè moram, quàm, poſtquàm incipiat in mora eſſe (vt ſuppoſui in concluſione) cùm à principio mutuationis mutuator impediatur ab emptione mercis ſibi lucroſæ, ſeu cenſualis iuris (vt diximus) Indè luce meridiana clarius elucet, mutuantem poſſe paciſci de huiuſmodi intereſſe (incurrendo per ipſum ratione mutui conceſſi) tam à principio mutui, quàm poſt moram: cùm nihil indè ſibi de iure nõ debitum petatur à mutuatario (vt latiùs probauimus in præcedenti cõcluſione) & cõditionibus ipſam iuſtificantibus: quod & confirmatur hac etiam ratione. Debitor moroſus hoc addit ſuprà debitorem non moroſum, ſcilicèt, quoniam moroſus eſt in culpa non reddendo quod reddere tenetur: & icircò dicunt Doctores ipſum æquiparari furi: eò quòd contrectet, ſeu retineat rem alienam inuito domino: ſed hæc culpa non eſt per ſe cauſa (vt patet) obligandi ipſum moroſum mutuatarium debitorem ad reddendum aliquid vltra ſortem mutuatam, ſicut nec & furem: ſed ſolùm ad omne intereſſe ſua culpa incurſum (ſiquod foret) per ipſum mutuatorem, vel dominum rei furatæ, vltra rem furatam, vel mutuatam. Si igitur, idem intereſſe (vt ſupponitur) patiatur mutuator antequàm mutuatarius fuerit in mora, & culpa, cauſa mutui ſolùm: quare ergo non tenebitur ad reſtitutionem talis intereſſe ante moram à principio mutui, ſicut dicitur ab ipſis doctoribus mutuatarium teneri poſt moram, eò magis quòd poterit dici in caſu noſtro, etiam à principio fuiſse quodammodo in mora.

2. Ratio concluſionis.

Prima Reſponſio ad obiectionem primã factã contra noſtram ſecundã cõcluſionem.

Ad id verò quòd dicitur, mutuatorem tacitè voluiſse donare tale intereſſe ipſi mutuatario, cùm voluntariè illud paſsus fuerit, mutuando ſine violentia: eò quòd qui conſentit in antecedenti &c. Reſpondetur quòd ratio nihil contra noſtram concluſionem probat: primò, quia ſupponit vnum falſum, ſcilicèt, quòd quicumquè vult antecedens bonæ conſequentiæ, vult etiam conſequens, aut qui vult cauſam, vult ſimiliter effectum eius. Cuius oppoſitum conſtat eſse verum in eo, qui vult in amore ſuæ concubinæ perſeuerare: quã ſuprà modum amat: tamen, cùm ſciat per fidem, ſequi indè eius æternã damnationem, hoc nõ ſolùm non vult, imò odit. Ita etiam qui ſcit, cibum aliquẽ, guſtui delectabilem, eſse ſanitati cõtrarium. i. vult cibum talem (quia guloſus eſt) comedere, vt guſti ſatisfaciat: non tamen ille vult ſeu intendit cõſequens,

vel

vel effectum ſequutũ ex ipſo cibo:indè, ſcilicèt, morbum incurrere. Et ita de alijs multis poſset exemplificari. Imò ſicut conſtat, aliquem dolere de antecedente, & gaudere de conſequente, quod patet in his, qui de proprijs peccatis veram penitentiam peragunt, qui ſimul, & ſemel de peccato dolent: & de dolore gaudent: Ita contingit fieriècontra, aliquem gaudere de cauſa, ſeu antecedente, & triſtari de effectu, ſeu de conſequenti, vt videmus de puella virgine inhoneſto capta amore, quæ gaudet de amplexu, & cõcubitu ſui amatoris, quo grauida remanet, & tamen de ipſa conceptione fœti triſtatur: cum ex ipſo ſciat conſequenter fore manifeſtandum occultum ſtuprum in graue ipſius dammum temporale, & vitæ quoquè periculum. Secundò, Dato & nõ conceſso, quòd mutuator velit illud antecedẽs, ſcilicet, mutuatarium frui pecunia ſibi mutuata, & apud ſe retinere illam, & ex conſequenti velit ceſsationem lucri indè ſequentem: Non tamen ſequitur neceſsariò quòd ſicut gratis mutuare vult, ita gratis velit illud intereſse pati, releuando mutuatarium à ſatisfactione: quod poterit cognoſci arguendo a ſimili: poteſt eſse enim, quòd Petrus habens vineam fructiferam, ſponte conſentiat, & velit gratis eam donare Ioanni, non tamen indè neceſsariò ſequitur, quòd conſentiat, & velit fructus eiuſdem vineæ donare eidem: eò quòd poterat vineam donando, fructus eius ad tempus ſibi, vel alteri reſeruare, ipſum donatarium ad fructuum redditionem obligando. Igitur pari forma ſtat, quòd Petrus velit gratis certam pecuniæ quantitatem ad tempus alteri mutuare, non conſentiendo, nec donando lucrum, quod ex pecunia erat ei alioquin (ſaltem) inſtrumentaliter euenturum: Sed ſiquis inſurgendo contra hanc rationem diceret; Non eſse ſimile de vinea donata, & de pecunia mutuata: eò quòd vinea ſit res de ſui natura fructifera, non autem pecunia: Ideo poteſt donare vineam, fructusquè, eius reſeruando. Ad quod facillime erit reſpõſio, dicendo, quòd ſi hæc obiectio vera eſset, ſequeretur falſum eſse id, quod aſseruiſti dicendo, mutuatorem poſse vltra ſortem paciſci, & exigere ratione intereſse lucri ceſsãtis poſt moram: & quòd eſset falſum, probo ſic. Pecunia tradita à mutuatore mutuatario, eſt res quæ de ſui natura non gignit, & fructificat non ſolùm ante moram mutuatarij, verum etiam poſt moram, cùm mora mutuatarij naturam ipſius immutare non poſſit: eò magis, quòd per ipſum, pecunia ipſa à natura non obtinuit: vt poſſit germinare (vt patet ad ſenſum) & licèt ipſa pecunia de per ſe non pariat, tamen, germinat aliam pecuniam inſtrumentaliter, negotiãtis induſtria appoſita: quapropter ſicut inſtrumenta artis cuiuſcumquè non operantur aliquid virtute naturæ propriæ, ſed virtute principalis agentis, ſcilicèt, artificis: (vt patet ad ſenſum) quoniam ſi hoc non eſset verum, ſequeretur quòd malleus, ac ſerra generaret tantum malleum & ſerram, & non alia opera poſsent frabicari cum ipſis, iuxta Philoſophum lib. 7. Methaphyſic. c. 8. dicentem, in quibuſdam etenim etiam manifeſtum eſt, quòd generãs tale eſt, quale quod generatur, non tamen idem, nec vnum numero: ſed vnum ſpecie: vt in naturalibus. Homo namquè hominẽ generat, niſi quid præter naturam fiat, vt equus mulum ex aſina. Hæc ille: ex quibus uerbis originem traxit axioma illud vulgatiſſimum, omne generans generat ſibi ſimile; ſed contrarium eſt ueriſſimum: vt quotidiana experientia nos docet: ſic ergo in propoſito licèt pecunia non pariat naturali potentia, & per ſe aliam pecuniam, ſicut mulier vel equa: tamen eſt apta nata parere pecuniam aliam per accidens, id eſt,

Alia obiectio contra ſecundam concluſionẽ, ex eius defenſione deſũpta.

Reſponſio ad obiectionem.

Ariſt.

31

Generans omne, generat ſibi ſimile,

acce-

accedente induſtria mercatoris,& ſic quamuis pecunia non pariat pecuniam virtute propria: generat pecuniam tamen virtute principalis agentis ac concurrit in tali partu tamquàm quodam inſtrumentum: Ex quibus omnibus adductis patet veritas noſtræ concluſionis,& falſitas(cum reuerentia tamen) impugnationis allatæ,ac per conſequens quòd in habenda ratione intereſſe lucri ceſſantis,non erit ponenda illa differentia,ſcilicèt,mutuatarium eſſe,vel non eſſe in mora:cùm in vtroquè par eademquè ſit ratio,& indè ſequatur, ꝙ in vtroquè idem ius eſſe debeat.

Ad nihilum ergo deductis rationibus, aduerſæ partis reſpondendum ſupereſt Authoritatibus adductis in fauorem impugnationis allatæ à Ioanne Baptiſta Lupo vbi ſuprà.

Reſponſio ad ſententiā Innocentii ex eiuſdem verbis.

Et Primò, reſpondo ad Innocentium duplex dabo reſponſum. Primum quorum eſt,quòd noſtra concluſio loquitur in foro conſcientiæ,& in caſu, quo ità res ſe habeat,ſcilicèt,quòd ex mutuo mutuator patiatur damnum,intereſſe,ſcilicèt,lucri ceſſantis,quod contingit non tātū poſt moram:ſed etiā à principio contractus(vt fuit probatum)& ſic noſtra concluſio fundatur in veritate,& non in præſumptione,cùm opinio non faciat caſum, (vt patet ad ſenſum)nec videtur eruditiſſimo(vt ipſe fuit)viro dignum,aſſerere eſſe contractum uſurarium,eò quòd in ipſo poterit committi vſura:& ſic parari via ad vſuras exercendas: Attamen huic rationi reſpondebitur poſt concluſiones in reſponſione ad argumentum adductum pro parte negatiua:nè eadem ſæpius repetere opus ſit: Equidem rationem differentiæ inter illos duos caſus adductos ab Innocentio adinuenire facile non erit,cùm prorſus in vtroquè patiatur mutuans intereſſe lucri ceſſantis,ſi res ita ſe habet,vt præſupponitur in caſibus,vt optimè dixerunt præadducti Doctores.Imò videtur, etiā ipſum Innocentium in c.in ciuitate,extra de uſuris,tacitè confeſſum fuiſſe idem,dum dixit,ex forma,ex hac decretali ſatis innuitur,quòd ſi aliquis pro certa pecuniæ quantitate emeret aliquem reditum grani, vel vini, vel alium conſimilem,perpetuò ſibi,& ſuis hæredibus dandum à venditore,& ſuis hęredibus,uel ad certum tempus,vel ad tempus vitæ alicuius, ꝙ licitus eſt huiuſmodi contractus, dummodo reditus annuus communi æſtimatione non excedat reditum,quem haberet,vel habere poſſet,ſi terram de tanta pecunia emiſſet:& ſi excedat communiter,non eſt licitus contractus,hæc Innocētius. ex cuius verbis apertiſſimè elicitur,ipſum uoluiſſe ſaluare contractum cenſualem illum ratione intereſſe lucri ceſſantis,quod emens patiebatur ex impedimento,ſibi præſtito adipiſcendi lucrum ex poſſeſſione aliàs empta ex ipſamet pecunia:quàpropter uidetur idem annuiſſe de pecunia,qua quis uoluiſſet merces emere,cùm ipſa pecunia nō tantum induſtria mercatoris aſſoleat lucrum ipſi mercatori ex emptione cenſus,quàm ex mercium emptione: ut per ſe patet:tamen quomodocumquè ſit,iam patuit,ſuam opinionem (cum reuerentia tamen)non fore amplectēdam,rationibus adductis,ut docuit quoquè Sy.Lubi ſuprà.

Reſponſio. ad Primum.

Ad Authoritatem Panormitani uerò,reſpondeo dicendo, quòd cùm mutuatarius priuet mutuatorem à principio mutui,& per conſequens ſit ſic in mora reſtituendi illi pecuniam ſuam paratam ad merces emendas, & ad lucrum indè captandum:patet ipſum conſentijſſe noſtrę concluſioni, cùm dixerit(in c.ſalubriter extra de uſuris in uerſic.2. nota caſum ſingularem, poſt multas recitatas Doctorum ſententias)& puto etiam quòd à principio poſſit con-

ſit cōueniri cū ſocero de percipiendo aliquid annuatim,vſq; ad ſolutionem dotis,dummodo ſit homo ſolitus mercari,vel ponere pecuniam apud mercatorem:cùm iſte non capiat pro mutuo,nec pro dilatione data:ſed vt ſuſtineat onera matrimonij,& ſic potius capiat vt intereſſe.hæc ille: ex cuius verbis patet,ipſum ſentire,licitum eſſe à principio contractus mutui paciſci de vero intereſſe(vt ſupponitur in noſtra concluſione)nec huic concluſioni aduerſatur quod idem dixit in c.Nauiganti,extra de vſuris.dicens quòd vbi mutuās bona intentione ducatur,& potius mutuat vt ſeruiat amico, quàm in fraudem vſurarum,quòd tūc excuſatur à peccato,licèt alia opinio ſit tutior. Hæc ille: cuius dictū potius fauet noſtræ præſenti cōcluſioni, licèt ibi addiderit,dicēs, licèt alia opinio ſit tutior:quoniam reuera ſi fieri poteſt, homo abſtinere deberet ab huiuſmodi contractus ſpecie propter periculum,& ſcandalum puſillorum,vt in ſequenti concluſione dicetur,niſi hoc ſibi ſuadeat charitas Dei, & neceſſitas proximi. Ad Ioannem And.& D.Antonium patuit reſpōſio per allata ſuperius in reſponſione facta ad Ioānem Baptiſtam Lupum & Inno. & iccirco illis nihil aliud addam hìc.

Tertia concluſio.

Quàmuis veriſſimæ ſint præcedētes duæ concluſiones,Nihilominus,quia quaſi rarò omnes circunſtantiæ,ſeu conditiones adductæ in prima concluſione,in contractu mutui,in quo vltra ſortem aliquid petitur,& recipitur ratione intereſſe lucri ceſſantis,& quàm facillimè mentitur iniquitas ſibi:Ideò antè factum,ſunt tales mutuationes diſſuadendæ, etiam ſi dixerint, huiuſmodi contrahentes ſe velle conditiones adductas obſeruare:Poſt factum tamen,id eſt,poſt mutuum præſtitū cum pacto exigendi vltra ſortem ratione lucri ceſſantis,diligenter attendendum erit,an fuerint illę conditiones omnes obſeruatæ necne:quoniam ſi fuerunt obſeruatæ,non erit huiuſmodi contractus taliter cęlebratus condemnandus,vti vſurarius.Hæc concluſio probatur tripli ci medio.primo enim per argumentum in c.in ciuitate,extra de vſuris.in quo Alexander tertius Papa ſcribens Genuenſi Archiepiſcopo: dixit ꝙ (licèt in caſu,quo quis venditrem maiori pretio,quo res tempore contractus minori valebat,non erit huiuſmodi venditor vſurarius,ſi rem illam tunc nolebat vēdere,ſed reſeruare in aliud tempus,quo veriſimiliter res vendi potuiſſet maiori illo pretio,vel dubium ſit quòd vendi potuiſſet plus,minuſquè tali pretio conuēto, ſoluendo in tempore ſtatuto:aliàs venditor incurreret peccatū: & ideo ciues tui ſaluti ſuę benè conſulerent,ſi à tali contractu ceſſarent,cùm cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari) hæc in dicto canone. ex cuius verbis elicitur quàm apertiſſimè veritas noſtræ concluſionis,quòd ſcilicèt,antè factum talis contractus diſſuadendus erit,poſt factum concurrentibus requiſitis,non erit tāquàm vſurarius damnandus:cùm ſummus Pontifex ibi loquatur de caſu noſtræ concluſionis,licèt loquatur de venditione:quoniam licèt in contractu emptionis,& venditionis, propriè loquēdo,non poſſit committi vſura:ſed tantùm iniuſtitia:

32 *Ratione lucri ceſſantis aliqd exigere, antè factū erit diſſuadendū, poſt verò factū cōcurrētib. prædictis conditionibus non erit damnandus ut cōtractus uſurarius, taliter cęlebratus.*

ca. In ciuitate extra de uſur.

Vſura tamen aſſolet committi,ſcilicèt,tunc, quandocumquè in venditionis contractu continetur mutuum implicitum ac palliatum, ſeu tectum ſub nomine emptionis,& venditionis,eò quòd vendens cariùs ad tempus quàm ad numeratum,non habito alio reſpectu,vſuram committit tunc,quia vendēdo taliter videtur potius mutuare pecuniam,& pretium illius rei ſic traditæ, & pro vſu eius velle aliquid vltra ſortem principalem,id eſt,valorem rei cur-

ca. Illud extra de Clerico excom. vel depoſito miniſtr. rentem tunc communiter. Probatur, & per argumentum in c. Illud, extra, de clerico excom. vel depoſ. miniſtr. in quo Inno. Tertius Papa inter alia in §. licèt autem. tradidit hanc optimam regulam: videlicèt, [In dubijs tutior via eſt eligenda] per quam regulam dicit Glo. in dicto ca. in ciuitate, in verſ. Niſi dubium, probari noſtram concluſionem, eò quòd de bonitate huiuſmodi contractus multi dubitant: ideircò vnà cum textu in dicto c. in ciuitate, dicit abſtinendum fore. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum authoritate. Glo. enim ſupraſcripta cui ſe ſubſcripſit Panor. ibidem in ver. tertiò nota. Conradus in tracta. 2. de cõtractibus, quæſt. 30. in fine. Ioannes de Medina vbi ſuprà in §. eſt ergo reſolutio. in fine: Sotus in lib. ſexto quæſt. prima, in fine probationis concluſionis quartæ. Probatur & tertiò, præſens conclusio hac ratione: videlicèt.

In dubi's tutior via eſt eligenda.
Gloſa.

Panor.
Conradus.
Ioa. de Medi
Dominicus à Soto.

Ratio concluſionis.

Cùm omnes homines (iuxta Apoſtolum) non ſolùm à malo, verùm etiam ab omni ſpecie mala abſtinere debeant: indè ſequitur, quòd omnes homines abſtinere debeant à celebratione huiuſmodi cõtractus, de quo dicitur in præſenti concluſione, cùm retineat quandam ſpeciem mali: Antecedens veriſſimum eſt & probatur authoritate Apoſtoli dicentis (Ad Theſſalon. c. 5. verſi. 22) Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

Theſſal. cap. 5. verſi. 22.

Conſequentia illa iam probata fuit in cõcluſione authoritate Doctorum, dicẽtium, abſtinendum fore à tali contractu, tum propter ſcandalum aliorũ, tùm, quia raró in huiuſmodi contractu concurrere aſſolent omnes conditiones adductæ in prima concluſione quæſtionis præſentis.

Quarta concluſio.

23 *Quomodo erit probandum intereſſe lucri ceſſantis.*

Volens probare in foro fori intereſſe lucri ceſſantis, debebit capitulare, & in ſimul probare, primo, quòd ipſe mutuator erat, & eſt ſolitus negotiari, ac merces emere. ſecundo, quòd lucrum ceſſans ab ipſo petitum, erat in potentia propinqua, imò quaſi in actu conſequendi, vt puta, quia iam habebat præ manibus tales merces emendas, ex quibus veriſimiliter tantum ex ipſis fuiſſet lucratus, ſi illas emiſſet pecunia mutuata. tertiò, quòd ex mutuatione fuit ab huiuſmodi lucri aſſequutione impeditus, & ſic paſſus fuerit intereſſe lucri ceſſantis totius ſummæ, quam ipſe petierat. Quod quidem intereſſe, cùm in facto conſiſtat, ad plenum probandum erit: quæ omnia probanda etiam erũt à non ſolito negotiari, vt puta, à nobili, diuite, aut alio quouis homine: qui ſimile intereſſe petere uellet ad rationem, puta, fructuum, ac reddituum, quos percepiſſet à prædio, caſtro, vel cenſuali redditu empto, ſi per mutuationem impeditus fuiſſet ab huiuſmodi emptione, & per conſequens à talium reddituum, vel fructuum aſſequutione: Hæc tamen differentia erit inter ſolitum negotiari, & diuitem non ſolitum negotiari: quoniam à nõ ſolito negotiari probanda erunt ſuprà adducta: ſolitus verò negotiari tenebitur ſolùm probare ſe fuiſſe, & eſſe negotiatorem talis conditionis, & qualitatis: & quòd mercatores talis conditionis (prout ipſe eſt) communiter lucrari conſueuerunt deductis expenſis: exempli gratia ad rationem 7. pro centenario, quolibet anno, & quòd ipſe hoc idem lucratus indè fuiſſet, ſi nõ mutuaſſet pecunias illas, cum quibus vtiquè potuiſſet negotiari: Hæc concluſio Probatur authoritate Alexandri in conſil. 141. & lib. 5. Decij in cap. Cùm venerabilis, nume. 14. de exceptionibus, in ſexto, & in conſil. 39. nume. 5. Corſeti in ſingularibus in verſi. qualitas: Crauet. conſi. 320. numero 1. Iaſonis poſt Caſt. in dicta l. 3. §. vltimo, ad finem. Paris in dicto cap. Cùm venerabilis, num. 32. Afflict. deciſione 20.

Alexander.
Decius.
Corſetus.
Crauet.
Iaſon.
Paris.

Decij

Decij inſuper in l. Quatenus, in fine. ff. de reg. iur. & in conſil. 322. num. 5. Nec non quàmplurimorum aliorũ Doctorum authoritate noſtram cõcluſionem probat Ioannes Baptiſta Lupus Geminianus in ſuo tractatu de commertijs il licitis, in primo ſuo commentario. §. 6. in l. Curabit. à nu. 121. vſquè ad 126. Decius. Aflictus. Io. Bap. Lupus.

Quinta concluſio.

34 Mutuans ſeruatis omnibus conditionibus adductis in concluſione prima præſentis quæſtionis, tuta conſcientia poterit exigere à mutuatario (vltra ſortem principalem) aliquid ratione intereſſe lucri ceſſantis, non tantum poſt pri mum annum à die mutuationis, & paſſi intereſſe lucri ceſſantis: ſed etiam in ſubſequentibus annis, donec integraliter fuerit facta ſolutio ſortis principalis mutuatæ, & intereſſe lucri ceſſantis (ſecundum ratam, tamen ſolutionis, vt ſi fuerit ſoluta media pars mutuatæ pecuniæ, tunc tantùm exigat pro medietate pecuniæ mutuatæ pecuniæ (& non pro alia medietate iam ſoluta:) Nec non poterit exigere intereſſe lucri ceſſantis illius intereſſe lucri ceſſantis, quod ſol uendum erat ſibi ratione ſortis principalis mutuatæ: non tantum pro primo anno: ſed etiam pro alijs, donec ſibi ſatisfactum fuerit, de ipſo intereſſe lucri ceſſantis: vt exemplo clariùs patebit: concurrentibus tamẽ duabus conditionibus: prima quarum eſt, quòd in fine cuiuſlibet anni ipſe mutuator pecuniã ſuam repetat, & realiter cupiat ſibi reddi à mutuatario, non ſolùm pecuniam mutuatam, verùm etiam intereſſe lucri ceſſantis illùcuſquè decurſum, ratione dictæ pecuniç mutuatç: ſecunda, verò, conditio eſt, quòd reuera ipſe mutuator ſit conſtitutus in fine anni in terminis primç concluſionis, ratione quorum diximus, & probauimus multis mediis, licere ſtantibus illis conditionibus exigere aliquid vltra ſortem ratione intereſse lucri ceſsantis: exempli gratia. Petrus eſt mercator, habetquè prç manibus tantummodo centum aureos implicandos mercaturæ, reliquos autem nonnullos ſibi neceſsarios pro victus neceſſitate quotidiani ipſius & ſuorum, & pro occurrendo diuerſis huius vitæ incõmodis, & infortunijs, & non habet aliam pecuniam otioſam in arca: & ex emptione talis mercis deductis deducendis (prout in concluſione prima) ſibi probabiliter arbitrio boni viri obueniet lucrum ad rationem decẽ pro centenario quolibet anno, & paciſcitur cum Franciſco eius mutuatario de ſibi ſoluenda ſorte capitali mutuata, id eſt, cẽtum vnà cum illis decem (anno elapſo) ratione huiuſmodi intereſse lucri ceſsãtis, quod ex mutuo patitur. Tranſacto anno Petrus petit à Franciſco ſortem principalem, id eſt, centum, & intereſse; id eſt, decem, ac per conſequens centum & decem, Franciſcus rurſus rogat tempus alterius anni indulgeri ſibi ad ſoluẽdum, ex cuius termini prolungatione impeditur Petrus probabiliter rurſus à lucro ſibi captando ex mercibus, quas emere parauerat pro centum, & decẽm illis ſibi tunc ſoluẽdis à Frãciſco, ex quarum emptione deductis deducẽdis (vt in cõditionibus allatis in prima concluſione) fuiſset lucratus vndecim, dico, quòd in tali caſu tuta cõſcientia mutuator poſset vltra ſortem ſcilicèt, centum illos à principio mutuatos, exigere à mutuatario in fine ſecundi anni, viginti & unum ratione intereſse lucri ceſsantis à mutuatore ipſo uerè paſsos ratione mutui, & pro eò quòd fuit detenta à mutuatario pecunia ſua duobus annis, ex qua fuiſ ſet lucratus (ut ſupponitur) in dicto tempore uiginti & unum: Vnde in fine ſecundi anni à die mutuationis mutuatarius reddet mutuatori, 121. & quòd diximus de exigẽdo intereſse in ſecũdo anno, ſic dicẽdum erit in tertio, quarto, quinto, & reliquis annis ſucceſsiuè, donec in totum fuerit ſatisfactum ipſi Pe-

Quando liceat exigere à mutuante vltra ſortem ratione lucri ceſſantis, non tantùm pro primo anno, verum etiã pro vlterioribus annis.

Prima cõditio iuſtificans concluſionem. conditio ſecũda.

Caſus pulcherrimus de intereſſe lucri ceſſantis.

ſi Petro, mutuatori pro ſorte, & intereſſe ſibi debito, deducta tamen aliqua parte pro rata ſolutionis factæ ſiquid fuiſſet ſolutum: ſecus(tamen)eſſet dicẽdum ſi in fine ſecundi anni, & reliquorum prædictorum annorum mutuator non petijſſet ſibi ſolui ſortem, & intereſse decurſum in prædictis annis, vel ſi non habuiſset realiter merces, vel cęnſualem redditum paratum, inquorum emptione expendiſſet huiuſmodi pecuniam in totum: quoniam ſi tantum, in partem, tunc pro illa parte pôſſet recipere vltra ſortem ratione intereſſe lucri ceſſantis, & non pro alia parte pecuniæ, quam opus ei fuiſſet otioſam in arca retinere. Hæc concluſio probatur triplici medio: primò enim per argumentum in l. 3. in fi. ff. de eò quòd certo loco dari oportet: vbi hæc habentur videlicèt, [Quid ſi merces volebat comparare, an & lucri ratio habeatur, non ſolius damni? Puto, & lucri habendam rationem,] hæc ibi, & in l. Vnica. C. de ſententijs, quæ pro eo, quòd intereſt proferuntur. inter alia hæc habentur, videlicèt: [Sancimus itaquè in omnibus caſibus, qui certam habent quantitatẽ, vel naturam, veluti in venditionibus, & locationibus, & omnibus contractibus, hoc quod intereſt dupli quantitatem minime excedere: in alijs autem caſibus, qui incerti eſſe videntur, iudices qui cauſas dirimendas ſuſcipiunt per ſuam ſubtilitatem requirere: vt hoc (quod reuera inducitur) damnũ hoc reddatur, & non ex quibuſdam machinationibus, & in modicis peruerſionibus in circuitus inextrigabiles redigatur: ne, dum in infinitum computatio re ducitur, pro ſua impoſſibilitate cadat: Cùm ſciamus eſſe naturæ congruũ, eas tantummodo pęnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur. Et hoc non ſolùm in damno, ſed etiam in lucro, noſtra amplectitur conſtitutio: quia & ex eo veteres id, quod intereſt, ſtatuerunt. Et ſit omnibus, ſecundum quod dictum, finis antiquæ prolixitatis huius conſtitutionis recitatio:] Hæc in d. l. idẽ probatur & per Argumentum in l. Cum quidã. §. ſi pupillo, in fi. ff. de vſuris: vbi hęc habentur, videlicèt: [Vſuræ enim non propter lucrum petentium: ſed propter moram non ſoluentium infliguntur] hæc ibi. Et animaduertendum, ꝙ non ſine cauſa dixi probari præſentem concluſionem per argumentum in dictis iuribus, & non dixi ipſam probari ipſis iuribus: quoniam licèt mentio nõ fiat de ſingulis membris, ſeu clauſulis noſtræ concluſionis in dictis iuribus, tamẽ id elicitur arguendo à ſimili, cùm ibi intereſſe lucri ceſſantis verum poſſe peti caueatur: quod quidem reperitur non tantum in primo anno, vel ſecundo, verùm etiam in reliquis: eo quòd eſt eadem ratio in primo anno, quæ, & in reliquis: Dixi quoquè in concluſione, hoc mutuatorem poſſe petere, ſi requiſiſſet mutuatarium, ipſumquè certiorem faciendo ſe velle ſibi ſolui non tantùm intereſſe iam paſſum in primo anno, verùm etiam in ſecundo, & hoc faciat quolibet anno, vt etiam annuit peroptimè gloſa in l. eos, qui. C. de vſuris, in figuratione caſus, dicendo quòd ſiquis non petijſſet ſortem principalẽ mutuatam, nec vſuras, id eſt, intereſſe lucri ceſſantis vel damni emergẽtis per ſpatium. 30. annorum nõ poſſet amplius petere ſortem nec vſuras, id eſt, intereſſe decurſum ratione non factæ reſtitutionis ſortis principalis, quia ſibi per ſcripſiſſet mutuatarius vtrumquè: cum vſuræ ſint quid acceſſorium, & ſors principalis mutuata ſit quid principale, vt patet ad ſenſum, eò quòd regula certiſſima traditur, quòd acceſſorium ſequatur naturã ſui principalis: ſiquis ergo pręſcripſit ſortem principalem. 30. annorum ſpatio, patet ipſum, & pręſcripſiſſe vſurã, id eſt, intereſſe decurſum, quia viſus fuit donaſſe vtrumq;, non peten-

L. 3. ff. de eo ꝙ certo loco.

l. Vnica. C. de ſententijs, quæ pro eo, ꝙ inte reſt, profer.

l. Cùm quidam ff. de vſur.

petendo illud tempore ſuo. Probatur & clariùs cõcluſio noſtra per argumẽtum in l. vſurę. C. de vſuris, in qua hęc habẽtur, videlicèt: [vſurę per tempora ſolutę nõ proficiunt reo ad dupli cõputationẽ. Tunc. n. vltra ſortis ſummam vſurę exiguntur, quoties tẽpore ſolutionis ſumma vſurarũ excedit eã cõputationẽ,] hęc in d. l. ex qua habetur ꝙ licèt plures præſtationes vſurarum per plures annos factæ in vnũ collectę excedant duplum verę ſortis: non propterea iudicantur illegitimę: quia nõ coaceruatio: ſed ſingulorum annorũ pręſtatio debet conſiderari: prout docet Saly. in ſummario dictę legis, & Bar. in d. l. vſurę. vtendo his verbis, videlicèt: Quod dicitur, uſuras non debere excedere duplũ: intelligitur de uſuris vnius anni. hęc ille, qui & in l. vſuras. C. de vſuris, dixit. Iſte vſurę ſunt etiã licitę de iure Canonico: quia magis tãquã intereſse petuntur quã quaſi vſurę: ita tenet hic gl. & in l. Curabit. C. de acti. empt. vbi gloſa hoc etiã tenet in ver. ratio. Probatur inſuper pręſens concluſio Doctorũ authoritate (ultra adductas hucuſq;) ſciendũ ergo ꝙ Cagnol. Doctor eruditiſſimus noſtrã amplectens cõcluſionem relatus à Ioa. Baptiſta Lupo Geminiano in tract. de Cõmertijs illicitis in Comentario 1. §. 6. nu. 16. qui Doctor poſtquã retuliſset ſententiã quorundã in cõtrariũ, ſubintulit hęc verba videlicèt: ſed contrariũ fuiſse receptũ à Praxi tradit Cagnol. in d. l. Vnica. col. 19. nu. 45. C. de vſuris. adducens d. l. 3. §. vlt. ff. de eo quod certo loco. Nã ex quo debitor ſemper eſt in mora, tenetur ad intereſse pro omni tempore, quo eſt in mora: atq; in id alle. l. pen. & l. eos. in princ. C. de vſuris & l. vinũ. ff. de rebus creditis ſi certum petatur, & ibi ſcribentes: Quinimò per pędicta voluit ibi & hìc nu. 69. ꝙ intereſse alterius intereſse debeatur, & peti poſſit: atquè hoc oſtendit dicens, ꝙ intereſse vel lucrum aſsũmit ſibi eandem naturam, quam habet ſors ipſa, & capitale: & quoad petentem, idem efficiantur: citat Baldum, & Salyc. in l. 2. C. de uſur. Signorol. de Homod. conſilio. 61. colum vlti. Socyn. conſilio 93. columna. 7. libro primo, Corſet. in ſingul. in verſicu. lucrum. Quamobrem memorat ſe vidiſse quàm pluries deciſum, & per ſenatum Ducis Sabaudiæ iudicatum, & conatur docere modum & practicam liquidandi & taxandi pędictum intereſse alterius intereſse: Ita, videlicet: ſiquis alicui debeat centum & per decem annos fuerit in mora ſoluendi illa centum, pro primo anno tradit debitorem conſtituendum pro 110. tamquàm principale intereſse lucri ceſsantis. pro ſecundo verò anno in 121. cum dicta ſumma pariat in annum pro intereſse illorum 110. tantum. 11. & ſic erunt 121. & ſic de ſingulis annis dicendum erit, vt per eum. Hęc ille Cagnol. & alij Doctores recitati per Ioannem Baptiſtam pędictum (qui ſubdit ibidem) quorum quidem authoritatem licèt ita ſimpliciter non admittam: in foro conſcientię (tamen) cum adductis limitationibus recitatis in concluſione pręſenti, illi me ſubſcribo: licèt forſan in foro fori ipſe Cagnol. obtineret, quia ſententia iudicis temporalis poteſt eſse iniuſtè lata, vel ex intentione propria, vel ratione probationum falſarum, vt puta, ſi mutuator probaret ſe eſse talis conditionis, quòd ſi mutuatam pecuniam ſibi reſtituiſset mutuatarius, ſtatim lucratus fuiſset (deductis omnibus deducendis) ad rationem decem, pro centenario, licèt reuera ratione prolungatę reſtitutionis dictę pecuniæ non fuerit impeditus ab aſsequendo lucro aliquo, vel tantæ quantitatis, vt prætendebat ipſe mutuator. hæc ille Ioannes Baptiſta: qui paulòpoſt ſubintulit & hæc verba, videlicet: Hæc do-

l. Vſuræ. C. de vſuris.

Salyce: Bartol.

Glo.

Cagnolus.

Io. Baptiſta Lupus.

Ratio prima concluſionis.

ctrina Cagnoli duo quidem & illa falſa mihi videtur continere, & primò dum ſimpliciter reducit iſtud intereſſe ad rationem decimę pro centenario, quolibet anno, eſſet inducere pro communibus vſuris fęnus paulòminus à centeſima, & maius quàm beſſes ſummè improbatum, per Romanorum leges: de quo in dicta l. Eos. §. ſuper. C. de vſuris. ſimiliter dum traditur intereſſe, alterius intereſſe deberi: Illud quidem cænſeo omnino reiciendum: ſiquidem nihil eſſet, quàm inducere formam Antociſmi quàm maximè ab omnibus execratum. Hæc omnia ille Ioannes Baptiſta qui ſuprà, vbi ſuprà, cuius quidem ſententia vt ſuprà fuit probatum relatione eius verborum fauet noſtræ concluſioni. Attamen ne aliquis credat per adducta verba quaſi reprobantia ſententiam Cagnoli ipſum ſe non ſubſcripſiſſe noſtræ præſenti concluſioni: Iccircò operæpretium duxi, ipſum interpretari iuxta mentem ipſius elicitam ex eius verbis prædictis, vt appareat verior noſtra concluſio. Reſpondendo (ergo) ad primam falſitatem Cagnoli, quam contineri autumat Ioannes Baptiſta: dico hoc nihil contra noſtram concluſionem, data & non conceſſa eius falſitate: quoniam, nos in noſtra concluſione præſupponimus verum intereſſe eſſe huiuſmodi computatis computandis, vt in prima concluſione: ipſe Ioannes Baptiſta verò intelligit dictam Cagnoli ſententiam, quòd nullo habito reſpectu ad verum intereſſe paſſum, poſſit quis petere 10. pro 100, ratione ſibi non reddita pecuniæ mutuatæ tempore ſtatuto. Nec obſtat veritati noſtræ concluſionis ſecunda falſitas elicita ab ipſo Ioanne Baptiſta ex ſententia Cagnoli: cum hoc non probet ipſe Ioannes Baptiſta aliqua ratione, vel iure: licèt verum diceret loquendo de eo, qui verè quolibet anno non impediretur à lucro: quod tamē ceſſat in caſu noſtræ cōcluſionis, in quo præſupponimus realiter quolibet anno impediri eum per mutuatorem à tali lucro: vt in concluſione noſtra diximus.

Ex omnibus prædictis concluſionibus, ac earum probationibus allatis hùc uſque: ſequuntur ſex colloraria memoriæ ſummoperè comendanda, non ſolùm à confeſſoribus, verùm etiam à mercatoribus ipſis, & ſunt infraſcripta, videlicèt.

Corollarium primum.

Corollarium ſit hoc.

35 Quàm periculoſè errant homines, qui pecunias, quas mutuant, erant in arca ſeruaturi, & tamen indè lucrum quærunt ſub prætextu intereſſe lucri ceſſantis, quod habere potuiſſent. Cùm non ſit habenda ratio intereſſe lucri ceſſantis, quod quis lucrari potuiſſet: ſed ſolū de lucro, quod veriſimiliter quis fuiſſet conſequutus ex ipſa mutuata pecunia, paulòpoſt mutuum factum, vt puta, quando iam pecunia præparata fuiſſet pro mercibus emendis: vel alicuius alterius rei de ſe frugiferæ.

Valde notandū eſt pro confeſſoribus mercatorum, id quod extra dictis cō cluſionibus in ſex corollarijs continetur.

Corollariū ſecundum.

Nec minus errant mercatores, qui cùm pecunias mutuant, vel merces ad terminum vendunt, aliquid ratione intereſſe lucri ceſſantis exigunt: etiam ſi cum illis non fuiſſent lucraturi illud tale, ſi aliàs totidem pecunias in arca repoſitas habeant, quibus mediantibus idem lucrum aſſequi potuiſſent: maximè ſi eas pro vſu etiam ſuarum negotiationum ſeruatas habeant.

Corollariū tertium.

Errāt prætereà, qui ratione intereſſe lucri ceſſantis tantū exigūt, quantū eſt veriſimile alioqui lucraturos eſſe nō defalcādo labores, pericula, & expēſas quas in lucri proſequtione expēdiſſent. & etiā errant, ſi ea attēdentes, & ſecūdū eorum quātitatē, & æſtimationē tantundē defalcantes, totum in ſummo exigunt, quod lucrari poſſent, aut veriſimiliter lucraturi fuiſſent. Cùm interſit

ſit inter habere, et propè eſſe: vt habeāt, et poſſet etiā huiuſmodi lucrū multis medijs impediri. Adde tu ꝙ hoc corollarium tertiū verificatur ſolùm in eo, qui empturus fuiſſet merces tantum, in quibus non ſemper eſſe aſſolet idem prorſus lucrum: non autem in eo, qui uolebat emere cenſum aliquem certum, qui ſemper idem lucrum ſeu redditum affert emptori: ut communiter Doctores annotant in capit. In ciuitate, & ego ſuprà, adduxi, & probaui, cum non ſit eadem ratio in vtriſquè: vt patet ad ſenſum: cum in emptione cenſus certa ſit quantitas lucri, ſeu redditus: non autē in emptione mercium: eò magis, quoniam ſemper dicentes non poſſe recipi omne lucrum, &c. exemplificant in eo, qui merces uolebat emere, & non in eo, qui uoluiſſet emere cenſum.

Errant inſuper præfati negotiatores, qui in præfatis caſibus malunt potiùs habere certum lucrum, ſuper quo ratione intereſſe conueniunt, quàm cum ſuis pecunijs negotiando, lucro incerto ſe exponere, cùm ad minus deberēt eorum affectus in æquilibri lance conſiſtere, ut dictum fuit in tertia conditione requiſita ad iuſtificationem huiuſmodi contractus. Corollarium quartum.

Errant pręterea mercatores, qui cùm mutuant, uel ad terminum uendūt, non ſolùm rationem habent intereſſe, quod ex carentia ſuæ pecuniæ uerisimiliter patientur, alioqui ad ſtatim erant uendituri: ſed etiam ad intereſſe lucri, quod emendo uel uendendo ad terminum fuiſſent lucrati. Quemadmodum errant quoque mercatores, qui merces cariùs emerunt, eò quòd ſibi uenditę fuerunt: ſi quando poſtea eas uendunt, uolunt ultra alia, quæ iuſtè lucrari poſſunt, pretium augere, ob id (ſcilicèt) quia, & ipſi cariùs emerunt eas ad terminum. Corollarium quintum.

Nouiſſime ex dictis quoquè hùcuſquè ſequitur, amplius errare eos, qui cùm poſſint res (quas habent) ad ſtatim pro pretio currenti vendere, quærunt potius emptores, quibus eas ad terminum cariùs uendant ratione intereſſe lucri, quod alioqui eſſent habituri: ſicut & ſimiliter errant mercatores, qui quærunt eos, quibus pecunias mutuent, aliquid ab eis ratione intereſſe exigentes: quandoquidem ratio intereſſe habenda non eſt, niſi, quando mutuatarij cauſa ſunt: ut mutuans tale intereſſe patiatur, hoc eſt, quando mutuans non ſe ad mutuandum offert: ſed ad mutuatarij inſtantiam mutuationem facit, aut res ſuas ad terminum uendit: alioqui ſi ipſi mutuarios, aut emptores, qui ad terminum mutuum ſuſcipiant, uel emant, quęrunt, intereſſe non mutuarijs, ſed ipſis mutuantibus uenit imputandum. Corollarium ſextum.

His ergo pręmiſſis reſpondendum modò ſupereſt ad argumentum allatum pro parte negatiua: quàpropter negando minorem reſpondebo gradatim unicuiquè abſurdorum, quę ad minoris probationem fuerunt allata, & primo:

Ad primum abſurdum reſpondeo dicendo (ultra rationes allatas contra obiectionem factam ueritati primæ concluſionis pręſentis quęſtionis, quas ibi videbis) quòd non obſtat ueritati concluſionum mearum, quòd pecunia de ſe non fructificet (ut ſuprà dictum fuit) tum quia ſi eſſet uerius quod aſſeritur, quòd hac de cauſa mutuanti non liceat aliquid ultra ſortem ſuſcipere ratione intereſſe lucri ceſſantis: neceſſariò ſequeretur, quòd hac quoquè ratione nō liceret mutuanti aliquid exigere ratione intereſſe damni emergētis, ut puta, ſi alicui opus fuiſſet (ut poſſet mutuare pecuniā amico petēti cū inſtātia) uēdere domum aliquā uiliori pretio quàm ipſa ualeret: (de quo loquen- Reſpon. ad primum abſurdū.

dũ nobis erit in ſequenti quæſtione)quod eſt falſiſſimum, vt in ſequenti quæſtione probabitur:tum quia ſequeretur ꝙ ſiquis mutuaret inſtrumenta artis ſuæ aliorum ipſis indigenti, quorum mutuatione emergeret ſibi damnum, indè (ſcilicèt) quòd impediretur à lucro, quod percepiſſet ex ſuo artificio, mediantibus eius inſtrumentis, quod prorſus omni caret ratione:quoniam iure ipſo naturali, ac diuino vnuſquiſquè tenetur ei reſarcire damnum, quod quis incurrit inuoluntariè ratione ſui:vt clerius probabitur in ſequenti quæſtione.

Ad ſecundum abſurdum reſponſio.

Nec obſtat noſtræ deciſioni ſecundum abſurdum adductum à parte contraria dicente:Neminem poſſe vendere id, quod non habet: ſicut videtur mutuans vendere lucrum ceſſans: quod non habebat tempore contractus. Non inquam obſtat, quia quàmuis mutuans actu non habeat lucrum petitum a mutatario, à quo ratione mutuationis impeditur: habet tamen illud quaſi in actu, eò quòd in prima concluſione & ſecunda ſuppoſuimus, lucrum euenturum fore mutuãti (illa pecunia mediante) abſquè dubio, aut veriſimiliter, ſi mutuata non fuiſſet:verum (tamen) eſt id, quod dicit impugnatio in caſu contrario:vt in notabilibus adductis annotauimus. Huius enim veritatis exẽplum illud veriſſimum adducitur à doctoribus de piſcatore, qui antequàm rete in mare ad piſcandum iaceat, vendit piſces ex iactu illo capiendos: cum tamen illos nondum habeat, licèt ſit tantum veriſimile, ſe piſces aliquos indè capturos: qui tamen caſus eſt in lege approbatus, vt in l. ſi iactum retis, ff. de actio. empti & venditi. Idem poterit exemplificari de partu futuro: vt patet in l. Nec emptio. ff. de contrahenda empt. & vendit. ergo pari ratione dicendum apparet de venditione lucri ceſſantis ratione pecuniæ mutuatæ: vt ſatis dictum fuit in notabilibus.

l. Si iactum retis. ff. de actio. empti, & uenditi.
l. Nec emptio. ff. de contrah. emp. & uendi.

Ad tertium abſurdũ reſponſio.

Ad Tertium abſurdum reſpondendo, dico: quòd non obſtat deciſioni præſentis quæſtionis id, quod tertio fuit obiectum à parte contraria, quòd mutuator aliquid certum pro lucro ceſſante exigens, ponat ſe in tuto quoad id, quod exigit: & alter ponat ſe in periculo incrementi exacti (imò in certo) de ſoluendo mutuatori illud vltra capitale: quia in tali caſu mutui non habetur ratio æqualitatis inter datum & acceptum, ſicut haberi debet in venditione: ſed in mutuo habetur ratio ad intereſſe, quod mutuans ob cauſam mutuatarij patitur: ideo tenetur mutuatarius aliquid in recompenſam præfati intereſſe, ipſi mutuanti vltra capitale reddere: etiam ſi mutuatarius nihil vltra capitale à mutuatore recipiat: & quoniam incertum eſt aliquando quantum futurum erat huiuſmodi lucrum ſperatum: dico [aliquando] loquendo de emptione mercium, non autem de emptione alicuius annui redditus ſeu cenſus, quæ facienda erat à mutuatore, ſi impeditus non fuiſſet à tali mutuatario: quoniam tunc poſſet totum illud exigere, cùm Doctores loquentes de exigendo paulòminùs quàm ſit veriſimile lucrum: exemplificant in emptione mercium, vel poſſeſſionis, quæ quidem non ſemper eundem fructum, ac lucrum idem reddunt emptori; quod non eſt in emptione redditus cenſualis pecuniæ (vt patet ad ſenſum) ratione cuius iuſtè pro aliquo certo conuenitur, quod certum apud hominum æſtimationem tantum valeat, quantum illud aliud incertum: etiam ſi plus eſſet illud incertum ſperatum: vnde ſequitur, quòd mutuans, & ratione talis intereſſe aliquid exigens, propriè non vendit lucrum ſperatum eo, quòd talis contractus dicitur contractus innominatus, ſcilicèt, da certum quid, & perdam lucrum

 ſpera-

ſperatum,ac proinde non dicetur,talem mutuantem vendere id, quod non habet, ac ſi illud haberet.

Ad quartum abſurdum reſpondendo, procedam, ipſum abſurdum diuidendo in duas particulas, cùm reuera duo contineat membra, ſeu rationes idipſum probantes. quàpropter ſciendum, quòd duo inconuenientia in ipſo abſurdo recēſentur. Primum quorum eſt, quòd concedendo noſtras concluſiones ſubminiſtraretur fomes, ac materia committendi vſuram palliatam,& aperiretur oſtium patentiſſimum vſurarijs exigendi vſuras ſub ſpecie intereſſe lucri ceſſantis. Secundum eſt, quòd talis conceſſio eſſet latibulum latronum,& vſurariorum, eò quòd ſub colore intereſſe talis lucri, impunè ipſi exercerent vſuras. Ad quartum. abſurdum reſponſio.

Ad primum ergo membrũ huiuſmodi abſurdi reſpōdetur. primò, ꝙ (vt ſuprà dictum fuit) ſi hoc eſſet verum, idem eſſet dicendum de intereſſe damni emergentis, quod ſimiliter poſſet ab vnoquoquè fingi: quod tamen falſiſſimum eſt: loquendo de vero damni emergentis intereſſe, ſicut, & nos loquimur de vero intereſſe lucri ceſſantis. ſecundò, dicitur ipſum falſum: quoniam aliud eſt alteri dare materiam vel occaſionem exercendi vſuram, & aliud eſt aliquem ex ſe ſumere materiam exercendi vſuram ex traditione veræ doctrinæ, & concluſionis catholicæ: cum primum ſit ſcandalum actiuum, ſecundũ verò paſſiuum: inter quæ maxima adeſt differentia, vt patet ad ſenſum: quàpropter non poterit negari, quòd ſi doceam Concluſionem veram, & poſtea ex illa quis malitioſè voluerit palliare vſurariam mutuationem prædicto modo, per ſe patet: me non ideo dediſſe formalem materiam, vel occaſionem ad vſurariam mutuationem: ſed quòd ille talis ita palliando vſuram, acceperit à ſe ipſo ſcandalum,& ita ſcandalizatur non ex me, vel ex ſcandalo per me ſibi dato: ſed ratione ſcandali accepti per ſuam propriam malitiam de mea vera doctrina, de quo ſcandalo non erit curandum ſicut nec curauit Dominus Ieſus Chriſtus de ſcandalo paſſiuo phariſeorum per eos incurſo propter veri dicam & ſanctam eiuſdem Domini doctrinam, vt patet in Sancto Euangelio apud Matt. cap. 15. vbi referuntur infraſcripta videlicet. [Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei, ſcis quia phariſei audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens ait, omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur: ſinite illos, cęci ſunt,& duces cęcorum.] Ad primũ mēbrũ quarti abſurdi reſpōſio. Matt. c. 15. uer. 12. 14. et 15.

Tertiò, quia dato,& non conceſſo, quòd concluderetur ex illo membro primo abſurdi quarti, ꝙ docere talem concluſionem eſſet malum, vt puta ſcādalizatiuum: tamen ex hoc patet non ſequi, quòd concluſio non ſit vera,& amplectenda: nam etiam doctrina veritatis contingit eſſe in ſcandalizationem aliquorum, licèt de ſe optima ſit, vt eſt videre in potu,& cibo, qui optimè deſeruiunt vitæ hominum ſanorum, infirmos tamen lædunt: ratione indiſpoſitionis eorum tantum,& non ratione malitiæ potus & cibi.

Quartò deficit ratio adducta in dicto primo membro illius quarti abſurdi, quoniam dato,& non conceſſo: quod illa probaret, actum illum mutuandi cũ tali pacto eſſe ſcandalizatiuum, non tamen indè ſequeretur, hic contractus eſt ſcandaloſus, ergo, vſurarius, ſicut prætendiſſe videbatur Innocentium in c. Nauiganti. extra: de uſuris. Vnde etiam illa ſcādalizatiuitas (vt ita dicam) fuit excluſa per octauam conditionem concurrendam in tali contractu.

Quintò deficit, quia non eſt dictũ in cōcluſione, nec in eius cōditionibus, ꝙ mutuator excuſetur per hoc, ꝙ allegat, vel dicit ſe id vltra ſortem exigere

pro intereſſe lucri ceſſantis paſſo ratione mutui:ſed tantùm per hoc,quòd re vera res ita ſe habeat,vt dicit concluſio,vnde apparet noſtram concluſionem non inniti ſuper dicto,& ſolo verbo mutuatoris,ſed ſuper veritate facti,quando(ſcilicet)verè patiatur mutuator tale intereſſe:quoniam ſi verè non pateretur mutuator tale intereſſe(vt ipſe aſſeuerat) vſurarius erit aliquid exigendo vltra ſortem tali occaſione falſa:quod non negamus in noſtris cõcluſionibus, imò fatemur,& probamus.Sextò deficit ſingulariter eò,quòd dicentes prædicta Ioannes Andr.nihil probant vnà cum Ioanne Cald.quia ſi aliquid valerent,æquè concluderent de intereſſe poſt moram debitoris: ſicut putant de intereſſe ante moram:quoniam(vltra ea,quæ attulimus, & probauimus paulòantè reſpondendo Ioanni Baptiſtæ Lupo Geminiano) ſequeretur ꝙ poſt moram debitoris non poſſet exigi vltra ſortem ratione intereſſe lucri ceſſantis:quia etiam in tali caſu vſurarius poſſet fingere quòd ex mora debitoris pateretur aliquod intereſſe lucri ceſſantis,pro cuius refuſione, tale quid exigeret:ſicut contingeret eum fingere antè moram: ſeu præcisè ex mutuatione pateretur ceſſationem lucri:quàpropter luce clariùs patet, falſam fuiſſe impugnationem productam vnà cum ſuis fundamentis,& probationibus eorũ.

Ad ſecundum membrũ quarti abſurdi reſponſio.

Ad ſecundum membrum dicti quarti abſurdi in quo dicebatur,quòd conceſſio noſtræ primæ,& ſecundæ concluſionis ſubminiſtraret latibulum latronum,ac vſurariorum:cũ ex ipſa ſequeretur,ipſos poſſe impunè exercere vſuras ſub colore intereſſe paſſi lucri ceſſantis:& quòd per conſequens contractus ille eſſet illicitus:& quòd hoc pateat: Ad hoc reſpondendo,dico,tale aſſertum deficere tripliciter:& primo.Nam dato,& nõ conceſſo:quod ſic eſſet: non tamen ſequeretur,igitur,eſt contractus malus: Nam ſœpe mali abutuntur operibus etiam bonis ſub illorum nomine committendo ſuas prauitates, dicentes ſe ea bono animo facere:vt exempli gratia: audire confeſſiones opus charitatis eſt eis,qui prætextu zeli animarum audirent confeſſiones: ſed ſiquis non illo zelo ſancto moueatur ad tale ſanctum charitatis opus: ſed tantum zelo pecunias indè lucrandi audiat cõfeſsiones,licèt audire cõfeſsiones actus optimus in in ſe ſit,& maxime meritorium,tamen defectu confeſſoris, tale opus iniquum eſſet:quoniam eſset ab illo deprauatum.Secundò deficit, quia ſi concluderet,æquè concluderet quòd mutuatio cum exactione damni emergentis eſset quid illicitum:quia etiam poſset eſse latibulum vſurariorũ: at quoniam nulli dubium eſt,quòd talis damni exactio licita ſit (vt latius probabitur in ſequẽti quæſtione) indè ſequitur,idem dicendum de exactione lucri ceſsantis.Tertiò deficit:quoniam ſiquid concluderet huiuſmodi aſſignata ratio:non concluderet vtiquè,niſi quòd ex quo eſset latibulum vſurariorum,poſset iure poſitiuo prohiberi,ſaltem cum tali moderamine,quòd nullus mutuando exigeret vltra ſortem,etiam pro intereſse,niſi habito conſenſu iudicis,qui inſpecta qualitate mutuantis admitteret, vel prohiberet talem exactionem,qui iudex poſset hoc concedere tunc vni,& alteri denegare, propter præſumptiones facientes contra vnum,& non contra alium:ſed non indè ſequitur,quòd poſset prohiberi huiuſmodi cõtractus, nec indè ſequitur, ergo hic contractus eſt ex ſuo genere malus,quia etiam bona aliqua: vel non mala poſsunt prohiberi cum aliquo moderamine,vt(ſcilicet)eis non vtantur mali pro latibulo ſuæ malitiæ:ex quibus omnibus adductis in reſponſione ad argumentum adductum à parte affirmatiua, & ad probationem illius patet veritas noſtrarum concluſionum.

QVAESTIO XIX.

Vtrum mutuanti antè, vel poſt mutuum liceat paciſci de ſibi ſoluendo aliquid vltra ſortem ratione intereſſe damni emergentis patiendi ratione mutui: & tale quid ſibi ſolutum tuta conſcientia retinere.

1 *Damnum emergens quid ſit.*
2 *Damnum emergens quotupliciter contingit pati aliquem.*
3 *Damni emergentis intereſſe poterit paciſci ante moram mutuatarij concurrentibus octo conditionibus.*
4 *Damni emergentis intereſſe poterit paciſci & exigi poſt moram mutuatarij prædictis conditionibus concurrentibus.*

PRAEMISSVM ſermonem de quæſtione exigendi aliquid vltra ſortem mutuatam ratione intereſse lucri ceſsantis ex mutuo incurrendi: meritò ſubſequitur quæſtio de exigendo aliquid vltra ſortem ratione intereſse damni emergentis ex mutuo incurrendi. In qua quæſtione procedam more ſolito, vt veritas magis eluceſcat.

Quàpropter videtur primò dicendum, ꝙ non liceat alicui paciſci de ſibi aliquid ſoluendo ultra ſortem ratione damni emergentis: ac per conſequens quicquid hac de cauſa fuiſset exactum, eſset reſtitutioni obnoxium: quod probari videtur ſic.

Paciſci de vſura ſibi ſoluenda, & ſic ſolutam retinere non licet. Maior propoſitio.

At mutuator etiam ratione damni emergentis aliquid vltra ſortem exigens vſuram committit. Minor propoſitio.

Ergo mutuatori etiam ratione damni emergentis aliquid vltra ſortem ſibi ſolutum retinere non licet. Concluſio.

Maior propoſitio fuit probata de iure naturali, diuino, & humano in quæſtione 3.4.5.& 6.

Minor propoſitio probatur per tex. in c. Plerique. 14. q. 3. inquo canonizata reperitur ſententia Diui Ambroſij in libro de Tobia. c. 14. dicentis. [Quicquid ſorti accedit, vſura eſt:] ex cuius verbis elici videtur, quòd mutuatori antè, vel poſt mutuum, non liceat aliquid exigere vltra ſortem ratione damni emergentis: eò magis, quoniam mutuans poſset gratis mutuare: quòd ſi nollet gratis mutuare, iuxta verbum domini. [Mutuum date, nihil inde ſperantes] non mutuet penitùs: vnde ſequitur, quòd ſi mutuauit, nihil indè exigere poterit, etiam ſub prætextu intereſse damni emergentis ex mutuo incurſi: quia hoc debet ſibi imputari: & cùm voluerit antecedens, indè debebit patienter ſuſtinere id, quod ex mutuo ſibi conſequutum fuit. Vnde ſufficiet ei ſi reſtituatur ipſa ſors nuda mutuata. c. Plerique. 14. quæſt. 3. Luc. c. 6.

SED CONTRA textus eſt in ca. Peruenit, extra: de fideiuſs. in quo Lucius Tertius Summus Pontifex præcępit compelli clericũ ſeruare indemnem fideiuſsorem ſuum, qui ex non ſolutione facta per clericum, ipſum fideiuſsorem oportuerat ſoluendo pro ipſo clerico damnum pati. c. Peruenit extra de fideiuſ.

Reſpondeo præſenti quæſtioni duplici concluſione, præmittendo tamen

illi

1 *Damnũ emergens quid ſit.* illi duo notabilia, quorum primum, eſt, quòd Damnum emergẽs eſt detrimẽtum: quod mutuator cauſa ſolius mutuationis patitur: vt ſi ruinoſas ædes reficere parabat quis, aut annonam in æſtate in totum annum emere, & amicus precibus improbis mutuatam ab illo pecuniam (quia ipſe fortè grauiùs indigebat) euellit, & idem tunc mutuator eum damni commonefacit ſui, quòd ſi poſteà domus ſine alia negligentia corruit, vel frumentum cogitur carius poſtmodum emere, vel per vſuras pecunias recipere: quibus alia ſua debita

2 *Damnũ emergẽs dupliciter contingit pati aliquem.* ſoluat, ipſe mutuatarius ſatisfaciat mutuanti pro damno indè paſſo. Secundũ notabile eſt. Mutuantem contingit dupliciter pati intereſſe damni emergentis. Primò enim contingit eum pati illud intereſſe ante moram mutuatarij, ſic quòd illud patitur ex mutuatione: etiam ſi mutuatarius ſoluat ſortem in termino ſibi præfixo à mutuante: & illud dicitur intereſſe emergens ante moram debitoris, id eſt, emergens antequàm veniat terminus ſolutionis ſortiſ, ſeu antequàm mutuatarius ſit negligens in ſoluendo ſortem, & de illo ſunt formata exempla poſita in præcedenti notabili primo. ſecundo modo contingit, mutuantem illud pati ex mutuatione, ſed tantùm illud ſibi contingit poſt terminum ſolutionis ex dilatione ſolutionis: & dicitur intereſſe poſt moram, vel ex mora debitoris. Exemplum, ſi Franciſco mutuando centum reſtituenda mihi ad fœſtum Sancti Ioannis, eò quòd interim benè poſſum illis carere: ſed adueniente fœſto indigeo eis: & cùm non habeam ea, termino præfixo, cogor ſub vſuris accipere, vel vendere res meas viliori pretio, vt ſoluam creditori meo, vel emam mihi neceſſaria, & non reperiens mutuantem mihi gratis, opus eſt mihi accipere eamdem pecuniæ quantitatem mutuatam ſub vſuris, vel res alias meas vendere viliori pretio: hoc totum intereſſe quod patior ratione non ſolutæ mutuatæ pecuniæ tempore ſtatuto dicitur damnum emergens poſt moram mutuatarij.

Prima ergo concluſio ſit hæc.

3 *Damni emergentis intereſſe poterit paciſci antè morã mutuatarij, cõcurrẽtibus octo conditionibus.* Mutuatori, antè moram mutuatarij tuta conſcientia licebit paciſci de ſibi ſoluendo aliquid vltra ſortem ratione intereſſe damni emergentis ſibi ratione mutui: & poſtea tale quid ſibi ſolutum retinere ſibi, ſeruatis (tamen) octo conditionibus (poſt probationem præſentis concluſionis) afferendis: quarum vna deficiente mutuatori non licebit paciſci de aliquod ſibi ſoluendo ratione intereſſe damni emergentis: & hac de cauſa ſibi ſolutum retinere.

c. Peruenit, extra de fideiuſſ. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim probatur per text. in c. Peruenit. extra: de fideiuſſ. in quo inter alia [Lucius Papa Tertius Epiſcopo, & Archidiacono. Noruuicen. dedit in mandatis, vt monerent quemdam clericũ reſtituere pecuniam quam alter pro eo ſoluit ratione fideiuſſionis factę ab ipſo quibuſdam mercatoribus, illumquè ſeruare indemnem: & non tantum pecuniam ipſam fideiuſſam ac ſolutam, verùm etiam, & damna alia, quæ ille talis fideiuſſor pertulit ratione talis ſolutionis:] ex quo patet, vnicuiquè licere exigere, ac retinere vltra pecuniam mutuatam ratione damni emergentis, cùm ſoluens ratione fideiuſſionis factæ dici poſſit mutuaſſe ei, pro quò fideiuſſit.

c. Dilecti filij. extra, de foro compet. Item in c. Dilecti filij. §. verùm, quia, extra: de foro compet. in quo Gregorius Nonus ſcribens Epiſcopo Dulmenſi. [præcepit cuidam, vt omnino ſolutionem faceret non tantum ipſius pecuniæ debitæ tertio: verùm etiam & expenſarum iuſtarum, & moderatarum: & congruam ſatiſfactionem damnorum:] per quæ verba patet veritas noſtræ concluſionis.

l. 3. ff. de eo q. cer. loco. Probatur etiam per tex. in l. 3. ff. De eò quod certo loco. §. finali. in quo habetur, [mutuatarios teneri

teneri vltra ſortem,non tantum ratione damni emergentis, verum etiam lucri ceſſantis,] & per tex.in l.At qui natura,§.Non tantum.ff.de nego.geſt. vbi dicitur, [poſſe quem exigere vſuras ſolutas pro alio,] Probatur & ſecundo præſens cõcluſio Doctorum authoritate,de quorum numero,eſt Diuus Thomas in 2.2.quæſtio.78.articulo primo,in reſpon.ad primum, vbi dicit quòd mutuans abſquè pacto,in pactum poteſt deducere cum eo, qui mutuum accipit,recompenſationem damni,per quod ſubtrahitur ſibi aliquid,quod debet habere:cum hoc non ſit vendere vſum pecuniæ,ſed damnum vitare: hæc Diuus Thom.quem ibi ſequitur in commentarijs Caietanus in verſicu. ex prima namquè regula,circa finem,& in ſummula in verſi.vſura, notabili ſecundo,in verſi.quartus caſus eſt.Scotus in 4.ſenten.diſtin.15.quæſtio.2. articulo ſecundo,verſus finem,in verſicu.ſecundum eſt ratione intereſſe: in quo loco dixit,quòd licet vltra ſortem accipere ratione intereſſe, cùm debitor, ex cuius non ſolutione creditor notabiliter damnificatur,tenetur de iuſtitia ſatisfacere creditori de intereſſe: imò & addit quòd licèt huiuſmodi creditor non poſſet habere contra debitorem actionem in foro exteriori, vtpotè, quia nõ ſunt pacta,vel iuramenta:tamen in foro conſcientiæ debitor tenetur vltra ſortem ad intereſſe. Riccardus de media villa in 4.ſenten.diſt.15.articulo quinto,quæſt.quinta,in corp.quæſt.in verſicu.tertio modo.Adrianus Papa ſextus in tract.de ſacramentis,titu.de ſacramento pœnitentiæ,de reſtitutione,c.quia tactum eſt de intereſſe,fol.54.col.3.in principio, & per totum capitulum.Gabriel Biel in quarto ſenten.diſt.15.q.11.in verſi.Quòd Beatus Thom.in quo & adducit pro noſtra eadem concluſione ſententiam Alexandri de Ales.Dominicus à Soto in lib.ſexto quæſt.prima,articulo tertio, concluſione. prima, Ioannes de Medina in Codice de rebus per vſuram acquiſitis, in §. in quibus caſibus licitum eſt mutuanti vltra ſortem recipere.in verſicul. ſecunda cauſa eſt ipſius mutuantis intereſſe.Ioannes Altenſtaing.in ſuo Lexicon Theologico,in verſicu.vſura quandoquè accipitur multum largè:vbi probat opinionẽ Scoti licèt ipſum non citet; Ioſeph Angles in ſuo libello inſcripto flores Theologicarum quæſtionum,articulo ſecundo,difficultate tertia,concluſione prima.Nicolaus de Orbellis in quarto ſent.diſt.15.q.3. in verſic. tertiomodo ratione intereſſe:Probatur quoquè,& authoritate Canoniſtarum.Gloſa enim præſenti ſe ſubſcripſit concluſioni in dicto capitu. Peruenit,in verſicul. ſeruet indemnem.Panormitanus in capit. conquæſtus,extra de vſuris. Conradus in tracta.2.quæſtio.30.de contractibus.concluſione prima.Didacus Couarru.in lib.3.variarum reſolut.capitu.4.numero.1.vbi multorum Doctorum ſententias noſtræ præſenti concluſioni patrocinantes refert,& Bartol. in l. Curabit. C.de Act.empt.& vend.& ibi per gloſam,vt docet Panormitanus in capit. 1. extra de vſuris,vbi & amplectitur apertius præſentem noſtram concluſionẽ, Syl.in verbo,vſura,primò §.18.Armilla in verbo,vſura,numero tertio.Glo. in c.quoniam multi, 14.quæſtio.4.Dominus Ambroſius de Vignate in tract. de vſuris,nume.45.& 46.Hoſtien.in ſumma in titu.de vſur.§ An aliquo caſu, in verſicu.ſeptimò,ſecundum Laur.Specul.lib. 2.titu.de fructibus,& intereſſe.§.ſed ſequitur de Intereſſe videre.Goffreda in ſumma titu.de vſuris,Innoc. in cap.j.extra de vſur.& in cap.ſacro,nume. 10. de ſententia excommu. Ioan. de Anania in capitu.conquæſtus.extra,de vſur.Ioan.And.in capi.. Damnum, de regu.iur.in ſexto in mercurialibus quæſtionibus. Inſuper & Ioan. Baptiſta Lupus Geminianus in tracta.de vſuris,in repeti. in l.curabit.C. de acti.empt.

l.At qui natura.ff.de negotijs geſt.
S.Thomas.
Caietanus.
Scotus.
Riccardus.
Adria.Papa.
Gabriel Biel.
Alex.de Ales.
Dominicus à Soto.
Io. de Medina.
Io.Alteſtaing.
Ioſep. Angles.
Nicola.de Orbellis.
Panor.
Conradus.
Couarruuias.
Syluester.
Armilla.
Ambr. ſ. de Vignate.
Hoſtien.
Barto.
Gofreda.
Innocen.
Ioan.de Ana.
Ioan.Andr.
Ioan. Baptiſta Lupus.

§.6.nu.102.& 111.Nauarrus in ſuo manuali in c.17.nume.211. Probatur inſuper pręſens concluſio & tertiò (ſcilicèt) hac ratione irrefragabili, videlicèt: Cùm Dans efficacem cauſam damni proximo ſuo (eo caſu quo ille ſubire huiuſmodi damnũ non tenetur, & icircò ſubſtinere non vult huiuſmodi damnum gratis) tenetur proximum ſuum à damno releuare, indè ſequitur, quòd mutuatarius, ratione cuius mutuator mutuando patitur damnum (vt præſuponitur) teneatur ipſum mutuatorem ſeruare indemnem à damno ſibi illato ratione mutui accepti.

Nauarrus. Ratio concluſionis.

Antecedens probatur authoritate ſacrorum canonum, & legum ciuiliũ præadductarum ad probandam præſentem concluſionęm: quoniam omnis ordinata charitas incipit à ſe ipſo, argum. in l. præſes. C. de ſeruitutibus & aqua: & ibi explicitè per glo. & Barto. & per Felinum in capitu. dilectorum, extra, de cogen. teſtibus.

l. Præſes. C. de ſeruit. & aqua.

Conſequentia præſupponitur in ipſa concluſione, quæ loquitur in terminis ipſius minoris, vt patet ad ſenſum.

His præmiſſis ad patefaciendam, ac probãdam veritatem præſentis primæ concluſionis, modò ſupereſt, conditiones legitimantes contractum huiuſmodi afferre in medium, vt pius lector vera à falſis ſecernere poſſit.

Prima ergo conditio neceſſaria ad iuſtificandum contractum contentum in noſtra concluſione eſt hęc. videlicèt:

Prima conditionum requiſitarũ ad validitatẽ ac bonitatẽ contractus mutui cũ pacto ſuprà ſortẽ aliquid recipiendi ratione intereſſe damni emergentis.

Prima conditio quæ requiritur, eſt: quòd à parte rei, res ita ſe habeat, ſicut à mutuatore prætenditur: vt (ſcilicèt) ex mutuatione realiter emergat ſibi damnum. Nam ſi non ſic eſſet, ſed ſimularet ſic eſſe: tunc illud, quod reciperet vltra ſortem mutuatam, eſſet vſurarium & reſtitutioni obnoxium, & non eſſet dicendum intereſſe damni emergentis: eò, quòd eius exactionem nominaſſet ille mutuator in fraudem vſurarum, id eſt, vt palliaret exactionem vſurariam: Et quia veritas & neceſsitas huius primæ conditionis per ſe, & per adducta patet: alijs medijs non probabitur.

Secunda conditio.

Conditio ſecunda.

Quòd exactum (vltra ſortem mutuatam) ratione damni emergentis, non excedat illud bonum, cuius perditio dicitur intereſſe paſſum ratione mutui: ita quòd ſi perdit vnum florenum cauſa mutuationis: non debet exigere aliquid vltra florenum, ſaltem nomine intereſſe damni emergentis.

Probatur ſecũ cunda conditio concluſionis.

Probatur vera hæc ſecunda conditio, hac ratioae, ſcilicèt: Dà oppoſitum: & iam non erit ratio exigendi ſub tali titulo: eò quòd ratio exigendi licitè vltra ſortem, eſt refuſio, ſeu compenſatio damni illati: Modo non intulit mutuatarius mutuatori damnum niſi in tanto bono, quantum perdidit ille occaſione mutuationis ſibi factæ: indè neceſsariò ſequitur, quòd illo damno ſatiſfacto, nõ erit licitũ damnũ paſso aliquid exigere vltra damnũ ipſum paſsum ſaltem nomine intereſse damni emergentis: quod notanter dico, quia ſi mutuator occaſione mutuationis, non tantum incurrit damnum emergens, verùm etiam ceſsationem lucri, poſset tuta conſcĩẽtia à mutuatario aliquid exigere vltra damnum emergẽs: & hoc pro intereſse lucri ceſsantis, vt puta, ſi mille aureos mercator habẽs, quorum 500. voluiſset emere victualia ſuæ familiæ, uel reparationi domus ruituræ neceſſaria, & reliquis 500. emere merces præparatas: & ad præces amici mutuaui illos 500. paratos ad reparandã domum pręedictam: & quia mutuator non reparauit domum, illa cecidit, & vt ipſam poſtea reędificaret, opus fuit ei ammouere reliquos 500. aureos à negotia-

gotiatione,& illos reparationi applicare: & quoniam in hoc caſu non ſolùm hic mutuator paſſus fuit intereſſe damni emergentis ex mutuatione, verùm etiam lucri ceſſantis: indè ſequitur de iure, quòd vt ſe ſeruet indemnem (ſiue vera ita res ſe habet) poterit petere mutuator tuta conſcientia vltra ſortem mutuatam omne intereſſe indè paſſum, tam ratione damni emergẽtis, quàm lucri ceſſantis: vt ſatis abundè in concluſionum præcedentis quæſtionis probatione probauimus.

Tertia conditio.

Quòd, ſi mutuator reſpexiſſet ad cõmodũ temporale,& maluiſſet (vel ſaltẽ indifferens fuiſſet ſibi) ſortem non mutuare,& ſic tale damnum emergẽs eua dere, quàm mutuare,& recipere aliquid vltra ſortem ratione intereſſe damni emergentis ex vi mutui paſſi: Et hæc conditio ſequitur ex prædictis. Conditio Tertia.

Probatur vera tertia hæc conditio hac ratione, videlicèt: Dà enim oppoſitum huius tertię conditionis, tunc euidens ſignum erit, quòd aliquod temporale commodum ſperabat ſe aſſequuturũ fore ex mutuatione, vltra reſtaurationem damni perpeſſi:& ſic patet ipſum voluiſſe ſibi ſolui pretium vſus rei mutuatæ:& per conſequens vſuram exercere. Et dixi ſi reſpicere debuiſset temporale commodum: Nam quòd de facto magis vult mutuare & recipere, pietate motus,& non ſpe aſsequendi lucrum temporale ex mutuo non venit prohibendus ſe ſeruare indemnem in mutuo: cum hoc ſit ſibi indultum de iure naturali iuxta ordinem charitatis, eo quòd omnis charitas incipiat à ſeipſo, vt fuit ſuprà probatum. in probatione concluſionis præſentis primæ. Ratio cõditionis tertiæ.

Quarta conditio.

Quòd mutuator præcisè occaſione mutuationis damnum incurrat, id eſt, non ratione alicuius alterius rei, aut cauſæ, puta propriæ negligentiæ, vel incuriæ, vel malitiæ. Conditio quarta.

Probatur vera hæc quarta conditio hac ratione, videlicèt: ſi enim dederis oppoſitum: vt mutuator præcisè non incurrat damnum occaſione mutuationis factæ: te oportebit etenim fateri, mutuanti non licere exigere vltra ſortem à mutuatario ſub ſpecie damni emergentis, cum reuera mutuatio non fuerit cauſa damni alicuius incurſi per mutuantem: verùm potiùs ipſe mutuator propria incuria, vel malitia,& vt res ipſa clariùs perſpiciatur, afferam huiuſmodi exemplum, videlicèt: Si mutuator occaſione mutuationis cogatur vendere res ſuas,& poſſet ex eis exigere tantum pretij quantum valerent res illę ſic venditæ,& etiam quantum ipſemet ſperabat ſe accepturum: ſi eas reſeruaſſet vſquè ad tempus deſtinatum per ipſum,& tamen ſua propria negligẽtia, vel incuria, vel malitia venderet viliori pretio: vt damnificaret mutuatarium, ipſum ex hoc obligando ad reſtituendum omne intereſſe quomodocunquè paſſum:& idem dicendum erit de domo minãte ruinam, quam mutuator voluiſſet pecunia mutuata reficere. Idem, ſi mutuator accepiſſet ſub vſuris propter moram mutuatarij, quando ipſe potuiſset mutuum recipere gratis ſine ſolutione vſurarum. Idem prorſus ſi opus fuiſset mutuatori accipere realiter ſub uſuris nõ inueniendo gratis mutuum, ſi noluit hoc ſignificare ſuo debitori mutuatario: quia potuiſset forſan ille ſibi alio modo meliori conſulere, quo ſe & ſuum mutuatorem liberaret. Ratio cõditionis quartæ.

Quinta conditio.

Quòd mutuatio fuerit conſilij tantum,& non præcepti, ſimpliciter, ſed in caſibus infraſcriptis, vt puta, ſi mutuatarius nec modò ſpem habeat reddendi huiuſ- Conditio quinta.

huiuſmodi intereſſe, quod patitur mutuator occaſione mutui: nec ab ipſo veriſimiliter mutuatore ſperetur recipere, niſi tantum forſan ſortem ipſam, vt puta, ſi mutuatarius eſſet homo ita inops, ac egenus, ſenex, infirmus: vt nulla ex cauſa ſuperueniente ſperet ſe poſſe ad pinguiorem fortunam deuenire, cũ ſit ille viribus, facultatibus, propinquis, & bona valetudine denudatus, ac in extrema neceſſitate conſtitutus, & mutuator eandem non patiatur inopiam: vt doctiſſimè docuit Conradus vbi ſuprà, & apertiùs Medina vbi ſuprà: in explanatione, ac probatione præſentis quintæ conditionis in tracta. quinto de eleemoſina, quæſtione ſexta, concluſione prima, & ſecunda, & in loco infracitato.

Probatur hæc præſens conditio hæc ratione: videlicèt.

Ratio conditionis quintę.

Dato enim oppoſito, non licebit mutuatori (ſaltem vniuerſaliter, vel loquẽdo indiſtinctè) exigere vltra ſortem. Nam ſi mutuatarius eſt in tali extrema neceſſitate conſtitutus, & mutuator in tali abundantia, & aliæ quoquè circũſtantiæ concurrunt, quæ inducunt mutuatori neceſſitatem præceptiuam ad mutuandum, debet mutuare: (vt dixi in primæ quæſtionis diſcuſſione) & nihilominus ipſum intereſſe ſufferre, nec velle reſtitutionem ab ipſo mutuatario recipere: niſi ille veniret ad pinguiorem fortunam: vt probaui in prima quæſtione: quo tempore poſſet reſtituere æquiualens rei mutuatæ vnà cum damno paſſo per mutuantem: ſecùs ſi ſolù m poſſet ſortem etiam tunc tempo ris reſtituere: cùm nemo poſſit obligari ad impoſſibilia (iuxta regulam iuris) Impoſſibilium nulla eſt obligatio, & quòd hoc ſit verùm: probatur, quia maius eſt donare quàm mutuare. Indè ſequitur neceſſariò quòd in caſu, in quo donatio eſt præcepta (ſicut in caſu in quo eleemoſynam dare eſt præceptum, de quo dixi in dicta prima quæſt. præſentis tractatus) tenetur quis donare: etiam ſi ex illa donatione donator amittat aliquod bonum iam habitum: (vltra rem donatam) & etiam ſi ex illa donatione ceſſet ſibi lucrum, vel emergat aliquod damnum, quod non paſſus fuiſset, ſi nõ donaſset illud, ſed apud ſe retinuiſset: ſicut ergo in tali caſu ille talis tenebitur illi neceſſitatem patienti extremam donare, etiam ſi non habeat ſpem quòd recipiens illam, ſit eam reſtituturus, non tantum damnum emergens ſibi, ſed nec ſortem ipſam donatam: ſic in propoſito, arguendo à maiori, dicetur de eo, qui tenetur mutuare: Concludendo (igitur) dicimus in tali (ſolùm) caſu non poſse paciſci, vel obligare mutuatarium ad ſibi reſtituendum (vltra ſortem) damnum ſibi emergens ex mutuatione, quando nulla penitus ſit ſpes quòd mutuatarius illud poſſit reſtituere, vt puta, quia mutuatarius tam inops eſt, vt propria bona actu non habeat, quę retribuere poſſit: nec etiam artem, nec vires, nec induſtriam, nec deniquè modum aliquem vnde neceſsaria uitę poſſit, niſi mendicando, acquirere: vt ſunt claudi: cęci, alijquè morbo incurabili laborantes, & qui ſenectute, (quę grauis infirmitas eſt, & incurabilis) ſunt confecti, talibus mutuãdum eſt gratis liberaliter: in his ergo caſibus mutuatarius tenebitur ad ſortẽ, (ſi illam ſoluere fas ſit ei, non autem ad intereſse damni emergentis. In alijs (verò) caſibus: & ſi ſit pręceptum mutuare: tamẽ mutuator poterit ſe indemnem ſeruare in mutuatione, cùm multa ſint, ad quę ex pręcepto teneamur: & tamen ea agere gratis non tenemur: ſed iure poſsumus pro eis aliquam mercedem exigere, & recipere (vt docet peroptimè Ioannes de Medina, ubi ſuprà, in declaratione quintę conditionis) & vt patet loquendo de aduocato, qui (cùm non ſit qui litigantem, & iuſtam cauſam defendentem, ab iniuſta

ſenten-

ſententia & damnatione tueatur, tenetur ex præcepto partes eius defendere: & tamen poterit ſuam mercedem iuſtè exigere: ſimiliter medicus tenetur ex præcepto ægrum in periculo exiſtentem curare: & tamen ad id non tenetur gratis. Et qui videt in via proximi ſui merces ob defectum adiutorij perire: tenetur illum ex præcepto iuuare. & tamē poterit ſuam mercedem exigere: Igitur eſto quòd diues, extremè indigenti mutuare teneatur, & per conſequens, indè intereſſe pati: non tamen ad id gratis tenetur. Et ſic concludendū erit, quòd hęc conditio non ſit neceſſaria ſimpliciter ad legitimandum cōtractum (de quo quæritur in præſenti quæſtione) ſed concurrentibus conditionibus prædictis, vt doctiſſimè probat Ioa. de Medina vbi ſuprà.

Sexta conditio.

Quòd huiuſmodi exactio damni emergentis non infamet ipſum mutuatorem, nec ſcandalo actiuo aliquem ſcandalizet, & hæc conditio neceſſaria eſt, non ad legitimandum contractum (quia cōtractus vnuſquiſquè non appellatur legitimus ſi fiat ab eo, qui non peccat illum cęlebrando) ſed legitimus dicetur, ſi iuſtè cęlebretur obſeruādo omnes conditiones de eſſentia cōtractus requiſitas, ac per conſequens, dicetur illegitimus ſi careat aliqua cōditione intrinſeca, & eſſentiali ipſius cōtractus: vt patet ad ſenſum: quoniam vitare ſcandalum tenemur in omnibus operibus noſtris, & in omnium contractuum cęlebratione: cum nemo debeat eſſe contemptor proprię famę, iuxta diui Auguſtini auream ſententiam. Et habetur in cap. Nolo. 12.q.1. vbi inter alia notatu digniſſima hęc duo dicta ab eo referuntur, videlicèt: [Duę res ſunt, conſcientia, & fama: Conſcientia neceſſaria eſt tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conſcientię ſuę, negligit famam ſuam, crudelis eſt] Idem ferè habetur in c. Non ſunt audiendi. 11.q.3.

Conditio ſexta, & eius probatiò.

c. Nolo. 12. q. 1.

c. Non ſunt audiendi. 11.q.3.

Septima conditio.

Quòd exactio, quam tempore mutuationis facit, non fiat ad hoc, ꝙ mutuatarius teneatur ſtatim refundere intereſſe prętenſum ratione ipſius mutuationis, id eſt, ꝙ ſtatim ſoluatur huiuſmodi damnum, cùm mutuator nondum, ſcilicèt, ratione ipſius mutuationis patiatur ipſo actu, intereſſe aliquod, quamuis illud paſſurus ſit antè moram mutuatarii, vel poſt moram eiuſdem.

Cōditio ſeptima, & eius probatio.

Probatur pręſens conditio: Nā mutuatarius non tenetur mutuatori ſoluere intereſſe, pro tēpore, pro quo nondū eſt intereſſe poſitum in eſſe, vel in effectu ſeu in facto eſſe: quàpropter per ſe patet ꝙ ſolū liceat mutuāti exigere à mutuatario, vt mutuatarius ſoluat intereſse damni emergentis ipſi mutuatori tūc tēporis quando, ſcilicèt, illud ex mutuatione patiatur, & non anteà: & hoc verū erit, tam ſi mutuator à principio mutuationis patiatur intereſse damni emergentis, vt puta, ſi à principio mutuationis neceſsè ſit mutuatori non habenti pecuniam mutuandam vendere res ſuas viliori, vt ſatisfaciat neceſſitati amici rogantis ſibi mutuari vel poſt mutuationē, quod poterit cōtingere, ſi ruat domus, quę erat reficienda pecunia illa mutuata: vel poſt moram, ſi opus ſit mutuatori indigenti propria pecunia accipere ſub vſuris, vt ſuis negotiis conſulat.

Octaua & vltima conditio.

Quòd mutuator expreſsè dicat mutuatario ſe velle ſibi ſolui huiuſmodi intereſse damni emergentis, aliàs non poſset illud exigere.

Cōditio octaua, & eius ratio redditur.

Probatur conditio duobus medijs: quorum primum eſt, quoniam aliàs videretur mutuatorem voluiſſe donare huiuſmodi intereſſe: ſecundū, quoniam

quàm facillimè contingere poſſet, mutuatariũ audita ſatisfactione faciẽda neceſſariò pro damno emergẽte ex mutuatione, nõ ſuſcipere mutuo ab illo, ſed ab alio, qui ex mutuatione tam magnum intereſſe damni emergentis non pateretur qua de cauſa, nec ipſe mutuatarius teneretur in tam magna quantitate ſatisfacere mutuanti: nec noſtræ probationi conditionis præ-
S.Thomas. dictę obſtat doctrina S.Thomæ in 2.2.q.78.arti.1.in reſp.ad primum, dicentis: Ille, qui mutuum dat, poteſt abſquè pacto, in pactum deducere cum eo, qui mutuum accipit, recompenſationem damni: per quod ſubtrahitur ſibi aliquid quod debet habere: Non (inquam) obſtat: quia eius verba ſunt intelligenda hoc modo, videlicèt: abſquè pacto in pactum deducere, id eſt, licèt non fieret pactum expreſſum per manum notarij, poterit huius damni emergentis reſtitutionem ſibi faciendam fore, deducere in pactum abſque ſcrupulo: cum mutuatarius ad hoc teneatur obligatione quodammodo ciuili, ſeu iuris naturalis: Non enim ipſe Doctor dixit abſolutè, abſq; pacto hoc mutuatori deberi: ſed, abſquè pacto deducere in pactum, id eſt, mutuanti ſatis erit, ſimpliciter mutuatario inſinuare ſe velle ſeruari indemnem à damno emergenti, quod ipſe paſſurus eſſet ratione mutuationis: & hoc idem erit dicendũ circa verba, quibus vtitur Scotus circa præſentem q. in 4. vbi ſuprà aſſerens: ꝙ licèt creditor non poſſet habere contra eũ actionem in foro exteriori: vtpotè, quia non ſunt pacta, vel iuramenta: tamen in foro conſcientiæ debitor tenetur vltra ſortẽ ad intereſſe. & ꝙ noſtra hæc conditio ſit vera, ratio ipſa ſuadet (vt patet ad ſenſum) & Caietanus in commentarijs. 2.2. vbi ſuprà, explicitè docuit, & nonnulli doctorum ſupradictorum cõſentiunt: implicitè autem omnes: cum ſit rationi hoc conſentaneum.

Secunda concluſio.

4
Damni emergentis intereſſe poterit paciſci, & exigi poſt morã mutuatarij.

Sicut prima concluſio eſt vera de facultate ritè recipiẽdi aliquid vltra ſortẽ ratione intereſſe damni emergentis antè morã mutuatarij: ſic, & erit vera de accipiendo vltra ſortẽ ratione intereſſe damni emergentis accidẽtis ex mora mutuatarij. Hæc concluſio primò probatur ijſdẽ iuribus adductis ad probationẽ præcedentis cõcluſionis; & ſecundò, authoritate Doctorum, ibidẽ adductorũ, qui vtramq; concluſionẽ amplectuntur, & fouẽt. Probatur & tertiò duabus rationibus, videlicèt: Prima quarum eſt, vbi eadẽ eſt ratio, idẽ eſſe
prima ratio cõcluſionis. & ius debet: At eadẽ ratio eſt in præſenti cõcluſione, quæ fuit in prima, ergo eadẽ debet eſſe & iuris diſpoſitio, ac per cõſequens, verũ erit aſſerere, mutua-
Maior propoſ. torẽ poſſe poſt morã mutuatarij exigere vltra ſortẽ ratione damni emergen-
Minor propoſ. tis ex mutuatione. Maior propoſitio per ſe patet: minor probatur. Ratio.n. cur in caſu primæ cõcluſionis mutuator poteſt exigere aliquid vltra ſortẽ ratione intereſſe damni emergentis, eſt; quia mutuatarius dederat (quærendo mutuũ) efficacẽ cauſam damni ipſi mutuatori, illũ inducẽdo ad mutuandũ ſibi: & per cõſequens tenebatur mutuanti reſtituere illud damnũ, & ita licitè poterat ſatisfactionẽ illã damni exigere vltra ſortem. Modò ſi mutuator incurrit damnum ex mora mutuatarij, quia mutuatarius negligit in termino præfixo mutuatam pecuniam ſoluere mutuatori, iam mutuatarius dat mutuanti
Secunda ratio concluſionis. etiam efficacem cauſam damni per ſuam moram. Secundò probatur ſic præ-
c.Peruenit, extra, de fideiuſſ. ſens concluſio, ſicut in caſu c. Peruenit, extra: de fideiuſſoribus (relati in præcedenti concluſione) habetur, licitè poſſe fideiuſſorem (qui & ipſe in hoc cenſebatur mutuator) recipere intereſſe damni emergentis, quod paſſus fuerat ſoluendo pro eo, pro quo fideiuſſerat, ratione moræ ſolutionis

pro-

promiſſæ à debitoribus,pro quibus fideiuſſerant ipſi: ſic ergo arguendo à ſi mili patet,illum functum fuiſſe officio mutuatoris in ſoluendo quantitatem pecuniæ fideiuſſæ per ipſum: valet conſequentia:quia eſt eadem ratio vtrobiquè. Nam & creditores mutuauerant debitoribus,ſicut & fideiuſſor eiſdē debitoribus mutuauerat:& ſicut illi poſſunt ſe ſeruare indemnes ab omni dāno emergenti ex ſolutione pecuniæ fideiuſſæ (vt fuit probatum per dictum tex.in d.c.Peruenit)ſic & mutuator ratione damni emergentis ex mutuatione,cum ſit eadem ratio in vtroque: vt patet ad ſenſum.

Ad argumentum principale allatum in principio præſentis quæſtionis mo dò quàm facillima erit reſponſio,dicendo,minorem propoſitionem generaliter non eſſe veram:ſed tantum verificari,loquendo de vſura impropriè dicta,non autem de vſura propriè dicta:quæ eſt prohibita, & ad probationem eius reſpondetur cum omni Theologorum ſentētia,ipſa verba Diui Ambro ſij locum habere in vſura impropriè dicta:non autem in vſura propriè dicta (vt in prima quæſtione:) ſatis abundè fuit probatum.Poterit quoquè dici ꝙ ſententia Diui Ambroſij etiam capta vel intellecta de vſura propriè dicta no bis non refragetur: quoniam, non valeret argumentum,quicquid ſorti accedit,vſura eſt: ergo acceptum vltrà ſortem ratione intereſſe damni emergentis vſurarium eſt:eo quòd negatur conſequentia:cum illud dicendum ſit(iuxta mentem diui Ambroſij ac omnium Theologorum)quod quis recipit vltra ſortem vt lucrum,vt(ſcilicèt)excedens debitum, quod debetur mutuanti:at quoniam id,quod ſoluitur ratione intereſſe damni emergentis paſſi ratione mutui,non ſoluitur mutuanti(vt lucrum)ſed vt ſibi debitum ratione damni il lati:at quoniam,vſurarium non eſt aliquid ſuſcipere,vt ſatisfiat ſibi de damno illato ab aliquo,cùm ad id vnuſquiſquè de iure naturali, & diuino teneatur:indè ſequitur,quòd ſicut ſiquis vltra mutuatam rem,etiam ex pacto exigeret rem ſuam poſſeſſam,ac occupatam per vim,& violentiam ab alio: non eſſet vſurarius:ſic nec poterit vſurarius cenſeri qui vltra ſortem aliquid recipit,vt ſe ſeruet indemnem à damno paſſo ratione mutui:vt patet ad ſenſum: Cum aliàs nón eſſet rationi conſentaneum,vt quis non poſſet in mutuo ſe ſeruare indemnem in caſu,inquo non teneretur.vt in terminis cōcluſionum noſtrarum, vt fuit probatum in conditionibus adductis:& ad rationes adductas (quibus videbatur fuiſſe concludendum,quòd eò ipſo,quòd quis mutuat,teneatur gratis mutuare:cum ſi nollet gratis,non deberet mutuare: reſpondetur fuiſſe ſatisfactum in probatione quintæ cōditionis, in qua fuit probatum eſſe falſum aſſerere,tenetur mutuare(ergo gratis mutuet:)nec valet quòd dictum fuit in contrarium quòd qui vult antecedens,debet velle & cōſequēs: ergo,qui vult mutuare,debet gratis mutuare: quoniam hæc propoſito erit intelligenda in his,quæ ſunt ita inter ſe annexa, & connexa, vt conceſſo vno correlatiuorum,neceſſarium omnino ſit concedendum & reliquum:vt ſiquis dicat,Franciſcus eſt pater, neceſſariò ipſum oportebit confiteri Franciſcum habere filium:non autem ita erit dicendum in terminis concluſionum noſtrarum:cum illud ſit de intrinſeca natura correlatiuorum: quod in materia noſtra non poterit concedi:eò quòd de intrinſeca natura mutui non ſit, vt illud fiat neceſſariò cum damno mutuantis: licèt ſecundum præceptum dominicum,ſit:vt illud fiat ſine lucro mutuantis, iuxta illud [mutuantes nihil indè ſperantes] imò vt probauimus, contrarium eſſet contra ordinem charitatis, niſi in caſu propoſito in quinta conditione: quoniam aliàs nemini liceret ſe

ſeruare indemnem in mutuationibus,& alijs negotijs: quod eſt contra allatos canones,& iura ad probationem primæ concluſionis,

QVAESTIO XX.

Vtrum mutuanti ad certum terminum liceat obligare mutuatarium ad aliquid ſibi tradendum vltra ſortem nomine pęnæ, ſi ille in præfixo termino non reſtituerit ſortem ſibi mutuatam: & huiuſmodi pęnam exactam tuta conſcientia ſibi retinere.

SVMMARIVM.

1 *Pęna triplex eſt quoad materiam vſurarum.*
2 *Pęna conuentionalis quid ſit,& eius exemplum.*
3 *Pęna Iudicialis quid ſit,& eius exemplum.*
4 *Pęna legalis quid ſit,& eius exemplum.*
5 *Contractus quando ſit vſurarius, quomodo poſſit cognoſci.*
6 *Obligatio diuidua quid ſit.*
7 *Obligatio diuidua,& indiuidua differunt.*
8 *Exemplum diuiduæ obligationis.*
9 *Obligatio indiuidua quid ſit.*
10 *Quinque conditiones requiſitæ, vt quis poſſit exigere vltra ſortem ratione pęnę adiectæ mutuo.*
11 *Exigi poterit pęna iudicialis vltra ſortem.*
12 *Exigi poterit pęna legalis adiecta mutuo.*
13 *Quando non tota pęna adiecta mutuo exigi poſſit.*

VIDETVR Primò dicendum, mutuantem non poſſe nomine pęnæ obligare mutuatarium ad ſibi ſoluendum vltra ſortem,&c. quod videtur probari forma ſillogiſtica tali pacto, videlicèt.

Antecedens. Conſequens.

Si mutuanti liceret obligare mutuatarium ad aliquid vltra ſortem nomine pœnę ſibi tradendum, ſequeretur hoc abſurdum, quod mutuanti liceret vltra ſortem aliquid poſſe ſperare ratione mutuationis: At conſequens eſt falſum: ergo & antecedens: & quòd ſit falſum conſequens, probatur authoritate Domini dicentis in Sancto Euangelio apud Lucam.c.6. [Mutuum dantes nihil inde ſperantes] exquibus verbis patet, nemini licere aliquem obligare ad tribuendum ſibi etiam nomine pœnæ vltra ſortem ratione mutuationis, arguendo à fortiori: ſi enim non licet alicui ſperare, quod eſt opus intrinſecum & ſine ſcandalo, quomodo licebit obligare ſibi mutuatarium ad aliquid ſibi dandum, quòd eſt opus extrinſecum, ex quo poſſunt multi ſcandalum pati? & tamen ab ipſo docuit nos Apoſtolus abſtinere dicens. [Ab omni ſpecie mala abſtinete vos,] & Dominus ipſe Ieſus in Sancto Euangelio dicens: [Vè, homini illi per quem ſcandalum venit.] & quòd ſit ſcandaloſum paciſci de aliquo ſuſcipiendo vltra ſortem ratione pęnæ, patet: quoniam, in ſe conſideratum recipere vltra ſortem eſt malum opus manifeſtum & prohibitum: & quòd fiat bono fine, ſcilicèt, non in fraudem vſurarum, pendet ex intentione, quod quidem opus eſt intrinſecum, & occultum hominibus, vt patet ad ſenſum. ergo videtur dicendum, huiuſmodi contractum

Luc.c.6.

1. Theſſal.c.5. verſi.22.

Matt.c.18. verſi.u.7.

tractum eſſe illicitum.

SED CONTRA tex.eſt in c.1.extra de Pactis,vbi dicitur.[Pacta ſeruanda,quantumcumquè ipſa nuda ſint.] ca.1. extra de pactis.

Reſpondeo præſenti quæſtioni quatuor concluſionibus,præmittendo tamen illis quatuor Notabilia.Primum quorum eſt, Titulus quæſtionis habet tres partes:Prima eſt de obligatione ad pęnam.Secunda eſt de exactione pęnæ poſt lapſum termini.Tertia de eiuſdem pœnæ receptione. Primum Nota.

Secundum notabile ſit hoc.

Triplex eſt pœna quantum ad rem noſtram facit:quædam.n. dicitur conuentionalis,quædam iudicialis,& quædam legalis. Notab. ſecundum.
Pęna verò conuentionalis dicitur illa,quæ de conſenſu partium imponitur debitori à creditore in contractu,vt promiſſa firmiora conſiſtant:quatenus ſic debitor ſaltem metu pęnæ diligentius procuret ſoluere debitum ſeu mutuum in termino ſibi præfixo. 1 Pęna triplex quoad materiam vſurarū.
exemplum in propoſito(ſcilicèt)in contractu mutui: Mutuo tibi centū, per te mihi reſtituenda in termino(ſcilicèt)infra annum:quæ centum, ſi non reſtitueris mihi in dicto termino, dabis mihi nomine pęnæ poſt annum centum, & decem,vel huiuſmodi. 2 Pęna cōuētionalis quid ſit. Exemplū prędictæ pœnæ.

Pęna verò iudicialis dicitur illa,quæ à iudice ſuper debito liquido,vel liquidato imponitur debitori,vt debitor metu pęnæ ſoluat in termino ſibi per iudicem aſſignato:& ſi non ſoluerit ſortem debitam,ſoluere cogatur pro culpa contumaciæ,talem pęnam. 3 Pęna iudicialis quod ſit.
Exemplum in propoſito in contractu mutui. Exēplum prædictæ pœnæ.

Mutuaui 100.vſquè ad finem præſentis anni 1585.in termino non ſoluiſti,te in ius voco apud iudicem,tu recognoſcis debitum, iudex tibi mandat ſub pęna decem aureorum,vt infra decem dies mihi aſſignes ſortem mutuatam: Et hæc dicetur pęna iudicialis. Pęna verò legalis dicetur illa quæ à legiſlatore ſtatuitur in lege diſponente,quòd debitor ex contractu, vel quaſi contractu,ſi non ſoluerit debitum,debeat in pęnam ſuæ negligentiæ dare aliquid vltra ſortem ipſi mutuatori:& capitur hic pęna legalis non ſtrictè,vt diſtinguitur contra pęnam ſtatuti municipalis:ſed vt etiam comprehendit canonicā,& municipalem: 4 Pęna legalis quid ſit.
& de hac pęna dantur duo exempla.Primum eſt:ſtatutū eſt in aliqua ciuitate,ꝙ tutor de pecunijs illis pupilli, quę perueniūt ad manus eius,teneatur emere poſſeſſiones, vel reſpōdere pupillo ad rationem quinq; pro cētenario,ſi tūc tutor pecuniā pupilli exponat, non pro vtilitate pupilli,ſed pro factis ſuis,vel faciat negotiationes pro ſe:& ita vt cogatur ſoluere pro quolibet centenario quinq;:illa etenim quinq; ſunt loco pęnę, quę pęna legalis municipalis dicitur:& ſi in ſimili facto,vel ſimilis pęna decerneretur in canone,vel Lciuili,etiā diceretur legalis pęna: exemplum primum de prædicta pœna.
Aliud exēplū de pęna legali eſt:ſtatutū eſt in aliqua ciuitate,ꝙ ſi debitor nō ſatisfaciat creditori in certo termino prefixo,debeat creditor mitti in poſſeſſionē,& lucrari fructus ad rationē quinq;pro quolibet cētenario,et tūc deficiēte debitore ī termino pręfixo,ſi creditor miſſus in poſſeſſionē accipiat quinq; pro quilibet centenario. Exemplum ſecūdum de prædicta pœna.

Notandum inſuper ꝙ nō ſine cauſa dixi in principio præſentis ſecundi notabilis ꝙ triplex eſt pęna(quantum ad propoſitum ſufficit)quia & ſi aliæ pęnæ ſint,& poſſint poni ſeu hic afferri:vel nō deſeruirēt notitiæ præſentis materiæ,vel poſſent reduci ad iā dictas,vt patet in pęna quæ dicitur compromiſſoria,& in pęna contumaciæ dicta,quæ tamen poſſunt reduci ad pęnam conuentionalem,& illa quæ pęna conſuetudinaria dicitur, quæ tamen poteſt reduci ad pęnam legalem:& ſic de ſingulis.

Tertium Notabile.

Notab. tertiũ

5 *Cõtractus quã do ſit vſurarius, quomodo poſſit cognoſci, ſi ipſi fuerit addita pęna.*

Tertiò notandum quòd contractus mutui adiecta pœna cęlebratus à mutuante, poterit dignoſci an ſit vſurarius, necne hac regula: Præſumitur ergo vſurarius, ſeu in fraudem vſurarum, pœnam fuiſſe adiectam. Primò, ſi magis mutuator vellet debitorem terminum tranſgredi, vt pœnam lucrari poſſit; quàm vt in termino ſibi præfixo mutuatarius ſolueret ſine pœna. Secundò ſi veriſimiliter tempore mutuationis mutuator putabat mutuatarium in termino præfixo non ſoluturum fore ſortem mutuatam. tertiò, ſi dicta pœna adiecta ſit immoderata excedens intereſſe veriſimiliter incurrendum à mutuatore ex mora ſolutionis rei à ſe mutuatæ:

Quartum Not.

Not. quartum.

6 *Obligatio diuidua, quid ſit.* Pa: or. in c. ſuã extra de pęn.

7 *Obligatio diuidua, & indiuidua, differunt inter ſe.*

8 *Exemplum diuiduæ obligationis.*

9 *Obligatio indiuidua, quid ſit.* Exemplum indiuiduæ obligationis.

Quartò, ſciendum maximam eſſe differentiam inter obligationem diuiduam & obligationem indiuiduam: (quoad ſubiectam materiam) obligatio, enim, diuidua (propriè loquẽdo) illa dicitur, qua mediante ſolutio partis rei conuentæ affert tantum cõmodum reſpectu partis, ſicut ſolutio totius reſpectu totius obligati. Exemplum. Promiſi tibi ſub pœna tali ſcribere duos libros infra menſem: & deinde, vnum tantùm ſcripſi infra dictum menſem: in tali caſu, teneor ad pęnam conuentionalem ſoluendam, non tamẽ, totam, ſed mediam. & ratio eſt, quia iſta obligatio eſt diuidua cum reſpectu partis tu habeas omne cõmodum. Indiuidua verò obligatio dicitur, quando ſolutio partis non affert tantum cõmodum reſpectu partis ſicut ſolutio totius, reſpectu totius. exemplum. Promiſi tibi ſcribere vnum librum ſub tali pœna, ſcripſi pro medietate, hæc pœna incurritur in totum, & ſic tota ſoluenda erit: & ratio eſt, quia ſcriptura medietatis non affert tãtum cõmodum reſpectu partis, ſicut tota ſcriptura reſpectu totius: & hæc omnia verificantur quoquè in promiſſione aliarum rerum, vt puta pecuniarum, quarum ſolutionis obligatio dicetur diuidua (quoad præſentem materiam) & hoc notabile maximè deſeruit, quãdo quis ſub certa pęna obligatur ad aliquid dandum, vel faciendum: ſed quando quis debet recipere, puta, hæreditatem, vel legatum: ſi aliquid ſoluerit, vel fecerit: tunc non poterit petere, niſi in totum ſoluat, vel faciat: vt in l. Meuius, & in l. Cui fundus. ff. de Condit. & demon.

l. Meuius. l. Cui fundus. ff de condit. & demonſtra.

Prima concluſio ſit hæc.

Mutuator (etiam ſi nullum patiatur intereſſe ex mora ſolutionis) poterit paciſci cum mutuatario, de aliquid ſibi ſoluendo vltra ſortem, nomine pœnæ: ſi ſibi non ſoluerit mutuatam pecuniam ſtatuto tempore, quo inter ipſos conuentum fuit, nec non illud poſtea ſolutum poterit retinere tuta conſcientia: & ſi paſſus indè fuiſſet aliquod intereſſe ex predictis, illud etiam poterit exigere, & exactum retinere, concurrentibus (tamen) cõditionibus paulò poſt afferendis: Hæc concluſio (quoad pœnam, tantùm, conuentionalem exigendam) quoniam quoad intereſſe exigendum ſatis fuit probata, in duabus quęſtionibus immediatè præcedẽtibus, probatur triplici medio. primò enim per argumentum in c. j. extra de Pactis. inquo refertur decretum Concilij Africani infraſcripta ſtatuentis, videlicèt: [Aut inita pacta ſuam obtineant firmitatem, aut conuentus (ſi ſe non cohibuerit) eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam: Vniuerſi dixerunt, Pax ſeruetur, pacta cuſtodiãtur] hæc in dicto Canone: ſed notandum quòd dixi præſentem concluſionem probari per argumentum in d. c. quia licèt in d. Canone explicitè nulla fiat mentio de caſu quęſtionis pręſentis, tamen, implicitè benè facit mentionem ſtatuendo regulam generalem,

ca. 1. extra de pactis.

quòd

quòd pacta forent ſeruanda: idem dicẽdum erit circa reliquas infraſcriptas iurium authoritates. Sciẽdum (igitur) præſentem concluſionem probari quo què per argumentum in c.dilecti, extra de arbitris, in fine. in quo Innocen. tertius [Mandat compelli, pęnam ſtatutam inter compromittẽtes ſolui omnino] Item per Argumentum in c.Eleuterius. 18.q.2. in quo Gelaſium dixiſſe refertur inter alia, ſcribendo cuidam epiſcopo, videlicèt: [ſi apud te euidenti ratione conſtiterit: quia tempore, quo dedicatum eſt monaſterium ipſum, conditiones ſuperiùs poſitæ conuenerint, ſeruari eas ex noſtra authoritate præcipimus, nec amplius ab aliquo exindè exigatur] Item probatur per argumentũ in c.Puellæ, in fine 20.q.j. in quo refertur quid ſentierit Leo Papa in epiſtola 90. ad Ruſticũ epiſcopũ. c.13. & 14. circa pacta ſeruanda, qui Leo Papa inter alia dixit. [Ambigi verò non poteſt crimen magnum admitti, vbi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur. Nam ſi humana pacta non poſſint impunè calcari, quid de eis manebit, qui corruperint fœdera diuini Sacramenti:] Itẽ & per tex. Inſti. de inutil. ſtipu. §. alteri. Vbi inter alia hęc habentur, videlicèt: [Planè ſiquis uelit hoc facere: pęnam ſtipulari conuenit: vt niſi ita factum ſit, vt eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei, cuius nihil intereſt. Pœnam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod interſit eius: ſed quæ ſit quantitas in cõditione ſtipulationis] Idem probatur per tex. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verborum obli. in quo eadẽ verba ſupradicti §. alteri. ferè referuntur. Idem probatur per argumentum in l. Iuriſgentium §. prætor ait. ff. de pactis. vbi dicitur. [Prætor ait, Pacta cõuenta, ij neq; dolo malo, neq, aduerſus leges, plebiſcita, ſenatus cõſulta, ædicta, decreta principũ, neq; quo fraus cui eorũ fiat, facta erunt, ſeruabo,] Et in l. Quod à quoquàm. ff. de reg. iur. vbi hæc habentur videlicèt. [Quod à quoquam pęnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur] Idẽ in l. ſi pacto, quo pęnã. C. de pactis. His ergo iuribus probatur pręſens concluſio, cũ (vt in conditionibus citandis circa præſentem quæſtionẽ) probandũ erit, ꝙ noſtra concluſio ſupponat, nullã fraudẽ ſub hoc contractu contineri. Probatur inſuper & ſecundò præſens concluſio doctorum authoritate Theologorũ (ſcilicèt) canoniſtarũ, & ſummulariorum: Scotus. n. ſe ſubſcripſit noſtrę concluſioni (vnà cũ infraſcriptis) in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. art. 2. in ver. vel ratione pœnæ. Riccardus de media villa in 4. ſent. diſt. 15. arti. 5. q. 5. Nicolaus de Orbellis in 4. ſen. diſt. 15. q. 3. §. 2. Caietanus in ſummula in ver. vſura exterior. §. Nota 2. in ver. Quartus caſus eſt. Gabriel Biel. in 4. ſent. diſt. 15. q. 11. §. excipiũtur in mutuo duo caſus in genere. Dominicus à Soto in li. 6. q. 1. arti. 3. in verſi. ſed vtrũ ſtatim. Archiepiſcopus floren. in trac. de uſur. c. 2. §. 22. Ioſeph Angles in trac. in ſcripto flores Theologicarũ q. ſuper quartũ ſent. de contractu mutui, difficultate 4. conclu. 2. art. 2. Io. de Medina in Codice de rebus per vſurã acquiſitis. §. Quarta cauſa, ratione cuius. Probatur quoq; canoniſtarũ ſententia de quorũ nu. eſt Spe. in li. 4. tit. de emp. & ven. §. j. nu. 41. in ver. licèt. n. pęna. Gloſę in allatis iuribus, & in c.conquæſtus. extra de vſur. Inn. Papa 4. in c. ſuã. extra: de pęn. in fi. Hoſ. in ſumma. ti. de vſur. §. An aliquo caſu. in ver. vndecimò quãdo. Io. And. in addit. Spe. in tit. de obliga. & ſolu. §. j. in verſiculo, eſt quoquè. & rurſus Idẽ Io. And. in d.c. Dilecti. Ant. de But. in d.c. dilecti. col. 3. in verſi. Tu dic. Pan. in d.c. dilecti, in ver. in Gl. fi. particu. 6. & vlt. pœna, & in c. ſuam, extra, de pœn. cir. fi. Bal. in c. clerici, extra de vita & honeſt. cler. nũ. 14. Didacus Couarruuias in 4. lib. Decretalium. in §. 8. nu. 11. qui & hanc concluſionem firmat

c.Dilecti, extra de arbitris.
c.Eleuterius. 18. q. 2.
c.Puellę. 20. q. j.
Inſti. de inuti. ſtipul. §. alteri.
l. ſtipulatio iſta, ff. de uerb. obligat.
l. Iuriſgentiũ. ff. de pact.
l. Quod à quoquam. ff. de reg. iur.
l. Si pacto, quo pœnã. C. de pactis.
Scotus.
Richar.
Nico. de Orbel.
Caietan.
Gabriel. Biel
Domin. a Soto.
Archiep Florẽ.
Ioſep. Angles.
Io. de Medina.
Specula
Gloſ.
Innoc.
Hoſtien.
Io. Andr.
Ant. de But.
Panor.
Baldus.
Didacus Couaruuias.

mat auctoritate quàm plurimorum Doctorum. Bar. in l. Rogaſti. ff. de rebus credit. ſi cer. pet. & in l. ſtipulatio iſta, §. Alteri, in ver. dicitur hic: vbi dicit poſ-ſe imponi, & exigi pęnã ſtipulatam, quantacumq; illa ſit: ſi adiecta ſit huiuſ-modi pœna, certa quantitate expreſſa, ſecùs ſi imponitur pœna reſpectu in certu: quia tunc non poterit excedere duplum. Et ibidem idem confirmans

Corradus. Bar. ipſe recitat ſententiam Innocentij, & non impugnat. Conradus in tract. 2. q. 31. conclu. 1. & 3. de contractibus. & Dominus Ambroſius de Vignate

Ambroſius de Vignate. Guido Papa. Gerſon. Syluester. Nauarrus.

quoq; in tractatu de vſuris. c. 2. nu. 90. in verſi. ſequitur in verſibus illis: Guido Papa in tract. de vſur. nu. 17. in ver. quid ſi eſt pœna: Ioan. Gerſon. in trac. de floribus regularum. Probatur & authoritate ſummulariorum. Syluester, enim in ſumma in ver. vſura, primo. §. 28. & Doctor Nauarrus in ſuo manuali, in c. 17. de ſeptimo decalogi præcepto, nu. 215. Probatur & tertio triplici ratione, prima quarum eſt hæc uidelicet: ſi. n. noſtra concluſio eſſet falſa, ſequeretur hoc abſurdum, quòd talis obligatio ad pœnam ſoluendam eſſet vſuraria. At conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. & ꝙ cõſequens ſit falſum, robatur, quoniam huiuſmodi obligatio ad pœnam in caſu non ſolutionis factæ pręfixo tempore, non quæritur ratione mutuationis: cum mutuator nõ obliget mutuatarium ad dandum abſolutè ſibi aliquid vltra ſortem, ſed conditionatè: id eſt, in caſu, quo ille non ſoluerit mutuatam pecuniam in termino præfixo cuiquè, ſolutio ſimplex ſine aliquo vltra ſortem mutuatam magis exoptatur ab ipſo quàm non ſolutio vt ſupponimus, cum incurſu pœnæ: vt in conditione ſecunda dicam: cùm illud incrementum aſſequendum ratione pœnæ non mouerit illũ ad mutuandũ: indè ſequitur, talẽ obligationẽ nõ eſſe vſurariã, & per cõſequẽs noſtrã concluſionẽ verã eſſe: cũ vſura ſit incremẽtũ illud, quod quis exoptat aſſequi rõne mutuationis: cuius ſpes mouet principaliter ad mutuãdũ (vt apertiſſimè probauimus in prima quæſtione) vel poſt mutuationẽ remouet à nõ petẽdo ſolutionẽ rei mutuatæ ab ipſo mutuatario. Vndè patet veritas præſentis cõcluſionis noſtræ. Scđa ratio concluſionis.

Prima Ratio concluſionis. — Antecedens. Cõſequent. a.

Antecedens. Conſequẽtia. Cùm iuſtè poſſit pœna plecti iniuſtè retinẽs rẽ alienã inuito Domino rei illius: conſequens erit ꝙ huiuſmodi pœna adiecta mutuo ad reprimendã vecordiã, & temeritatẽ mutuatarij retinẽtis iniuſtè rẽ mutuatã vltra præfixum tempus inuito mutuatario rei mutuatæ domino, iuſtè poſſit exigi: eò magis ꝙ Pacta ſeruari expedit reipublicæ: vnde iam patet, non tantum apud Deum: ſed etiam apud homines, huiuſmodi mutuatarium dignum pœna eſſe.

Tertia ratio concluſionis.

Maior propo. Omnia illa Pacta quæ nõ aduerſantur bono communi, nec irrogant alicui iniuriam, nec alicui iuri contrariantur, ſunt ſeruanda.

Minor propo. At Pacta de ſoluendo vltra ſortem in caſu noſtræ cõcluſionis bono communi non aduerſantur, nec alicui iniuriantur nec alicui iuri contrariantur.

Concluſio. Ergo Pacta de ſoluẽdo vltra ſortẽ in caſu noſtræ cõcluſionis ſunt ſeruãda: ſi ergo ſunt ſeruãda, indè ſequitur ꝙ quis tuta cõſciẽtia vltra ſortem ratione pęnę in terminis noſtrę cõcluſionis poſſit exigere aliquid & illud retinere: licèt nullũ damnũ fuiſſet paſſus ex mutuatare tẽpore ſtatuto nõ reddita. Maior propo. probatur authoritate omniũ iuriũ, quæ fuerũt adducta in probationẽ pñtis cõcl. & ṕcipuè magis explicitè ꝑ tex. in l. iuriſgẽ. §. prętor ait. ff. de pac. Minor probatur hoc pacto, videlicèt: ꝙ Pęna hmõdi cõuẽtionalis nulli ſit iniurioſa, probatur: ſic. Nã ſi eſſet iniurioſa, tũc aut eſſet iniurioſa legi illã prohibẽti, aut mutuatario, aut ipſimet mutuanti: & ꝙ non ſit legi, patet, quia nulla lex ipſam prohibet, imò ipſi fauet (ut fuit probatum per adducta iura:)

l. Iuſgentiũ. ff. de pact s.

quòd

quòd non ſit iniurioſa mutuatario: probatur, quia volenti & conſentienti nõ fit iniuria: quòd non ſit iniurioſa mutuãti, patet, cùm in eius fauorem & eius voluntate ſit conſtituta: igitur huiuſmodi pęnalis conuentio iuſta eſt. Pro quo etiam facit communis practica, quia in contractibus cenſualibus communiter ſolent apponi pœnæ contra moroſum debitorem: quæ quidem iure non modò, non reprobantur: imò approbantur (vt in tracta. de cenſibus Deo dante probabimus) & adimpleri mandantur: quemadmodum & reliqua pacta, quæ iure non reprobantur, ſunt tenenda & obſeruanda: vt patet ex toto titulo de pactis. in vtroquè iure: ergo etiam mutuator poterit pęnam contra mutuatarium moroſum conſtituere, & exigere conſtitutam.

Conditiones requiſitæ ad iuſtificationem huiuſmodi contractus, ſunt quinquè infraſcriptæ, videlicèt. 10

Quinque cõditiones requiſitæ vt quis poſſit exigere vltra ſortem ratione pęnę adiectæ mutuo

Prima quarum eſt, quòd Mutuator vellet realiter, & in conſcientia magis ſibi ſolui ſortem tempore præfixo, quàm pęnam, non facta ſolutione.

Nam dato oppoſito videretur, mutuantem adiecìſſe pœnam ſpe lucri aſſequendi: & hoc, vt ſine peccato fiat mutuum: quoniam ſi quis appoſuiſſet pœnam mutuo, & æqua lance vellet ſibi ſolui pœnam, non ſoluta ſorte, ſicut & reſtitui ſortem ſuam tempore præfixo: tunc procedendum eſſet (ſecundum Ioannem de Medina vbi ſuprà, in verſicu. ſed nunquid. & benè) hac breui diſtinctione ſic dicendo, aut hic mutuator appoſuit mutuo pœnam, principaliter intendens per illam redimere damnum, quod patietur ex mora ſolutionis: damnum (ſcilicèt) moleſtiam grauem, quam ſentiet ex non ſolutione facta tempore præfixo: aut principalis eius intentio fuit (quia parum ſolutio non facta moleſtiæ ſibi intuliſſet) in pœnam ſtatuẽdo ad coartandum moroſum debitorem zelo iuſtitiæ, & odio iniuſtitiæ, quam ille incurreret ſine ſuo conſenſu, in termino præfixo non ſoluendo: ſi ergo primò, & tunc dicendũ, ꝙ dicta pœna deberet proportionari præfato grauamini, & diceretur exigi potius ratione intereſſe quàm pœnæ: ſi ſecundò, tunc dicendum, id propriè ratione pœnæ non retinere, ac exigi: cùm non ſimus in terminis primæ conditionis allatæ in medium: cùm debeat mutuatarius potius malle ſortem ſibi ſolui in termino, quàm (ipſius ſolutione non facta) ſibi ſolui pęnam: vndè ipſe peccaret contra charitatem proximi; non autem peccato uſuræ. & ratio eſt, quoniam ſicut debet uelle vitari in ſe peccatum, ita & in proximo: & tamen patet, moroſum mutuatarium non ſoluendo ſine cauſa in tempore præfixo, peccare: eo quòd incurſio pęnæ præſupponit culpam: ſic ergo, & ipſe mutuator peccaret, tam is, cui indifferens eſt proximum peccare, aut non peccare: non tamen, peccato uſuræ, niſi pęnam per modum lucri intenderet.

Prima cõditio requiſita ad iuſtificationẽ cõtractus mutui facti, vt ſoluatur pęna conuenta, à mutuatario, ſi nõ reddiderit æquiualens rei mutuatæ tẽpore pręfixo.

Secunda conditio erit.

Mutuator caueat ne cęlebrando huiuſmodi contractum (contentum in cõcluſione) incurrat aliquam infamiam, quoniam in tali caſu non liceret ei apponere pœnam, eo quòd peccaret mortaliter, tum quia ſcandalum actiuum offerret proximo, tum etiã quia eſſet crudelis contra ſeipſum iuxta Diui Auguſtini auream ſententiam canonizatam in capitu. Nolo. 12. quæſt. 1. & hæc conditio, non tantum neceſſariò requiritur ad cœlebrandum huiuſmodi cõtractum ſine peccato, ſed in omnibus alijs contractibus, & ſi contractus cœlebratus ſine hac conditione uſurarius non ſit.

Conditio ſecũda, & eiuſdem ratio.

c. Nolo 12. q. 1.

Tertia conditio eſt, quòd adiectio pœnæ poſita ſit pro una uice tantum, & non pro quolibet menſe uel anno & huiuſmodi: quoniam eò ipſo quòd quis

Conditio tertia & eiuſdem ratio.

talem

talem conditionem apponeret, oſtenderet apertè ſe velle potius huiuſmodi pœnam exigere quàm ſolui ſibi ſortem mutuatam: & hæc conditio vera eſt, reſpectu pœnæ tantum, non autem reſpectu intereſſe damni emergentis vel lucri ceſſantis, vt docuit Conradus vbi ſuprà in verſi.ſecunda circunſtantia, & Syluester vbi ſuprà,

Cõditio quarta & eius ratio.

Quarta conditio eſt,quòd dilatio ſolutionis ſortis mutuatæ ſit de cõſilio, & non de præcepto:quoniam ſi eſſet de præcepto, tuta conſcientia, ſicut non poſſet mutuator repetere mutuatam ſortem,ſic neque pœnam adiectam ipſi mutuo.& vt huius conditionis veritas luce clariùs pateſiat,nulli dubium eſſe debet,hoc poſſe contingere multis de cauſis,vt puta,ſi mutuatarius aduenien te tempore præfixo ſolutionis tam impotens eſſet ad ſoluendũ ſine culpa ſua, quòd non poſſet ſoluere ſortem,hoc accidente propter aduerſitates paſſas in mercibus vel ratione infirmitatis,vel ſi tempore ſolutionis eſſet effectus captiuus,vel ſi fuiſſent furati ſuam facultatem aliqui fures,& ſic remanſiſſet inops, & bonis deſtitutus,& patiatur extremam neceſſitatem,ita vt ſibi opus eſſet vẽdere propriam veſtem,aut ſupellectilem:quoniam in tali caſu ab ipſo repetère ſortem eſſet contra præceptum charitatis, quo teneretur (ſi non mutuaſſet) modò mutuare:(vt fuit probatum ſatis abundè in prima quæſtione,& in

Io.de Medina.

præcedenti,quæſtione:quod docet etiam Ioannes de Medina vbi ſuprà, in verſi.Tertia conditio) Et ratio dictæ conditionis eſt: quoniam,cùm culpa debeat præcedere pœnæ:& huiuſmodi mutuatarius non culpa ſua effectus ſit moroſus ſolutor:indè patet,ipſum non poſſe cogi ad illam ſoluendam.

Attamen ſi mutuatarius culpa ſua effectus fuiſſet inops,& impeditus à ſolutione rei mutuatæ tempore præfixo:in tali caſu, quando deueniet ad pinguiorem fortunam,tenebitur vtiquè:non tantum ad ſortem mutuatam:verũ etiam ad pœnam ſtatutam ac promiſſam.

Cõditio quinta.

Conditio quinta eſt,quòd mutuator tempore huiuſmodi contractus cęlebrandi,credat,mutuatarium poſſe,ac velle ſibi ſoluere ſortem mutuatam tempore præfixo(vt docent citati Doctores)& Ratio talis redditur.Nam ſi contrarium eſſet,pateret vtiquè,mutuatorem mutuaſſe propter lucrum aſſequendum:(quod vſurarium eſſe,fuit probatum)& reſtitutioni obnoxium.

Ratio conditionis.

Secunda concluſio.

11 *Exigi poterit pęna iuditialis ultra ſortem.*

Mutuatarius licitè poterit obligari ad pęnam iudicialem ſoluendam,ſi ſtatuto tempore non ſatisfecerit mutuatori,concurrentibus infraſcriptis conditionibus.Hæc concluſio probatur vera iiſdem medijs, quibus fuit probata præcedens concluſio, cùm iura,& Doctores ibi citati indiſtinctè loquantur de quacumquè pęna alicui contractui adiecta:imò à fortiori,cùm in hac pęna,nulla poſſit oriri ſuſpitio quòd fuerit adiecta in fraudem vſurarum,vt patet ad ſenſum.Prima ergo conditio requiſita ad iuſtificandam præſentem concluſionem,eſt quòd imponens pœnam iudicialem(ſcilicèt)iudex,debet malle,quòd mutuatarius ſolueret in termino ſibi aſſignato,quàm quòd non ſolueret,vt ſic lucraretur pœnam iudex ipſe. Nam da oppoſitum iſtius conditionis,tunc patebit,iudicem ex cupiditate lucri(acquirendi per ipſum met)in poſuiſſe pœnam,& non zelo iuſtitiæ mandãtis reddi unicuiquè quod ſuum eſt. Vnde tutum eſſet iudici uolenti abſtinere ab omni ſpecie mala(ut docuit Diuus Paulus)& etiam uolenti cauere,ne in ipſo mentiatur iniquitas ſibi, debebit(inquam)ipſe iudex pœnam incurrendam, non ſibi,ſed alicui alteri applicare,ut puta,Hoſpitali,orfanis,& huiuſmodi operibus pijs, quod & conſuluit

Prima conditio.

Ratio conditionis.

1.Theſſal.c.5. verſi.22.

c.licet, extra: de pęnis.

ſuluit tacitè Alex.tertius,in capitu.licet,extra:de Pœnis. Secunda conditio eſt,quòd pœna iudicialis ſit moderata,ſcilicèt,vt ſit talis quòd valeat incutere timorem mutuatario vt ſoluat in tempore præfixo,& non maior, nec minor. Nam ſi pęna maior ſit(quàm requiratur arbitrio boni viri, conſideratis conditionibus tam rei mutuatæ,quàm mutuatarij)videretur iudicem ex cupiditate pœnam impoſuiſſe: & non præcisè zelo iuſtitiæ:eò quòd ſi zelo iuſtitiæ pœnam impoſuiſſet,minorem adieciſſet termino pœnam. Sed ſi èconſtra minorem pœnam impoſuit ſolutioni rei mutuatæ: tunc inſufficiens eſſet ad inducendum mutuatarium ad ſolutionem faciēdam tempore præfixo rei mutuatæ:& per conſequens huiuſmodi obligatio fuiſſet vana.& inutilis,& ſignum negligentis iudicis. Tertia conditio eſt: quòd imponens huiuſmodi pœnam iudicialem nō ſit ipſemet iudex qui fuit & mutuator:quoniam aliàs ſequeretur,quòd quis poſſet eſſe iudex in cauſa propria,quod non licet facere. Quarta conditio eſt,quòd mutuatio pro tempore termini,non fuerit præcepti,ſed conſilij,limitando,ac interpretando hanc conditionem iuxta limitationem conditionis quartæ adductæ in concluſione prima.

Conditio ſecunda.

Conditio tertia.

Ratio conditionis.

Cōditio quarta.

Tertia concluſio.

12 Mutuatarius licitè poterit obligari ad ſoluendam pœnam legalem, ſi non ſatisfecerit mutuatori in termino præfixo,concurrentibus tamen tribus conditionibus,etiam ſi dicta pœna eſſet ſoluenda ipſimet mutuatori:Hæc concluſio probatur ijſdem medijs,quibus fuit probata prima concluſio: imò vt dicit Syl.in ſumma vbi ſuprà,à fortiori arguendo dicendum erit,verā præſentem concluſionem eſſe:cùm id,quod exigitur ſecundum decreta legum, tuta conſcientia exigitur, & retinetur.cum non ſit præſumptio, quòd huiuſmodi pœna fuiſſet adiecta mutuationi in fraudem vſurarum.Prima,ergo, conditio ſit hæc, videlicet.

Exigi poterit pœna legalis adiecta mutuo.

Quòd legiſlator mallet,mutuatarium tempore præfixo ſoluere mutuum mutuatori quàm(ipſo non ſoluto)teneri ad pœnam. & poſſumus exemplificare in tutore ergà pupillum: vt puta, ex lege tutor magis tenetur exponere pecuniam pupilli,emendo poſſeſſiones, vel exercendo eas in mercantiis,quā quòd expendat eas in proprium commodum,dando indè pupillo ad rationē quinquè pro quolibet centenario:Ratio autem præſentis cōditionis eſt,quia ſemper legiſlator debet potius velle obſeruantiam legis,quàm pœnam incurrendam:quia pœna non apponitur niſi propter obſeruantiam legis:Igitur obſeruantia legis magis debet appeti à iudice quàm incurſio pœnæ: eò magis, quòd pupillus magis exoptet ſuas pecunias expendi in mercantijs, quàm hoc omiſſo habere quinquè pro centenario: Nam da oppoſitum, & ſequetur,Illum velle lucrum ex mutuò,quod eſt prohibitum. Secunda cōditio eſt, quòd mutuatio ſit de conſilio,& non de præcepto: hanc tamen conditionē limitando,& interprætando, iuxta modum adductum in quarta conditione præcedentis concluſionis ſecundæ,& in quarta conditione primæ concluſionis. Tertia conditio eſt, quòd pœna ſit moderata,de qua dicendum (vt dixi) in conditione quarta ſecundæ concluſionis.

Conditio prima ad iuſtificationē præſentis concluſionis eſt.

Ratio conditionis.

Quarta & vltima concluſio.

13 Quando mutuatarius tempore præfixo ſoluit partem tantum pecunię mutuatę(cuius ſolutioni adiecta fuit pęna conuentionalis:ſecùs de alijs dicitur) non poterit iuridicè,& tuta conſcientia à mutuatore cogi ad ſolutionem totius pœnę:ſed ſolùm ad ipſius partem pro rata pecunię non ſolutæ, cùm pe-

Quando nō tota pœna adiecta mutuo exigi poſſit.

cunia, ac omnia, quæ mutuari poſſunt(propriè loquendo)ſint diuiſibilia, vel diuidua(vt docet Pan.in c.ſuam, de pęnis.poſt Bar.& Glo.iuxtà quartum notabile(ſuprà allatum.)Vnde ſequitur quòd ſi mutuator exigiſſet pro rata partis ſolutæ:illam reſtituere teneretur mutuatario: Hæc concluſio probatur triplici medio.primò per arg.in c.ſuam,extra de pœnis, in quo Alexander tertius,[redarguiſſe refertur epiſcopum ſpoletanum volētem totam exigere pęnam adiectam contractui, quo ſibi debebatur quantitas quædam pecuniæ, quæ non fuit ſibi integrè ſoluta tempore præfixo, eò quòd obtinuerat literas apoſtolicas pro ſolutione ſibi faciēda tacita veritate negotij: & quoniam cum aliena iactura videbatur ipſum voluiſſe ditari(quod non decebat) iccircò decreuit ibi Papa illi non licere(in pœnam peccati) aliquid petere. Probatur & ſecundò,authoritate Glo.in ver.perſolutis,& Innocentij in d.c. ſuā, & Pan.dicentis ibidem hanc eſſe communem ſententia: Conradi vbi ſuprà, concluſione quinta Syl.in ver.vſura, primo §.28.in fine.Nauarrus in ſuo Manuali vbi ſuprà.Probatur & tertiò hac ratione,videlicèt:ſicut de iure canonico poteſt peti tota pęna incurſa (vt fuit probatum in prima cōcluſione)in totum,ſi non adimpleretur contractus(puta,ſi non fuiſſet facta ſolutio tota tēpore præfixo ab eo,qui potuiſſet,)eodem modo ratione partis non adimpletæ,poterit exigi pęna pro rata,quando,ſcilicèt:(vt annui in notabili quarto) obligatio conſiſtit in dando,vel ſoluendo aliquid,vt in caſu noſtræ concluſionis: Cùm ſolutio partis afferat cōmoditatem:ſecùs ſi obligatio eſſet indiuidua,vt latiùs in d.notabili quarto.

c.ſuam extra, de pen is.

Glo. Innoc. Panor. Conradus. Syluester. Nauarrus. Ratio concluſionis.

Reſp. facta argumeto principali.

Ad argumentum modò quàm facillima erit reſponſio,negādo conſequētiam:& dicendo,ipſam conſequentiam non elici ab illo antecedenti,cùm ſint caſus diuerſi,obligare aliquem enim, ad pœnam ſoluendam non affectu pœnæ,ſed animo compellendi mutuatarium ad ſibi reſtituendam rem mutuatā (vt fuit ſuppoſitum in prima concluſione)& obligare aliquem extrinſecè,vel ſaltem intentione,& affectu aſſequendi lucrum(vt lucrum eſt) ex mutuatione,quod eſt vſurarium,& prohibitum iure naturali,diuino,& humano. & ad probationem illius conſequentiæ adductæ dicitur, per illam probari ſolùm illicitum eſſe ſperare lucrum ex mutuo per appoſitionem pœnæ affectu lucri tantum,& non eſſe illicitum apponere pœnam mutuationis contractus affectu redimendi vexationem ſuam,quam pateretur mutuator ex moroſa redditione rei mutuatæ contra voluntatem ipſius mutuatoris:quam pati nullo pacto mutuator ſubſtinere tenetur(vt fuit probatum)& ad id,quod dicitur, de ſcandalo,fuit reſponſum in conditione ſecunda,adducta ad iuſtificandam primam concluſionem.

Luc.16.

Ad auctoritatem Sancti Euangelij dicendum,quòd ſpes lucri eſt duplex: alia quæ dicitur à Doctoribus concomitans, & alia præcedens: de qua verò ſpe loquatur Dominus Ieſus,& quæ ſpes conſtituat vſurarium,latiùs dixi in q.prima,Notabili ſeptimo, & in q.17.in Notabili ſecundo,& ferè per totam quæſtionem,vide ergo ibi.

De ſcandalo,dicendum,eſſe verum,de actiuo,non autem de paſſiuo(vt latius in conditione ſexta quæſtionis decimęnonæ)Ad auctoritatem Apoſtoli, reſpondetur:quòd nulla ſpecies mala continetur in contractu contēto in noſtra q.ſeruatis prædictis conditionibus,vt patet ad ſenſum.

QVAESTIO XXI.

Vtrum mutuanti liceat recipere pignus à mutuatario, illud detinendo, eiuſque fructus non computandos in ſortem, donec ſoluta fuerit res mutuata: nullo habito reſpectu ad intereſſe lucri ceſſantis vel damni emergentis, vel pœnæ conuentionalis.

SVMMARIVM.

1 *Pignus vnde dicatur.*
2 *Pignus quid ſit.*
3 *Impenſæ in quotuplici differentia ſint.*
4 *Pignus recipiens quando peccet ſuſcipiendo aliquod emolumentum.*
5 *Pignoris fructus non computans in ſortem uſurarius quando ſit.*
6 *Pignoris fructus percipiendos quando quis teneatur computare in ſortem.*
7 *Pignoris fructus non ſeruatos reſtituere quando quis teneatur.*
8 *Pignoratę rei fructus quis poſſit deducere pro expenſis.*
9 *Pignoris pretium excedens rei mutuatæ valorem erit reddendum domino rei ſic pignoratæ.*
10 *Pignoris dominus nunquam erit mutuator, etiam cum pacto, in caſu non ſolutionis.*
11 *Rationes quibus probatur pactum inualidum in contractu pignoris, quare ſit, quòd ſi non ſoluatur mutuata pecunia tempore præfixo pignus ſit mutuatoris, quod tamen in contractu emptionis eſt validum.*
12 *Pactum de ſibi lucrando pignore valet cum fideiuſſore.*
13 *Pignus perdens ſine dolo non tenetur ad reſtitutionem.*
14 *Pignus caſu fortuito amiſſum non tenetur quis reſtituere.*
15 *Pignoratam rem damnificans tenetur ad reſtitutionem.*
16 *Pignoratæ rei dominus directus quando non teneatur fructus ipſius computare in ſortem.*

PRAEMISSVM ſermonem de aliquid ſuſcipiendo à mutuatore vltra ſortem mutuatam ratione intereſſe lucri ceſſantis, damni emergentis: & pęnę adiectæ contractui mutui: meritò ſubſequitur præſens quæſtio, in qua quæritur, An liceat, ſaltem fructus rei pignoratæ (de ſui natura, fructiferæ) pro re mutuata ſuſcipere vltra ſortem. De qua quæſtione ſcitu digniſſima procedendo more ſolito: Primò, videtur dicendum, mutuatori licere non tantum pro re mutuata pignus ſumere, verùmetiam illius fructus lucrifacere, donec res mùtuata, ſeu eius æquiualens, ſibi à mutuatario reſtituatur: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet.

Omnis, qui aliquid acquirit iure ſibi concedente, licitè acquirit, & per conſequens ad eius reſtitutionem minimè tenebitur. Maior propo.

At recipiens fructus rei ſibi pignoratę pro mutuata re, illos non computando in ſortem, acquirit illos iure concedente ſibi. Minor propo.

Ergo recipiens fructus rei pignoratæ ſibi pro mutuata re, illos non computando in ſortem licitè acquirit illos, & per conſequens ad eorum reſtitutionem minimè tenebitur.

ca. Salubriter, extra de vſur.

Maior per ſe patet. Minor probatur per text. in capitulo, ſalubriter, extra: de vſur. inquo Innocentius tertius dixit [non computandos fore in ſortem à Genero fructus rei pignoratæ ſibi à ſuo ſocero pro dote ſibi non ſoluta.]

c. 1. & c. Conquæſtus, extra de vſur.

SED CONTRA eſt text. in capitulo primo. & c. Conquæſtus, extra: de vſuris (quorum tenor paulò poſt afferetur) in quibus præcipitur, fructus pignoris in ſortem computandos fore, ac per conſequens, ſi non computati fuerint, erunt omnino domino rei illius (cuius ſunt fructus) reſtituendi.

Notab. primũ.

1

Pignus vnde dicatur.

l. Plebs eſt. ff. de ver. ſignifi.

Reſpondeo præſenti quæſtioni decem concluſionibus, præmittendo tamen illis notabilia tria. Primum quorum eſt, quòd Pignus dicitur à Pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur: vnde etiam videri poteſt, verum eſſe, quod quidam putant, pignus propriè rei mobilis conſtitui: hæc omnia habentur in l. Plebs eſt. §. pignus. ff. de verborum ſignifi.

2

Pignus quid ſit.

Not. ſecundũ.

Inſti. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur. §. furti.

Hoſtien.

Pignus, enim, eſt obligatio rei licitæ pro debito inita: fit autem ad maiorem ſecuritatem creditoris: quia tutius eſt pignori incumbere: quàm in perſonam agere vt in §. furti. Inſtitu: de obligat. quæ ex delict. naſcun. vt docent quoquè Goffreda & Hoſt. in ſumma tit. de pignoribus.

Not. tertium.

3

Impẽſę in quotuplici differẽtia ſint.

Impenſæ, quæ fieri contingit circa rem pignoratam ſunt in triplici differentia. Nam aliæ dicuntur neceſſariæ, aliæ vtiles, aliæ voluptuariæ. Impenſæ enim neceſſariæ dicuntur illæ, quæ ſi factæ non fuerint, res illa (circa quam factæ ſunt) aut deteriorata, aut penitùs perempta eſſet. Vtiles verò dicuntur illæ, quæ meliorem ipſam rem efficiunt (circa quam factæ fuerunt) vel non ſinunt illam rem effici deteriorem, vtputa, arbuſti, vinearum paſtinationes, ſeu plantationes arborum, renouationes, & aliæ huiuſmodi: voluptuariæ verò expenſę dicuntur illę, quæ ſpeciem rei duntaxat ornant, ac decorant, non autem fructus rei augent: vt ſunt expenſæ factæ circa viridaria, fontes, aquas ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturas: & huiuſmodi alia ſimilia. Hæc omnia habentur in l. Impenſæ. ff. de verborum, & rerum ſignifi.

l. Impenſæ, ff. de verb. & rerum ſignifica.

Prima concluſio ſit hæc.

4

Pignus recipiens quando non peccet ſuſcipiendo aliquod emolumentum.

Mutuator recipiens in pignus rem de ſui natura frugiferam, vel vſu conſumptibilem: vt veſtis, & huiuſmodi, pro ſecuritate ſuæ rei mutuatæ, à mutuatario non patiente extremam neceſſitatem illius rei, quam in pignus tradidit, computando fructus huiuſmodi, & vſus pretium in ſortem: nullius peccati macula ſe fœdat. ſi verò re pignorata extremè indiguiſſet mutuatarius: tunc peccaſſet mortaliter faciendo contra charitatem, cùm in tali caſu ſibi ſuffeciſſet mutuare ſub fidei cautione idonea. Hæc concluſio probatur quatruplici medio. primo, enim iure diuino, Dominus enim præcepit non aſſumi pro re mutuata veſtem vel aliam rem mutuatario neceſſariam: ergo arguendo à contrario ſenſu licebit recipere pignus aliquod pro re mutuata, ipſi mutuatario non neceſſarium, vt patet: ſciendum ergo quòd Dominus infraſcripta verba protulit, videlicèt [ſi pignus acceperis à proximo tuo veſtimẽtũ ante ſolis occaſũ reddes ei: ipſum. n. eſt ſolũ, quo operitur, in dumẽtũ carnis eius, nec habet aliud ĩ quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exaudiã eũ, quia miſericors ſum. Nõ accipies loco pignoris ĩferiorẽ, & ſuperiorẽ

Exodi. cap. 22. verſi. 26.

Deut. c. 24. verſic. 6.

molam,

molam, quia animam ſuam appoſuit tibi. ſin autem pauper eſt, non per verſ 12.
noctabit apud te pignus: ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt dormiens verſic. 13.
in veſtimento ſuo benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram domino Deo
tuo. Nec auferes loco pignoris veſtimentum viduæ.] Probatur & ſecun- verſi. 17.
dò, iure poſitiuo, per text. apertiſſimum in capitulo primo, & capitulo con- c. 1. & c. Con-
queſtus, extra: de vſur. & per omnes canones & leges contentas ſub titulo de quæſtus, extra
pignoribus. in quibus explicitè dicitur. [fructus pignoris frugiferi compu de vſuris.
tandos in ſortem fore, & vnicuique licere aliquid recipere in pignus] Pro-
batur & tertiò Doctorum auctoritate: infraſcripti enim explicitè ſe ſubſcri-
pſerunt præſenti concluſioni, videlicèt: Diuus Thomas in 2. 2. quæſtio. 77. ar- S. Thomas.
ticulo ſecundo, in reſpon. ad ſextũ. Caietanus in Commentarijs 2. 2. vbi ſu- Caieta.
prà, Dominicus à Soto in libro ſexto, quæſtio. prima, articulo ſecundo, in re- Sotus.
ſpon. ad ſecundum argumentum. Conradus in tracta. ſecundo de contract. Conradus.
quæſtio. 32. concluſione prima (& omnes alij Doctores citandi in ſequenti
concluſione (implicitè tamen) cùm agant de quæſtione in qua quæritur an li-
ceat mutuatori ſuſcipere fructus rei pignoratæ pro re mutuata: ſupponen-
tes licere recipere pignus, cùm id non examinent, tanquàm clarum, ac iu-
ri naturali conſonum. Probatur & quartò hac ratione. ſi enim noſtra Ratio conclu.
concluſio falſa eſſet, hoc contingeret, quia contineret iniuſtitiam: ſed
per ſe patet, nullam iniuriam fieri, ſeu irrogari mutuatario, ſi petatur
ab eo pignus, iuxta contenta in concluſione: ergo patet veritas noſtræ con-
cluſionis.

5

Secunda concluſio.

Pignoris fructus non computans in ſortem, quando vſurarius ſit.

Mutuator qui recipit in pignus rem de ſui natura fructiferam, ab eo, qui
verus eſt dominus directus, & vtilis illius rei pignoratæ, ſi nullo habito re-
ſpectu ad intereſſe damni emergentis vel lucri ceſſantis, aut pœnæ mutuo
adiectæ (vt in tribus immediatè præcedentibus quæſtionibus) ſed ſolùm
ad mutuationem, recipit fructus ipſius rei pignoratæ in ſortem ipſos non
computando: vſurarius eſt, & ad reſtitutionem talium omnino tenebitur
dicto mutuatario, vel ipſos computare in ſortem: quàpropter quàm pri-
mum ex dictis fructibus (ademptis expenſis & alijs vt in ſequentibus con-
cluſionibus latiùs) ſibi fuerit ſatisfactum ratione mutui, ſtatim tenebi-
tur rem huiuſmodi pignoratam reſtituere eius Domino, non obſtante qua-
cumquè longi temporis præſcriptione. Dixi in concluſione hac [Domi-
nus verus directus & vtilis,] propter finalem concluſionem, inqua agi-
tur de feudatario mutuatario, qui dicitur rei feudalis ſolùm Dominus vti-
lis. Hæc concluſio probatur triplici medio. primo, enim per apertiſſi-
mum text. in capitulo primo, extra: de vſur. in quo Alexand. tertius in gene- ca. 1. extra de vſur.
rali Concilio Turonenſi noſtram concluſionem cõfirmauit infraſcriptis ver-
bis, videlicèt. [Generalis concilij decreuit auctoritas, vt nullus conſtitutus in
clero (adde, maximè, quia idem eſt de laicis, vt tex. in c. quoniam, eodem tit.
docet, & ibi gl. & omnes, cùm vſuram vniuerſaliter fuiſſe prohibitam iam ſu-
prà fuerit probatum) vel hoc, vel aliud genus vſuræ exercere præſumat. & ſi-
quis alicuius poſſeſſionem, data pecunia ſub hac ſpecie, vel conditione, in pi-
gnus acceperit: ſi ſortem ſuã (deductis expenſis) de fructibus iam perceperit:
abſolutè poſſeſſionẽ reſtituat debitori. ſi aũt aliquid minus habet, eo recepto, c. Conquæſtus
poſſeſſio liberè ad Dominũ reuertatur] hæc ibi. Idem in c. conquæſtus, extra: extra de vſur.

 de vſur.

de vſur. Alexandr. tertius ſtatuit his verbis videlicèt: [Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi terram ipſam titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius ſortem recepiſtis; prædictam terram clerico memorato reddatis.] Idem in c. Cùm contra G. de pignoribus, vbi hęc habentur, videlicèt: [Cũ cõtra G. ciuem anagninum ſuper quibuſdam poſſeſſionibus quas quondam pater tuus L. de Saul. pro certa quantitate pecuniæ obligauerat, & ipſius creditoris hæredes prædicto G. pignorauerant, mouiſſes in noſtra præſentia quæſtionem legitimè probauiſti, quòd ex eatum prouentibus tantum fuerat, tam ab eodem G. quàm ab alijs, qui eas tenuerant, à tempore quo fuerant obligatæ, perceptum, quòd fructus ſorti poterant adæquari. Nos igitur attendentes, quòd in talibus perceptio fructuum, in ſolutione ſortis accedat: cùm ſecundum canonicas ſanctiones fructus reſtitui, & in ſortem debeant computari: Conſiderantes etiam, quòd poſſeſſiones ipſæ iam extenuaſſent penitùs totum onus, & debitum annullaſſent, ipſas tibi reſtituendas eſſe decreuimus, & te per nuncium noſtrum in poſſeſſionem induci fecimus corporalem] hæc in dicto Canone. Idem ſtatuit Innocentius tertius in capitu. ſignificante, extra: de pignor. infraſcriptis vtens verbis videlicèt: [ſignificante R. ciue Piſano nobis innotuit, quòd cùm domum ſuam G. Piſano ciui pro ducentis quinquaginta libris pignori obligaſſet, ac promiſiſſet præſtito iuramento, quòd niſi domum ipſam ſtatuto termino recolligeret, creditorem vlterius ſuper ea minime moleſtaret: infra ſtatutum tempus per certum, & fidelem nuncium (prout ei videbatur) creditori pecuniam numeratam remiſit: quam, idem nuncius infideliter agens, ſicut ei iniunctum fuerat, non perſoluit: & poſtmodum idem R. ab imperatore detentus dicto G. ſatisfacere non potuit, vt debebat. Cùm igitur pactum legis Commiſſoriæ ſit in pignoribus improbatum: & prædictus R. quantum in eo fuit, iuramenti debitum adimpleuit: cùm per eum (quem certum nuncium eſſe ſperabat) pecuniam remiſerit termino ſtatuto: ſed in captione detentus ſatisfacere non potuit creditori. Mandamus, quatenus (ſi ita eſt) prædictum creditorem, vt ſorte contentus, penſionibus pignoris computatis in eam, illam præfato R. (omni dilatione poſtpoſita) reſignet pacto tali vel iuramento nequaquàm obſtante, cenſura eccleſiaſtica cogatis: Idem fuit ſtatutum in capitulo. Quoniam, extra: de vſur. in quo Alexand. tertius, infraſcriptis verbis vſus fuit ſcribens Archiepiſcopo Cantuarienſi, videlicet: [Quoniam non ſolùm viris eccleſiaſticis: ſed etiam quibuſlibet alijs periculoſum eſt, vſurarum lucris intendere: Auctoritate præſentium duximus iniungendum, vt eos, qui de poſſeſſionibus, vel arboribus, (quas tenere in pignore noſcuntur) ſortem, deductis expenſis receperunt: ad eadem pignora reſtituenda ſine vſurarum exactione, eccleſiaſtica diſtrictione compellas. hæc in dicto capitulo. Idem fuit confirmatum legibus imperialibus: Nam in l. prima. C. de diſtract. pignor. hæc habentur, videlicèt: [Fundum pignori obligatum, ſi creditor ex fructibus debitum conſecutus eſt (cùm ipſo iure pignus ab obligatione liberatum ſit) diſtrahere minime poterit] Idem in l. prima & ſecunda, C. de pignor. actio. Nam in dicta. l. prima hæc habentur videlicèt: [Quod ex operis ancillæ, vel ex penſionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum eſt: debiti quantitatem releuauit] & in l. 2. hæc haben-

c. Cùm contra G. extra, de pignor.

c. Significãte, extra, de pign.

6 *Pactum legis com. ſſoriæ in pignoribus eſt improbatum.*

c. Quoniã, extra, de vſur.

l. 1. C. de diſtr. pignor.

l. 1. C. de pign. actio.
l. 2. C. de pign. actio.

habentur, videlicet: [Creditor, qui prædium pignori nexum detinuit, fructus, quos percepit, vel percipere debuit, in ratione exonerandi debiti computare neceſſe habet: & ſi agrum deteriorem conſtituit, eo quoquè nomine pignoratitia actione obligatur.] Idem probatur per text. in l. fina. C. de pignor. actio. inquo hæc habentur, videlicet: [Quominus fructuum, quos creditor ex rebus obligatis accepit, habita ratione, ac reſiduo debito ſoluto: vel (ſi per creditorem factum fuerit, quò minus ſolueretur) oblato, conſignato, & depoſito: pignora, quæ in eadem cauſa durant, reſtituat debitori: nullo ſpatio longi temporis defenditur.] hæc ibi. Probatur inſuper præſens concluſio & ſecundò Doctorũ auctoritate: Sanctus enim Thomas (vnà cum infraſcriptis, locis citandis, præſenti ſe ſubſcripſerunt concluſioni) in 2. 2. quæſtio. 78. articulo ſecundo, in reſponſione ad ſextum, & ibidem Caietanus in commentarijs & in ſua ſummula. in ver. vſura exterior. in vndecimo caſu. Dominicus à Soto libro ſexto, de iuſtitia & iure, quæſtio. prima, articulo ſecundo, in reſponſione ad ſecundum. Gabriel Biel in quarto ſenten. diſtin. 15. quæſtio. vndecima, concluſione quarta. Ioannes de Medina in Codice de reſtitutione, de Rebus per vſuram acquiſitis. quæſtio. ſecunda. § Ad capit. Conqueſtus, extra: de vſur. in ver. Cùm ergo vſura eſſet. Gloſæ in dictis iuribus. Hadrianus Papa in tracta. de ſacramentis, titu. de Reſtitutione, capitulo, ſed dubium videtur an promiſſa. §. ex eidem ſoluitur alia quæſtio. fol. 56. colum. ſecunda. Hoſtienſis in ſumma titu. de Pignoribus. §. Quando efficaciter. in ver. ſi tamen quis fecerit iuramentum. Ioannes Andr. Antonius de Butrio: Panormitanus: Ioannes de Anania in citatis iuribus. Bartolus in dictis legibus citatis ac relatis. Conradus in tracta. ſecundò de Contractibus, quæſt. 32. concluſione quinta. Syluestr. in ſumma, in ver. Pignus. §. 7. & 11. Nauarrus in ſuo manuali, capitulo 17. numero 217. Probatur, & tertiò hac ratione, videlicèt.

l. ſi. C. de pign. actio.
S. Thom.
Caieta.
Sotus.
Gabriel Biel
Io. de Medi.
Gloſæ.
Hadria. ſextus.
Hoſtien.
Io. And.
Ant. de But.
Panor.
Io. de Ana.
Barto.
Conradus.
Syluest.
Nauarrus.

Omnis qui recipit vltra ſortem mutuatam (ſolo reſpectu mutui) vſurarius eſt, & ad taliter accepti reſtitutionem tenebitur.

At recipiens fructus rei pignoratæ ſibi, pro rè mutuata, (illos non computando in ſortem) recipit vltra ſortem: cùm recipiat fructus rei non ſuæ.

Maior propo.
Ratio conclu.
Minor propo.
Concluſio.
l. 2. C. de pign. actio.

7
Quando quis teneatur computare in ſortẽ fructus rei pignorata percipiendos,

Ergo recipiens fructus rei pignoratæ ſibi (illos non computando in ſortẽ) cùm recipiat vltra ſortem, & fructus rei non ſuæ: vſurarius eſt: & ad taliter accepti reſtitutionem tenebitur.

Maior propoſitio veriſſima eſt, ſæpiuſquè fuit probata in præcedentibus quæſtionibus, & per iura allata ad probandam præſentem conclùſionem.

Minor probatur iuribus allatis, & præcipuè per text. in l. ſecunda. C. de pignorat. actio, in qua dicitur, ꝙ [fructus rei pignoratę ſortem extenuant: cùm ſint fructus rei non ſuæ, percepti à mutuatore vel creditore pignus poſſidente.]

Tertia concluſio.

Mutuator tenetur (in caſu pręcedentis cõcluſionis) computare in ſortem; vel reſtituere mutuatario nõ ſolum perceptos fructus ex re pignorata: verũ etiã, & illos quos mutuator potuiſſet percipere: in tribus tantũ caſibus ipſos fructus percipiẽdos reſtituere eidẽ mutuatario: perceptos verò ſemper, vel computare in ſortem. Primus caſus eſt, ſi. mutuator ex dolo omiſit

Primus, in quo tenens rem pignoratam fructiferam, tenetur reſtituere eius fructus ſi perceptos, qui tamen potuiſſent percipi. Secundus caſus Quis dicatur in lata culpa.

illos percipere, vt puta, odio mutuatarij: vt ſic ipſo non percipiente, mutuatarius illis priuaretur. Secundus caſus eſt, quando mutuator non percipiendo illos, fuiſſet in lata culpa: & ille dicetur eſſe in lata culpa, qui non agit illud, vel non nouit illud, quod omnes homines ipſius met profeſſionis agunt, vel ſciunt: & ratio eſt, quia lata culpa æquiparatur dolo: vnde ſi mutuator accepit domum in pignus, vel aliam rem ſolitam locari, & noluit aut neglexit locare eam, tenebitur ad penſionem annuam quam percipere ſolebat mutuatarius eam locando: & hoc ſolùm ſi dictus contractus fuiſſet cœlebratus gratia mutuatarij ſolùm: ſed ſi gratia vtriuſquè, tunc mutuator teneretur etiam de leui culpa, vt puta, vt tu inhabitares domum meam, pignoraui eam tibi, vel conſtitui tibi aliquod lucrum, eo enim, caſu debet teneri creditor mutuator non ſolùm de dolo, & lata culpa, verùm etiam de leui culpa, vt in l. ſi vt certo. ff. commodati, vel contra: & ideo debet ſibi computare illos fructus, quos diligens pater familias percepiſſet: quod & Pannormitanus quoquè docuit in cap. 1. extra de vſur. in Glo. 1. in fine: necnon & dictus tex. in dicta l. ſi vt certo. & quòd traditio pignoris ratione mutui dicatur contractus cœlebratus gratia vtriuſquè: per ſe patet: cùm mutuum regulariter fiat gratia mutuatarij, traditio verò pignoris fiat gratia mutuatoris, vt quàm elegantiſſimè docuit textus in §. fina. Inſtitu. Quibus modis re contrahitur obligatio.

l. Si vt certo. ff. Commodati, vel contra. Panor.

Traditio pignoris quare dicatur côtractus cœlebratus gratia vtriuſquè.

§. Fin. Inſti. qui bus mod. re cô trah. obligat.

Tertius caſus.

Tertius caſus eſt, ſi mutuatori percipienti fructus pignoris iam fuiſſet ſatisfactum de ſorte principali à ſe mutuata perceptione fructuum dictæ rei pignoratæ: ſi illos computaſſet in ſortem (vt debebat) & ſibi ex huiuſmodi fructibus ſatisfeciſſet ratione cuiuſcumquè alterius intereſſe illucuſquè per ipſum mutuatorem paſſi ratione mutuatæ rei: nec non, & pro expenſis factis ratione rei pignoratæ, vel eiuſdem fructuum (vt latius dicetur in quinta conclusione) his ergo omnibus ſic ſtantibus tenetur mutuator mutuatario reſtituere ſtatim rem ſibi pignoratam pro tali mutuo conceſſo abſquè alia ſolutione cuiuſcumquè minimæ rei. Hæc igitur concluſio.

Probatur triplici medio. primo enim (vltra iura allata in probationem præcedentis concluſionis) per tex. in l. 2. C. de pignor. actio. in quo hæc aurea verba continentur, videlicèt: [Creditor, qui prædium pignori nexum detinuit, fructus, quos percepit, vel percipere debuit in ratione exonerandi debiti, cô putare neceſsè habet] hæc in dicta l. Idem habetur in l. 2. C. de Partu pignoris. vbi infraſcripta dicuntur, videlicèt: [Cùm pignoris titulo mancipia vos obligaſſe pro mutua (quam accepiſtis) pecunia, proponatis: horum mancipiorum operis, quas creditor accepit, vel quas percipere potuit, in vſuras computatis, & poſt in ſortem extenuato debito, reſiduum offerentibus: vel ſi non accipiat, conſignatum deponentibus, mancipia vobis præſes prouinciæ reſtitui iubebit.] Idem probatur quoquè per argumentum in capi. Grauis, extra: de reſtitut. ſpoliat. in quo Cœleſtinus tertius infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicèt: [Mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, prædictum Archidiaconum, ablata prænominati monaſterij fratribus, cum integritate reſtituere, damna plenariè reſarcire, & de illatis iniurijs competenter ſatisfacere compellatis: prouiſuri, vt non tantùm fructus à nouo, & violento poſſeſſore perceptos, ſed quos (ſi eis poſſidere fuiſſet licitum) poſſeſſores vteres percepiſſent: reddi faciatis eiſdem.] hæc ibi. Attamen ſciendum quòd non ſine cauſa non dixi probari noſtram concluſionem per textum in dicto c. Grauis.: ſed

l. 2. C. de pign. actio.

l. 2. C. de Partu Pigo.

ca. Grauis extra de reſtitu. ſpoliat.

ſed per argumentum in dicto cap. Grauis: quia licèt dictus tex. explicitè non loquatur de caſu diffinito in noſtra concluſione, benè (tamen) implicitè, arguendo ab identitate rationis. Nam ipſe Dominus Antonius de Butrio dixit in dicto c. Grauis, quòd (quoad hanc materiam) nulla reperitur differentia inter malæ fidei poſſeſſorem, & violentum poſſeſſorem: quod quidem rationi valde conſentaneum eſt: cùm & is, qui fructus rei non ſuæ ſibi retinere, ſine domini illius rei conſenſu velit, poſſit iure optimo dici violentus poſſeſſor, & etiam malæ fidei poſſeſſor: quapropter ſicut violentus poſſeſſor rei alienæ tenetur rem, & fructus perceptos, & percipiendos proprio & vero Domino rei reſtituere (iuxta ſanctionem dicti capi. Grauis,) ſic & is, qui fructus rei ſibi pignoratæ fructiferæ ex ipſa re ſumpſit. Probatur & ſecundò, præſens concluſio Doctorum auctoritate in infraſcriptis locis, videlicèt: Hoſtienſis in ſumma in titu. de pignoribus. §. Quando efficaciter intentetur. in verſicu. ſed nunquid creditor. Glo. in dictis Iuribus. Ioannes And. in dicto c. Grauis, & in c. j. extra, de vſur. Dominus Antonius in dicto c. Grauius, & in cap. 1. extra, de vſur. in quo appellat recipientem fructus pignoris, violentum, & malæ fidei poſſeſſorem, & iccircò compræhendi in conſtitutione dicti c. Grauis, Panormitanus in dictis c. Grauis, & c. 1. extra: de vſuris. Ioannes, de Anania in d. c. j. col. 2. in verſi. Nota quòd creditor debet percipere fructus. Glo. in cap. Cum contra, extra: de pignoribus, in verſi. Perceptum. Bartolus in dictis legibus. Conradus in opuſculo ſuo de contract. tract. 2. quæſt. 32. concluſione ſexta. Syluest. in ver. Pignus. §. 11. Nauarrus in manuali, capitu. 17. nume. 216. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm damnificans aliquem iniuſtè (vt ſæpiùs fuit probatum) teneatur parti læſæ ad omne damnum illatum. Indè ſequitur neceſſariò quòd mutuator in terminis præſentis concluſionis teneatur ad reſtitutionem omnium fructuum rei pignoratæ non ſolùm præceptorum, verùm etiam percipiendorum à mutuatario, cùm propter moroſam reſtitutionem rei pignoratæ ſibi factam, à talium fructuum perceptione mutuatarius ab ipſo mutuatore fuerit impeditus.

Anto. de Butr. — Hoſt. — Gloſ. — Ioa. And. — Ant. de Butr. — Panor. — Ioa. de Ana. — Glo. — Barto. — Conradus. — Syluest. — Nauarrus. — Ratio concluſionis.

Quarta concluſio.

7 Mutuator non ſeruans per annum fructus rei pignoratæ (qui ſeruando ſeruari poſſunt) vt cariori pretio illos poſt annum vẽdere potuiſſet, ſi viliori pretio illos hac de cauſa vendidiſſet, tenebitur huiuſmodi damnum illatum reſtituere mutuatario, vel computare in ſortem. Hæc concluſio probatur duplici medio. primò, per argu. in l. Is cui. § Qui legatorum. ff. vt in poſſeſ. legat. vbi dicitur, quòd [fructus, qui conſeruari poſſunt, conſeruandos, reliquos vendẽdos fore] Idem dicitur in l. fi. §. penult. ff. de requir. reis, licèt ibi dicatur, etiam huiuſmodi creditorem non teneri illos conſeruare poſt annum. Probatur & ſecundò Bartoli auctoritate in l. j. C. de pigno. acti. nu. 4.

Pignoris fructus non ſeruatos reſtituere quando quis teneatur. — L. Is qui. ff. vt in poſſ. legat. — l. fi. ff. de requiren. reis. — Bartol.

Quinta concluſio.

8 Mutuator illos fructus rei pignoratæ non tenebitur computare in ſortem, quorum pretium ipſe expendiſſet gratia fructuum quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum: nec non in neceſſarijs, ac vtilibus, tantùm, expenſis factis circa rem pignoratam, vtputa, reparando domum ruituram, excolẽdo agrum, vel paſcendo iumentum: & huiuſmodi. Hæc concluſio probatur triplici medio. primò, enim per argum. in l. fructus. ff. ſoluto matrimonio. in qua dicitur, [fructus eos eſſe conſtat, qui deducta impenſa ſupererunt] Idem in l. Diuortio. §. fi. ff. ſolu. matrimo. vbi dicitur, [quòd impẽdia fructuum percipien-

Pignoratæ rei fructus quis poſſit deducere pro expẽſis. — l. fructus. ff. ſoluto matri. — l. Diuortio. ff. ſoluto matri.

cipiendorum cauſa. Pomponius ait quod in arando, ſerendoquè agro impenſum eſt, quodq; in tutelam ædificiorum, ęgrumquè ſeruum curandum, ſcilicet, ſi ex ædificio, vel ſeruo fructus aliqui percipiebantur: ſed hæ impenſæ nō repetuntur: cum maritus fructum totius anni retinet: quia ex fructibus, priùs impenſis ſatisfaciendum eſt: Planè ſi nouam villam neceſſariò extruxit, vel veterem totam ſine culpa ſua collapſam reſtituit, erit eius impenſæ petitio. ſimilimodo, & ſi paſtina inſtituit. Hæ enim impenſæ, aut in res neceſſarias, aut viles cedunt: pariunt marito actionem.] hæc in dicto §. Animaduertendum tamen, quòd non ſine cauſa dixi, noſtram concluſionem probari per argumentum dictorum iurium: quoniam, licèt textus illi non loquantur ſpecialiter de materia noſtræ concluſionis, tamen arguere poſſumus à ſimili iuxtà regulam vulgatam, quòd: Vbi eſt eadem ratio, idem & ius erit.

Vndè cùm in dictis iuribus habeatur ratio de fructibus reſtituendis: & appellatione fructuum veniat ſolùm id, quod ſupereſt deductis expenſis (vt in concluſione noſtra) quod & probant verum omnes Doctores citati in præcedenti concluſione, qui etiam ſe ſubſcripſerunt, & præſenti concluſioni, vnà cum Gloſ. dictorum iurium, & Bartol. in dictis iuribus. Conrado in tract. 2. de contractibus, queſt. 32. concluſione quinta, in ver. quartus: quando mutuator fecit expenſas. Syl. in ver. Pignus. §. 13. Probatur & tertiò præſens concluſio hac ratione, videlicèt: Cùm ſępiſſimè in præcedentibus quæſtionibus fuerit probatum, vnumquemquè in mutuatione poſſe ſe ſeruare indemnem: indè ſequitur veritas noſtræ concluſionis: quoniam ſi falſa ipſa eſſet, ſequeretur quòd oporteret mutuatorem ſine ſua culpa ex mutuatione pati intereſſe damni emergētis, eò quòd oporteret eum proprijs impendijs fructus rei pignoratæ colligere in vtilitatem mutuatarij, qui ex hoc ſentiret tria commoda, primum recipiendo mutuum, ſecundum recipiēdo fructus ſine proprijs expenſis, tertiū habendo procuratorem laborantem pro ſe ſine premio, & mercede aliqua: & èccontra, mutuator tria incommoda incurreret. primum priuando ſeipſum ſua pecunia, & ſecundum expendendo de proprio, ac huiuſmodi impendia amittendo, tertium elaborando pro mutuatario ſine mercede, ad quę omnia incommoda (quæ ſequerentur ſi noſtra conclu. non eſſet vera) ſuſtinenda nullo iure ipſe mutuator cōpellitur, cū mutuatarius non debeat cū iactura mutuantis locupletari, ut in c. locupletari. de regu. iur. in 6.

Gloſ. Barto. Conradus.

c. locupletari, de regul. iuris. in 6.

Sexta concluſio.

9 *Pignoris pretiū excedēs pretiū rei mutuatæ erit reddendū Domino rei ſic pignoratæ.*

Mutuator paciſcens cum mutuatario de uendendo pignore ſi in termino inter eos præfixo non reddiderit rem mutuatam, licèt poterit uēdere pignus, illo non conſentiente, tamen poterit mutuatarius ab illo petere id, quod mutuator uendidit ultra ſortem mutuatam, vel ſi nondum uerè uendidiſset, uel dolo malo minùs uendidiſset, habebit actionem contra ipſum: quoniam in conſcientia ipſum mutuatorem furtum committere comprobatur: cùm contra iuſtitiam impediat mutuatarium à receptione illius pluris, quod eius eſse per ſe patet: Vnde & ad reſtitutionem tenebitur: Hæc concluſio probatur duplici medio. primò, per tex. in l. Pactum. C. de pignorat. act. in qua dicitur, per huiuſmodi pactum licere mutuatori uendere rem pignoratam, mutuatario debitori competere aduerſus creditorem pignoratitia actio: pro cuius maiori intelligentia ſciendum, quòd actio pignoratitia datur in his caſibus. primo, quando mutuator, ſeu creditor, plus uendiderit quàm ſors mutuata erat, in tali caſu mutuator tenebitur illud plus reſtituere mutuatario,

l. Pactum. C. de pignor. act. Pignoratitia actio i quibus caſibus detur.

quod

quod ſi non faciet, tenebitur ad intereſſe, vt apertiſſimè cauetur in l. Quamuis, §. fi. & l. ſequenti. ff. de pignorat. actio. & in l. fin. §. ſin verò creditor. C. de iure dominij impetran. ſecundo quando dolo, tertio vel mala fide vendidit, quartò vel ante diem. vt in l. j. C. ſi vendito pignore agatur. In qua habetur quòd [competat mutuatario actio huiuſmodi cõtra emptorem, ſi mala fide emiſſet, & mutuator non eſſet ſoluendo.] Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate. Gloſa enim & Bartolus in dictis iuribus ſe ſubſcripſerunt præſenti concluſioni.

l. Quàmuis, & l. ſeq. ff. de pig. actio.
l. fin. C. de iure dominij impetrando.
l. 1 C. ſi vendito pignore agatur.
Glo.
Barto.

Septima concluſio. 10

Pignoris dominus nunquam erit mutuator etiam cum pacto in caſu non ſolutionis.

Mutuans alicui aliquid ſub pignore recepto (cum expreſſo pacto quòd ſi infra tale tempus mutuatarius non ſibi reſtituet rem mutuatam, ſeu æquiualens: mutuator efficiatur Dominus rei ſic pignoratæ, ita vt non teneatur reſtituere mutuatario pignoratam rem, ſibi offerenti æquiualens rei mutuatæ) nihil iuris acquirit ſuper rem pignoratam: vndè ſtatim oblato æquiualenti rei mutuatæ ipſi mutuanti: tenebitur ei illud aſſignare.] Hæc concluſio probatur triplici medio, primò enim per tex. in c. ſignificante, extra: de pignor. cuius tenorem verborum retulimus ſuprà, ad probandam ſecundam concluſionem (ibi vide) cùm litera ſit apertiſſima. Idem per tex. in l. j. C. de pactis pigno. & de lege commiſſaria vbi hæc habentur videlicèt. [Qui pactus eſt, niſi intra certum tempus, pecuniam, quam mutuam accepit, ſolueret, ceſſurum ſe creditoribus, hypothecæ venditionem non contraxit: ſed id comprehendit, quod iure ſuo creditor in adipiſcendo pignore habiturus erat] Idem in l. fin. dicto titu. C. vbi dicitur, videlicèt; [Quoniam inter aliàs captiones præcipuè Commiſſoriæ pignorum, legis creſcit aſperitas: placet infirmari eam, & in poſterum omnem eius memoriam aboleri. ſiquis igitur tali contractu laborat, hac ſanctione reſpiret: quæ cum præteritis præſentia quoquè repellit, & futura prohibet] hæc ibi. pro cuius maiori intelligentia ſciendum quòd pactũ legis commiſſoriæ (vt in l. 1. & 2. ff. de lege commiſſoria) eſt, vt venditio facta alicuius rei non ſoluta pecunia, ſed promiſſa infra tale tempus pecunia ab emptore habeatur, ac ſi non fuiſſet facta.] Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate. Glo. in dictis iuribus, Innocen. in dicto c. ſignificantè. Ioannes And. in dicto c. ſignificante, qui & addit nonnulla notabilia: (quę implicitè, tamen, continentur in concluſione præſenti) in ver. Quid ſi dicat. Vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicèt: Quid ſi dicat, ſi non ſoluero, ipſam rem do inſolutum: pactum hoc non valet, vt in l. Quamuis, ff. de ſolutionibus, vbi tex. eſt apertiſſimus: Quid ſi dicat, quòd non liceat in perpetuum redimere, non valet:] argu. in c. fin. extra: de præcario, & in l. Cùm præcarium. ff. de Præcario. Quid ſi dicat, habeas rem in feudum: nec hoc valet, argu. in c. Ad noſtram, extra: de rebus eccleſię non alien. Quid ſi dicat, in perpetuum non repetam: non valet vt hìc, arg. in l. ſi duo patroni. §. Idem Iulianus. ff. de iureiur. Quid ſi in hoc renunciat beneficio iuris. Non valet, vt in c. ſi diligenti, extra: de foro compet. Quid ſi promiſit pœnam ſi repetat. Non valet, argu. in l. 2. reſp. j. ff. ſi quis caut. Quid ſi iurauit non repetere, dicunt quidam, quòd iuramentum non tenet, arg. in l. Non dubium. C. de legibus: ipſe Ioannes Andr. dicit, quòd iuramentum tenet, & cum ipſo ſentire Innocentium vbi ſuprà, & Bartolum in dicta l. quàmuis, ſecundum Tancr. hæc Ioannes Andr. cuius dictis omnibus, & noſtræ concluſioni Anto. de Butrio & Panor. in dicto c. ſignificante, ſe ſubſcripſerunt, qui ambo dicunt, quòd licet iuramentum ſit obligatorium

c. Significante extra de pign.
l. 1. C. de pactis pigno.
l. fi. C. eod. titu.
Pactum legis commiſſoriæ quid ſit.
l. 1. & 2. ff. de l. Commiſſoria.
Gloſę.
Inno.
Io. And.
l. Quamuis. ff. de ſolutio.
Barto.
Anto. de Butr.
Panor.

Ratio concluſ.

torium(cum poſſit obſeruari à iurante ſine ſuo peccato) tamen non iccircò firmatur contractus de iure nullus, quàpropter mutuator tenebitur dare id, quod ſupereſt de valore rei pignoratæ excedens rem mutuatam. Probatur & tertiò duplici ratione præſens concluſio,& quare idem non dicatur in cõtractu emptionis.prima ergo ratio eſt(ſecundum prædictos Doctores.) quia obligatio pignoris ſolet fieri pro minori longè quantitate,quàm res valeat: vnde ſi valeret illud pactum,multum deciperetur debitor,qui cupiditate habendi mutuum quo pro tunc indiget,de facili iniret omne pactum: vnde voluit lex in hoc proſpicere vtilitatibus ſubiectorum: quæ ratio ceſſat in contractu emptionis. Nam communiter res venditur pro iuſto precio: & ſic quando contractus diſſoluitur, non decipiuntur contrahentes. Alia ratio noſtræ concluſionis quoquè redditur,& eſt: Nam ſi tale pactum valeret, creditor vix aut nunquàm mutuaret ſine iſto pacto: quod profectò continet in ſe crimen vſurarum:quia mutuans non debet ponere ſpem conſequendi illud lucrum,quia indè haberet rem elapſo termino pro iniuſto pretio:quare patet, noſtram concluſionem decoratam,ac fulcitam eſſe maxima ratione in odium vſurariorum,ſalutem animarum ipſorum, & ſubleuamen miſerorum inopũ: & tertia ratio erit: quoniam venditor non ſubiacet caſibus fortuitis, dominus verò pignoratæ rei ſubiacet: cum ad emptorem ſit tranſlatum dominiũ, & non ad recipientẽ pignus.

11 *Ratio prima qua probatur pactum inualidũ in cõtractu pignoris quare ſit q̄ ſi non ſoluatur mutuata pecunia tempore præfixo, pignus ſit mutuatoris. q̄ tamen in contractu emptionis valet.*

Ratio ſecũda.

Ratio tertia concluſionis.

Octaua concluſio.

12 *Pactum de ſibi lucrando pignore valet cũ fideiuſſore.*

l.fin.ff.de contrah.empt.

Quàmuis mutuatoris pactum prædictum (vt in præcedenti concluſione) ſit inualidum: tamen ſi fieret hoc ipſum inter mutuatarium, & fideiuſſorem ſuum:vt ſi opus eſſet ipſi fideiuſſori ſoluere mutuatori mutuatam pecuniam pro mutuatario, pignus ſit ipſius fideiuſſoris in ſolutum (nulla facta, aut interueniente fraude de perſona ad perſonã,huiuſmodi pactum eſſet validum, & obſeruandum.hæc concluſio probatur apertiſſimè per tex.in l.fin.reſpon. primo.ff.de contrah.empt.& ibi per iuriſtas, & per Canoniſtas omnes in ca. ſignificante:de pignoribus.

13 *Pignus perdẽs ſine dolo, nõ tenetur ad reſtitutionẽ eius.*

l.Si creditor ſine uitio. C. de pign.actio.
l.Sicut C. de pignor. & hipo.
Inſt. quib mo. re contrahere. oblig.§.fin.

Nona concluſio.

Si mutuator ſine ſua culpa leui, aut lata, aut dolo amiſerit rem ſibi pignoratam,non tenebitur mutuatario reſtituere valorem rei mutuatæ, ſi hoc maniſeſtiſſimis documentis probauerit: ſed ſi culpa eius hoc acciderit, vel ipſummet eſſe immunem à culpa probare non poterit, tenebitur reſtituere Domino pignoris, quanti ipſius intereſſet amiſſio talis rei: Hæc concluſio probatur per tex.in l.ſi creditor ſine vitio,C.de pignor. act.& in l.ſicut.C.de pignor.& hypoth.& Inſti.quibus modis re contrah. obli. §.fin.& per Gl.Bar.& alios Doctores in dictis iuribus.

14 *Pignus caſu fortuito ammiſſum non tenetur quis reſtituere.*

l.Pignus.l.Quę fortuitis. l. ei qui nulla.C.de pignor.act.
Glo.
Barto.

Decima concluſio.

Mutuator, qui caſu fortuito amiſit rem pignoratam ſibi, non tenetur reſtituere valorem eius mutuatario, qui neque per talem amiſſionem non liberatur à ſolutione rei ſibi mutuatæ: niſi expreſsè inter eos tale pactum fuiſſet initum. Hæc concluſio probatur per tex.apertiſſimum in l.pignus.l.Quę fortuitis caſibus,& l.ei,qui nulla.C.de pignor. act. & ibidem per Gloſas, & Bartolum qui dicit,caſum fortuitum dici eum cui quis reſiſtere non poteſt, vel præuideri non poteſt.

15 *Pignoratam*

Vndecima concluſio.

Mutuator,qui fundos,vel domos pignoratas accepit,damnum in decidendis

dis arboribus vel in domibus deſtruendis ab eodem datum, in rationem debiti cauſa mutui facti à mutuatario deducere cogitur: & ſi rem pignori ſuppoſitam dolo, vel culpa (vt in præcedentibus concluſionibus fuit probatum) deteriorem fecerit, tenebitur mutuatario ad omne huiuſmodi intereſſe: & talem rem illam reſtituere ipſi, qualis illa fuerat tempore pignorationis. Hęc concluſio probatur per text. in l. Creditor, qui fundos, C. de pignor. actio. & ibi per Glo. Barto. & alios Doctores Legiſtas.

rem damnificans tenetur ad reſtitutionem.

l. Creditor. C. de pign. act.

Duodecima concluſio.

16

Dominus directus rei pignoratæ quãdo nõ teneatur fructus ipſius cõputare in ſortem.

Recipiens vltra ſortem mutuatam, non reſpectu mutui, ſed iuris ſibi debiti, ideſt, de iure, licèt acquiſiti modò mediante mutuo, vel quia ſua erat res illa vel ex natura rei feudalis pignoratæ, non committit vſuram, concurrentibus, tamen, quatuor ſubſequentibus conditionibus; quarum prima eſt, ſi feudalis res pignorata, fuiſſet conceſſa gratis ipſi feudatario. Secunda, quòd res illa non fuiſſet meliorata per feudatarium. Tertia, quòd durante tali impignoratione, mutuator non recipiat aliquod ſeruitium ratione feudi ab ipſo mutuatario. Quarta, quòd ſi conceſſa fuiſſet res feudalis vel emphyteutica à domino feudi (vel talis poſſeſſionis pignoratę) ſine premio cum pacto expreſſo, quòd ſi contingeret ipſum feudatarium ipſam impignorare poſſeſſionem, Dominus directus talis poſſeſſionis poſſet ſuſcipere fructus non tantùm ipſius (qui pro tunc recipiebantur à feudatario) verùm etiam fructus eius, qui prouenturi eſſent ex melioratione facienda à feudatario: ſed ſi aliqua ex his conditionibus deficeret, nullatenus licebit ei, qui ſuſcepit talem poſſeſſionem in pignus pro aſſecuratione ſuæ mutuatę pecuniæ fructus ipſius poſſeſſionis facere ſuos: ſed illos omnino computabit in ſortem, deductis tamen deducendis, vt in pręcedentibus concluſionibus. Hæc concluſio probatur triplici medio, primò, enim per text. in capitu. 1. extra: de vſur. ſecundum verum intellectum ipſius. Cùm ibi dicatur ab Alexandro tertio, quòd [vſura ſit ſuſcipere fructum rei pignoratæ, illum non computando in ſortẽ principalem; niſi eſſet poſſeſſio eccleſiæ, quę aliàs non poſſet redimi à beneficiato illius, redimendo hoc modo iniuſtam vexationem ſuæ eccleſię illatam] vt etiam docet textus in capitulo, Conquęſtus. de vſur. in quo Alexander idem tertius [Prohibuit receptionem fructuum rei pignoratę, ipſos non computando in ſortem: niſi res illa eſſet res de feudo monaſterij:] Hæc omnia verba dictorum Canonum intellecta cum grano ſalis, & non ſecundum corticẽ literę ſolùm, apertiſſimè noſtram probant concluſionem, vt doctiſſimè probat Didacus Couarruuias in lib. 3. variarum reſolutionum, capit. 1. nume. 4. Idem probatur per tex. in c. 1. extra de feudis, ſecundum legitimum intellectum, queamdmodum patet etiam ad ſenſum: cùm non ſit veriſimile, quòd pontifices illi in dictis iuribus voluerint ſic ſimpliciter mutuatori concedere receptionem vltra ſortem mutuatam, de iure diuino, & naturali prohibitam, ſolo intuitu naturę rei feudalis, cùm nullibi tale quid conceſſum legatur expreſſè, & tacitè ſemper prohibitum generali prohibitione: Cùmquè ſtantibus dictis conditionibus ipſa concluſio ſit rationi valde conſentanea. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate. Diuus, enim, Thomas in 2.2.q.78. articulo 2. in reſp. ad ſextum, loquendo ſimpliciter, dicit, vſuram eſſe accipere fructus rei pignoratę, illos non computando in ſortem, inquantum pignus eſt, & non alio reſpectu. Cui concordat Caietanus in commentarijs ibidem: & icircò dixi, quòd niſi concurrant dictę conditiones, nõ liceret hac ſola ratione

ca. 1, extra, de vſur.

c. Conquæſtus extra, de vſur.

Didac. Couarruuias.

Caietanus. ca. 1. extra, de feudis.

S. Thomas.

Caietanus.

tione aliquid decipere:cùm clarè pateat, quòd illis concurrentibus nihil vltra ſortem recipiatur,eoque hoc ſibi debeatur ratione pacti initi cum feudatario,cui ipſe talem poſſeſſionem donauerat,vt ſupponimus, & explicitè docuit Gabriel Biel in 4.ſenten.diſt.15.quæſt.11.concluſ.4.caſu ſecundo,& Didacus Couarruuias, vbi ſupra.Nauarrus in ſuo manuali. cap.17.nume.217. & 218.Syluеſt.in ver. feudum,in fine. Innoc. in c.1. extra de feudis. Ioannes de Medina in quæſt.2.in reſpon.ad c.conqueſtus.Codicis de Rebus per vſuram acquiſitis. & licèt omnes conditiones ſupra recenſitæ non afferantur a prædictis Doctoribus ſigillatim,benè,tamen, omnes ex ipſorũ dictis eliciunt. ſecundum quas, et poſſunt concordari omnes Doctores,quos citat Couarruuias, contra quos ipſe inſurgit, negando quòd non ſit hoc proprium rei feudalis conditio,vt quàm primùm ad directum Dominum redeat,reintegretur dominium directum cum vtili,vt ſic fructus ſint ſui. Et quidem (meo iudicio) prædictæ conditiones rationi ſummopere conſentaneæ non diſſonant à mente dictorum doctorum, qui ſunt infraſcr. videlicet,Hoſt. Ioannes And. Cardinalis,& Abbas in dictis iuribus,Conraduſque tract.2.de contractibus, quæſt.33.concl.3.Probatur & ratione:quoniam ſtantibus conditionibus,prædictis nihil non ſuum recipit vltra ſortem:ipſis tamen deficientibus vltra ſortem accipere per ſe patet,& per conſequens,vſurarium eſſe.

Gabriel Biel. Couar. Nauarrus. Syluеſt. Ioan. Io.de Medi. Hoſtien. Io.And. Zabarel. Paсor. Conradus.

Ad argumentum facillima erit reſponſio negando minorem, & ad probationem dicitur, nihil ad rem facere textum illum, cùm loquatur in pignore gratia dotis non ſolutæ,aſſignato:de quo non agitur in quæſtione hac propoſita,ſed in ſequenti. 11

QVAESTIO XXII.

Vtrum Gener, vel eius hæredes (ratione dotis ſibi non ſolutæ à ſuo ſocero, vel eius hæredibus) ſuſtinendo onera matrimonij tuta conſcientia poſſint percipere fructus pignoris fructiferi ſibi traditi (loco ſolutionis dotis promiſſæ à ſocero)illos non computando in ſortem,donec ſibi aſſignata fuerit dos, ſeu dotalis pecunia ſibi promiſſa.& quid ſentiendum ſit de vidua, cui non fuit reſtituta dos vnà cum aliis rebus (ſi quas habuiſſet) poſt mortem viri ſui: an & ipſa poſſet ſuſcipere fructus rei ſic pignoratæ ſibi, illos non computando in ſortem.

SVMMARIVM.

1 *Pignoratæ rei pro dote non ſoluta genero quare dicendum non ſit hoc ſibi competere ex priuilegio.*
2 *Pignoris fructus pro dote non ſoluta Gener quando non poſſit capere.*
3 *Pignoris fructus gener quando poſſit ſumere etiam conceſſo termino ad ſoluendum ſibi dotem vxoris,pro qua datum fuit ſibi pignus.*
4 *Pignoris fructus à quo die poſſit capere Gener pro dote ſibi non ſoluta.*
5 *Pignoris fructus pro dote non ſoluta quando gener non ſuſtinens onera matrimonij percipiet.*

Pignoris

6 *Pignoris fructus, antequàm ducatur vxor, ſunt computandi in dotem ſi ſunt percepti à Genero.*
7 *Pignoratę rei fętus lucrabitur Gener, ſi ſunt fętus pecorum pro dote non ſoluta.*
8 *Pignoratarum fętus ancillarum pro dote non ſoluta non lucrabitur Gener.*
9 *Regula cognoſcendi quando maritus lucrifaciat fructus rei pignoratę pro dote ſibi non ſoluta*
10 *Gener poteſt recipere cenſum annuum pro dote non ſoluta, donec ſoluta fuerit dos.*
11 *Differentia inter penſionem annuam pro dote non ſoluta, et poteſtatem ſuſcipiendi fructus rei pignoratæ hac eadem de cauſa, aſſignata à Ioanne Andrea, an ſit valida.*
12 *Hæredes legitimi mariti an poſſint ſumere fructus rei pignoratę pro dote non ſoluta ei, cuius ſunt hæredes.*
13 *Quid de hæredibus extraneis.*
14 *Vidua quando poſſit ſumere pignoris fructus pro dote ſibi non reſtituta.*
15 *Vidua prædicta an poſſit alimenta ſumere.*
16 *Vidua prędicta, quæ lucra teneatur reſtituere hæredibus, à quibus ſuſcipit alimenta pro prædicta cauſa.*
17 *Vidua prędicta an poſſit recipere cenſum pro dote ſibi non ſoluta.*

CVm in præcedenti quęſtione fuerit probatum abundè ſatis, quòd fructus rei pignoratæ debeant computari in ſortem, ipſam extenuãdo: meritò igitur in præſenti quæſtione ſubſequenter quærendum ac examinandum erit, an dicta deciſio ſit infallibilis, vel patiatur exceptionem in re pignorata Genero pro dote non ſoluta ſibi, & in re pignorata viduæ eadem de cauſa: De qua, tamen, quæſtione videtur primò dicendum, quòd nullatenus Genero, ſeu ipſius hæredibus, aut viduæ licebit percipere prædictos fructus rei pignoratæ ſibi pro dote non ſoluta: quod & videtur probari tali medio, videlicet. Si genero, vel eius hæredibus, aut uiduæ liceret fructus rei pignoratæ ſibi prædicta de cauſa recipere, illos non computando in ſortem, ſequeretur, quòd eodem modo omnibus liceret recipere fructus rei pignoratæ, illos non computando in ſortem.

Antecedens.
Conſequẽtia.

At conſequens eſt falſum (vt fuit probatum in præcedenti quæſtione) ergo & antecedens: quapropter videtur dicendum, hoc ipſis minimè licere.

SED CONTRA, eſt textus in capitulo, ſalubriter, extra de vſur. & in l. Pater. ff. de doli mali, & metus except. in quibus iuribus (vt latiùs eorum tenorem referendo in concluſionibus dicetur) dicitur, Genero licere recipere fructus rei pignoratæ pro dote non ſoluta ſibi, illos non computando in ſortem.

c. ſalubriter, extra de uſur.
l pater. ff de doli mali, & metus except.

Reſpondeo præſenti quæſtioni difficillimæ quindecim concluſionibus, illis tamen præmittendo (pro ipſarum maiori dilucidatione) varias Doctorum ſententias circa ipſam, vnà cum fundamentis ipſarum. ſciendum ergo, quòd prima opinio fuit dicentium ſimpliciter, quòd marito vltra capitale retinere liceat pignoratæ poſſeſſionis fructus ratione dotis ſibi nõ ſolutæ ad onus matrimonij ſupportandum, vt in c. ſalubriter, extra de vſur. & huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt ex Theologis Riccardus à media villa in 4. ſent. diſtin. 15. q. 5. art. 5. §. tertio modo. in ver. Alio modo cùm aliquid. & Nicolaus de Orbellis in 4. ſent. d. 15. q. 3. §. 4. & ex canoniſtis Inno. in d. c. ſalubriter, Ioan. de Anan. in d. c. ſalubriter, qui poſt relationẽ, quàm plurimarum ſñiarum Doctorũ in fi. 5. col. dixit, & ſic videtur poſſe dici: ꝙ maritus (ſiue ſit cõſuetus negotiari ſiue nõ) poſſit tale intereſſe petere: cũ etiam conſiſtat in damno, cũ opus ſit ei

Prima opinio Doctorum circa præſentem quæſtionem.
Riccardus.
Nic. de Orbel.
Innocen.
Io. de Anania.

Baldus. Bartolus. de ſuo alimentare uxorem, & alia onera matrimonij portare. Vnde Baldus in l. pro onerib. C. de iure dotium: ſimpliciter dicit per iſtum tex. cap. ſalubriter, quòd maritus poſſit percipere vſuras moderatas, donec ei dos ſoluatur. Idem dicit Bar. in l. In inſulam. §. uſuras. ff. ſol. matr.

Secunda opin. Secunda opinio fuit dicentium (per ſe & abſolutè loquendo) Genero licere recipere fructus rei pignoratæ ſibi pro dote nō ſoluta ratione dāni emergentis, & per accidens ratione intereſſe lucri ceſſantis: cùm ſummus Pontifex non loquatur in dicto cap. ſalubriter, de lucro ceſſante, cum de re, quæ eſt per accidens, non fiat iudicium: eo quòd per accidens ſit, quòd maritus utatur, uel non utatur dote ad ſibi fructificandum: ac per hoc ad adiuuandum ſe ipſum in ſupportatione dictorum onerum matrimonii: ſed ſolum de damno emergente, licèt poſſit Gener ratione lucri ceſſantis ultra ſortem quoque ſuſcipere, ſicut & reliqui creditores: & quòd Papa loquutus fuerit tantùm de damno emergente, quod & uidetur elici ex uerbis ipſius Papæ ibi, in quo textu Innocentius Tertius rationem aſſignans huiuſmodi decreti dixit [cùm frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda] Ideo ſi Gener noluerit deducere uxorem ſine dote præſenti, à principio potuit paciſci de faciendo fructus pignoris dotalis ſuos: & ratio iſtius opinionis eſt, quia donec dos ſoluta non fuerit Genero, oportet ipſum ſuſtinere onera matrimonij ex propria facultate, & proprio patrimonio, quæ ex dote ſibi ſoluta

l. Pro onerib. C. de iure dot. poſſet profectò ſuſtinere: ut in l. Pro oneribus. C. de iure dotium: quamobrem de damno euitando agit maritus, fructus pignoris præcipuos habens, non de lucro acquirendo: eo quòd maritum ex ſuis bonis alias oporteret alere filiam alienam unà cum maiori familia, & alia multa ſufferre impendia gratis contra ſui uoluntatem, quod quidem aſſerere eſt irrationabile: quod damnum uitaret, ſi fuiſſet ſibi aſſignata dos, uel ſaltem conceſſi fuiſſent huiuſmodi fructus rei pignoratæ, ut in iure præadducto fuit conceſſum: ſiue huiuſmodi Gener fuerit mercator, ſiue non: ſiue pecunia dotalis fuiſſet exponenda negotiationi, ſiue emptioni, ſiue non: & ratio eſt, quia iudicium debet fieri ſecundum ea, quæ ſunt per ſe (ut ſunt ipſa onera matrimonii, ſemper annexa ipſi matrimonio) & non ſecundum ea, quæ ſunt per accidens. Nam per accidens eſt, quòd maritus utatur, uel nō utatur pecunia dotali ad fructificandum: & huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores (ultra allatos in relatione primę opinionis, a qua parum hæc diſtare uidetur quo

Caietanus. ad ſenſum uerborum) videlicet: Caietanus in Commentarijs ſecunda ſecun-
Alexander. dæ, quæſtione 78. articulo ſecundo, in reſpon. ad ſextum. Alexander conſi-
Carolus. lio 31. columna tertia, libro ſexto, & conſilio 141. libro quinto, in principio,
Decius. Carolus in quæſtione 74. numero 525. Decius in conſilio 119. numero
Paul. de Caſtr. quarto, poſt Paulum de Caſtro in l. in inſulam. §. uſuras. ff. ſoluto matrimonio. Et quàmuis hæc Doctorum ſententia ſit aliquatenus ſuſtentabilis, & rationi congrua ſecundum quid: tamen abſolutè & ſimpliciter loquendo non uidetur uera: quapropter (iudicio meo) videtur indigere nonnulla limitatione, quam (ut ueritas lucidius fiat) probabo, ſic reſpondendo ad id, quod dixit Caietanus, non fuiſſe factam mentionem de intereſſe lucri ceſſantis in dicto capitulo ſalubriter, & ideo abſolute, & per ſe loquendo de ipſo in huiuſmodi contractu non habetur ratio niſi per accidens. Sed tantùm de damno emergenti per uerba illa textus. Cum frequenter, & cætera.

Reſpondetur

Reſpondetur prędictorũ opinioni.

Reſpondetur(inquam)dupliciter,primò, cum Didaco Couarruuias,in loco infra citando,quòd per traditionem alimentorum alicui quis proprie loquendo non dicitur pati intereſſe damni emergentis, niſi compelleretur hac de cauſa,vel ſub vſuris accipere,uel aliquam poſſeſſionem uilius vendere,ex quo facto illi emergeret damnum,ratione ſibi non ſolutæ dotis:non autem ſi de ſuo expendat,licèt impropriè loquẽdo:& in hoc caſu quis dicatur pati intereſſe damni emergentis:quoniam patet ad ſenſum , quòd aſſignando ſocer Genero dotem,non iccircò ſubleuatur ille à ſufferendis oneribus matrimonij(ſimpliciter loquendo)cùm ipſius ſolutio facta tantùm det illi facultatem emẽdi poſſeſſionem frugiferam,vel cenſum aliquem illa pecunia,ut ex ipſius poſſeſſionis fructibus poſſet ille ſubleuari à multis impẽdijs,quæ ratione matrimonij, ipſum oportet facere(ut patet ad ſenſum)ergo patet,quòd ratione etiam lucri ceſſantis hoc ſibi licèt in caſu,quo(ut docet Panor.in dicto cap. ſalubriter)maritus,ſi fuiſſet ſibi ſoluta dos,emiſſet poſſeſſionem frugiferam,uel dediſſet pecuniam dotalem mercatori in ſocietate ; ut indè ex honeſto lucro aliquantulum ſubleuaretur maritus à tantis impendiis,quæ facere cogitur.& ſic patet, Caietanũ ſimpliciter intellectum vnà cum ſupradictis Doctoribus , non benè dixiſſe , licèt cum prædicta limitatione eius ſententiam reciperemus : quoniam ſicut ſoluta dote tenetur onera matrimonij maritus ſuſtinere, & dotem intactam ſeruare, ſi ipſam noluiſſet negotiationibus , uel emptioni poſſeſſionis , uel cenſus exponere : ſic non ſoluta dote. Quapropter (ut dixerunt Panormitanus , Didacus , & Sotus locis citandis) quòd ipſum oportet (ultra impendia circa adimplenda onera matrimonia (ut ſunt alimenta uxoris, familiæ, filiorum,& huiuſmodi) ſufferre emergens ſibi damnum ex neceſſariò reſeruanda dote integra , loco & tempore ſuo reſtituenda , ut doctiſſimè docet Didacus , ubi ſupra , numero tertio , §. Quamobrem . & hoc modo debet interpretari dictus textus , in capitulo ſalubriter , cuius interpretationem , ſcilicet , de eo , qui nollet dotalem pecuniam ſeruare in arca , ſed negotiationi exponere , etiam docuit Conradus in ſeptima concluſione, tractatus ſecundi , quæſtione trigeſimaquinta , titulo de contract. Idem Paulus de Caſtro vbi ſupra , Imola , Alexander , in dicto §. vſuras,Hadrianus in 4.ſententiarum, tractatu de uſuris. verſic. ſed dubium, folio 56. Ioannes Maior. in quarto ſententiarum, diſtinctione decimaquinta , quæſtione trigeſimaprima , verſicu. tertius caſus . Ioannes de Medina in Codice de rebus per uſuram acquiſitis, quæſtione ſecunda , §. Ad capitulũ ſalubriter , in verſiculo , ac proinde dicatur cum Theologis, ubi dicit communem eſſe Theologorum ſententiam : quòd iuxta quantitatem intereſſe maritus poterit ſuſcipere fructus pignoris dotis non ſolutæ: ita quòd ſi nullum ſentiret intereſſe , nequaquam fructus (licèt minimos) hac de cauſa ſolùm poſſet recipere, non computando eos in ſortem.

Panor.
Panor.
Couarruuias.
Sotus.
Didacus Couarruuias.
Conradus.
Paulus de Caſtro.
Alexander.
Imola.
Hadrianus.
Ioan.Maior.
Io.à Medina.

Tertia opinio eſt dicentium , quòd licet poſſit Gener fructus rei pignoratæ facere ſuos non ſoluta dote , tamen non liceret ei ultra paſſum intereſſe damni emergentis , uel lucri ceſſantis ſuſcipere de huiuſmodi fructibus ,; niſi illos computando in ſortem . & huic opinioni ſe ſubſcripſerunt Conradus in concluſione ſexta , quæſtione trigeſimaquinta , tractatu ſecundo de contractibus , Syluester in uerbo , uſura , tertio , §. ſecundo , Nauarrus in ſuo manuali, capitulo decimo ſeptimo , nume. 213. Frater Ioſeph

Conradus.
Sylueſter.
Nauarrus.
Ioſeph Angles

Angles in ſuo tractatu inſcripto Flores Theologicarum quæſtionũ ſuper 4. ſententiarum, quæſtione de contractu mutui. articulo ſecundo, ſexta difficultate. & licet hæc opinio videatur bona, maximè ſtantibus rationibus adductis à Conrado vbi ſupra, tamen huiuſmodi conditio non eſt neceſſaria ad legitimandum huiuſmodi contractum, vt in confutatione rationum ipſarum apparebit. Sciendum igitur, quòd Conradus nititur probare huiuſmodi ſententiam veram hac ratione. Cùm enim nemini liceat ſibi acquirere fructus rei pignoratæ, illos non computando in ſortem, ſequitur quòd Genero liceat ratione alicuius intereſſe, ſicut patet ex verbis canonis illius in dicto capitulo ſalubriter, dicentis, [Cùm frequenter dotis fructus non ſufficiant ad omnia onera matrimonij ſupportanda] ex quibus verbis elicit ipſe Conradus inde ſequi, quòd iuxta quantitatem intereſſe (quod patitur Gener ex non ſibi ſoluta dote) foret percipiendum de fructibus rei pignoratæ, & non vltra: Ad hanc rationem (vnà cum Ioanne de Medina, & alijs citandis in recitatione vltimæ opinionis; dico quòd licèt Baldus in Rubrica. C. de vſuris dicat, in dicto capitulo ſalubriter, fuiſſe hoc ex priuilegio conceſſum Genero à ſummo Pontifice, tamen, re uera, nec ratione intereſse, nec ratione priuilegij ſpecialis fuit conceſſum Genero ſuſcipere fructus rei pignoratæ gratia dotis non ſolutæ: ſed ratione donationis præſumptæ. & quòd hoc non ſit conceſſum ratione intereſſe, probatur: quoniam primo ſi hoc eſſet, nihil ſpeciale de Genero eſſet tenendum, quod non teneretur de alijs, quia ratione intereſſe, licitum eſt alijs, ſicut & Genero fructus pignoris (iuxta quantitatem intereſſe) percipere: vt in præcedentibus immediatè quæſtionibus quatuor fuit per nos probatum: ſi autem nullum tale ſit intereſſe: nec Gener, nec alij poſſunt fructus rei pignoratæ percipere, vt in capitulo conqueſtus. extra de vſuris, & tamen in dicto capitulo ſalubriter, dicitur, Generum ad hoc compellendum non eſſe: & quòd hoc non liceat Genero ratione priuilegij conceſſi, (ut dicebat Baldus) triplici ratione probatur. Prima quarum eſt: quoniam (vt fuit probatum in præcedenti quæſtione nona) ſummus Pontifex nemini poteſt indulgere, ut quis ultra ſortem recipiendo ratione mutui expliciti, uel impliciti (ut in caſu noſtro) poſſit aliquid accipere ſine peccato uſuræ: cùm ſit prohibitum hoc de iure diuino: quoniam idem eſſet, ac ſi eximeret aliquem ab obſeruatione iuris diuini. ſi ergo, hoc non poteſt concedere: ſequitur, Papam non conceſſiſſe per illa generalia verba aliquod ſpeciale priuilegium Genero: cùm in generali conceſſione non veniant ea, quæ quis veriſimiliter non eſſet conceſſurus, vt in capitulo. In generali. de regulis iuris in ſexto. Secundò id probatur, & alia ratione: quoniam, ſi hoc uerum non eſſet, in Genero nulla daretur ratio alicuius intereſſe, ratione tam damni emergentis quàm lucri ceſſantis: eo, quòd & ſi ille nullum tale ſuſtineret, liceret etiam ipſi Genero fructus rei pignoratæ non computare in ſortem ratione huiuſmodi priuilegij: & tamen luce meridiana clariùs ex verbis canonis prædicti patet, Papam reſpexiſſe etiam ad vtrumque: cùm dicat ibi, [Cùm frequenter onera matrimonij,] vt patet ad ſenſum. eſt ergo alia ratio diuerſitatis inter Generum, & alium tenentem pignus fructiferum, de quo in præcedenti quæſtione fuit dictum: Et tertia ratio eſt, quoniam in d.c. ſalubriter, Papæ conſultationi ſibi factæ reſponſio (abſolutè loquendo) non fundatur ſimpliciter in præſumptione intereſſe quod

Gener

[Margin notes: Ratio dictæ tertiæ opin. — Reſpondetur tertiæ opinioni Doctorum, & eius fundamentis. Baldus. — 1 *Prima ratio, quare non poſſit dici, Genero (de quo quaeritur) non fuiſſe conceſſum priuilegium, ut ſibi liceret fructus rei pignoratæ ſibi pro dote non ſoluta non computare in ſortem.* — c. In generali. de reg. iu. in 6. — Ratio ſecunda — Ratio tertia.]

Gener patitur ex non ſoluta dote,quod & apparet ex verbis ibidem poſitis, cùm ait, pro cauſa. [Cùm frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda] quod non fuiſſet rationabiliter dictum, ſi tantùm ratione intereſſe præſumpti cenſus concederetur: eſſet autem rationabiliter dictum, ſi ratio huiuſmodi conceſſionis fundata fuiſſet, (vt procul dubio teneo fundatam eſſe) in præſumptione donationis(ſcilicet) quia cùm frequenter accidat, quod ob tenuitatem dotis fructus eius ad præfata onera ſuſtinenda non ſufficiant: meritò præſumitur,ſocerum (qui dotem retinet, & poſſeſſionem, vel aliud pignus frugiferum interim Genero concedit)illi donare velle, vt fructus omnes huiuſmodi rei pignoratæ percipiat. & ſic in textu dicti capituli,ſalubriter. nulla relinquitur ambiguitas.

Quarta opinio eſt Soti, qui licèt dicat poſſe Generum recipere fructus rei pignoratæ pro dote non ſoluta,illos non computando in ſortem, tamen dicit hoc non eſſe ratione intereſſe lucri ceſſantis (abſolutè loquendo) quoniam aliàs non haberet locum conceſſio capituli ſalubriter. niſi in Genero mercatore: & ſic nihil particulare fuiſſet conceſſum ipſi Genero, cùm contrarium pateat ex verbis canonis illius: & addit non eſſe hoc conceſſum ratione donationis factæ à ſocero ipſi Genero,cùm textus ille nullam prorſus faciat mentionem de donatione: ſed tantùm aſſignando rationem dictæ deciſionis, dixit Papa [Cùm frequenter ipſi fructus dotis non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda.] quapropter ipſe concludendo aſſerit,quòd appellatione onerum matrimonij, non tantùm veniunt expenſæ, quas oportet Generum impendere pro alimentis præſtandis filiæ ſoceri ſui ſibi matrimonio copulatæ, & filiorum, & ſuæ familiæ, verùm ad ſeruandam ſemper dotem illæſam vltra tot diſpendia. Vnde licèt non ſit ipſe negotiator,præſumitur, quòd ipſa dote ſoluta,emiſſet aliquam poſſeſſionem, uel quid ſimile fructiferum, vnde poſſet huiuſmodi onera matrimonij ſufferre, dote ſalua. Et hæc dicit Sotus in libro ſexto, quæſtione prima, articulo ſecundo, in verſiculo. Grauius tamen aboritur dubium. Attamen (cum reuerentia tanti uiri (dicam quod ſentio:) licèt enim ipſe Sotus aſtipuletur vltimæ opinioni (quam probabo ueram ex omni parte, ſeu membris eius) dicendo hoc non fuiſſe conceſſum Genero abſolutè ratione intereſſe lucri ceſſantis (cum hoc eſſet generale in omnibus contractibus) ſed quòd hoc fuit ſpeciale in Genero, tamen id ipſe, Primò negat fuiſſe conceſſum ratione præſumptæ donationis factæ à ſocero ipſi Genero: & ſecundo, quòd non ſit vera Doctorum interpretatio dicentium, quòd onera dicãtur expenſæ illæ, quas eum oporter facere in alimentis præſtandis uxori, & eius familiæ: ſed ultra expenſas huiuſmodi additur, & neceſsitas ſeruandi dotem intactam.

Soti ſententia

Impugnatio aliqualis contra Soti ſentẽtiam,& reſpõdetur ad fundamẽta ipſius.

Ad primum quorum reſpondeo iuxta ea, quæ attuli in confutatione præcedentis opinionis.

Ad ſecundum reſpondeo dupliciter. Primò, quòd non ſemper neceſſariò requiritur, quòd dos fiat ſalua, à uolente ex dote ipſa ſuſcipere fructus quibus alimentanda erit uxor: quoniam eſt caſus, in quo licet ex dote fructus ſuſcipere: & tamen non erit licitum illos ſuſcipere, ſalua ſorte, ſeu cum pacto quòd ſalua ſit ſemper pecunia dotalis, ut patet in eo, qui committit dotem mercatori, ut indè ex iuſto lucro aliquid ſuſcipiat pro alimentis, ut patet in capitulo. Per ueſtras. extra de Donationibus

c. Per veſtras. extra de don. inter virum, & vxorem. Panor.

inter vir. & vxor. in quo huiuſmodi contractus conceditur: & tamen, quotieſcunque in huiuſmodi contractu ſocietatis, capitale eſſet ſaluum ſeu ſecurum, tunc eſſet ille vſurarius (vt dicetur, Deo dante latiùs, cum de hoc contractu erit ſermo) vt doctiſſimè probat Panor. in dicto cap. per veſtras, licet Hoſtien. in ſumma tit. de vſura. §. An aliquo caſu. in ver. ſextò. quando ſocer dicat per illum canonem Papam conceſſiſſe, vt dos ſemper eſſet ſalua, ne mulier remaneret ſine dote, caſu quo pecunia dotalis amitteretur. Quamuis ipſemet Hoſtien. cautius loquendo paulo poſt de hac eadem quæſtione dixerit, quòd quàmuis non iure mutui quis ex ſocietate lucrari ſaluo capitali dotali poſſit, ſed ex vi pacti, tamen, non eſt omnino æqua huiuſmodi ſocietas: Ideo in iudicio animæ conſulerem, quòd ſi is, qui pecuniam recipit, ipſam caſu fortuito amitteret, deberet ipſi parcere, qui dedit pecuniam: quoniam talis ſocietas non tenet ſecundum Azo. & Iob. Equidem cum ſummus Pontifex hoc non poſſit concedere, cum ſit contra ius diuinum (vt fuit probatum in ſuperioribus quæſtionibus:) ſequitur, ipſum in dicto canone illis generalibus verbis hoc non conceſſiſſe, niſi eo modo, quo alij & ipſum cõtractum cœlebrant tuta conſcientia: accedit, & Panor. authoritas in dicto cap. ſalubriter, dicentis poſſe generum fructus rei pignoratæ facere ſuos, ſi ipſe poſuiſſet pecuniam dotalem apud mercatorem, & ex iuſto lucro voluiſſet ſufferre onera matrimonij, qui Panor. (vt paulò ante dixi) non licere (inquit) marito lucrum ſuſcipere ex pecunia tradita mercatori, ſi ſalua eſſet ſemper ſors, ſeu pecunia dotalis: ergo dicendum erit, quòd appellatione onerum matrimonij veniant inpendia neceſſaria (vt fuit dictum) quæ oportet maritum gratia matrimonij ſuſtinere.

Quinta & vltima opinio eſt dicentium, quòd genero liceat tuta conſcientia omnes fructus rei pignoratæ pro dote non ſoluta ſibi, facere ſuos, illoſque non computãdo in ſortem ratione onerum matrimonij ſupportandorũ licèt huiuſmodi fructus excederent onera ipſa matrimonij: tanquam huiuſmodi fructus excedentes ſibi donati à ſocero (vt præſumitur) amoris gratia erga ipſum, filiam, & nepotes: & hoc, ſi à principio contracti matrimonij gener noluiſſet ducere filiam illius niſi dote prius aſſignata, vel pignore aliquo fructifero: Et huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt implicitè omnes Doctores citati in prima, & ſecunda opinione, explicitè autem Ioannes de Medina in Codice de rebus per vſuram aquis. quæſt. 2. §. ad cap. ſalubriter. in ver. hæc ex cõmuni. Didacus Couarruuias. in lib. 3. variarum reſolut. cap. 1. nume. 3. §. Cæterum plura. circa finem, qui multos Doctores huic ſentẽtiæ ſe ſubſcribentes ibi citat. Immo & Sotus (licèt non faciat mentionem de præſumptiua donatione ſoceri) redarguens Hadrianum relatum in ſecunda opinione.

Io. de Medina. Didac. Couar. Sotus.

Pro concordia tamen tertiæ, & quintæ opinionis, poterimus, & optimè diſtinguere: ſic dicendo: quòd aut maritus, vt talis, alit vxorem, & ei fuit aſſignatum pignus frugiferum pro dote non ſoluta: Aut maritus, non vt talis, ſed loco ſoceri, vel alterius, qui ipſam dotare promiſiſſet, donec dos ſolueretur aleret vxorem ſuam: ſi primo, tunc omnes fructus rei pignoratæ (etiam ſi onera matrimonij excederent) gener facit ſuos: ſi ſecundo, non, ſed ſolùm illos, quibus ſibi ſatisfacere poterit pro alimentis præſtitis uxori, & familiæ: de quo eſt tex. aureus, in l. creditor. §. ſi inter maritum. ff. mandati. & ibi apertiſſimè per glo. quoque Bar. & Ioannem de Ana. in dicto cap. ſalubriter. colum. 4. in verſ. An autem in iſto caſu ſi aliquid ſupereſſet ultra alimenta. Sic ergo in propoſito quinta

Doctorum cõcordia.

L. Creditor. ff. manda. Gloſæ. Bar.

to quinta opinio vera erit, ipſos Doctores intelligendo locutos fuiſſe in terminis primi membri. Tertia opinio etiam erit vera, Doctores illos interpretando loquutos fuiſſe in terminis ſecundi membri. His ergo premiſſis pro maiori dilucidatione præſentis quæſtionis.

Io. de Ana.

Prima concluſio ſit hæc. 2

Pignoris fructus pro dote non ſoluta Gener quãdo nõ poſſit capere.

Gener ducens vxorem dote ſibi non ſoluta, nec promiſſa ſolui ſtatim, ſed poſt tres annos, vel huiuſmodi nullo aſſignato pignore, nec interueniente pacto de pignore frugifero aſſignando, ſi poſt traductionem vxoris aſſignetur pignus frugiferum ipſi genero ante decurſum triennij prædicti, vel huiuſmodi alterius tẽporis conuenti, tenebitur ipſe gener fructus perceptos ex re pignorata iſto medio tempore computare in ſortem, aliàs vſurarius eſſet. Hæc concluſio probatur triplici medio: Primò, enim, per tex. quàm apertiſſimum in cap. 1. 2. & cap. Conquæſtus. extra de vſur. in cap. Cum contra G. & cap. ſignificante. extra de pignoribus (quorum tenorem retuli ad verbum ſupra in quæſtione præcedenti, concluſione ſecũda. In qua refertur tenor l. j. C. de diſtrah. pignor. l. 1. & 2. C. de pignor. actio. & l. fin. C. de pignor. actio.) quibus legibus noſtra concluſio probatur quoque. Idem probatur per argumentum in l. ſi ante nuptias. ff. ſoluto matrimonio. Vbi dicitur, quòd [ſi ante nuptias fundus dotalis fuiſſet traditus marito, fructus inde recepti vſque ad nuptiarum celebrationẽ reddendi erunt vnà cum dote, coniugi, ſoluto matrimonio, ac ſi fuiſſet pars dotis] Dixi probari per argumentum, quoniam ſicut Gener ratione alimentorum non præſtitorum ante nuptias tenebitur illos computare in dotẽ, illos non lucrifaciendo: ſic arguendo a ſimili dicẽdum ergo erit, Generum teneri computare in ſortem fructus poſſeſſionis pignoratæ ſibi in caſu noſtræ concluſionis, cùm illos iam donaſſe videatur, eos non exigendo à principio.

c. 1. 2. & Conquæſtus extra de vſur. ca. Cũ contra G. & c. ſignificante. extra de pignorib. l. 1. 2. & fin. C. de pigno. act. l. 1. C. de diſtr. pign. l. ſi. ff. ſoluto matrim.

Probatur præſens concluſio ſecundò auctoritate Doctorum, de quorum numero ſunt infraſcrip. videlicet. S. Thom. in 2. 2. quæſt. 78. articulo ſecundo, in reſponſione ad ſextum. Caietanus in Commentarijs ibidem, & in ſummula in verſi. vſura exterior. Hadrianus Papa loco citato, in ſecunda opinione. Gabriel Biel. in 4. ſenten. diſtin. 15. q. 11. concluſione quarta, Sotus in libro ſexto de iuſtitia, & iure, quæſt. 1. articulo ſecundo, in reſpon. ad ſecundum. col. 7. in princ. in ver. Ad ſecundum ergo: Ioannes de Medina, & reliqui Doctores citati in dicta ſecunda concluſione, cùm omnes loquantur ſimpliciter, probãtes, fructus pignoris computandos fore in ſortem. Infraſcripti verò Doctores ſpecialiter & expreſsè ſe ſubſcripſerunt noſtræ concluſioni, videlicet Anton. de But. in dicto cap. ſalubriter. extra de vſur. col. 2. in ver. Et propter hoc. Panor. in dicto cap. ſalubriter. nume. 3. in ver. circa hanc quæſtionem ſatis dubiam. Ioannes de Anania in dicto cap. ſalubriter. col. 3. in ver. Et finaliter, dominus Abbas Conradus loco citato in ſecunda opinione: Bart. implicitè in l. Inſulas. §. vſuras. ff. ſoluto matrimonio, dicens, dandas vſuras fore marito poſt moram factam in dando ſibi dotem: ergo non aliter, ideſt, ſi non præceſſerit mora: vt in caſu noſtro. Gloſæ dictorum iurium: Sylueſt. in ver. vſura. 3. §. 3. Nauarrus in ſuo manuali. cap. 17. nume. 213. in ver. Modò obligatio dotem ſoluendi eſſet ad præſens tempus. Probatur & tertiò præſens concluſio, hac ratione: cum enim quiſque ſit dominus rerum ſuarum, inde ſequitur veriſſimam eſſe noſtram concluſionem, cum Gener ſtatuendo tempus ſoluendæ dotis nullo adiecto pacto de aliquo ſibi ſoluendo, medio tempore, quo ei non ſoluitur dos, nec recepto pignore frugifero aliquo à principio matrimonij, videatur

S. Thomas. Caietanus. Hadrianus. Gabriel Biel. Sotus. Io. de Medina. Ant. de But. Panor. Io. de Anan. Conradus. Barto. Gloſ. Sylueſt. Nauarrus. Ratio conclu.

deatur ſocero donare uoluiſſe quodcunque intereſſe lucri ceſſantis,uel damni emergentis per ipſum incurrendum fuiſſet ex non ſoluta dote:quoniam ſicut ipſi licet ducere uxorem indotatam, ſicut nonnulli viri faciunt, uxores dotantes aliqua de cauſa:ſic poterat ipſam ducere priuando ſe omni lucro, vel emolumento,quod percepiſſet ex pecunia dotali ſibi ſoluenda infra tale tempus,nec non,& ex fructibus rei pignoratę, per ipſum non petitæ in principio contractus, ut optimè docuit Panor.& Do. Ant. & Ioannes de Anania locis citatis.

Impugnatur concluſio. Et licèt peroptima ſit noſtra concluſio,tamen,quis poſſet inſurgere contra ipſam,illam falſam aſſeuerando,cùm contradicere videatur quàm apertiſsimè conſtitutioni pontificiæ in cap. ſalubriter. extra de vſuris: in qua fuit indultum Genero percipere fructus rei pignoratæ pro dote non ſoluta,illos non computando in ſortem: quapropter poſſet quis contra nos ſic arguere.

Antecedens. Cõſequentia. Si vera eſſet tua concluſio,ſequeretur indè quòd ipſi Genero non liceret percipere fructus rei pignoratę ſibi pro dote non ſoluta. At conſequens eſt falſum,ergo,& antecedens.& quòd antecedens ſit falſum,probatur authoritate dicti canonis in cap.ſalubriter:in quo tria videntur neceſſariò requiri vt Gener poſſit ſuſcipere fructus rei pignoratę & illos non computare in ſortem:Primum eſt ut realiter ipſe alat uxorem ſuis expenſis. Secundum, quòd dos nõ fuerit ſoluta.Tertium, quòd pignus aliquod frugiferum ſit traditum ipſi Genero ab eius ſocero,intuitu non ſolutæ dotis. At omnia hæc in caſu propoſito concurrunt,ergo dicendum,huiuſmodi Generum poſſe dictos fructus ſuſcipere,illos non computando in ſortem, vigore dicti canonis. Cùm ſupponamus ipſum pręſtare alimenta vxori,dotem non fuiſſe ſolutam, & rẽ frugiferam pignoratam fuiſſe pro dote non ſoluta.

Reſponſio ad impugnationem. Ad hanc impugnationem quàm facillima erit reſponſio, dicendo probationem impugnationis nullam,cùm deficiat in tertia conditione: quoniam vt quis tuta conſcientia poſſit fructus prędictos facere ſuos,nõ ſufficit ei, quòd hodie tradita ſit res pignorata; ſed neceſſariò requiritur quòd ratione talis oneris matrimonij ſupportanda à principio contractus fuerint dicti fructus ſibi aſſignati,& quòd ipſe non renunciaſſet iuri ſuo,dilationem ſolutionis dotis ei concedendo:quoniam ſtatim debuerat paciſci non tantum de tempore ſolutionis dotis ſibi faciendę,necnon,& quòd iſto interim aliquid fuiſſet ſibi ſolutum,cùm forſan ſocer eius ponderato intereſſe, quod paſſurus fuiſſet ex receptione fructuum iſto medio tempore facienda per Generum, maluiſſet aliquid de ſua facultate vendere, uel aliunde inquirere dotalem pecuniam, quàm tale intereſſe perpeti, eo quòd videatur ſocerum voluiſſe aſſignare illud frugiferum pignus,vt ex eius fructibus paulatim extingueret debitum.& ſic per hoc patet veritas noſtrę concluſionis,dicendo,ſummum Põtificem in dicto cap.ſalubriter,ſuppoſuiſſe à principio contractus fuiſſe aſſignatum pignus frugiferum ipſi Genero ab eius ſocero loco dotis non ſolutæ, vt ex contextu verborum patet quàm apertiſſimè.

3

Pignoris fructus Gener ſuſcipere quãdo poſſit, etiã conceſſo termino ad ſoluendũ ſibi dotem ſuæ vxoris, ꝓ qua datum fuit ſibi pignus.

Secunda concluſio.

Gener ducens vxorem promiſſa dote licèt liberè cõceſſerit terminum dotis ſoluẽdæ,ſuſcepto pignore frugifero in principio contractus ipſius matrimonij,tuta cõſcientia poterit recipere fructus illius, non cõputando illos in ſortem:etiam nullo ſpeciali alio pacto inito de faciendo fructus rei pignoratę ſuos, dummodò contrarium non expreſſum fuiſſet.Hæc concluſio probatur

triplici

triplici medio.Primò,enim,per tex.quàm apertiſſimum in cap.ſalubriter.ex- ca.Salubriter, extra de vſur.
tra de vſur.in quo præſentem concluſionem tanquam ueram approbauit In-
nocentius Tertius,infraſcriptis uerbis utens,videlicet:[Sanè Generũ ad fru-
ctus poſſeſſionem,quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obliga-
tæ,computandos in ſortem,non credimus compellendum : cùm frequenter
dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda] hæc in dicto
canone, in quo nulla fit mentio expreſſa (vt patuit) de pacto inito inter Ge-
nerum,& ſocerum,vt liceret Genero fructus pignoratæ poſseſſionis pro do-
te non ſoluta,facere ſuos;illos non computãdo in ſortem.Idem quoque pro
batur per argumentum in l. pro oneribus.C. de iure dotium.In qua hæc ha- l. pro onerib. C. de iure dot.
bentur,videlicet.[Pro oneribus matrimonij mariti lucro fructus totius dotis
eſse,quos ipſe capit.]hæc ibi.Idem per argum.In l.dotis.ff.de iure dotium: in l.Dotis.ff de iure dotium.
qua hæc in principio eius habẽtur,videlicet.[Dotis fructum ad maritum per
tinere debere,æquitas ſuggerit : cùm enim ipſe onera matrimonij ſubeat,
æquum eſt,cùm etiam fructus(ſi fructus cõſtante matrimonio percepti ſint)
dotis non erunt.Idem probatur per argumentum a cõtrario ſenſu ſumptum l.pater.ff.de doli mali,metuſve except.
in l.Pater.ff.de doli mali,metusve excepti.in qua dicitur.[Generum non poſ
ſe petere fructus dotis ſibi promiſsę,ſi ipſe non alat uxorem,& familiam.Sed
pater vxoris]ergo ſi alat,poterit illos recipere non computando in ſortem:&
quòd Gener non teneatur fructus pignoratæ ſibi poſseſſionis (pro dote non
ſoluta)computare in ſortem,quos percepiſset ex ſibi tradita poſseſſione hu-
iuſmodi pignoratitia conſtante matrimonio,à die traditæ huiuſmodi poſseſ-
ſionis,probatur per argumentum à ſimili in l.de diuiſione.ff.ſoluto matrimo
nio,in qua hæc habentur,videlicet.[De diuiſione anni eius,quo diuortium fa l.De diuiſione, ff. ſolu. matri.
ctum eſt,quæritur,ex die contracti matrimonii, an ex die traditi marito fun-
di,maritus ſibi computet tempus,& vtique , in fructibus à uiro retinendis ,
neque dies conſtitutæ dotis,neque nuptiarum obſeruabitur: ſed quò primũ
dotale prædium conſtitutum eſt,ideſt tradita poſseſſio eſt]hæc in dicta nota-
bili lege.Attamẽ animaduertendum, quòd non dixi , noſtram concluſionem
probari per dicta iura ciuilia ſeu imperatoria,ſed per argumentum dictorum
iurium,ideſt,arguendo à ſimili:quoniam reuera ipſa iura non loquuntur ex-
plicitè in terminis noſtræ concluſionis,ſed in materia ſimili . & quòd hoc ſit
verum , probabitur ſic.Cùm ipſis iuribus probetur , quòd licitè Gener frui
poterit fructibus poſseſſionis dotalis conſtante matrimonio,& adminiſtratis
alimẽtis per eũ uxori,& familię,ita quòd diſſoluto matrimonio ipſos fructus
taliter perceptos nõ teneatur uxori vel aliis,quibus de iure in aliquo caſu do
tis reſtitutio facienda eſset:ſed tantùm fundus,ſeu poſseſſio alia dotalis:& ra
tio iſtius deciſionis eſt ſupportatio onerum matrimonii : ſic ergo dicendum
erit in caſu noſtræ concluſionis,arguendo ab idẽtitate rationis,cùm loco poſ
ſeſſionis,ſeu pecuniæ dotalis, qua poſseſſio empta fuiſset,ſubrogata fuit poſ-
ſeſſio pignorata,ut etiam docet Ioannes Andr.in dicto cap.ſalubriter, quem
refert,& ſequitur ibidem Ioanner de Anania.ſicut ergo iura ſtatuerunt circa
fructus poſseſſionis dotalis loco citato,ſic tacitè eadem iura ſtatuerunt impli
citè circa fructus pignoratæ poſseſſionis,quæ loco dotis aſſignata fuit, vt pa-
tet ad ſenſum. Sic ergo in propoſito noſtra concluſio probatur prædictis iu-
ribus,in quibus nulla fit mentio de pacto inito inter Generum , & ſocerum ,
aut uxorem de faciendo fructus poſeſsionis dotalis ſuos. Probatur & ſecun
do præſens concluſio Doctorum omnium authoritate , qui fuerunt adducti
in pro-

in probatione præcedentis primæ concluſionis,& gloſæ & Bartol. in dictis iu ribus ciuilibus, præter Dom. Anton. de Butrio ut infra dicetur. Necnon. & authoritate Didaci Couarruuias,in libro 3. variarum reſolutio. cap. 1. nu. 3. §.ſecundo conſtat.& ibidem in §.quinto,& eodem iure. probatur & tertio ra tione peroptima, quæ affertur à Panor.in dicto cap.ſalubriter, & ab Anania & Soto vbi ſupra, & à nonnullis aliis Doctoribus,& eſt talis.Cùm Gener ſimul,& ſemel matrimonium contrahat,& pignus pro dote nõ ſoluta recipiat nullo pacto facto expreſsè niſi conceſſa dilatione temporis ſolutiònis, videtur ipſum ſuſcepiſſe pignus(vt fructus ipſius faceret ſuos ratione alimentorũ præſtandorum à ſe propriæ uxori,& familiæ)confiſus authoritate præadducti canonis in dicto cap.ſalubriter,cum à principio etiam paciſci potuiſſet de ipſis fructibus ſuſcipiendis:ſic ergo à contrario,ſi expreſſiſſet ſe uelle fructus prædictos recipere,& illos computare in ſortem, tunc teneretur ratione pacti:cùm uideretur gratis uoluiſſe alimenta præſtare uxori,& familiæ iſto medio tempore,quod utique poſſet facere,cum etiam indotatam ducere potuiſſet propriam uxorem,eo quod unuſquiſque quod ſuum eſt, donare poterit. Vt diximus,& probauimus in præcedenti concluſione.

Impugnatur cõclusio ab Antonio de Butrio.

Attamen contra noſtram concluſionem inſurgit Dominus Antonius de Butrio in dicto cap.ſalubriter,dicens,nullatenus licere Genero recipere fructus rei pignoratæ ſibi pro dote non ſoluta,nec aliud,quando ſocer non eſſet in mora ſoluendæ dotis,ut puta ſi à principio cõtracti matrimonij fuiſſet conceſſa dilatio ſolutionis rei dotalis. & ratio eius eſt , quoniam ex quo nulla eſt mora ipſius debitoris propter dilationem ſibi conceſſam,nullum poterit prætendi intereſſe,quod propriè deberetur propter moram debitoris:cùm in tali caſu deberet Gener aſſumere pretium charitatis differendo , & dilationem dando ſolutioni dotalis pecuniæ.

Reſpõſio ad impugnationem factã a Panor. Ioãnes de Ana. Sotus.

Ad hanc impugnationem quàm facillima erit reſponſio unà cum Panor. in dicto cap.ſalubriter,quem ſequutus fuit Ioannes de Anania ibidem & Sotus vbi ſupra,quoniam Gener recipiendo huiuſmodi pignus videtur , ipſum illud recepiſſe,confiſus authoritate dicti canonis in cap.ſalubriter, præſupponentis receptum fuiſſe pignus à Genero propter onera matrimonij ſupportanda:nec ualet (iudicio meo) reſtrictio Domini Antonii facta in ipſo textu,cùm uideat fructus poſſeſſionis pignoratæ loco ſolutionis rei dotalis fuiſſe à ſocero ipſi Genero aſſignatos ſub tacito pacto & cõditione , ut expectet uſque ad tale tempus ſolutionem faciendam ſibi ab ipſo ſocero pro oneribus matrimonii ſupportandis,cùm aliàs in principio contracti matrimonii nõ aſſignaſſet illi pignus frugiferum,ſed tãtùm,uel infrugiferum, ut ſunt gemmæ, vel cautionem de ſoluendo ſibi tempore ſtatuto. Vnde patet,peroptimam eſſe noſtram concluſionem, & infirmam impugnationem (cùm reuerentia tamen, tanti Doctoris)quam repudiant quoque præadducti Doctores:nec ratio Domini Antonii dicẽtis : cùm ſtante dilatione ſolutionis conceſſa Gener non ſit in mora:ſi ergo non eſt in mora,indè ſequitur,Generũ nihil poſſe aſſequi,cùm ratione moræ debitoris quis prætendere poterit intereſſe,iuxta vulgatam regulam,conſentienti nulla ſit iniuria.Non(inquam)obſtat noſtræ concluſioni talis ratio:quoniam tunc ualeret eius ratio,ſi nõ fuiſſet tradita ſimul & ſemel poſſeſsio pignoratitia,quando fuit conceſſa dilatio ſolutionis , quia tunc non eſſet in mora,ipſo Genero tacitè renuntiante iuri ſuo. Sed quando fuit tradita poſſeſsio pignoratitia ſimul & ſemel quando fuit conceſſa dilatio

ſolutionis

ſolutionis dotalis pecuniæ, tunc ſecus dicetur: quoniam patet ipſum Generum tacitè iccircò conceſſiſſe dilationem ſolutionis pecuniæ, quia ſibi fuit aſſignatum pignus frugiferum,& conceſſum frui eius fructibus ratione onerum matrimonij ſupportandorum: & ſic patet Domini Antonij ſententiam veram ſolùm in caſu primæ concluſionis, non autem in caſu præſentis concluſionis ſecundæ,ut peroptimè docuit Panormitanus in dicto cap. ſalubriter,quem ibidem ſequutus fuit Ioannes de Anania,cum(ut docet Couarruuias ubi ſup.)hoc iure ineſt ob naturā cōtractus dotalis, qui Didacus reſpondens Domino Antonio dicit,eius opinionem non admittēdam,quod & probat authoritate multorum Doctorum aliorum, quos non referam hic,breuitati ſtudens.

Tertia concluſio.

Gener,qui noluit contrahere niſi aſſignata dote, vel pro ipſa aſſignato fructifero pignore(etiam ſi fructus huiuſmodi pignoris excedant onera matrimonij)tuta conſcientia poterit accipere regulariter(à die aſſignati pignoris) omnes fructus non extenuantes ſortem ipſam, pro ſupportandis oneribus matrimonii,illos non computando in ſortem. Non autem ſi poſſeſſio pignorata fuiſſet ſibi uti mandatario ſoceri ſui aſſignata:Vt puta,ſi promiſiſſet ſocer alimenta præſtare propriæ filiæ, & familiæ ipſius, donec ſolueretur ſibi dos: & poſtea impeditus aliis negotiis,tradidiſſet Genero poſſeſſionem vel aliud fructiferum:vt ipſe Gener ex fructibus ipſius, nomine ipſius ſoceri,alimenta prę ſtaret uxori ſuæ,& ipſius familiæ.Hæc concluſio probatur triplici medio.Primò,enim,per tex.apertiſſimum in cap.ſalubriter, extra de uſur. (cuius uerba retuli in præcedenti concluſione.)& licèt multi multa dixerint circa intellectum dicti canonis(iuxta opiniones ſupra relatas)tamē notādum nobis erit, quòd Papa ibi non fruſtra voluerit uti illa forma verborum, ſed cum myſterio: Nam cùm eſſet ſimpliciter,& abſolutè interrogatus de fructibus pignoris huiuſmodi,nulla facta diſtinctione,quando ipſi exceſſerint, vel non exceſſerint onera matrimonii,ipſe quoque abſolutè reſpondendo, tacitè incluſit vtrumque caſum,innuendo quòd in utroque liceret. Quapropter conſultiſſime reſpondendo non dixit.Cùm numquàm fructus rei pignoratæ ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda.Sed intendēns utrumque caſum,dixit[cū frequenter]&c.præſumens utique de libera donatione ſoceri ſuperexcedentium fructuum:vt annotarunt Doctores relati in vltima opinione.Idem probatur & clarius per tex.in l.creditor.§.ſi inter maritum.ff.mandati.in quo dicitur,quòd[ſi ſocer tradidiſſet Genero poſſeſſionem fructiferam pignoratam pro dote non ſoluta,ſimpliciter ad ſufferēda onera matrimonij,ad hoc vt Gener(ut Gener)ex fructibus alimenta tribueret filię ſuę uxori illius:tunc etiam ſi excedant fructus onera prædicta,erunt ipſius Generi. Sed ſi promiſiſſet ſocer ipſe alimentare filiam, & familiam, quouſque ſolueret dotem: & poſtea alia de cauſa tradidit Genero poſſeſſionem frugiferam, ut ex fructibus eius præſtare deberet alimenta uxori ſuæ,& familiæ: in tali caſu fructus inde perceptos excedentes onera matrimonij omnino debebit vel ſocero reſtituere, vel computare in dotem,ſeu ſortem debiti contracti pro dote ſoluenda:q[uia] tunc fuiſſet ſimplex ſoceri mandatarius,ſeu procurator,qui ut talis,illos percepiſſet:quapropter ſolùm ſibi aſſignare poterit ex illis,iuxta expenſas factas in oneribus matrimonij ſupportandis. Idem probatur per argumentum in l. Pro oneribus.C.de iure dotium, in l.dotis.ff.de iure dotium, in l. Pater.ff.de doli

4 *Pignoris fructus a quo die poſſit capere Gener pro dote non ſibi ſoluta.*

c.ſalubriter,extra de uſur.

l. Creditor. ff. mandati.

l.pro oneribus. C. de iure dot. l Dotis.ff de iure dotium.

l.pater.ff.de doli mali,metuſve except. l.de diuiſione. ff.ſol.mat.

doli mali,metuſve except.in l.de diuiſione.ff.ſoluto matrimonio, quarum legum tenorem ad verbum retuli in præcedentis concluſionis probatione, ibi vide. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate:& quoad primum membrum præſentis concluſionis implicitè probatur auctoritate Doctorum, qui fuerunt relati in prima & ſecunda opinione Doctorum recenſita [dixi implicitè] quia licèt explicitè ad verbum ipſi Doctores non uſi fuerint iiſdem verbis noſtræ concluſionis, tamen, cùm dixerint ſimpliciter,& ſine diſtinctione licere marito ſufferēti onera matrimonij recipere fructus poſſeſſionis pignoratę, illos non computando in ſortem:ex ipſorum uerbis patet,eos uoluiſſe, Genero licere omnes, & ſingulos huiuſmodi fructus recipere poſſe in ſorté, eos minimè computando,ac per conſequens etiam excedentes onera matrimonij,iuxta axioma illud vulgatiſſimum.Qui omne dicit,nihil excludit.Probatur etiam explicitè auctoritate Doctorum,qui fuerunt relati in vltima opinione,necnon & gloſarum dictorum iuriū,& Bartoli in dictis legibus,& Ioānes de Anania in dicto cap.ſalubriter.Sed quoad ſecundum membrum noſtræ concluſionis probatur auctoritate Doctorum, qui relati fuerunt in opinione tertia,cū ibi illi dicant hoc ſolùm licere ratione lucri ceſſantis,vel damni emergentis. Probatur & tertiò rationibus allatis in confutatione ſententiæ,ſeu opinionis tertiæ intellectæ ſecundum ſonum verborum, licèt poſſint omnes Doctores concordari, eorum dicta interpretando iuxta concordiam eorum,ſupra à me allatam.

Gloſ. Bartol. Io. de Anania.

Quarta concluſio.

5 *Pignoris fructus pro dote non ſoluta quā do Gener non ſuſtinet onera matrimonii, nec percipiet.* l.pater.ff.de doli mali,& met. except.

Maritus non ſuſtinens onera matrimonij,ſed pater uxoris,vel alter,qui eā dotauit,non poteſt,tuta conſcientia,lucrari fructus rei pignoratæ ſibi pro dote ſoluenda,ſeu non ſoluta ſibi,niſi hoc ſibi fuiſſet conceſſum à ſupradictis titulo donationis gratuitæ.Hæc cōcluſio probatur triplici medio quoad ipſius primam partem:quoniam quoad ſecundam per ſe patet:cùm quiſque donationem ſibi factam de aliquibus fructibus poſſeſſionis alienæ,ab eo,qui verus eius dominus eſt,poſſit acceptare. Primò,ergo præſens concluſio probatur per tex.apertiſſimum in l.Pater.ff.de doli mali,& met.except. in qua habetur [patrem alentem filiam ſuam,ac familiam eius(quam ipſe nuptu tradidit) nō teneri ad vſuras dotis tardiùs ſolutæ,licèt illas per errorem promiſiſſet Genero.]Idē habetur in l.In inſulam.§.vſuras.ff.ſoluto matrimonio. & in l.cùm poſt diuortium.§.in domum.ff.de iure dot. Probatur & ſecundo Doctorum authoritate.Gloſ.in dictis iuribus unà cum Bar.ibidem & Soto loco citato in quarta opinione,Ioſeph Angles loco citato in tertia opinione. Probatur & tertiò hac ratione,videlicet.Cùm enim remota cauſa remoueatur effectus,idcircò ſequitur, quòd remotis oneribus matrimonij ſupportandis à Genero (ratione quorum licebat ei fructus pignoris non deducere in ſortem) remouetur poteſtas huiuſmodi fructus recipiendi ſine computatione eorum in ſortem dotis,ſibi ſoluendæ.

l.In inſulam.ff. ſoluto matr. Gloſ. Bartolus. Sotus. Ioſeph Angles Ratio concl.

Quinta concluſio.

6 *Pignoris fructus antequā ducatur uxor, ſunt computādi in dotem,ſi ſint percepti à Genero.*

Maritus recipiens fructus pignoris pro dote non ſoluta, antequàm duxiſſet uxorem ad domum ſuam,& ei alimenta præſtaret, tenetur illos computare in dotem.Hæc concluſio probatur triplici medio.Primò per tex.in l.videamus.la 2.§.ante matrimonium.ff.de vſur.in qua dicitur.[Ante matrimonium quoque fructus percepti dotis fiunt, & cum ea reſtituuntur.] Idem habetur in l.ſi ante nuptias.ff.ſoluto matrimonio.Probatur & ſecūdo auctoritate gloſarum

l. videamus.ff. de uſur. l.ſi ante nuptias.ff.ſol.matrimonio.

ſarum, dictorum iurium, & Bartoli ibidẽ. probatur, & tertio ratione adducta in præcedenti concluſione.

Sexta concluſio.

Maritus lucrabitur fętus dotalium pecorũ in pignus datorũ pro dote non 7
ſoluta, cũ ipſi veniant appellatione fructuum rei pignoratæ, dummodo ex huiuſmodi fętib. ſuppleatur priùs numero pecorũ præmortuorum (ſi qua pecora fuiſſent mortua ex ijs, quæ nomine dotis ſibi aſſignata fuiſſent.) Hęc cõcluſio probatur per tex. in l. plerunque. §. ſi ſerui ſobolem. ff. de iure dot. In quo hæc habentur, videlicet. [Sed fœtus dotalium pecorum ad maritũ pertinent, quia in fructibus computantur: ſic tamen, vt ſuppleri proprietatẽ priùs oporteat, & ſummiſſis in locum demortuorum capitum ex iam natis, reſiduũ maritus in fructibus habeat: quia fructus dotis ad eum pertinent] hæc ibi. Idem probatur per Legiſtas in dicta lege.

Pignoratæ rei fœtus lucrabitur Gener (ſi ſunt fœtus pecorum) pro dote non ſoluta.
l. Plerunque. ff. de iure dot.

Septima concluſio.

Maritus non lucrabitur fructus ancillarum pignoratarũ ſibi pro dote non 8
ſoluta. Hęc concluſio probatur per text. in d. l. plerunque. §. ſi ſerui ſobolem. & per Doctores ibi communiter ibidem.

Pignoratarũ ancillarũ, pro dote non ſoluta, non lucrabitur fœtus Gener.
l. Plerunque. ff. de iure dot.

Octaua concluſio.

Regula generalis traditur, quòd maritus facit fructus rei pignoratæ ſibi, pro dote non ſoluta, ſuos, ſtantibus conditionibus adductis in ſecunda concluſione, ſi huiuſmodi fructus de ſui natura renaſci poſſint, vt ſunt arbores, pecudes, & huiuſmodi: ſecus dicitur de aliis: vt ſi reperiatur ĩ huiuſmodi poſ 9
ſeſſione theſaurus, vel quid ſimile, quod nõ poſſit rurſus de per ſe pullulare. Hæc concluſio probatur per tex. apertiſſimum in l. fina. ff. de fundo dotali, & in l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſoluto matrimonio, & ibi per gl. & Doctores: quarum legum tenor hic non recenſetur: cùm ibi dictæ leges utantur, ferè, iiſdem verbis præſentis concluſionis.

Regula cognoſcendi quando maritus lucri faciat fructus rei pignoratæ pro dote non ſoluta ſibi.
l. fi. ff de fundo dotali.
l. diuortio. ff. ſoluto mat.

Nona concluſio.

Genero ſicut licet ſuſcipere fructus rei ſibi pignoratæ pro dote nõ ſibi ſoluta (vt fuit ꝓbatũ ſup.) eadẽ rõne ac iure tuta cõſciẽtia licebit paciſci de aliqua honeſta quãtitate (habito reſpectu ad lucrũ ceſsãs, & dãnũ emergẽs rõne onerum matrimonij) pecunię ſibi dandę à ſocero (donec ſibi ſoluta fuerit 10
dos) illã nõ cõputãdo in ſortẽ. Hæc cõcluſio ꝓbatur triplici medio (vltra ea, quę fuerũt adducta in ꝑcedentib. q̃onib. in quib. fuit quæſitũ. An aliquid ultra ſortẽ mutuatã alicui liceat exigere rõne intereſſe lucri ceſſantis, vel dãni emergẽtis, uel pacti in pęnã moroſi mutuatarij.) Probatur ergo, Primò, pñs concl. p arg. in l. 3. in eius fi. ff. de eo, ꝙ cer. loc. in qua hęc hñr, videlicet. [Quid ſi merces volebat cõparare, an & lucri rõ hẽatur, nõ ſolũ dãni? Puto & dãni & lucri rõnẽ habẽdã fore.] Dixi ꝓbari p arg. qm̃ licèt in d. l. explicitè nõ fiat mẽtio de nr̃a cõcluſione, tñ nõ põt negari, quin implicitè ipsã approbet: cũ præſupponatur in ipſa vtrũque intereſſe Generũ pati ex non ſoluta dote, uel ſaltẽ dãni emergẽtis, ꝓut ſæpius fuit probatũ in ꝑcedẽtib. cõcluſionib. Idem ꝓbatur p arg. in c. ſalubriter. ext. de vſur. ſæpe adducto: in quo cõceditur Genero ꝓ ſupportandis onerib. matrimonii ſuſcipere ultra ſortem, faciendo rei pignoratæ (pro dote nõ ſoluta) fructus ſuos: arguendo, ergo, ab identitate rõnis patet, cõcluſionem noſtram fuiſſe approbatã à d. tex. cùm eadem rõ hm̃oi cõceſſionis reperiatur in caſu nr̃ę cõcluſionis, cũ dicatur, ꝙ liceat ſocero paciſci de aliqua quantitate pecunię ſibi ſoluẽda pro ſupportãdo onera matrimo

Gener poteſt recipere cenſũ annuum donec ſoluta ſibi fuerit dos.
l. 3. ff. de eo, ꝙ certo loco.
cap. ſalubriter, extra de uſur.

T nii, donec

nij, donec dos fuerit ſibi aſſignata: ut quàm doctiſſimè probat ibidem Panormitanus, & reliqui Doctores paulò poſt adducendi, pro ut contra obiectiones faciendas contra noſtram concluſionem fuſiùs dicetur, & probabitur. Sciendum ergo, quòd implicitè præſenti noſtræ concluſioni aſtipulati fuerunt omnes Doctores adducti in recitatione opinionum: in citatis quæſtionibus ſupra, eorum mentes interpretando (vt decet) explicitè verò ex Theologis, ſunt infraſcripti, videlicet. Nam Sotus ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in libro ſexto, quæſtione prima, articulo ſecundo, columna octaua, in verſic. Atque hinc planè, Ioſeph Angles in tract. ſuper quarto ſententiarum, in quæſtione de contract. mutui articulo ſecundo, ſexta difficultate, concluſione ſecunda. Et ex canoniſtis Panormitanus, & Ioannes de Anania. in dicto cap. ſalubriter, extra de vſur. Conradus in tract. 2. quæſt. 35. concluſione 7. de contractibus: Didacus Couarruuias in lib. 3. cap. 1. nu. 3. §. quartò, hinc qui multos alios Doctores hoc tenentes recenſet Syluest. in ver. uſura. 3. §. 3. Nauarrus in ſuo manuali. c. 17. nu. 213. in ver. ſecundum, poſſe maritum: Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm enim in contractu mutui vnicuique liceat ſeruare ſe indemnem vt in c. Peruenit. extra de fideiuſ. (vt fuit etiam probatum abundè ſatis in citatis quæſtionib.) inde fit, concluſionem veram eſſe: cùm Gener ratione moroſæ ſolutiónis dotis ſuſtineat onera matrimonij ſine aliqua talis damni ſatisfactione: inde quoque fit, quòd tuta conſcientia poſſit paciſci de tali veriſimili intereſſe, quod ſuſtinere cogitur ob dilatam dotis ſolutionem: quoniam aliàs liceret ſocero locupletari cum Generi iactura: quod eſt prohibitū per tex. in c. locupletari. de reg. iur. in 6. Et licèt veriſſima ſit noſtra concluſio, & probata auctoritate Doctorum ac iurium, tamen poſſet quis illam impugnare alijs Doctorum auctoritatibus, & argumentis. Quapropter ſciendum, quòd noſtram concluſionem non admiſerunt Io. And. in d. c. ſalubriter, & multi alij, quos recenſet Didac. Couar. vbi ſupra, & pro eis videntur facere tria ſubſequentia argumenta.

Sotus. Ioſeph Angles Panor. Conradus. Didac. Couar. Syluest. Nauarrus. Io de Anania. Ratio concl.

c. locupletari. de reg. iur. in 6.

Primum argumentum cōtra concluſionem.

Maior propoſ. Oē illud, quod in iure non reperitur expreſsè licitum eſſe, non erit licitū.

Minor propoſ. At ꝙ Gener in caſu nr̄æ cōcluſionis poſſit paciſci, in iure nō eſt expreſsū.

Concluſio. Ergo quòd Gener paciſcatur (vt in caſu noſtrę cōcluſionis) non erit licitū.

Maior per ſe patet, Minor probatur, quia in nullo iure mentio de tali caſu fit, niſi quis putaret mentionem in d. c. ſalubriter. fieri. modò d. tex. non loquitur niſi in caſu, vbi Gener à ſocero accipit fructus poſſeſſionis ſibi pignoratæ pro tempore moroſæ ſolutionis, non autem in caſu vbi Gener à ſocero accipit tantum cautionem, & penſionem pecuniariam.

Secundum argumentum cō tra cōcluſionē.

Secundò arguitur ſic contra noſtram concluſionem.

Antecedens. Si caſus noſtrę cōcluſionis eſſet licitus, hoc cōtingeret, ꝙ par ratio eſſet qn̄ Gener recipit fructus poſſeſſionis à ſocero, & qn̄ recipit pēſionē pecuniariā ab eo, & iō ſicut unus habet ī iure explicitè, ſic ēt alter implicitè: quia vbi eſt eadē rō, ibi erit eadē iuris diſpoſitio: ſed hoc eſt falsū: quia nō eſt par ratio, in utroq; caſu: inde, ergo, caſus propoſitus nō erit licitus. & ꝙ nō ſit par rō, probatur duplici medio. Primò, quia poſſeſſio, de qua recipit Gener fructus ſecū dū d. c. ſalubriter, diſpoſitionē, eſt res nata fructificare: ſed in caſu cōcluſionis pn̄tis Gener nō recipit pēſionē pecuniariā de re nata fructificare: quia nulla res dotalis eſt, quæ pariat pecuniā, igitur nō erit par rō in vtroque, & ſic nec par diſpoſitio iuris. ſecūdo, quia Gener recipiēdo fructus poſſeſſionis, recipit quid incertū, eo ꝙ poſſeſſio aliqn̄ minus, aliqn̄ magis fructificat, cū hmōi eius

Conſequentia.

fructus

fructus ſubſtent iudicio diuino, ſed recipiendo pecuniariam penſionem, recipit quid certum: ergo patet noneſſe parem rationem in vtroque caſu, & ſic non debere eſſe par ius, aut parem iuris diſpoſitionem.

Tertio arguitur ſic, ſi iuſtificaretur huiuſmodi contractus contentus in noſtra concluſione ratione ſimilitudinis quam diximus habere cum caſu cōtento in d.c. ſalubriter, ſequeretur, quòd hoc tantum eſſet ratione onerum matrimonij ſupportandorum, eo quod non eſſet alia via ſuccurrendi diſpendio, quod patitur Gener tradendo alimenta uxori, & familiæ ſuæ: ſed conſequens eſt falſum: ergo, & antecedens: & quod ſit falſum, patet eo quòd licitè poſſet Gener accipere dotalem pecuniam, & deponere eã apud mercatorem in ſocietatem, & ſic de honeſti lucri parte inde recepta ſuſtinere onera matrimonij, vt in c. per veſtras, extra de donat. inter vir. & uxor.

Tertium argumentum cōtra

Antecedens.

Conſequentia.

His ergo argumentis non obſtantibus, aſſeritur adhuc concluſionem noſtram veram eſſe ut patebit illis reſpondendo.

ca. Per veſtras, ext de dona. inter vir. & uxor.

Ad primum ergo reſpondetur, quòd.

Primum argumentum deficit in quatuor. Primo, quòd licèt maior propoſitio illius ſit vera, tamẽ minor eſt falſa: & ad probationem eius, dicitur, quòd non valet conſequentia: non enim ſequitur: Non eſt expreſſum in iure, ergo illicitum erit: quoniam patet ad ſenſum, quòd ab origine mundi fuerunt multi caſus liciti, & illiciti qui in ciuili, & canonico iure non ſunt ſcripti: quoniam aliàs oportuiſſet utrumque ius fuiſſe ſcriptũ ab origine mundi: puta, quia fuerunt contra legem naturę, & ſic illiciti: vel ſecundum legem naturę, & diuinã, & ſic liciti. Item ſi omnes caſus hodie eſſent expreſſi in iure canonico, vel ciuili, non eſſet neceſſe, Imperatores, Reges, Duces, vel huiuſmodi (qui habent poteſtatem condendi leges) alias nouas leges condere ſuper caſibus dubijs occurrentibus in dies, quia omnes tales caſus dubij eſſent expreſſi in iure. Secundò deficit, quia licèt Papa ibi tantum loquatur de caſu, vbi Gener recipit fructus poſſeſſionis, non tamen hoc fecit, volens id tantum licere in illo caſu: ſed quia quæſitus fuit tantum de illo, ideo tantum de illo reſpondit: unde patet, quòd ſi fuiſſet etiam de alio ſimili caſu interrogatus, idem reſpondiſſet: quia eadem ratio affuiſſet utique. Tertiò deficit, quia tale argumentum prætendit quaſi cauſam (propter quam licitus ſit caſus de Genero fructus poſſeſſionis recipiente) cũ ſit ex conceſſione iuris canonici, ita q̃ ideo ſit licitus: quia ſic diſpenſatiuè ſit admiſſus in fauorem matrimonij: & ex quo non eſt alius caſus ſic admiſſus à iure, ideo non ſit licitus. ſed hoc fundamentum eſt falſum: quia caſus de Genero recipiente fructus poſſeſſionis ſibi pignoratæ a ſocero non eſt licitus ex conceſſione diſpenſatiua iuris canonici, quaſi ſine eius diſpenſatione eſſet illicitus, & uſurarius. Nam ſi huiuſmodi contractus ex ſe eſſet illicitus, & uſurarius, non poſſet utique per diſpenſationem cuiuſcunque iuris humani, ſiue canonici ſiue ciuilis, reddi licitus: cùm de actu damnato lege diuina (ut eſt vſurarius contractus) non poſſet per cuiuſcunque iuris humani, ſiue Pontificij, ſiue ciuilis reddi licitus (vt probauimus in quæſtione nona.) Immo caſus in noſtra concluſione contentus de ſui natura eſt licitus, & fuit ſemper licitus ante omne ius canonicum æditum: immo de lege naturali, quæ dictat, quòd dans occaſionem proximo patiendi inuoluntariè aliquod damnum, teneatur ad intereſſe, ſicut & ſibi vellet fieri in tali caſu.

Reſponſio ad primum argumentum Ioan. And contra noſtram concl.

Quartò deficit, quia habemus textum in iure, ubi fundari poteſt,

quòd huiuſmodi caſus in noſtra coucluſione contentus ſit licitus, & eſt text. in d. cap. ſalubriter: vt apertius in reſponſione ad ſecundum argumentum dicetur, & probabitur.

Ad ſecundum argumentum ſic reſpondetur.

Prima reſpõſio ad ſecundũ argumentum,

Negando falſitatem conſequentiæ, negando (inquam) parem rationem eſſe in vtroque caſu: quoniam reuera non poterit negari paritas, ſeu identitas rationis in utroque caſu ſine rubore. Et quod ſit identitas rõnis in vtroque, probatur, quia in vtroque caſu ſocer eſt Genero occaſio patiendi aliquod intereſſe: igitur ſicut in uno, ita & in alio debebit ipſum releuare per aliquod æquiualens, cũ altero eorum non ſit maior ratio, & per conſequens nõ refert, an fiat hoc per aſſignationem fructuum poſſeſſionis pignoratæ, vel per penſionem annualis, ſeu cenſualis pecuniæ: & ad probationem minoris reſpondẽdo dico, quod primum mediũ duplici medio apparebit falſum. Primo, enim, ſic: cùm nihil. n. obſtat veritati noſtrę conclusionis. Nam illud, quod dicitur, quia Genero ſocer aſſignat pignus frugiferum pro dote non ſoluta. Ideo licebit (vt in d. c. ſalubriter,) ipſi recipere quid ultra ſortem: In caſu vero noſtræ concluſionis aſſignatur pecunia, quæ nõ eſt de ſui natura lucroſa, ſeu frugifera. Nõ (inquam) hæc diuerſitas rerum obſtat: cum ipſa ſtante reperiatur in ipſis idẽtitas rationis intereſſe in caſu utroque, & reſtitutionem æquiualentis vtriuſque: ſeu reſtitutionem eiuſdem intereſſe: ſicut nõ eſſet rationabilis illatio hęc, ſcilicet, differunt inter ſe, intereſſe, fructum, & vſura: ergo receptio fructus alicuius ex his rõne reſtitutionis dãni ex mutuo paſſi, erit illicita: qũ illa differunt. Patet. n. falſitas huiuſmodi illationis: qũ licet (abſolutè loquendo) illa tria in ſpecie inter ſe differant: tamen ratione ſatisfactionis intereſſe, inter illa nõ poteſt differẽtia reperiri: quapropter ſicut nihil refert creditoris, ſi ex fructib. fundi ſibi obligati (pro reſtituendo ſibi debito) vel ex alterius fundi fructib. à debitore ſibi ſatisfiat pro intereſſe paſſo, & illato à debitore ipſi creditori. ſic ergo in propoſito patet, quod in tali rerum diuerſitate ſtet identitas in ratione recipiendi, & ſibi ſatisfaciendi de damno paſſo.

Reſp. ſecunda. Secũdò ad eandẽ probationem dicitur ſic: ipſam non obſtare cõtra noſtrã concluſionem, quoniam poſſeſſiones multæ reperiãtur nõ fructiferæ, niſi induſtria viri accedat, vt domus, & ager & huiuſmodi: ſic ẽt pecunia ſoceri nõ fructificat, niſi exerceatur per eius induſtriã ĩ mercaturis. & de aggregato ex ſua pecunia, & induſtria procedit pẽſio pecuniaria, quã aſsignat Genero annuatim. Ad ſecundum modo,

13 Quare ſit inualida ratio differentiæ aſſignata à Ioã. And. inter penſionẽ annuam pecuniariam pro dote non ſoluta, & conceſſionẽ fructuum poſſeſſionis pignoratæ.

mediũ arg. 2. rñdetur (cum Pan. & Io. de Ana. in d. c. ſalubriter, & Cõrado vbi ſup.) Non obſtare veritati noſtræ cõcluſioni illud, quod dicitur, recipiẽdo fructus poſſeſsionis pro dote pignoratę, recipitur quid incertũ, ac per cõſequẽs, rõne incertitudinis illud erit licitũ: ſed recipiẽdo pecuniariã penſionẽ, recipitur quid certũ: cũ ſemper eadẽ penſio ſoluatur annuatim eiuſdẽ ualoris. Nõ obſtat (inquam) propter quinque. Primo, quia poteſt ſæpiſsimè contingere, quod quid certũ recipiatur a re pignorata pro dote, ut patet in locatione domus pignoratæ & huiuſmodi: & tñ, omnes dicunt hoc licere: ergo illiciti contractus cauſa non erit incertitudo fructuum: ſic ergo in propoſito, eadem rõne Gener poterit pẽſionẽ pecuniariam certã recipere rõne dotis non ſolutę. Secũdò licèt fructus poſſeſsionis pignoratæ nõ ſint certi omnino, & p cõſequens refuſio intereſſe hmoi, tñ, utique põt cõiecturaliter eſſe certũ: ergo poterit Gener quid certũ pro eo recipere ex quo maluit potius illud expectare, qđ ẽ tñ cõiecturaliter certũ, puta lucrũ, qđ inde ſibi ceſſat, quã illã annuã

penſionem

penſionem pecuniariam à ſocero habere, licèt fortè certior ſit prædicto lucro. Tertiò: quia etiam penſio pecuniaria eſt incerta aliqualiter, quia contingere poterit (vt ſæpe accidit) quòd ſocer aliqua aduerſitate præſſus amittat omnia ſua bona, & ſic non tantùm opus eſſet Genero amittere penſionem, verùm etiam & dotem ipſam, pro qua non ſoluta, ſibi tradebatur penſio. Quartò, & ſi fructus poſſeſſionis pignoratæ ſubſtent diuino iudicio, tamen (vt communiter) aliquod commodum importat poſſeſſio. Ideo ſi reciperet pēſionem à ſocero vltra ſortem mutuatam, ei eſſet illicitum propter certitudinem commodi alicuius momenti, etiam in fructibus poſſeſſionis eſſet illicitum. Quartò, quòd dato & non conceſſo quòd Gener ageret gratioſiùs cum ſocero recipiendo pro ſuo annuo intereſſe fructus poſſeſſionis, qui tamen, aliquando non æquiualerent intereſſe, & aliquando omnino perirent, tamen per hoc eſt negandũ, quòd alius, qui iſtam gratiam non facit, puta, Gener accipiens pecuniariam penſionem, faciat quid iniquum: facere enim gratiam ſeu aliquid ſibi debitum donare, non eſt regulariter neceſſitatis: ita quòd non faciens committat iniquitatem.

Reſponſio tertia. — *Reſpõſio quarta.* — *Reſpõſio quinta.*

Ad tertium argumentum dicendũ, ipſum deficere in duobus. Primò, quoniam licèt prima conſequentia circa onera matrimonij ſupportanda ſit uera, negatur, tamen, ſecunda, dicendo illam omninò non ſequi ex conceſſione primæ conſequentiæ illius: quoniam licèt per traditionem pecuniæ mercatoribus factam, (vt inde ex fructibus, ac lucris eius poſſit Gener ſupportare onera matrimonij) quis licitè poterit aliquid lucrari tanquàm fructus pecuniæ dotalis, tamen non poterit, ſorte ſalua, vel in diſcrimine non poſita: ſed ſolùm ſi dotalis pecunia ſit in periculo, vt ſunt illa omnia, quæ committuntur in cõtractu ſocietatis (vt dicetur loco ſuo) & optimè docuit Pano. in c. per veſtras, ext. de dona. inter vir. & uxo. Secundò, qm̃ poteſt dari caſus, in quo ſocer nõ poſſit dare iã dotem, vel indiget pecunia illa promiſſa pro dote, & Gener motus pietate dimittit eã apud ſocerum, mutuando ei, & tñ vult ſe ſe ſeruare indemnem recipiendo penſionẽ pro ſuo intereſſe, & ita ſubuenit ſocero, & ẽt ſibi ipſi: ſi autem uellet omnino habere dotem, iã uel impiè ageret cum ſocero, quem notabiliter grauaret, puta, quia non poſſet, vel non niſi cum præiudicio magni lucri ſui, & vt ſtat longè maioris lucri poſſibilis obtineri per ſocerum, quod ſibi ceſſaret, vel ſi neutrum adeſſet, tamen aliàs eſſet omnino inuitus ad dandam dotem: & ſi uellet ſimpliciter Gener habere uiã iuris cum cõpellendo, ſurgeret notabile odium inter eos, quibus omnibus occurrendo Gener dimittit ei dotem, & recipit annuam penſionem pro ſuo intereſſe: mallet tamen habere dotem, & carere penſione tali, quàm carere dote, & habere dictam penſionem. Tertiò deficit tertium argumentum: Quoniam dato quòd poſſet ſuccurri Genero alia via, per hoc non concluditur, quòd hæc uia, ſcilicet, recipiendi penſionem annuam, ſit illicita. Cùm multæ licitę viæ poſſint tendere ad eundem terminum: ex quibus omnibus relucet veritas præſentis noſtræ concluſionis ſcitu digniſſimæ.

Prima reſponſio ad tertium argumentum Ioan. And. — *Reſponſio ſecunda.* — *Reſpõſio tertia*

Decima concluſio.

12 Hæredes legitimi, vt filij Generi (ipſo mortuo) tuta conſcientia poterunt rei dotalis pignoratæ à ſocero, auo ipſorum, fructus facere ſuos, ſi onera matrimonij ſupportarent: ſicut ſupra probatum fuit hoc poſſe Generum eorum patrem, concurrentibus ijſdem conditionibus, quas neceſſariò diximus concurrendas fore in Genero, tam ratione intereſſe damni

Hæredes legitimi mariti an poſſint ſumere fructus rei pignoratę pro dote nõ ſoluta ei, cuius ſunt hæredes.

emergentis,& lucri ceſſantis quàm præſumptæ donationis factæ Genero eorum patri,à ſocero.Hæc concluſio probatur. Primò,per argumentum omnium iurium,quæ fuerunt adducta in probationem ſecundæ concluſionis,in quibus fuit probatum,hoc licere Genero:& ſecundo probatur magis explicite auctoritate Doctorum:noſtræ enim concluſioni ſe ſubſcripſit Ioannes de
Io. de Medina. Conradus. Didac. Couar. Medina,vbi ſupra,§.ſequitur amplius contra eundem Ioannem Andr. Conradus vbi ſupra,concluſione octaua,necnon & hoc idem videtur tenuiſſe Didacum Couarruuiam ubi ſupra,§.Cæterum plura alia:qui retulit opinionem cuiuſdam eximij Doctoris nomine Fortunii dicentis, Genero ſolùm licere fructus pignoris non computare in ſortem , non autem in extraneo genere conſtitutis: quod videtur in caſu præſentis concluſionis: cùm filii dicantur quid patris, ac per conſequens ſicut in aliis omnibus iuribus ipſi ſuccedunt patri,ſic,& in hoc,cùm perſeueret idem onus,eo quòd turpe videatur matrē dotem petere à propriis filiis,& ſe ab ipſis ſegregare:& idem dicetur de filiis
Ioſeph Angles (vt in ſequenti concluſione)idem videtur annuiſſe Ioſeph Angles(vbi ſupra, Dubio ſecundo,vnica concluſione)dicendo,quòd mortua uxore filii eius nō poterunt recipere huiuſmodi fructus, non computando eos in ſortem , cùm ceſſet ratio dicti cap.ſalubriter,quaſi diceret,ipſa uiuēte poterunt recipere ſi dicti filii hæredes alimentent uxorē patris defuncti(ſcilicet)matrem ipſorum hæredum Generi illius,de quo loquimur. Nec pręſens concluſio eſt contra Panormitanum,& alios,quos in ſequenti concluſione referam,cùm maxima differentia ſit inter contentas conditiones in pręſenti concluſione,& in ſubſe
Ratio concl. quenti:ut docebo luce clariùs: Probatur & tertio præſens concluſio hac ratione,videlicet:Vbi enim eſt eadem ratio,idem eſſe debet & ius. At eadem ratio eſt in hæredibus filiis alimentantibus matrem,quę & in Genero alimentāte uxorem,cùm ipſi etiam ſupportent onera matrimonii(vt ſupponitur)in alimentando matrem,cui deberetur dotale pignus vnà cum fructibus eius,maximè cum ipſius matris bonis omnibus ipſi ſint ſucceſſuri ratione hęreditatis,ſeu filiationis(ut patet ad ſenſum)& ſicut ipſi nidusque tribuenda eſſet poſſeſſio pignoratitia(ut ex fructibus uiueret,donec pater ſibi daret dotem)cùm in iure expreſsè caueatur quòd mortua uxore conſtante matrimonio, dos non
l. 1. C. de rei ux. actio. in lucrum viro , ſed ad hæredes uxoris, tranſeat,vt in l. 1.§.Illo proculdubio. C.de rei uxor.actio.Cùm ſine graui peccato mater non poſſit exhæredare filios ſine graui cauſa.

Vndecima concluſio.

13 *Quid de hæredibus extraneis.* Hæredes extranei, ideſt, non legitimi,& naturales filii ipſius Generi recipiendo fructus poſſeſſionis pignoratæ Genero à ſocero, ipſos computare in ſortem debent,aliàs uſuram committerent,etiam ſi alimenta præſtarent relictæ uiduę ſponte,cùm poſſint ipſam poſſeſsionem , vel quid ſimile pro dote non ſoluta acceptam, reſtituere uiduæ relictæ eius,cuius ſunt hęredes. Hęc
c. Conqueſtus. extra de uſur. concluſio probatur triplici medio.Primo,enim,per tex.in cap.conquęſtus.extra de uſuris,& per multa iura adducta in probationem concluſionum , quæ fuerunt adductæ in decidenda pręcedenti quæſtione. Probatur & ſecundo
Panor. Bartol. Syluest. Ratio conclu. Doctorum auctoritate:Panormitanus,enim,in cap.ſalubriter.circa finem.extra de uſur. ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni,adduxitque ad hanc probandam Innocentii ſententiam.Bartol.in l.At qui natura.§.non tantùm.ff.de negotiis geſtis.Syluest.in ſumma in ver.vſura.3.§.6.probatur & tertio & ratione, quę eſt hæc:Remota cauſa remouetur effectus.

At cauſa

At cauſa propter quam licere aſſeruimus Genero & hæredibus legitimis, & naturalibus(ideſt,filiis)ſuſcipere fructus poſſeſſionis pignoratæ,gratia dotis non ſolutę,eſt,tum propter onera matrimonij ſupportanda,non aſſignata dote contra uoluntatem viri,tum quia filij cenſentur quid matris,& etiã aui. Immo illis iure ordinario hęredes conſtitui meritò debent ratione vtrorum, videlicet,tum ratione intereſſe lucri ceſſantis,quia Gener forſan emiſſet poſſeſſionem &c.tum etiam ratione damni emergentis,quia illum,forſan, oportuit vẽdere aliquid de proprijs facultatibus,vel aliquid ſuſcipere ſub uſuris, vel aliud damnum pati,vt alimenta præſtaret uxori,& familiæ:vel ratione donationis præſumptæ à ſocero factæ Genero,& à fortiori nepotibus(filiis,ſcilicet,propriæ filiæ)quæ omnia non poſſunt conſiderari in alijs hęredibus extraneis.Nec pręſens couclusio eſt contra pręcedentem,cùm non ſint ſimiles, immo maximo diſcrimine diſtent abinuicem.Cùm maxima differentia ſit inter naturalem,& legitimum hęredem: & hęredẽ aduentitiũ, ſeu extraneum: qui(vt in pluribus)non conſtituitur,niſi ratione maximæ ingratitudinis naturalium hæredum erga teſtatorem ipſum legitimus uerò hæres regulariter: conſtituitur,

Duodecima concluſio.

Mariti defuncti(cui fuit ſoluta dos)hęredes ſi ſe obligant uxori illius relictæ viduę poſt aliquod taxatum tempus tradere dotalem pecuniam,iſto interim aſſignando ei fructus alicuius poſſeſſionis percipiendos, ipſi cõcedendo, vt illos non computet in ſortem: hæc vidua huiuſmodi fructus tuta conſcientia ſuſcipere non poterit,niſi computet eos in ſortem, vel concurrant infraſcriptę conditiones.Prima quarum eſt, quòd illos recipiat ratione intereſſe lucri ceſſantis (ſi quod vidua inde verè incurriſſet) ut puta, quia ſi aſsignata ſibi fuiſſet dicta dotalis pecunia, ſtatim emiſſet cenſum annuæ penſionis occurrentem,vel quid ſimile lucroſum,ac frugiferum:vel ratione intereſſe damni emergentis ex non ſoluta pecunia dotali paſsi.Secunda,ſi reuera illud tale ſibi donaretur ob memoriam obſequiorum,vel fidelitatis præſtitæ ſuo coniugi(cuius illi ſunt hæredes)vel ipſiſmet hæredibus.Tertia,ſi illud tale plus ſuſcipiat ratione alimentorum aquæ ſalua dote dari poſſunt) donec ipſi ſoluta fuerit dotalis pecunia per qu(m non ſtat quòd ei ſoluatur non tãtùm primo anno luctus proprij uiri(in quo hęredes de iure tenentur ipſam alimentare, non reſtituendo bona mobilia dotalia,ut in l.vnica.C.de rei uxor.actio.)Verùm etiam poſt annum pręductum,ſi ipſa in viduitate permaneat,etiam ſi nullum intereſſe ex dote ſibi non ſoluta pateretur,ſi non habeat unde alimentari poſsit:licèt habeat aliqua bona non fructifera,ut ſunt gemmę, & ſuppellectilia,& huiuſmodi:quoniam ex his non tenetur vidua parare ſibi alimenta: ut docet Bartolus in cõſilio 224.quem refert Gloſatio ſeu additio ſuper ipſum Bartol.in l.diuortio.in principio.ff.ſoluto matrimonio. Cùm ad id hæredes teneantur ratione hęreditatis initæ,& ex quo ſentiunt commodum illius,meritò ſentire,& debent incommodum illam alimentandi: qua ratione maritus eius(cui ipſi ſucceſſerunt)olim tenebatur iuxta infraſcriptas iuris regulas ueras.Nam[is,qui in ius ſuccedit alterius,eo iure,quo ille uti debebit]vt in cap. Is,qui.de regulis iuris in ſexto, & [qui ſentit commodum & incommodum ac onus ſentire debet]vt in c. Qui ſentit, de regulis iuris in 6.eo magis quòd [nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur.vt in c.Nemo poteſt.de reg.iur. in 6. Quapropter meritò huiuſmodi viduæ

14 *Vidua quando poſſit pignoris fructus pro dote ſibi non reſtituta ſumere*

l.vnic.C.de rei uxor. act.

Bartol.

c Is,qui.de reg. iur.in 6.

c.Qui ſentit de reg iur.in 6.

c.Nemo poteſt de reg.iu. in 6.

Panor. duæ uolenti lucrari ex dotis fructibus Panormitanus in cap. ſalubriter. extra de uſur.conſuluit dicens,quòd ipſa faciat ſibi aſſignari pecuniam dotalem:& ex ipſa emat poſſeſſionem,vel ſibi poſſeſſionem aliquã dari inſolutum ab hæredibus mariti.Sed ſi hoc ab hæredibus uiri ſui obtinere non poſſet:tunc poſſet fructus illius poſſeſſionis ſic ſibi traditæ,vel quantitatem aliquam pecuniȩ ſibi annuatim conſtitutam loco intereſſe lucri ceſſantis ſuſcipere donec fuerit ſibi aſſignata dotalis pecunia: dummodo dicta annua penſio non excedat expenſas,quas eam oportet facere circa alimenta ſibi paranda, niſi illud excedens realiter ſibi fuiſſet dono datum in recognitionem obſequiorum fideliter exhibitorum marito eius mortuo,dum ille uiueret. Hæc cõcluſio quoad primam conditionem probata fuit ſupra per allata iura in probationem quȩſtionis decimæ octauæ de intereſſe lucri ceſſantis,& in quæſtionis decimæ nonæ probationem de intereſſe damni emergentis. Quoad ſecundam conditionem probata fuit per allata in quæſtionis decimæ ſeptimæ concluſionis quartæ probatione.Quoad tertiam conditionem autem concluſio præſens probatur triplici medio, (ultra ſupra allata, poſt ipſam conditionem recenſitam.)

Vidua quid faciet ſi velit lucrari ex re dotali.

cap.ſalubriter, extra de uſur. Primò,enim,per argumentum in cap.ſalubriter,extra de vſur.in quo licèt explicitè ibi non habeatur ſermo de contentis in dicta tertia conditione: tamẽ arguendo per idẽtitatem rationis,patet hoc ex illo elici:Nam ſicut ſalua ſemper dote Genero alimentare opus eſt uxorem,ſi uoluerit lucrifacere fructus poſſeſſionis pignoratæ pro dote non ſoluta ſibi à ſocero: quoniam,ſi non alimentauerit,non poterit ipſos capere (niſi computando in ſortem vt plene in concluſione quarta præſentis quæſtionis fuit probatum) ſic eodem iure,& ipſa coniux viuente marito,ſicut poterat tuta conſcientia dote ſalua in caſu prȩdicto ſuſcipere alimẽta:ſic & mortuo uiro,ſi per ipſam nõ ſtet,quòd hæredes ſibi reſtituant dotem,ſeu poſſeſſionem,quæ viro ſuo fuerat pignorata a patre,vel alio pro dote non ſoluta:Cùm (vt probauimus) iure matrimonij teneatur maritus ipſam alimentare,donec illi reſtituatur dotalis pecunia, vel pignus frugiferum ſibi aſſignatum à ſocero patre ipſius viduæ: & eadem ratione hæredes defuncti viri iuxta infraſcriptas regulas iuris. Quàpropter

c.Quiſentit de reg.iur.in 6. ſciendum,quòd quæ diximus, videntur probari, primò per argumentum in cap.Qui ſentit.de regulis iuris in 6.in quo dicitur. [Qui ſentit onus,ſentire debet commodum,& è contra.]Idem per argumentum in cap.rationi. de re-

ca. Rationi. de reg.iur.in 6. gulis iuris in 6.in quo hæc continentur,videlicet. [Rationi congruit,ut ſuccedat in onere,qui ſubſtituitur in honore,]& ſic in propoſito, hæredes debent ſuccedere in onere alimẽtandi viduam,donec aſſignauerint dotalem pecuniã

c.Nemo poteſt de reg.iu. in 6. ipſi viduæ:cùm & ipſi ſubſtituti fuerint in honore hæreditatis adeptæ: & ratio horum omnium probatur apertiſsimè per tex.in cap.Nemo poteſt.de regulis iuris in 6.in quo hæc habentur,videlicet. [Nemo poteſt plus iuris tranſferre in alium,quàm ſibi competere dignoſcitur.]Vnde ſequitur,quòd cùm maritus iſtius viduæ antequam moreretur,habuerit ius in dotali pecunia,vel poſſeſsione frugifera pignorata ſibi pro dote non ſoluta,unà cum onere vxorem alimentandi,& familiam:eodem iure,& ratione hæredes mariti iam defuncti ſi uolunt ſuccedere defuncto,tenebuntur,vel reſtituere dotem, vel alimentare,cùm ſucceſſerint defuncto à quo plus iuris transferri in ipſos hæredes non poterat,quàm ipſi marito defuncto(antequam moreretur)competere dignoſcebatur:vt patet ad ſenſum.Ex quibus iuribus omnib. elicitur veri-

Io.de Medina. tas noſtræ concluſionis, vt optimè docent inter alios præſertim Ioannes de

Medina,

Medina,& Conradus locis paulò poſt citandis. Probatur,& ſecundo Doctorum auctoritate, Ioannes de Medina in Codice de rebus per vſuram acquiſitis. in fine. §. ſequitur amplius in Gener. Sotus in libro ſexto, quæſtione prima, articulo ſecundo, in ver. At qui ex eadem radice ſoluitur. Panormitanus in dicto cap. ſalubriter, numero ſexto, in verſi. Ego autem aliter dicerem. Glo. in l. prima, §. exactio in verſ. reſtituendis. C. de rei uxor. actio. & ibi Bartolus, Conradus de contractibus. tract. 2. quæſtione 35. conclusione nona, Syluester, in ver. vſura 3. §. 7. Angelus in ver. vſura, Ioannes de Anania, in dicto capit. ſalubriter, columna quinta, in verſi. Quæritur etiam iuxta prædicta, quid è contra ad iſtud cap. pone Nauarrus in ſuo manuali, cap. 17. numero 213. Qui Ioannes de Anania vbi ſupra, columna ſexta, vltimo verſi. & dictum Innocentij,& Ioan. Andr. Vbi infraſcriptis verbis utitur, videlicet:& dictum Innocentij, & Ioan. And. hic, poteſt intelligi, quando mulier habet aliunde unde ſe alat: vel quando ſi eſſet ſollicita poſſet dotem recuperare de facili, ſed non curat: quia potius vellet lucrum ex pecunia: Nam in iſtis caſibus nõ poteſt mulier vidua aliquid petere, alias ſecus. hæc ille: pro cuius rei maiori notitia ſciendũ, quòd Innocen. Ioannes Andr. Antonius de Butrio in dicto cap. ſalubriter. Hoſtien. in ſumma, titu. de vſuris. §. An aliquo caſu, columna quinta, in verſic. Quid in conuerſo caſu. Bartolus in l. At qui natura. §. Non tantum. ff. de negotiis geſt. Syluester in uer. uſura. 3. §. 6. Ioſeph Angles ſuper quartum ſententiarum, in quæſtione de contractu mutui, articulo ſecundo, ſexta difficultate, concluſione prima,& ſecunda. Didacus Couarruuias in libro tertio, capitulo primo, variarum reſolutio. num. 3. §. ſexto hinc etiam conſtat, & quàm plurimi alii Doctores ab ipſo citati: hi ergo omnes Doctores aſſerũt, dictam viduam nõ poſſe fructus rei pigneratæ ſibi pro dote non ſoluta ab hæredibus, facere ſuos: ſed illam teneri illos perceptos computare in ſortem, aſsignantes hanc rationem, dicentes, imputet ſibi ſi dos nõ ſoluatur & pergat ad iudicem,& ſic compellat hæredes: quapropter ipſos nobiſcum ſenſiſſe patet, quãdo per ipſam non ſtat, vt ſuppoſuimus in concluſione decima, conditione tertia, cùm ſæpe hoc contingere poſsit, ut puta, ſi vidua eſſet alienigena, orbata conſanguineis potentibus,& è contra, hæredes viri ſui potentes, ſcandaloſi, vel iudicibus familiares: vnde illis non conſentiendo poſſet in aliquod malum incidere: quapropter colligitur (vt bene ponderauit Ioannes de Anania,) quòd noſtra cõcluſio decorata dictis conditionibus, ſit vera, & ipſi tacitè prędicti Doctores ſe ſubſcripſerint, cùm de ipſa conditione ipſi Doctores nullam faciãt mentionem. Probatur & tertio prædictis omnibus rationibus.

Sotus.
Gloſ.
Bartolus.
Conradus.
Syluest.
Angelus.
Io. de Anania
Nauarrus.
Innocen.
Ioan. And.
Ant. de But.
Hoſtienſis.
Syluester.
Ioſeph Angles
Couarruuias.

Tertiadecima concluſio.

Vidua, cui ab hæredibus uiri non eſt ſoluta dos, poterit alimenta ſumere, 15
donec ſibi ſoluatur dos (ſeruatis, tamen, conditionibus allatis in præcedenti concluſione)& huiuſmodi hæredes habebunt fructus dotis: cùm hac, tamen, diſtinctione, dicendo ſic: aut ipſa permanet in domo hæredum, aut non: ſi primo, tunc quicquid acquirit ſuo artificiolo, debebit cedere in utilitatem hæredum, ſicut ante mortem viri contigebat: eo quod ipſi hæredes uiro illius ſucceſſerunt in onere alimentandi: meritò debebunt ſuccedere in honorem, ſcilicet, percipiendi huiuſmodi lucrum: ſed ſi dicta vidua non permaneret in domo hæredum viri ſui, tunc ſubdiſtinguendum erit: quòd aut ipſa diſceſsit a domo hæredum, ut proprio honori, vel quieti conſuleret ſic euadendo contentiones, ad patris, vel conſanguineorum ſuorum domum ſe tranſtullit iuxta ali-

Vidua prædicta an poſſit alimenta ſumere

ta ali-

ta aliquam conſuetudinem patriæ, aut diſcedit à domo hæredum ſine rationabili cauſa:ſi ergo,vt conſulat ſuæ quieti,& ſuo honori diſceſſerit, inibi alimentanda erit ab hæredibus,argumentum in l.Caio.§.Imperator. ff. de alim. & ciba.legatis.in qua dicitur,quòd d[illegible]legata alimenta debentur libertis emancipatis in domo hæredum:& extra domum ſi imponeretur ab eis, ipſis libertis grauior ſeruitus fuerit impoſita.

l.Caio.ff. de alimen.& cib.leg.

Specul. Bartolus. Paul.de Caſt. Baldus. Ratio.

Probatur quoque præſens concluſio auctoritate Specul.in tit.Qui filij ſint legitimi.§.1.in ver.ſed pone.Vxor petebat ab eo.Bartol.in l. diuortio,in principio ſe ſubſcribens ſententiæ Specul. Paulus de Caſtro in d.l.diuortio.Bald. conſilio 258.& ratio eſt ſecundum eos,quia per ipſam non ſtat,quin permaneat pacificè in domo hæredum,iccircò erit alenda extra domum hęredum: ſi verò non vult cohabitare hæredibus nulla rationabili cauſa ad hoc eam cogente,licèt videatur Specul.vbi ſupra uelle eam non poſſe ipſa alimenta petere,tamen Bartolus contrarium tenet vbi ſupra, numero quarto, dicens viduæ indiſtinctè fuiſſe conceſſa alimenta,in l.libertis.§.fi.ff.de alimentis, & cib. legatis,licèt videantur prædicti Doctores,Paulus de Caſtro ubi ſupra,& Baldus vbi ſupra,& nonnulla alia adducuntur in additionibus ſuper Bartolum, vbi ſupra.hæc enim concluſio prædictis medijs,& authoritatibus probatur:& notandum,quòd ibidem Bartolus in verſ.Qui ſi hæredes in alimentis mulieris.vbi ſupra dicit,quòd ſi hæredes minus expendant in alimẽtis viduæ, quã ſint fructus dotis,illud plus poterũt ſibi retinere,vt poterat maritus eius, cui ſucceſſerunt:quoniam talis uidua videtur ſtare in primo matrimonio, ut in l. fin.C.de bonis maternis:nam ſicut,ſi fructus dotis non ſufficerent ſibi,de ſuo deberent ſupplere,ita ſi ſuperabundant,debent lucrari illud,quod ſupereſt.

Bartol.

l.fi.C de bonis maternis.

Quartadecima concluſio.

16 *Vidua prædicta, quæ lucra teneatur reſtituere.*

Vidua(quæ ſuſcipit,alimẽta ab hæredibus mariti donec dos ſibi ſoluatur) debet quicquid lucrata fuerit ex propria opera,ac artificiolo tribuere hæredibus viri ſui,à quibus alimentatur tam ſi in eorum domo permaneat, quàm ſi ab ea diſcedat:cum hac tamen diſtinctione facienda circa ipſum lucrum, & opera:Nam nonnullæ ſunt mulieres viduæ,quarum in domo nullæ ſunt operæ:vt ſunt iſtæ dominæ magnæ,quæ manibus ſuis nihil operantur: quoniam tunc de talium operibus nulla eſt ratio habenda in expenſis, quæ deduci debeant in præſtandis alimentis ipſi viduæ.Si verò eſt domina quæ operaretur, tunc de alimentis debet deduci quãtum intereſt hæredis ipſam in domo operari.Hæc concluſio probatur,per argumentum in l.ſi conſtante.§.quotiens.ff. ſoluto matrimonio,in qua dicitur.[deducendum eſſe cõmodum, quod uxor ſentiret ex aſſignata ſibi dote poſt diuortium,in caſu,quo ſuffeciſſet viro eius, dediſſe fideiuſſorem de aſſignãda dote,poſt annum.] probatur quoque hęc concluſio authoritate Bar.in d.l.diuortio.ff.ſol.mat.

l. ſi conſtante. ff. ſol.mat.

Quintadecima concluſio.

17 *Vidua prædicta an poſſit recipere cenſum pro dote non ſoluta*

Vidua(quæ vigore alicuius ſtatuti hoc ſtatuentis in pœnam moroſi debitoris) in caſu quo poterat tuta conſcientia recipere alimenta ab hæredibus mariti(vt in concluſione duodecima & tertia decima) poterit etiam tuta conſcientia recipere annalem cenſum aliquem honeſtum pro alimentis: cùm & hoc honeſtiùs ſit:quàm ſi quotidie ad eam trãſmitterentur cibaria,& alia neceſſaria pro alimentis.Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò,enim, per argumentum in cap.ſalubriter extra de uſuris,ipſum interpretando,prout fecimus in duodecima concluſione. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate.

c. ſalubriter, ex. de uſur.

ctoritate. Panor. ſcilicet, & Ioannis de Anania. in cap. ſalubriter, extra de vſur. & Cardinalis in clementina prima, de vſuris, in principio, in quarta quæſtione, numero octauo, Baldus in l. fi. §. prǽterea. C. de iure dotium, Raphael Fulgoſ. in l. Inſulam. §. uſuras. ff. ſoluto matrimonio, Felinus. in cap. conſultationibus. circa finem. in ver. verùm valeat ſtatutum, extra de officio iudicis delega. Paulus de Caſtro, & Alexander in l. diuortio. ff. ſoluto matrimonio, columna quinta, Aymon d. conſilio 179. columna ſecunda, Petrus de Anchar. in regula, Peccati venia. de regulis iuris in ſexto, Iaſon in conſilio 92. columna octaua, verſi. quartò principaliter. libro primo, Syl. in ſumma, in ver. vſura. 3. §. 8. Conradus in tracta. 2. quæſtio. 35. concluſione decima, & 11. Probatur & tertio hac ratione, videlicet. Cùm, enim, licitum illud dicendum ſit, quod à lege rationabiliter fieri conceditur: inde ſequitur, licitum eſſe viduæ ratione huiuſmodi ſtatuti ſuſcipere aliquid pro alimentis ratione pœnalis huiuſmodi ſtatuti. & quòd ſit hoc ſtatutum rationabile, patet, quia non tantum conſulit pauperculis viduis, verum etiam bono publico, quod videtur offendi per moroſum debitorem: & licet meo iudicio veriſſima ſit præſens concluſio, tamen reſpondendum quoque erit Doctoribus illi aduerſantibus: ſciendũ ergo, quod Imola in clemen. 1. de vſur. nu. 56. tenuit contrarium, dicens, quòd licèt Spec. dicat, viduam (cui non ſoluitur dos ab hæredibus uiri) poſſe ſuſcipere alimenta donec ei reſtituerint illi dotem, tamen ipſe dixit, huiuſmodi ſtatutum concedens viduæ tali alimenta eſſe vſurarium, & prohibitum, per tex. in clementina prima, de vſuris, cùm non ſubſtineat vidua onera matrimonij ſicut Gener, eo quòd ipſa nõ exhibeat ſeruitia matrimonialia: Iccircò nec poterit aliquid ſuſcipere ratione alimentorum: cùm ipſa ſtatuta non ſint valida tanquã concedentia vſuras prohibitas de iure diuino. & ad probandum ſuam ſentẽtiam veram ipſe Imola attulit opinionem Bartoli in l. Inſulam. §. vſuras. ff. ſoluto matrimonio. Ad quod quàm facillima erit reſponſio, & primo ad dictum textum dicitur, quòd licet per ipſum canonem excommunicentur condentes ſtatuta concedentia vſurarum exactionem, non tamen inde ſequitur, quòd ſtatuta huiuſmodi (pro ut in pręſenti cõcluſione) ſint prohibita: cùm videantur auctoritate iuris naturalis, ac æquitatis cõceſſa: quoniam ſi ſecus eſſet verius, ſequerẽtur multa abſurda: primum quorum eſt: poſſent, enim, inde tuta conſcientia hæredes frui fructibus dotis ſine conſenſu viduæ in eius graue dãmnum, & intereſſe: nec nõ, & ſequeretur, quòd oporteret, viduam huiuſmodi, uel inhoneſtè viuere, vel mendicari contra natalium ſuorum decus, ne fame periret, maximè vt docuit gloſa in l. 1. §. exactio. in verſi. reſtituendis. C. de rei vxor. actio. Vidua permanens in ſua viduitate videtur fictione iuris perſeuerare in primo matrimonio: Nec canon loquitur de hoc caſu, cùm potius hæc vidua recipiat alimenta, vel ratione intereſſe (quod patitur inuita,) vel ratione pœnæ, ſeu donationis gratia, titu. eleemoſinæ: vnde tale ſtatutum nõ erit prohibitum tanquam fauens vſuris, cum huiuſmodi lucri receptio non ſit vſuraria (vt fuit probatum) eo quòd loquatur tex. in dicta clementina, de ſtatuto fauente vſuras propriè dictas, non autem impropriè dictas, (vt eſt ſermo in pręſenti concluſione) & ad ſententiam Bartoli dicitur, ipſam non tantùm noſtrę concluſioni non aduerſari, immo potius opitulari: quoniam licèt in dicta l. in Inſulã. §. vſuras. ff. ſoluto matrimonio, dixerit, quòd etſi marito ſupportanti onera matrimonij poſt moram in dando à ſocero ſibi dotem, debentur uſuræ, quas recipit, (non vt uſuras propriè dictas) ſed tanquam proprium intereſſe

Panor. Io. de Anan. Cardinalis. Baldus. Raphael Fulg. Felinus. Paul. de Caſtr. Alexander. Aymon. Per. de Ancha. Iaſon. Syluester. Conradus. Ratio conclu.

Impugnatur concluſio prædicta ab Imola

Reſponſio impugnationi.

Ratio 2. concl.

Gloſa.

reſſe propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet(vt in capitulo ſalubriter, extra de uſuris,)ſed mulieri paſſę morã in dote reſtituenda ſibi ſoluto matrimonio vſuræ non debentur, quia tunc propriè eſſent vſurę (ſecundum Innocentium) & Ioannem Andream in dicto capitulo ſalubriter, licèt Cynus aliter dicat in dicta l. prima, §. exactio. C. de rei vxor. actione. Reſpondetur (inquam) ad Bartoli ſententiam, dicendo ipſum non intellexiſſe de caſu noſtro. Sed ſolùm quando eſſet diues vidua illa non indigens alimentis, vel ſi iam contraxiſſet ſecundum matrimonium: vel nullam iacturam penitùs ſentiret ex non ſibi aſſignata dote: quæ omnia ſubintelliguntur in præſenti noſtra concluſione.& quòd hoc ſit verum, probatur auctoritate eiuſdem Bartoli in l.diuortio.in principio.ff.ſoluto matrimonio, dicentis, viduam inopem, cui non ſoluitur dos ab hæredibus mariti, fore alimentandam ab hæredibus illius, etiam ſi cum illis noluerit habitare,& hoc etiam tenet in l.prima,§.exactio. C. de rei uxor.actio.quapropter patet, quòd hoc ipſe ſentiat de ſtatuti huiuſmodi validitate: cùm per ſe pateat, quòd id, quod non eſt vſurarium ſine ſtatuto, non erit vſurarium accedente ſtatuto illud approbante: cùm per ſe huiuſmodi contractus legitimus non poſſit vitiari per id, quod eſt per accidens: & quidem patet, quòd huiuſmodi contractus approbatio facta per ſtatutum eſt per accidens: cùm de per ſe contractus ſit iuſtus ſine ſtatuto, & antę ſtatutum:& inde ſequitur, quòd huiuſmodi ſtatutum quoque erit optimum & non vſurarium, (vt probant præadducti Doctores vnica uoce.) Nec obſtare poterit veritati noſtræ concluſionis Didacus Couarruuias, dicens huiuſmodi ſtatutum nullum: (Cum vſurariũ ſit) dicens nonnullos aſſerere Panormitanum dicere validum, quod non dixit: attamen ſua pace expreſsè Panormitanus hoc dixit, adducens ad hoc probandum Bartolũ in dicta l. prima, §. exactio. in quo loco expreſsè dixit, quòd non tantùm huiuſmodi uidua debeat ali ab hæredibus poſt primum annum viduitatis, verùm etiam infra ipſum annum, quàmuis ipſemet Didacus concludat hoc tantum viduæ licere in caſu, quo huiuſmodi quantitas pro alimentis taxata à ſtatuto eſſet verè quid ſimile lucri ceſſantis intereſſe, propter facilem, & frequentem annuorum redituum redimibilium emptionem: & hæc ſua opinio coincidit in id, quod paulò ante ipſemet dixerat, cui ſatisfecimus per adducta in probationem duodecimæ concluſionis,& in reſponſione ad ipſum Didacum, & ad alios Doctores ibi citatos. Vide ergo ibi.

Reſponſio ad Bart. ſententiã.

Reſpõdetur ad Couarruuiam qui cõtrarium ſentire videtur

Ad argumentum (prædictis concluſionibus præmiſſis) facilis erit reſponſio, Negando conſequentiam: cùm non militet eadem ratio in exemplo allato (ut latiùs fuit probatum in concluſionibus.)

QVAE-

QVAESTIO XXIII.

Vtrum fideiuſſor aliquid recipiens pro fideiuſſione dicatur implicitè mutuare ei, pro quo fideiubet, ac per conſequens peccatū vſuræ incurrere, ſi aliquid ſuſcipiat ratione fideiuſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſorem aliquid recipere pro munere fideiuſſionis, quotupliciter fieri contingat.*
2 *Fictus fideiuſſor aliquid recipiens eſt uſurarius.*
3 *Fideiuſſor ſolo intuitu mutui contingentis, & inde aliquid recipiens, vel expectans eſt vſurarius.*
4 *Fideiuſſor ſolo intuitu intereſſe damni emergentis, vel intereſſe lucri ceſſantis aliquid recipiens, non eſt vſurarius.*
5 *Fideiuſſor ſolo intuitu laboris recipiendi, ratione ſoluendi fideiuſſa, aliquid recipiens non eſt vſurarius.*
6 *Obligatio ciuilis eſt pretio appretiabilis.*
7 *Fideiuſſor poteſt inde aliquid recipere ſolo intuitu obligationis ciuilis, quam incurrit de fideiuſſa ſoluendo.*

ET primo, videtur dicendum, huiuſmodi fideiuſſorem implicitè mutuaſſe, ac per conſequens, ſi ipſe aliquid receperit ratione fideiuſſionis, vſuræ crimini ſe inuolui: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet.

Si cōtractus huiuſmodi non eſſet vſurarius, maximè hoc contingeret ratione periculi, cum eo ipſo, quòd quis fideiubet pro aliquo, exponat ſe periculo ſoluendi creditori id, quod ſibi debet is, pro quo fideiubet: ſed hæc ratio periculi non habet locum in tali contractu, cùm fideiuſſor etiam ſoluēdo id, quod fideiubet, ſemper poterit ſuum petere, & accipere ab eo pro quo fideiubet, non tantum capitale: ſed omne intereſſe inde paſſum: cum poſſit ſe ſeruare indemnem (vt fuit deciſum in capitulo, Peruenit. extra de fideiuſſorib.) ergo videtur dicēdum, fideiuſſorem vſuræ labe fœdari, ſi pro ſua fideiuſſione velit aliquid accipere pro cētenario ab eo, pro quo fideiubet. Antecedens. c. Peruenit, extra de fideiuſſ.

SED CONTRA eſt tex. apertiſſimus in l. hoc iure, §. Labeo. ff. de donationib. & in l. ſi remunerandi. §. fi. in fi. ff. manda. in quibus iuribus conceditur poſſe aliquid accipi à fideiuſſore ratione periculi, cui ſubeſt fideiubendo: vt latiùs dicetur paulò poſt referendo dictarum legum tenorem. l. hoc iure. ff. de donat. l. ſi remunerādi. ff. man.

Reſpondeo præſenti quæſtioni quinque concluſionibus, præmittendo, tamen, illis duo notabilia pro maiori intelligentia dicendorum in illis.

Primum notabile.

Notandum ergo, Primò, quòd aut hic, qui vult quinque, vel huiuſmodi ꝓ centenario, fictus eſt fideiuſſor, aut nō fictus fideiuſſor. Exemplum, primi. v. g. ſi Paulus ſit ille, qui realiter mutuat pecuniam Petro, licet non per ſe, ſed illā tradendo Ambroſio, vt ipſemet Ambroſius noīe ſuo mutuet Petro, pro quo ipſe Paulus velit fideiubere mediate aliquo lucro, pro ipſo Petro (de ſoluēda pecunia mutuata Petro) ipſi Ambroſio in caſu, quo Petrus ipſe nō ſolueret:

quæ quidem fraus,& ſimulatio inuenta eſt ad palliandas vſuras: quapropter huiuſmodi fideiuſſor dicetur fictus.

Exemplum verò ſecundi caſus propoſiti eſt, ſi reuera Ambroſius de ſua facultate mutuet Petro:& Paulus fideiubeat.

Secundum notabile.

1 *Fideiuſſorẽ aliquid recipere pro munere fideiuſſionis quo tripliciter fieri contingat.*

Secundò notandum, quòd exigere quinque vel huiuſmodi pro centenario ratione fideiuſſionis factæ de mutuando, ac ſoluendo pro eo, cui mutuatur quantitas pecuniæ, in caſu, quo mutuatarius non ſolueret tẽpore ſtatuto, poteſt contingere tripliciter. Primò. Aut exigit quinque, vel huiuſmodi pro centenario, non pro mutuatione futura, ſed pro damno uitando, quod ipſe Paulus veriſimiliter incurreret ex futura mutuatione, quã ſe timet impenſurum pro Petro. Aut exigit quinque pro receptione periculi capitalis, puta, quia timet, quòd Petrus totaliter deficiet, ita quod nec in termino ſoluet ſortem ipſi Ambroſio, nec poſtea poſſit ſibi Paulo ipſe Petrus reddere id, quod ipſe Paulus loco Petri, Ambroſio ſoluit, ita quòd pro receptione periculi in ſe ſuſcepti exigit prædicta quinque. Aut tertiò Paulus ipſa quinque exigit ꝓ centenario à ſe fideiuſſo, nõ ratione damni uitandi, non ratione periculi in ſe recepti, ſed ratione mutui ad quod faciendum ſe obligauit in caſu, in quo Petrus non ſolueret Ambroſio tempore, & loco ſtatuto, ac promiſſo. His pręmiſſis, pro intelligentia dicendorum.

Prima concluſio ſit hæc.

2 *Fideiuſſor fictus aliquid recipiens eſt uſurarius.*

Fideiuſſor fictus, & verus mutuator aliquid accipiens pro huiuſmodi fideiuſſione eſt vſurarius:& ad reſtitutionem taliter accepti tenebitur. Hæc concluſio fuit probata in præcedentibus quæſtionibus, & adhuc clariùs probabitur in quæſtione in qua quęretur, quid teneatur vſurarius reſtituere, & quod huiuſmodi fideiuſſor ſit vſurarius, per ſe patet: cùm exigat vltra ſortem, realiter, mutuatam, licèt palliatam, vt quam ſæpiſſimè probauimus in quæſtionibus hucuſque examinatis. peccabunt igitur ambo, videlicet, Paulus fictus fideiuſſor peccato vſuræ: Ambroſius verò peccato cooperationis, cooperando, ſcilicet, exactioni huiuſmodi uſurariæ palliatæ, vt per ſe patet:& probatur per textum in capitulo, Notum. in fine. ſecunda quæſtione prima. Vbi Nicolaus Papa dixit: [facientem, & conſentientem par pœna conſtringit.] & in

c. Notũ. 2. q. 1. ca. Quid enim prodeſt. diſ. 83.

capitulo. Quid, enim, prodeſt: diſtinctione octuageſima tertia, & eſt Pij Papæ dicentis. [Quid, enim, prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti.]

Secunda concluſio.

3 *Fideiuſſor ſolo intuitu mutui contingẽtis eſt vſurarius ſi aliquid recipit inde.*

Paulus fideiuſſor verus aliquid recipiendo ſolo intuitu mutui à ſe faciendi ipſi Petro in caſu, quo non poſſet Petrus (pro quo fideiuſſit) ſoluere mutuatã pecuniam ſibi ab Ambroſio tempore ſtatuto efficitur vſurarius: cùm velit lucrum ex mutuo. Hęc concluſio probatur ferè per omnes auctoritates adductas in præcedentibus quæſtionibus hucuſque examinatis: cùm eius veritas per ſe etiam pateat.

4 *Fideiuſſor intuitu damni emergentis & lucri ceſſantis aliquid ſuſcipiens non erit vſurarius.*

Tertia concluſio.

Paulus (fideiuſſor verus pro Petro) aliquid recipiendo pro ipſa fideiuſſione intuitu intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, quod pateretur veriſimiliter ratione huiuſmodi fideiuſſionis concurrentibus conditionibus (quas ad iuſtificationem talis contractus neceſſaria fore probauimus in præcedentibus quæſtionibus de intereſſe damni emergentis, &

lucri

& lucri ceſſantis)non erit vſurarius,& ut cõcluſionis veritas magis eluceſcat: Ponam caſum in terminis. Exemplum tale erit. Paulus animaduertit, quòd niſi fideiubeat pro Petro, Petrus non obtinebit mutuum ab Ambroſio, quapropter Paulus pietate motus fideiubet pro Petro: Attamẽ Paulus uolens ſe ſeruare indemnem à damno quod ſibi veriſimiliter ſucceſſurum credit ex huiuſmodi fideiuſſione eo, quòd ratione ipſius, cum oportebit damnum ad minus, quinq; pro centenario pati ſoluendo quantitatẽ pecuniæ Ambroſio debitam pro Petro, vel veriſimiliter ratione dictę ſolutionis ceſſaturum aliquod lucrum ſibi ad minus quinque pro centenario: licèt vellet potius non fideiubendo carere tali lucro, quinque, ſcilicet pro centenario. Cum hac conditione tamen, quòd huiuſmodi exactio quinque, vel huiuſmodi non fiat niſi ſequuto damno emergente, tempore quo ceſſat lucrum ratione dictæ fideiuſſionis, vt fuit probatum in quæſtionibus citatis, & ſpecialiter probat Conradus in tract.2.q.40.concluſ.3.tit.de contractib. Conradus.

Quarta concluſio.

5 Fideiuſſor abſque uſuræ labe,& ſine peccato poterit aliquid ſuſcipere pro ſua fideiuſſione, habito reſpectu ad laborem,& periculum, cui ſubiacere arbitrio boni uiri extimabitur: quoniam vbi maiori labori,& periculo illum oporteret ex fideiuſſione ſubiacere, maiorem quantitatem pecuniæ poſſet exigere pro tali officio. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per argumẽ. in l.hoc iure.§.Labeo.ff.de donatio.in qua dicitur, [non eſſe donationem ſi quid detur pro ſatiſdatione, vel alia opera impenſa ab aliquo ei aliquid detur]dixi per argumentum probari concluſionem: quoniam licèt de ipſa explicitè non fiat mentio in huiuſmodi lege, bene, tamen, ex ipſa elicitur: cùm dicatur, quòd quicquid detur pro ſatiſdatione, vel alia opera, non poterit dici donatio, ſed potius merces, ſeu datum pro mercede. Sed apertiùs probatur per tex.in l.ſi remunerandi. §. Maritus.in fine.ff.mandati, vel contra: in qua dicitur, quòd[licitè vnuſquiſque pro pecunia ſpondet, vel ſatiſdat, vt ſuo periculo obuiet.] Probatur,& ſecundo Doctorum authoritate: Caietanus, enim, in Commentarijs, ſecunda ſecundæ, quæſtione 78.artic. ſecundo, in reſponſione ad quartum, Conradus in 2.tract.de contractibus, quæſtione quatrageſima, concluſione quarta, Ioannes de Medina in Codice de rebus per uſuram aquiſ.in quæſtione quarta, titulo de vſurę reſtitutio.columna quinta, in principio,§.ſequitur amplius, fideiuſſorem, Dominicus à Soto in libro ſexto, quęſtione prima, col.6.in fine, in verſ.Quapropter placet mihi. Bartol.in dictis iuribus.& gloſ.Anania in cap.fina. extra de vſuris, nume.42. Laurentius à Rodulphis in cap.conſuluit.extra de vſur. Archid.Floren.parte 3.quęſt.3.cap.7. §.45.Decius conſilio 7.numero primo, Paulus de Caſtro, & alij iuriſtæ in dictis iuribus. Ioannes Lupus in capitulo, Per veſtras.de fideiuſ. notabili ſexto, Couarruuias in libro ſecundo variarum reſolutio.capitulo ſecundo, numero ſexto,§.Quartò hinc. Nauarrus in manuali.capitulo decimoſeptimo, titu. de vſuris, in fine. littera A. Angelus in verbo, fideiuſſor in fine, & Syluester in verbo, fideiuſſor, in fine. Probatur,& tertiò hac ratione. Cùm omnis obligatio ciuilis ſit pecunia æſtimabilis, ac per conſequens tuta conſcientia uendi poſſit (vt docuit Diuus Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima octaua, articulo ſecundo, in reſponſione ad quartum, unà cùm Caietano ibidem in Commentaris.) Inde apertiſſimè ſequitur veritas noſtræ concluſionis, cùm indè pateat, fideiuſſorem poſſe vendere talem obligationem

Fideiuſſor ītuitu laboris recipiĕdi rõne fideiuſſa ſoluendi, et poſtea ea recuperãdi, nõ eſt uſurarius ſi aliquid recipit.

l.hoc iure.ff.de donat.

l. ſi remunerãdi. ff. man. uel contra.
Caietanus.
Conradus.
Io de Medina.
Dominicus à Soto.
Bartol.
Io. de Anania.
Laur de Rodulphis.
Archiep. Flor.
Decius.
Paul. de Caſtr.
Io Lupus.
Didac. Couar.
Nauarrus.
Angelus.
Syluester.
Ratio concluſ.
S.Thomas.
Caietanus.

obligationem, aliquid exigendo pro officio fideiuſſionis à ſe faciendæ : cùm
6 obliget ſe ciuiliter ad ſoluendum pro alio, quod non eſt minus, quàm obligare ſe ad mutuandum, quæ quidem obligatio eſt vendibilis: conſequens ergo erit, quòd obligatio ad ſoluendum pro alio poſſit vendi tanquam res de ſui natura pecunia extimabilis: quam quidem obligationem importat fideiuſſio, & ſic patet veritas præſentis concluſionis.

Obligatio ciuilis eſt pretio appretiabilis.

Quinta & vltima concluſio.

7 Fideiuſſor, licèt ex officio fideiuſſionis nullum timeat periculum, tñ conſcientia tuta poterit aliquid ſuſcipere pro fideiuſſione. hęc cõcluſio probatur triplici medio. Primò, per tex. in l. hoc iure. §. Labeo. ff. de donationibus, & ſecundò Doctorum auctoritate, Caietani, Soti Ioannis à Medina, vbi ſupra, & aliorum ſupradictorum (præter Syluestrũ, & Conradum:) qui omnes nullo habito reſpectu ad periculum dicunt ſimpliciter licere fideiuſſori exigere aliquid, cùm poſſit huiuſmodi obligationem ciuilem vendere, immò & hoc Ioannes à Medina expreſsè fatetur dicens, quòd liceat fideiuſſori nullum timenti periculum ex fideiuſſione exigere aliquid pro fideiuſſione, cùm fideiuſſio ſit obligatio ciuilis, ac per conſequens vendibilis. Probatur & tertio ratione adducta in præcedenti concluſione.

Fideiuſſor poteſt aliquid recipere ratione obligationis ciuilis, quam incurrit.
l. hoc iure. ff. de donat.

Etſi probatæ ſint concluſiones adductæ, tamen, cùm veritas earum fuerit impugnata à tenentibus contrarium: mihi operæpretium viſum fuit impugnationes huiuſmodi, hic referre, & (Deo dante) illas ad nihilum redigendo, veritatem noſtrarum concluſionum ante oculos lectoris afferre.

Maior propoſ. Sciendum ergo, quòd quartæ, & quintæ concluſioni nonnulli aduerſantur ſic argumentantes, videlicet. Vbi eadem ratio, idem ius eſſe debet.

Minor propoſ. At par eſt ratio prohibitionis ratione mutui recipiendi aliquid: & aliquid recipiendi, fideiuſſionis ſolo reſpectu.

Concluſio. Ergo ſicut vſuræ labe fędatur recipiens aliquid ratione mutui, ſic, & recipiens aliquid ratione fideiuſſionis: valet conſequentia: & quòd par ſit ratio prohibitionis in vtroque, patet: quoniam recipiens aliquid ratione fideiuſſionis licèt explicitè non faciat mentionem de mutuo: facit tamen benè implicitè, immo idem contractus mutui apparet in vtroque. Nam ſi petiero à fideiuſſore, quare recipis aliquid ab eo, pro quo fideiubes, ſtatim compellitur fateri ſe illud recipere ratione periculi: & ſi interrogaretur, quòd periculum eſt hoc, ſtatim oportebit eum dicere, hoc periculum eſſe, quòd in caſu non ſolutionis factæ in termino ſtatuto ab eo, pro quo fideiuſſit, opus erit ei pro ipſo mutuatario ſatisfacere mutuatori; & ſi rurſus interrogarem eum, huiuſmodi ſolutio à te facienda, quo titulo, ſeu nomine appellabitur, donatio, an mutuum? quoniam ſi in tali caſu te obligaſſes ad donandum, non poſſet huiuſmodi contractus appellari vſurarius (vt patuit per diffinitionem vſuræ) ſi verò dices: erit mutuum: illico præ foribus erit vſuraria palliatio: quoniã ſicut ſi à principio aliquid recipitur ratione mutui immediate facti, erit vſura: ſic ex poſt facto rõne mutui mediãte fideiuſſione dicetur vſura.

Præterea, ſi contractus contentus in quarta, & quinta concluſione non eſſet uſurarius, hoc contingeret ratione periculi: ſed periculum verum hic non adeſt, ergo, erit vſurarius: & quòd ratio periculi ceſſet, patet, qm̃ licèt ex fideiuſſione opus eſſet fideiuſſori ſoluere aliquid mutuatori pro mutuatario non ſoluenti tempore ſtatuto, tamen, ipſe erit creditor ipſius mutuatarij,

& ab

& ad ipſo ſolutam pecuniam recuperabit: & per conſequens ceſſat ratio periculi prætenſi.)

Inſuper contra quintam concluſionem inſurgunt Conradus, vbi ſup.quæſtione 40. concluſione tertia, Didacus Couarruuias, in libro ſecũdo, variarũ reſolutio.numero ſexto, §. Quartò, hinc poterit, Syluester in ver.fideiuſſor, in fine, qui omnes dicunt, huiuſmodi fideiuſſorem(exigendo in caſu, quo certus eſſet ſe nihil damni, aut moleſtiæ paſſurum ratione fideiuſſionis factæ) peccare peccato iniuſtitiæ. His ergo adductis Deo dante ſatisfaciemus omnibus allatis contra noſtras concluſiones, vt veritas noſtrarum concluſionum palàm fiat loco ſuo paulò poſt. Conradus. Couarruuias. Syluester.

Contra verò quartam concluſionem inſurgit Sanctus Bernardinus (relatus à Conrado, vbi ſupra poſt concluſionem quartam, cui tamen ipſe contra dicit ibidem) qui nititur probare illam falſam: cùm in dicto caſu videatur cadere mutuum indirectè.

Ad primum ergo argumentum reſpondetur, minorem falſam eſſe, ſi ita generaliter intelligatur ipſa. & ad probationem dicitur, quòd licèt vera ſit, quando aliquid recipit fideiuſſor ſolo reſpectu mutuationis quam ſe facturum timet: quoniam tunc militat eadem ratio, quæ in mutuante: & tunc fiet idem iudicium, eritque idem ius: At quãdo alia ratione aliquid vltra ſortem ſuſcipit fideiuſſor, vt puta, ratione intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergẽtis, vel pœnæ, vel periculi, vel obligationis de mutuando, tũc utique non pro mutuo ſuſcipit, & ſic non militabit eadem ratio, quæ reperitur in recipiente vltra ſortem ratione tantum mutui: & per conſequens, nec idem ius, vt patet ad ſenſum: & fuit probatum per ea, quæ dicta fuerunt in quarta concluſione. Reſponſio ad primum argumentum.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, dicendo, illud falſum eſſe, & ad probationem reſpondetur, illam friuolam, cùm rationi non ſit illa conſentanea: immò totum oppoſitum, quoniam licèt fideiuſſor ſoluendo pro mutuatario, (pro quo fideiuſſit) habeat ipſum debitorem, tamen adhuc permanet periculum multis de cauſis, & præcipuè quia ipſe mutuatarius forſan fugam arripiet, vel cedet bonis, vel morietur, nullam prorſus facultatem relinquendo, & ſic ratio periculi adhuc permanet, vt quotidiana experientia nos docet.

Ad Sanctum Bernardinum, qui aduerſatur concluſioni quartæ, concludendo, ꝙ rõne periculi nõ licet aliquid accipere: Reſpondet ipſemet Conradus, vbi ſupra, qui idem ait reſpondendo primo argumento (Laurentij de Rodulphis) iu §. Collorarium, vbi fatetur licere ratione intereſſe, vel periculi fideiuſſori aliquid ſuſcipere. Inſuper ad dictum Sanctum Bernardinum, Non reſpondebo ego, ſed Ioannes de Medina, vel vnà ſimul dicentes, quòd ipſe Sanctus habuit reſpectum ad mutuum futurum in caſu ſolutionis non factæ, & non ad obligationem ciuilem inde contractam, quæ de ſui natura eſt vendibilis: cùm huiuſmodi obligatio ſub æſtimatione pecuniæ cadat, ut docuit Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima octaua, articulo ſecundo, in reſponſione ad tertium, & ibidem Caietanus in Commentarijs: quod faſſus fuit Conradus, vbi ſupra, in quæſt. 36. ut peroptimè adducit Ioan. de Medina vbi ſupra. Reſponſio ad S. Bernardinũ circa quartam concluſionem. Conradus. Io. de Medina. S. Thomas. Caietanus.

Ad auctoritates adductas contra quintam concluſionem reſpondetur, quòd licèt illa fuerit probata triplici medio, & aliorum quàm plurimorum Doctorum, audeo dicere (cum reuerentia tãtorum Doctorum) quòd imò &

ipſa probatur auctoritate ipſorummet Doctorum aduerſantium dictæ concluſioni, (vt optimè elicitur ex Ioanne à Medina:) quod & probabo ſic:ipſi, enim, Doctores conſona uoce dixerunt, vſurarium eſſe à mutuatore exigere ex mutuo obligationem re mutuandi:quoniam huiuſmodi obligatio ſub æſtimatione pecuniæ cadit:ſi,ergo,cadit ſub æſtimatione pecunię:cadit,ergo,ſub pecunia:ſi ſub pecunia,patet,ergo,quòd poſſet quis uendere huiuſmodi obligationem ciuilem,qua obligatur ad mutuandum(vt patet ad ſenſum)ſicut liceret propter aliud quid indifferens,ideſt,pro obſequio præſtando alicui, ad quod aliàs non teneretur quis,& huiuſmodi licet aliquid ſuſcipere: vt peroptimè docuerunt Theologi adducti in probationem quartę cóncluſionis:quod vtique ſi ponderaſſent prædicti Doctores aduerſantes concluſioni quintę, nunquàm ad tale quid os ſuum aperuiſſent:cùm nulla in hoc adſit iniuſtitia, (vt ipſi autumant)in huiuſmodi contractu: ſicut non eſſet iniuſtitia ſi aduocati,vel procuratores nollent(in caſu in quo non teneatur de iure)ad patrocinandum in cauſis ſe obligare,niſi aliquid ſuſciperent à clientulis; dixi (in caſu,in quo non tenentur)quoniam in caſu,in quo tenerentur patrocinari ſine mercede, vt in cauſis pauperrimorum, qui omnino non poſſent illis aliquid conferre pro obſequio ſibi præſtando:vt dixi,& probaui in mea pract. Cano. crimin. lib. 9. titu. de aduocatis. concluſ. 10. 11. & 12.

Argumento in contrarium in principio quæſtionis adducto fuit ſatisfactũ per reſponſionem factam ad ſecundum argumentum adductum contra concluſionem quartam, & quintam: & iccircò nihil hic afferam, breuitati ſtudens.

QVAESTIO XXIIII.

Vtrum quis tuta conſcientia poſſit ſub vſuris mutuare ſuis hoſtibus ſeu lędentibus ſe, & redimere ſic vexationem ſuam ab hoſtibus, ipſis mutuando taliter, & vſuras conuentas, & exactas retinere.

SVMMARIVM.

1 *Mutuare hoſtibus ſub vſuris ſola ratione odij, aut mutui non licet.*
2 *Mutuare ſub vſuris hoſtibus à quibus quis fuit læſus, & aliquid recipere ſolo intuitu mutui, illicitum eſt, ſed lucrum non eſt reſtitutioni obnoxium, & quomodo.*
3 *Scandali uitandi gratia multa mala ſunt toleranda, & multa indifferentia opera ſunt omittenda.*
4 *Famam propriam ſpernere an liceat.*
5 *Fama noſtra proximis, & conſcientia noſtra nobis eſt neceſſaria.*
6 *Mutuare hoſtibus ſub vſuris quibus liceat.*
7 *Mutuans hoſtibus ſub uſuris, & inde aliquid recipiens, quando non peccet.*
8 *Mutuo mediante quando non liceat ſperare amicitiam alicuius.*
9 *Iniuriarum actio eſt quid pretio appretiabile.*
10 *Vlciſci de iniurijs, an liceat.*
11 *Mutuo mediante quando liceat ſperare amicitiam alicuius.*
12 *Ad amandum aliquem inclinari poſſumus, ſed cogi ab hominibus non, & quare.*

Et primò,

ET PRIMO, videtur dicendum, quòd vnicuique liceat mutuare ſub uſuris ijs,qui ſe læſerunt, & hoſtibus ſuis,& tales vſuras ſic exactas tuta conſcientia retinere:quod vide tur probari formâ ſyllogiſtica tali pacto,videlicet.

Antecedens.
Conſequentia

Si vnicuique liceat uexationem ſuam redimere ac propulſare,ſequitur neceſſariò, quòd vnuſquiſque tuta conſcientia poſſit ſub vſuris mutuare hoſtibus ſuis, vel ſe quoquo modo lædentibus. Antecedens veriſſimum eſt,& vltra communem Doctorum ſententiam poterit adduci textus præclariſſimus in l.1.C.vnde vi.in quo hęc habentur,vide licet.[Rectè poſſidenti ad defendendam poſſeſſionem, quam ſine vitio tenebat,inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulſare licet]hęc ibi:ex cu ius verbis elicitur(vt docet Baldus)quòd quis auctoritate propria poteſt iuſtus poſſeſſor ſe tueri contra iniuſtitiam inuaſoris cum moderamine inculpatæ tutelæ:ex inde,ergo,patere videtur veritatem antecedentis: ſic arguendo: ſi poteſt quis vexationem ſuam redimere,poterit quoque mutuare ſub vſuris hoſtibus,vt ſic ſaltem ſibi ſatisfaciendo de damnis receptis redimant ſuam vexationem, ideſt, id, quod amiſerunt propter vexationem hoſtium ſuorum: quod & videtur probari auctoritate diui Ambroſij Epiſcopi in libro de Tobia.c.15. dicentis. [Ab illo vſuram exige,cui meritò nocere deſideras.] At hoſtibus ſeu nos lædentibus meritò deſideramus nocere:cùm hoc videatur cõceſſum à domino in libro Leuitici.cap.74.verſi.20.ipſo domino dicente[fracturam pro fractura,oculum pro oculo,dentem pro dente reſtituet, qualem inflixerit maculam,talem ſuſtinere cogatur;ſic,ergo,in propoſito,videtur poſſe eum,cui illatum fuit damnum aliquod,per vſurariam mutuationem ſibi ſatisfacere,dando illi huiuſmodi damnum.

l.1.C.vnde vi.

Baldus.

ca. Ab illo.14. quæſt.4.

Leuit. cap. 24. ver.20.

SED CONTRA textus eſt apertiſſimus in capitulo ſuper eo. extra de vſur.in quo dicitur,quòd[cùm vſura ſit prohibita vtriuſque teſtamẽti pagina, iccircò nec pro captiui uita redimendi,ipſam exercere licebit];ſi,ergo, pro redimenda vita captiui non licet vſuram exigere: quantò minus pro vlciſcenda iniuria,vel odio contra proximos exercendo,vſuram exigere licebit.

c.Super eo.extra de vſur.

Reſpondeo præſenti quæſtioni ſex concluſionibus, vt omnia afferẽda pro examine præſentis quæſtionis luce meridiana pateant.

Prima ergo concluſio ſit hæc.

Regulariter.Nemini licet à ſuis hoſtibus vſuras exigere, ſeu mutuare ſub vſuris(nullo alio habito reſpectu,niſi ratione odij,& mutui facti) ſiue iniuſtè cum perſequentibus,ſiue iuſtè:Hæc concluſio licet implicitè fuerit probata per adducta in quæſtione ſecunda,tertia,& quarta,& multis aliis præcedentibus,cum in illis fuerit probatum,vſuram exigere prohiberi iure naturali diuino,& pontificio,tamen,hic probabitur explicitè.Probatur,ergo,primò, præſens concluſio per argumen. in dicto capitulo,ſuper eo, extra de vſuris:dixi per argumentum,quia licèt explicitè ibi non fiat ſermo de præſenti concluſione,tamen,implicitè,quod patet ex uerbis illius canonis dicentis,[non licere mentiri pro vita alicuius ſaluanda,nec pro redimenda vita captiui:] quantò, ergo, minus licebit ad recuperanda temporalia incommoda, quæ paſſim quis recipit ab hoſtibus ſuis. Probatur, & ſecundo auctoritate Conradi in tract.2.quęſtio.42.concluſione prima,de contract. Probatur & duabus rationibus,quarum prima erit hæc,videlicet.

1 *Hoſtibus mutuare ſub uſuris ſola ratione odij,ſeu mutui non licet.*

c. Super eo.extra de vſuris.

Conradus.

Mutuare ad vſuram eſt actus de ſui natura intrinſeca ſeu de ſe malus,in tantùm,

Prima rõ cõcl.

tantùm,quòd non eſt ideo malus,quia prohibitus,ſed ideo prohibitus, quia malus,vt fornicari:quapropter fuit prohibitus per illud domini præceptum negatiuum.[Non furtum facies,]quia ſemper,& vbique,& à quocũque fiat, ſemper erit malus:& ideo ſemper manet malus in ſui natura, vt patet de homine,qui licèt ſit albus,aut niger,aut breuis ſtaturæ,aut adoleſcẽs,aut ſenex, aut infans,quia ineſt ei natura hominis,ſemper dicetur homo.Sic,ergo,in ꝓpoſito: ſtante malitia intrinſeca actus mutuandi ad uſuram, ſemper erit malus:erit talis actus ſicut de actu mentiendi patet,qui cùm ſit de ſe malus,quia ſemper ſit intentione fallendi, erit ſemper malus: quod animaduertens Alexander tertius in cap.ſuper eo.extra de vſur.dixit, quòd[ſicut non licet mentiri pro alterius uita,ſic multò magis non licebit exercere, ſeu exigere uſuras etiam pro redimenda vita captiui]inde ſequitur, quòd ſicut non liceret mentiri ipſi hoſti ut ſic mentiens ſaluet uitam ſuam:ſic non licebit exigere ab hoſtibus uſuram,vt exigens ſic ſaluet, vel recuperet rem ſuam: ſed notandum, quòd loquimur de mendacio completè,idest,verè & perfecto mendatio,non autem de eo, qui vellet in tali caſu vti verbis amphibologicis, cùm nemo teneatur reſpondere ſuis hoſtibus ſecundum mentes eorum: aliàs multa mala orirentur,& abſurda:quoniam patet,quòd alias non poſſet ſine peccato quis interrogatus ab hoſtibus (cupientibus ipſum nocte ſequenti interficere) in qua domo nocte ſequenti pernoctaturus ſit, euadere periculum mortis ſine peccato:quod falſum eſt,quàmuis etiam in tali caſu non liceat ſibi mentiri,id eſt,reſpondere falſum ſecundum mentem ipſiuſmet interrogati: poterit tamen,ſine peccato contra mentem ſic interrogantis reſpondere aſſerendo verbis id,quod verum eſt ſecundum ſuam intentionem,quàmuis eſſet falſum ſecundum intentionem interrogantis, & hoc quia tunc non interrogaretur in iudicio vero,ſed vſurpato:in quo nemo cogitur fateri id, quod ſibi præiudicat,licèt non liceat mentiri,(vt dixi latiùs in Pract.canonica criminali mea libro 1.c.6.concluſ.3.)

Exod. cap. 20.

Secundo probatur ſic concluſio noſtra.

Ratio ſecunda primę concluſ.

Velle habere aliquid a proximo ſuo ratione alicuius actus (ratione cuius actus prohibitum eſt ſibi illud uelle habere)eſt illicitum, quãtumcũque alias liceret ſibi illud à tali proximo uelle habere: Modò,mutuans ſub vſuris hoſti ſuo,vult habere ab hoſte aliquid ultra ſortem, & hoc vult, ſolùm, ratione mutui impenſi ſibi,& tamen, ratione illius actus hoc eſt ſibi prohibitum (ut fuit abundè ſatis probatum in præcedentibus quæſtionibus:) & ſic patet ueritas noſtræ concluſionis,quia inde ſequitur hoc eſſe illicitum.

Secunda concluſio.

2

Mutuare ſub uſuris hoſtibus a quibus quis fuit læſus,et aliquid recipere ſolo intuitu mutui,illicitũ eſt; ſed lucrum nõ eſt reſtitutioni obnoxium: & quomodo.

Mutuans ſub vſuris hoſtibus illis, à quibus fuit ipſe iniuſtè damnificatus, licèt mor. peccet ultra ſortem recipiẽdo aliquid ſolo reſpectu, & ratione mutui,nihilominus illud non tenebitur in foro conſcientiæ reſtituere, ſi illud de cætero,nõ ut uſuram,ſed ut refuſionem damnorum ſibi iniuſtè illatorum ab eis,detineat:dummodo ex huiuſmodi detentione ſcandalum uel infamia ſibi inde non proficiſceretur,nec pateret aditus illud uia iuſtitiæ recuperandi.Dixi Primò in concluſione notanter,[Dummodo ex illa detentione] puta,ſi ob id oriretur infamatio,aut ſcandalum actiuum, ut puta, ſi inde crederent homines eum eſſe uſurarium,ac ꝙ illud plus,ut uſuram,detineret:& inſuper fortè crederent licere indiſtinctè hoſtibus mutuare ſub uſuris,& taliter receptũ detinere,& quòd uel non mor.peccatum hoc eſſet,uel nullum penitùs. quapropter

propter homines huiuſmodi ſunt monendi à Confeſſorib. eorum, qui confeſſores debent omnino illos docere accuratè, quàm graue ſcelus hoc eſſet, cùm multa mala toleranda potius ſint vt euitentur ſcandala, vt docuit S. Gregorius, & habetur in capitulo, deniq; ſacerdotes. diſtinctione quarta, & multa indifferentia, ideſt, nec mala in ſe, nec bona ſint omittenda ratione ſcandali, vt docuit Diuus Apoſtolus ſcribens ad Corinthios, (& habetur. 1. Corint. cap. 8. ver. 13.) infraſcriptis verbis vtens, videlicet. [Si eſca ſcandalizat fratrē meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.] ſed quàm graue peccatum ſit non curare de bona noſtra fama, nos docuit diuus Auguſtinus (in ſermone 52. ad fratres in Eremo, & habetur in ca. Nolo. 12. quæſt. 1.) dicens [Nolo vt aliquis de uobis inueniat male viuendi occaſionem. Prouidemus, enim (vt ait Apoſtolus) non ſolùm bona coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus: propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis, propter vos fama noſtra non pollui: ſed pollere debet in vobis, tenete, quod dixi, atque diſtinguite: duæ res ſunt, conſcientia, & fama: Conſcientia neceſſaria eſt tibi, fama proximo tuo: qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famam ſuam, crudelis eſt.] hæc ille ſanctus. Dixi primò. [In foro conſcientię nō teneri talem ad reſtitutionem,] quia ſecus erit dicendum in foro fori, ſeu contentioſo: quia ſpoliato, in contentioſo foro, debēt ante omnia reſtitui omnia, de quibus fuerat ſpoliatus: quàmuis ſpoliatus ſit ab eo, cuius pleno iure erat res illa, de qua fuerat ſpoliatus: hoc enim in odium ſpoliationis pręcepit Alexander tertius, in cap. conquerēte. extra de reſtitutione ſpoliatorum, propter præſumptionem, qua contra ſpoliantem præſumitur, non ad eum pertinere de rebus ſpoliatis: qua præſumptione ceſſante (ſicut ceſſat in foro conſcientiæ) non ligabit ipſum ſpoliantem dicta pontificia conſtitutio, & ita non eſt neceſſe eam in foro conſcientiæ ſeruari: imò & in foro cōtentioſo poſtquam fuiſſet probatum ſpoliatorem tantum recepiſſe quod ſuum erat. Dicitur tertio. [Nec pateat aditus illud via iuſtitię recuperandi:] quoniam ſi ſic damnificatus iniuſtè poſſet via iuris recuperare, quod amiſit, non liceret (quaſi vtens propria auctoritate) ſibi illud tale detinere: cùm nemini liceat ſibipſi dicere ius, ſeu priuata authoritate nemini fas ſit ſuum recuperare ſine læſione iuriſdictionis iudicum: ſicut, ergo, graue peccatum eſſet priuata authoritate ſibi ipſi ius dicere, ſic taliter violenta occupatione detenta, retinere: His, ergo, præmiſſis ad intelligentiam præſentis concluſionis: Dico, probari pręſentem concluſionem iiſdem medijs, quibus fuit probata concluſio præcedens, & ſpecialiter authoritate Conradi vbi ſup. concluſ. 2.

ca. denique ſacerdotes diſ. 4.
1. Cor. c. 8. verſicu. 13.

3
Scandali uitandi gratia, multa mala ſunt toleranda, & multa indifferentia opa ſūt omittenda.

4
Famā propriā ſpernere an liceat.

c. Nolo. 12. q. 1.

5
Fama noſtra proximis, & conſcientia noſtra nobis eſt neceſſaria.

c. conquerente extra de reſtit. ſpoliatorum.

Tertia concluſio.

Hoſtibus ſuis mutuare ſub vſuris licebit ijs, qui habent ius, ſeu auctoritatem a iure, vel à Principe, bona illorum, vtcumque etiam per vim accipiendi, vti bellatores (bello indicto per principes contra hoſtes) habent ius hoſtes ipſos ſpoliandi, & armis eos, & eorum bona aggrediendi: in tali caſu ſicut iure poterunt bellatores, ſicut mediantibus armis, ita mediante mutuo talium bona vltra ſortem exigendo recipere, modo abſit ſcandalum, & infamia: quia quàmuis hoſtium bona, nec ipſorum bellantium ſint, antequā ea ſibi capiāt, nec illi ea ſoluere ipſis teneantur, tamen ius ad ea capienda competit ipſis accedente publica auctoritate, aut bello actualiter bannito ſeu moto: quia illud exactum vltra ſortem accipitur (non vt uſura) ſed iure dominij, quod habetur in hoſtem iuſtè debellatum, vt bene docuerunt infra citati Doctores. Hæc

6
Mutuare ſub uſuris, hoſtib. quibus liceat.

concluſio

cap Ab illo.14. q.4.

concluſio probatur duplici medio. Primo, per text. apertiſſimum in cap. ab illo. 14. quæſtio. 14. in quo refertur ſententia Diui Ambroſij dicentis. [Ab illo vſuram exige, cui meritò nocere deſideras: cui iure inferuntur arma, huic legitimè indicantur vſuræ, quem bello vincere facilè non potes. De hoc citò potes centeſima vindicare te. Ab hoc vſuram exige: quem non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui uſuram flagitat, ſine gladio ſe de hoſte ulciſcitur, qui fuerit uſurarius exactor inimici, ergo, vbi ius belli, ibi etiã ius vſurę.] hæc ibi: Idem probatur per argumen. in cap. 1. & 2. 23. quæſtione ſeptima, in quibus habetur, quòd licitè poſſideantur & auferuntur omnia ab hoſtib. cum quibus bellum iuſtum gerimus. Probatur & ſecundo auctoritate Doctorum. Gloſ. enim, in dictis iuribus ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni. Archidiac. in dicto cap. Ab illo. quem ſequitur Ioannes de Anania. in cap. 1. extra de vſur. Ioannes de Medina in Codice de rebus per uſuram acquiſitis. quæſtione tertia. quibus caſibus licitum ſit mutuantibus ultra ſortem ſuſcipere. §. Prima igitur cauſa eſt: & Gabriel Biel in 4. ſenten. diſtinct. 15. quæſt. 11. litera L. in ver. Nec huic contrarium eſt.

cap. 1. & 2. 23. quæſt. 7. Gloſ. Archid. Io. de Medina. Gabriel.

Impugnatur concluſio. Card. à Turrecremata. Hugo. Raymundus. Reſpondetur impugnationi.

Et licèt veriſſima ſit noſtra concluſio (vt fuit probatum) tamen contra ipſam inſurgit Cardinalis à Turrecremata in dicto cap. Ab illo. fultus auctoritate (vt ipſe ibi ait) Hugonis, & Raymundi dicentium, quòd in nullo caſu eſt exigenda vſura ab aliquo hoſte ſeu amico: cùm Alexander tertius in cap. ſuper eo. extra de uſur. dixerit nullam fieri poſſe diſpenſationem ſuper crimine vſurarum, cùm vtriuſque teſtamenti pagina ſit prohibitum. His non obſtantibus denuo aſſerimus veram eſſe noſtram concluſionem, contra quam nihil firmum à Cardinale fuerit probatum: ſed ſolùm, quòd neque ab hoſte vſura, propriè dicta, exigi poſſit: quod non negamus, nec de tali ſermo habetur in noſtra concluſione: ſed de uſura impropriè dicta, vt patet ex contextu verborum ipſius concluſionis: vt peroptimè docuerunt Ioannes de Medina, & Gabriel vbi ſupra.

Quarta concluſio.

7

Mutuãs hoſtibus ſub uſuris & inde aliqd recipiens quãdo non peccet. c. 1. ext. de vſur.

Recipiens aliquid ultra ſortem mutuatam non reſpectu mutui, ſed ratione debiti, quod ſibi debebatur, eo quòd ab illo damnificatus fuerat in bonis iniuſtè alia de cauſa: quod exigere ipſi mutuanti, ac ſimul creditori alia via eſſet impoſſibile, & inde infamia, aut ſcandalum non incurritur: nulla vſurarum labe fœdatur, nec inde ad reſtitutionem taliter acceptorum tenebitur, ſi nihil ultra ſibi debitum recipiat: præſens concluſio probatur triplici medio ultra adducta in concluſione ſecunda, circa ſcandalum, & infamiam. Probatur, ergo, primò, per tex. in cap. 1. extra de vſuris. in fine. in quo Alexan. 3. in concilio Turonenſi [declarauit, uſuram committere eum, qui non computauit fructus rei pignoratæ ſibi in ſortem, excepto tamen caſu, quo eſſet beneficium eccleſiæ: quod redimendum ei de manu laici hoc modo videatur] hæc ibi, cuius verba interpretando Gloſ. & Doctores ibidem in ver. beneficium, figurãt caſum iuxta noſtræ concluſionis terminos, dicendo tex. loqui de clerico accipiente pro pignore mutuatæ pecuniæ poſſeſſionem illam, quæ reuera erat eccleſiæ ſui beneficij aſſignata de iure, licèt pro tunc de facto poſſideretur à laico: de cuius manibus nullo pacto potuiſſet recipere: quoniam in tali caſu potuiſſet huiuſmodi beneficiatus paciſci de faciendo fructus pignoratæ poſſeſſionis ſuos, illoſque non computando in ſortem mutuatæ pecuniæ: cùm in tali caſu recuperet quod ſuum eſt: nihilque accipiat de alieno ratione mutui,

Gloſ

quod

quod prohibitum eſt:Probatur,ergo,& ſecundo Doctorum auctoritate præſens concluſio,de quorum numero eſt Innocen.in cap. 1.extra de feudis. in fine,& in cap. 1.extra de vſur.in fine,& Panor.in dicto cap. 1.de vſuris,in verſi. in glo.fin.Ioannes de Medina in Codice de rebus per vſur. aquis. quæſtione tertia.In quibus caſibus licitum eſt mutuantibus vltra ſortem ſuſcipere. §.prima,igitur,cauſa eſt,& ibidem in queſtion e ſecunda,titulo.An vſura aliquo iure ſit licita,in reſponſione ad capitu. 1.de vſuris.in §. Ad capi. 1. Gabriel Biel in 4.ſenten.diſtin. 15.queſt. 11.concluſione quarta, Didacus Couarruuias in libro tertio,variarum reſolutio.capitulo primo,numero quarto,§. Rurſus ex his.Conradus in tract.2. quæſtione 37. concluſione prima,& quæſtione 42. concluſione tertia,& innuit Syluester in ver.furtum.§. 13. loquendo in materia furti.& ſpecialiter in ver. vſura. 1.§.40.Riccar.in 4.ſenten. diſt. 15.articulo 5.quæſt.5.in ver.Alio modo cum mutuat illi qui violenter, & Hoſtienſ. in ſumma,in titul. de vſur.§.An aliquo caſu.in ver.eſt ergo generaliter verum. Ioannes And.Anto.de Butrio in cap.1.extra de feudis,& in c. 1.extra de uſur. Ioannes de Anania in dicto cap. 1. de vſur. ſe ſubſcripſerunt præſenti noſtræ concluſioni veriſſimæ. Innocen. Panor. Io.de Medina. Gabriel Biel. Didac. Couar. Conradus. Riccardus. Hoſtien. Ioannes And. Ant.de But. Io. de Anania.

Probatur quoque,& tertiò præſens noſtra concluſio,& hac ratione,videlicet. Remota cauſa, remouetur effectus: At cauſa propter quam tam de iure naturali,quàm diuino,& humano eſt prohibitum aliquid vltra ſorte mutuatam recipere,eſt ne aliquid ſuſcipiatur contra uoluntatem domini rei, cum illius detrimento,ac iniuria:at is,qui ſic ultra(vt in noſtra concluſione) ſortem ſuſcipit,nihil de alieno,ſed de ſuo ſuſcipit,ac per conſequens illud ſuſcipit ſine iniuria,ac detrimento eius à quo illud exigit, ergo dicendum erit in caſu noſtræ concluſionis ceſſare quoque effectum talis prohibitionis factæ implicitè in præcepto decalogi.[Non furtum facies]quapropter patet,ſic accipiētem ultra ſortem non peccare nec ad taliter accepti reſtitutionem teneri. Ratio concluſ.

Quinta concluſio.

Mutuans aliquam pecuniæ quantitatem ei,à quo timet iuſtum damnum, vel iniurias,ad hoc principaliter vt ceſſet ab inferendo ſibi huiuſmodi intereſſe in facultate,vel honore,vſuræ peccato ſe maculat,& præſens concluſio,nō indiget alia probatione quàm Conradi in dicto 2.tract.quæſt.37.concluſione ſecunda.Cui ſe ſubſcripſit quoque Frater Ioſeph Angles in tract. inſcripto.Flores Theologicarum quæſtionum, in quæſtione de contractu mutui. articulo primo, appendice 8.cum ſuerit probatum in quæſtione 17. vſuram committere eum, qui pro quocumque commodo temporali aſſequendo mutuat,cum pateat maximum commodum eſſe iniurianti,vel damnificanti non moleſtari pro iniurijs illatis,vel damno dato.cum ad hoc teneatur de iure, vt patet per omnes canones.ſub titu. de iniurijs & damno dato.& per leges imperiales. Inſtitu. Ad l. Aquiliam. & licet veriſſima ſit noſtra concluſio,poſſet quis contra illam inſurgere nonnullis auctoritatibus ſonantibus in contrarium: quapropter viſum fuit operæpretium illas hic adducere, & ipſis reſpondere. 8 *Mutuo mediāte quando non liceat ſperare amicitiam alicuius.*

Sciendum eſt inſuper,quòd Laurentius à Rodulphis(quem ſequitur Archiepiſcopus Floren.& Syluester in ver.vſura. 1.§. 11.) ait, quòd illa mutuatio non eſt uſuraria,quæ fieret in ſequenti caſu,videlicet, Paulus contumeliis affecit Ioannem,propter quod Ioannes ei inimicatur, unde Paulum oportet ſubire quaſdam expenſas extraordinarias, puta, decem aureorum in menſe in con- Impugnatur concluſio. Laur.a Rodulphis. Archiepiſ. Flo. Syluest.

in conducendis famulis, vel militibus armatis, cauendo ſibi: nunquid Paulus mutuando aliquam quantitatem pecuniæ Ioanni eo pacto, vel ea intentióne principali, vt ſibi a Ioanne remittatur iniuria, indulgeaturque venia, & ſic ceſſent ſupradictæ expenſę, committat uſuram? prædicti Doctores aſſerunt, ipſum non committere uſuram: quia licitum eſt cuilibet redimere vexationem

c. dilectus, ext. de ſimo.

ſuam, argumen. in cap. dilectus, extra de ſimonia, & ibi per glo. in ver. redimere, quod & hic Paulus facere cóprobatur: (nec obſtat, inquiunt) ſi dicas, dedit cauſam delicto, igitur nó redimit vexationem ſuam: quoniam ſi ille peccauit, iniuriam irrogando: & ipſe peccabit, iniuriam vlciſcendo: cum contra domini præceptū faciat: inſuper nihil Paulus ex mutuo lucratur: vnde patet, inquiũt, ipſum non recipere ultra ſortem: & per conſequens non commiſiſſe vſuram: has rationes illi Doctores in tutelam ſuæ opinionis attulerunt vbi ſup.

Prima reſponſio ad impugnationem.

Quorum, quidem, ſententia ſi capiatur, ac intelligatur prout iacet in litera, nihil addendo ad declarationem intentionis talium Doctorum ex eorum dictis alibi, proculdubio meritò impugnatur à Conrado vbi ſupra: ſed licèt mihi perſuaſum non ſit, eos voluiſſe per adducta concludere, quòd ratione mutui ſeu ex ui mutui quærerent commodum non faciendi tales expenſas, & non ex vi amoris acquirendi per mutuum: ac potius ex vi reconciliationis, nihilominus ne aliqui amplectentes huiuſmodi ſententiam (prout iacet in litera errent) operæpretium duxi hic probare illam falſam quinque rationibus, quarum prima eſt: ſi Paulus iniuriis affecit Ioannē, ſequitur, ergo, quod Ioan

Ratio prima veritatis prędictę concluſionis.

9

Iniuriarum actio, eſt quid precio appretiabile.

nes habet actionem contra Paulum, actionem (inquam) iniuriarū: cōtra Paulum, ac contra ipſum proſequendi illam in iudicio iuxta ordinem iuris, in qua proſecutione damnificatur Paulus: at iſtius iuſtę proſecutionis (quæ à Ioanne contra Paulum fieri poterat) vitatio eſt res pretio ęſtimabilis. Vnde ſequitur, Paulum mutuaſſe ſub vſuris, cum ex vi mutui vltra ſortem expectet commodum hoc temporale ſibi indebitum, ergo, Paulus ſic mutuando efficitur vſurarius. Cum intendatur principaliter per ipſum commodi temporalis aſſecutio ex vi mutui, ideſt, ex obligatione ſibi remittendi actionem iniuriarum, & ſic per conſequens euitandi prædictas expenſas: quod & hac ratione confirmatur. Cum eo ipſo, quod qui iniuriatur alteri, efficiatur debitor eius, vnde ſequitur, quòd ſi mutuauerit ei, vt ſibi remittatur tale debitum, mutuabit ut ſibi vltra ſortem aliquid detur, quoniam in omni remiſſione debiti, eſt quædam donatio.

Ratio ſecunda noſtræ conclu.

Secunda ratio eſt, quia & ſi prædicti Doctores videantur velle loqui de damnificatione bellica, vel armorum, & non iudiciali, tamen, per hoc, non habetur, quod [illegible] vexatione inordinata, vel iniuſta. Nam contingit etiam vexationem (quæ peſſima, & bellica [illegible]) eſſe iuſtam, ordinatam, & iuridicam; pro cuius ceſſatione non minus contingit aliquid dari, quā pro ceſſatione vexationis iudicialis. Ideo nec pro illius ceſſatione eſt mutuādum, ſi eſt iuſta.

Rō tertia noſtræ conclu.

Tertia ratio noſtræ concluſionis & falſitatis contrariæ ſententiæ eſt. Quia indiſtinctè dicunt ipſi Doctores, quòd liceat redimere ſuam vexationem: quod, tamen, non eſt verum (pace eorum dixerim) ſic indiſtinctè, quia Canon per ipſos adductus loquitur (vt ex eius contextu verborum patet) de vexatione iniuſta: non autem de iuſta, vt [illegible] in caſu propoſito ab ipſis: licitum eſt,

[illegible] Prælatis. de [illegible] in 6.

enim, [illegible] paſſo actionem ſuam proſequi etiam agendo ad pœnam iniuriarum: cum & id ſit conceſſum etiam ipſis clericis, vt in cap. Prælatis. de homicidio,

micidio in 6.)ſi pro ſui indemnitate ad refectionem ſui damni,& zelo iuſtitię ad pœnam agat,quàmuis rancorem dimittere teneatur.

Ratio quarta noſtræ conclu.

Quarta ratio eſt,quia ipſi allegant in fauorem ſuæ opinionis, quòd nihil Paulus ille lucretur:quod non eſt uerum,cùm ex vi mutui lucretur remiſſionem debiti,& multarum expenſarum,quas ſufferre ſibi opus eſſet non tãtùm pro familia conducenda ad ſui cuſtodiam,verùm etiam pro litem conteſtando in iudicio,& aſſiſtendo iudici poſt querelam iniuriarum,illi præſentatam. Nam quis mę audiret dicentem non eſſe lucrum ex mutuo: ſi ex ui mutui remitteretur id mihi,de quo debitor eram,loquendo tam de pecunia,quàm de alijs rebus?& ſic patet, Paulum taliter mutuantem vſurarium eſſe.

Ratio quinta noſtræ conclu.

Quinta,& vltima ratio noſtræ concluſionis & falſitatis dictæ ſententię eſt, quoniam ipſi dicunt indiſtinctè,iniuriam paſſum peccare vlciſcendo ſe de in iuria irrogata,cùm hoc non ſit verum indiſtinctè,vt in dicto capitulo, Prælatis,eo quòd ſi indiſtinctè eſſet peccatum vlciſci iniurias,eccleſia hoc non con ceſſiſſet perſonis eccleſiaſticis:quoniam tm̃ verificatur in eis,qui ex odio,vel non ſeruato ordine iuris volunt vlciſci ſe de irrogatis ſibi iniuriis. Cùm uindicare de ſe non ſemper ſit malum,alioquin non dixiſſet Apoſtolus de terrena poteſtate loquens.(Roman.capitulo 13. verſic.4.) [Dei enim miniſter eſt tibi in bonum:ſi autem malum feceris,time: nõ enim ſine cauſa gladium portat.Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei, qui malum agit.] Hæc ille Sanctus. benè verùm eſt,nemini licere propria auctoritate vlciſci ſe de irrogata iniuria ſine ordine iuris, vel etiam cum ordine iuris, libidine ſatisfaciendi ſuo concepto odio contra iniuriantem: cùm hoc lege diuina probibeatur, di cente domino. [Diligite inimicos veſtros, orate pro perſequentibus, & calumniantibus uos] vt habetur in Euangelio Apud Matthæum.c.5.ver.44. & apud Luc.c.6.ver.35.

10 *Vlciſci de iniurijs an liceat.*

Roma. cap.13. ver.4.

Matth.c.5.ver. 44.

Impugnatio ſecunda contra quintam concluſionem.

Specul.

Præterea rurſus poſſet etiam quis inſurgere contra meam concluſionem, dicendo illam falſam: cùm aliud ſit lucrari de alieno, & aliud de ſuo non tribuere, eo quòd licèt lucrari ex mutuo ſit vſurarium, non tamen, de ſuo non tribuere, ut docet Speculator in quarta parte, titulo de vſuris,in fine. Vbi docet,non eſſe vſurarium eum, qui mutuauit communitati cum pacto, quòd non teneatur ad ſoluendum collectas etiam iuſtè ciuibus reliquis impoſitas,donec ſibi ſoluatur, quod mutuauit.

Reſponſio ad impugnationẽ.

c. conſuluit.extra de vſur.

Ad hoc reſpondetur,ipſum in hoc erraſſe(cum reuerentia tanti Doctoris) propter rationes paulò antè adductas:maximè ſtante capitulo, conſuluit,extra de vſuris,in quo adducitur ſententia Domini(apud Lucam cap.6.) dicentis. [Mutuum date, nihil inde ſperantes.] Vnde profectò patet, huiuſmodi mutuantem communitati cum pacto prædicto ſperare, ac exigere aliquid ex mutuo, ideſt, non teneri ad illas collectas ſoluendas: quod quidem commodum eſt maximum, & dignum pretio, quod vtique non poteſt expeti ſine vſura, vt ſæpius fuit probatum in ſuperioribus quæſtionibus, & ſpecialiter docet Conradus, vbi ſupra, & Sylueſter in verbo, vſura. primo, §. nono.

Conradus. Sylueſt.

Impugnatio tertia contra quintam cõcl.

Ioannes And. Ioan.de Ligna. Ioannes Cal.

Inſuper poſſet quis inſurgere dicendo, quintam hanc concluſionem non veram eſſe,ſtante opinione Io.And.& Io.de Lignano, & Io.Cal.in c.cõſuluit. ext.de vſur.dicẽtiũ,ꝙ licèt lucrari ex mutuo nõ liceat, nec de ſuo nõ tribuere, qñ ad hoc qs teneaẽ alio iure,tñ,qs poſſet paciſci cũ cõitate, ꝙ donec ſibi reſtituaẽ mutuata pecunia,nõ teneaẽ ad collectas incertas,ſeu imponendas in

Reſponſio ad impugnationẽ Syluẽſt. Conradus. S.Thom.

futurum: quàmuis & ipſi Doctores fateantur, nemini licere abſque labe vſuræ paciſci de non ſoluendis collectis certis donec ſibi fuerit reſtitutum mutuum: Ad hoc quàm facillima erit reſpõſio poſt Syluestrũ, & Conradum vbi ſupra, vnà cùm communi Doctorum opinione negantium, licitè poſſe ſuſcipi quodcunque temporale commodum cadens ſub æſtimatione pecuniæ, (vt eſt in caſu noſtro) cùm pateat, quòd ſi taliter mutuans non eximatur à talib. collectis etiam incertis, ad illas (ſicut & cæteri ciues) ſoluendas tenentur, hoc etiam verificatur ſẽtẽtia Diui Thomę in 2.2.q.78.art.2. in reſp. ad tertium, & latiùs fuit probatum in quæſt. 17. præſentis opuſculi.

Sexta concluſio.

11 *Mutuo mediãte quando liceat ſperare amicitiam alicuius.*

Mutuans aliquam quantitatem pecuniæ ei, à quo timet ſuſcipere iuſtum damnum temporale (vt in præcedenti concluſione) principaliter ad ſibi illum reconciliandum, ac reddendum beneuolum, & amicum poſt iniurias illi irrogatas (licèt ſperet & non ex vi huiuſmodi mutui, ſed ex vi beneuolentiæ, ac amicitiæ adeptæ mediante mutuo, ſibi illum reconciliare, & ex tali reconciliatione euadere multa incommoda temporalia, & expenſas, ad quas de iure potuiſſet condemnari, vel ipſum ſubire oportuiſſet, conducendo maiorem familiam pro ſui cuſtodia, ne offenſus poſſet illum offendere) non erit vſurarius: ſed prudens. Hæc concluſio licèt prima fronte videatur aduerſari præcedenti concluſioni, tamen, reuera bene librãti ipſam ſtatim luce clariùs illam ſummopere differre apparebit: cùm in illa dicatur, [ex ui mutui,] ideſt, ex quadam obligatione ciuili contracta per mutuum: cùm vnaquæque ſimilis obligatio ſit pecunia appretiabilis (vt in ſuperioribus fuit probatum) & per conſequens ſi ratione mutui talis reconciliatio exigeretur, huiuſmodi exactio eſſet utique vſuraria (de qua in ſuperiori concluſione, & non in præſenti fit ſermo:) ſed ſolùm hic dicitur omnes poſſe ſperare ex vi mutui beneuolentiam ſolùm, quæ non poteſt cadere ſub pecuniæ æſtimatione, (propriè loquendo) & ratio eſt patentiſſima: quoniam nemo poteſt compelli ad verè amandum alium, prece, aut præmio aliquo: cùm amor ſit actus hominis interior, qui ab alio homine inclinari poteſt, ſed non cogi, vt patet ad ſenſum: licèt ſictè, ſeu ad oſtendendum ſigna extrinſeca amoris poſſit quis cogi: quãuis aſſeramus, & nos, quòd quàm plurimi ex vi beneuolentiæ acquiſitæ ipſorum Principum fuerint ditati, ac quòd ipſorum beneuolentia, quæ ex ui mutui procuratur, eſt pretioſior auro, & argento: tum quia ex ipſa varijs de cauſis poſſumus diuites euadere, tum etiam, quia ſummopere nobis ipſa fauet in diuerſis occaſionibus, ſine quorum beneuolentia contingeret nobis honorem, aut ipſammet vitam amittere: & de hac concluſione forſan loquebatur Laurentius de Rodulphis, & eius ſequaces ſupra citati: Vt doctiſſimè (ſe ſubſcribens præſenti concluſioni) docuit Caietanus in Commentarijs ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima octaua, articulo ſecundo, circa principium, & nos probauimus plurimis medijs, & auctoritatibus ſupra in quæſtione decima ſeptima per totum, & decima octaua per ea, quæ fuerunt allata in probationem concluſionis primæ, & ſecundæ dictæ quæſtionis decimæ octauæ.

12 *Amare aliquẽ inclinari poſſumus, ſed cogi ab hominibus non, & quare.*

Caietanus.

Ad argumentum modo quàm facillima erit reſponſio dicendo, ꝙ vexatio eſt duplex, ſeu duplici de cauſa contingit aliquem vexationem pati, videlicet, iuſtè & iniuſtè: ad probationẽ argumenti dicitur, ꝙ iam in cõcluſionib. fuerit probatum, mutuanti licere aliquid recipere vltra ſortem ratione vexationis in

iuſtè

iuſtè (ſibi illatæ à mutuatario) redimendæ: de qua loquitur dictus tex. in c. dilectus, extra de ſimonia. non autem ipſi licere aliquid vltra ſortem recipere ratione vexationis iuſte ſibi a mutuatario illatæ: quia tunc eſſet aliquid recipere vltra ſortem, quod ad vſuram pertinet.

QVAESTIO XXV.

Vtrum in vſura exacta transferatur dominium, ita quòd poſſit dici fuiſſe translatum dominium rei taliter exactæ à mutuatario ad mutuatorem.

SVMMARIVM.

1 *Acquiſitio rerum fit de iure naturali per traditionem ipſarum rerum factam à ueris dominis.*
2 *Traditio rei, & translatio illius dominij an coincidant.*
3 *Acquiſita male ſunt in duplici differentia.*
4 *Dominium rerum extortarum per vſuram non transfertur ad vſurarios.*
5 *Contractus inutilis quando non transferat dominium.*
6 *Vis, qua contingit aliquem ad aliquid agendum compelli, eſt duplex.*
7 *Vis compulſiua quid ſit.*
8 *Voluntas coacta eſt uoluntas.*
9 *Dominium alicuius rei an acquiratur per vim compulſiuam.*
10 *Vis ablatiua quid ſit.*

ET PRIMO videtur dicendum, quod in vſura transferatur dominium, quod ſic videtur probari. Maior propoſ.

Ex voluntaria translatione alicuius rei in alium, transfertur dominium ad recipientem illam. Minor propoſ.

At ſoluens vſuras ratione mutui accepti, voluntariè trāſfert ad mutuantem quicquid ei ſoluit vltra ſortē mutuatā.

Ergo ſoluens vſuras ratione mutui accepti in mutuantem dominium rei ſolutæ vltra ſortem transfert.

Maior propoſitio per ſe patet, iccircò nulla alia indiget probatione.

Minor probatur, hac rōne: qm̄ voluntarium mixtū, ſeu conditionatū, quale reperitur in ſoluente uſurā, dr̄ aliquo modo voluntarium, & pro tali habetur: quāuis non ſit omnino voluntariū: cum habeat aliquid de inuoluntario, vt patet in actib. hominū contra diuinā voluntatē. Nā ſi quis non omnino voluntarie, ſed volūtate conditionata conſentiret ſtupro, vel aliis criminibus. non excuſaretur a peccato mortali: quod nō perpetratur niſi voluntarie (cū peccati ſubiectum ſit ipſa voluntas) licet omnibus circunſtantiJs conſideratis, nō ita libenter conſentit, ſed voluntate conditionata: tamen verum eſt dicere ipſum huiuſmodi actui voluntarie conſentire, & ratio eſt patentiſſima: quoniā uoluntas conditionata, eſt volūtas, vt docet tex. in c. merito quæritur. 15. q. 1. cap. merito. 15. quæſt. 1.

Secundo arguitur ſic pro parte affirmatiua.

In his, quæ traduntur metu mortis vitandæ transfertur dominium, ergo, & in vſura ſoluta: valet conſequentia per identitatem rōnis, immo arguendo a fortiori. Conſequentia probatur, quia ibi tanto minus eſt de volūtaria trāſ-

latione dominij, quantò metus mortis maior eſt defectu rerum exteriorum inducente aliquem ad accipiendum ſub vſuris. Titulus quoque habendi, & poſſidendi illud aliter acceptum iniuſtior eſt in extorquente aliquid metu mortis, quam in extorquente per vſurarium mutuum: ſi ergo per talem metum mortis incuſſum alicuius accepti transfertur dominium. vt in ca. Abbas. extra de his, quæ ui metuſve cauſa fiunt.

§. Per traditionem. I. ſtit. de rerum diuiſio. SED CONTRA textus in §. per traditionem, Inſtitu. de rerum diuiſione, arguendo à contrario ſenſu: dicitur, enim, ibi. [Per traditionem quoque iure naturali res nobis acquiruntur: nihil, enim, tam conueniens eſt naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferri, ratam haberi & ideo cuiuſcunque generis ſit corporalis res tradi poteſt, & a domino tradita alienatur.] hæc ibi, & dicitur. [alienatur,]ideſt, poteſt alienari, cum in transferatur dominium: ergo, a contrario ſenſu arguendo, dicetur, nihil tam inconueniens naturali æquitati, quam voluntatem domini rei nolentis rei ſuæ traditæ vſurario (pro mutuo ſibi tradito) dominium transferri, ratam non haberi, ad hoc, quod tale dominium non transferatur, cùm tale lucrum vſurarium dicatur rapina, in qua patet nō transferri dominium: & quòd dicatur rapina, patet per textum in capitulo, ſi quis uſuram. decima quarta, quæſtione quarta, & eſt Diui Ambroſij in quo dicitur. [Siquis vſuram acceperit, rapinam facit, vita non viuet.]

1 *Acquiſitio rerum fit de iure naturali p traditionem ipſarum rerum factam à veris dominis.*

c. ſi quis vſurā. 14. q. 4.

Primum notabile.

2 *Traditio rei, et translatio eius dominij an coincidant.* Reſpondeo præſenti quæſtioni vnica concluſione, illi, tamen, præmittendo duo notabilia pro illius maiori intelligentia. Quorum primum eſt: Traditio rei, & translatio dominij illius rei, non ſunt duæ res ab inuicem inſeparabiliter connexæ. Contingit aliquem aliquam rem, puta, veſtem vel domum, & huiuſmodi alteri tradere abſque translatione dominij eius, vt patet in commodante, vel locante ad tempus domum, uel veſtem, & huiuſmodi ad tempus, vel tradatur in pignus, vel in depoſitum. Contingit, enim, & dominium rei, puta veſtis, uel domus, & huiuſmodi tradi ſine traditione veſtis, uel domus, (vt patet ad ſenſum) cum donatur huiuſmodi res alteri ab eo, qui illā iniuſtè detinebat: vnde ex hac ſeparabilitate manifeſtè elicitur quòd ad uoluntariam traditionem non ſequitur neceſſario voluntaria translatio dominij illius rei: ſed ad quod non ſequitur translatio dominij [illegible] non poteſt, quòd [illegible] translatio dominij uoluntaria, ut patet, cum res aliqua traditur in depoſitum. Non comitatur, igitur, neceſſario uoluntaria translatio dominij uoluntariam traditionem rei. Vnde patet, falſum eſſe conſequens [illegible], in quo [illegible]ur, lucrum uſurarium fuit traditum per mutuatarium ipſi mutuatori: ergo, translatum fuit dominium ipſius ad ipſum mutuatorem.

Secundum notabile.

3 *Acquiſita male ſunt in duplici differētia.* Secundò notandum eſt, quod omnia quę male acquiruntur, ſunt in duplici differentia. Nā nonnulla ſunt male acquiſita, & taliū acquiſitio trāſfert ipſorū quoq; dn̄iū ad acquirētē ut sūt ea, quæ acquirūtur à meretricib. lenonib. adulatorib. & alijs [illegible] (ſi de ſit dolus aut fraus) quā licet cā propter quam fit talis acquiſitio, prohibita ſit, non tamen acquiſitio, aut retentio acquiſitorum in ſe [illegible] [illegible] in quæſtione 29.

4 concluſione ſexta,) etiam & acquiſitio, & retentio ipſi eſt prohibita: & tunc talis acquiſitio non transfert dominium [illegible] ſic acquiſitæ ad acquirentem. Quædam

dam verò ſunt malè acquiſita, quorum acquiſitio eſt prohibita,& non tranſfert dominium rei taliter acquiſitæ ad acquirentem. Immò ijs, à quibus talia fuerunt acquiſita, competit actio repetendi illa: & hæc ſunt omnia illa, quæ acquiruntur mediante furto, rapina, vſura, & omnia alia, quæ reducuntur ad prædicta, vt ſunt omnia quæ iniuſto titulo acquiruntur,& mala fide poſſidentur:cùm iniuſtus titulus habendus ſit, ac ſi nullus titulus adeſſet: & mala fide ea dicuntur poſſideri,quæ contra prohibitionem legum ac iuriũ poſſidentur,vt ſunt extorta per vſuram,quorum extorſio eſt contra ius naturale,diuinum,& canonicum: vt latiùs fuit probatum in quæſtione ſecunda, tertia,quarta,& quinta.

His ergo præmiſſis vnica concluſione Deo dante ſatisfaciemus quæſtioni.

Vnica concluſio.

Dominium eorum, quæ extorquentur per vſurarum exactionem, non 4
transfertur ad ipſos uſurarios, ſed remanet adhuc apud eos, qui veri domini eorum erant de iure.

Dominiũ rerũ extortarum p vſurã nõ trãſfertur ad vſurarios.

Exod.c.20.

Hæc concluſio probatur quadruplici medio.Primo,enim,per argumẽtum in iure diuino,ſub præcepto illo.[Non furtum facies.]Dixi probari per argumentum:quoniam licèt explicitè nulla fiat mentio ibi de terminis noſtrę concluſionis,benè tamen implicitè,Cùm(iuxta ſententiam omnium Doctorum, immo & deciſionem eccleſiæ in c.ſæpe contingit.ext.de reſti.ſpol.dicente ibi Innoc.3.[quòd non multum interſit quoad periculum animæ,iniuſtè detinere,ac inuadere alienum]ipſo præcepto præcipiatur implicitè rei iniuſtè ablatæ reſtitutio:& ratio eſt patentiſſima: Nam is,qui rem alienam capere prohibuit,eam contra eius domini voluntatem non conceſſit retineri,vt per ſe patet:Nec inconuenit,per pręceptum negatiuum interdum actum poſitiuum iuberi:vt quando ad obſeruantiam præcepti negatiui eſt aliquis actus poſitiuus neceſſarius(de quo,tamen,latius in q.27.concl.1.dicetur)ſic in propoſito,eo ipſo,quòd dominus pręcepit nobis reſtitutionem talium,inde cõſequens eſt, ipſum tacitè hoc pręcepiſſe pro eo,quòd per talium iniuſtam occupationem (vt in caſu noſtro)veri domini non efficiamur,remanẽte adhuc legitimo dominio apud verum dominum taliũ:ſi ergo remanet tale dominiũ apud eos,à quibus iniuſtè fuerũt talia ablata:inde ſequitur,quòd per talium iniuſtã ablationem non fuerit trãſlatum eorum dominium ad prædictos iniuſtos occupatores:quoniam aliàs Dominus non præcepiſſet eorum reſtitutionem (vt patet ad ſenſum)& latiùs in rationib.afferendis in fauorem pręſentis concluſionis probabitur.Secundò pręſens concluſio probatur iure poſitiuo per arg. in infraſcriptorum iurium,videlicet,in c.peccatum.de reg.iur.in 6.c. Præterea.ca. conſuluit.c.Quàm pernitioſum c.tuas.c.quia fruſtra.c.Michael. ext. de vſur. in c.quamquàm.de vſur.in 6.In cle.vni.de vſur.in c.ſi res aliena. 14.q.6. Dixi probari concluſionem per argumentum dictorum iurium: cùm ipſa implicitè probent noſtram concluſionem,eo quòd in ipſis præcipiatur reſtitutio rerum extortarum per vſuram:quod ſtatutum utique non fuiſſet,ſi legitimè dominium eorum fuiſſet translatum ad vſurarios.Item probatur per arg.in c.debitores.extra de iureiurando.in quo Alexander tertius infraſcriptis vſus fuit verbis,videlicet.[Debitores ad ſoluendas vſuras,in quib.ſe obligauerãt,cogi non debent]ex quib.verbis patet,ꝙ per huiuſmodi nudã traditionẽ rei extortę per vſurã,ſicut nemo(ẽt ſi ãte pacto de ſoluẽdis vſuris ex ui mutui)tenetur

c. ſępe contingit. extra de reſtitu.ſpol.

Reſtitutio rei alienæ quomodo ꝓbetur iuſſa à Deo ſub pręcepto Non furtum facies.

ca. peccatũ.de reg.iur.in 6.
c. Præterea.ca. conſuluit.
c. Quàm pernitioſum. c.tuas.
c.Quia fruſtra.
c.Michael.ext. de vſur.c. Quãquàm. de vſur. in 6.
cle.vni.de vſu.
c. ſi res aliena. 14.q.6.
ca. Debitores, extra de iureiurando.

illas ſoluere, quia pactum hoc nullum dominium confert uſurario ſuper ſolutione vſurarum promiſſa: ſic, ſi ſoluta fuiſſet uſura, huiuſmodi ſolutio indebita nullum ei contuliſſet dominium ſuper re ſic extorta per vſuram. ex his omnibus patet, huiuſmodi exactionem vſuræ comparãdam fore furto, per quod nullum transfertur dominium ad ipſum furem, vt omnes Doctores fatentur.

l. non dubium. §. pactũ. C. de legib. & cõſti.

Idem probatur per argumen. in l. non dubium. §. Pactum. C. de legibus, & conſtitutionibus, in qua infraſcripta aurea verba habentur, videlicet. [Nullum, enim, pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus, qui contrahunt, lege contrahere prohibente: quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quàm nouellas trahi generaliter imperamus, vt legiſlatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuiſſe ſufficiat, cæteraq; quaſi expreſſa ex legis liceat voluntate colligere: hoc eſt, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, nõ ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habeãtur, licèt legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere quod factum eſt: ſed & ſi quid fuerit ſubſequutum ex eo, vel ob id, quod interdicẽte lege factum eſt, illud quoque caſſum atque inutile eſſe præcipimus. Secundum prædictam itaque regulam vbicunque non ſeruari factũ lege prohibente cenſuimus, certum eſt, nec ſtipulationem huiuſmodi tenere: nec mandatum ullius eſſe momenti, nec ſacramentum admitti.] Hæc in dicta l. Et dixi probari concluſionem per argumentum in dicta l. Nõ dubium. cùm ex illa (licèt explicitè) non probetur noſtra concluſio, benè tamen implicitè eo quòd ex ipſa habeatur, quòd quicquid attentatum fuerit cõtra legem ſemper ſit nullum, & quòd nullum ius ex ipſo acquiratur, vt apertius dixit ibidẽ Gloſ. & Bartol. numero 38. quòd ex contractibus, qui ſunt contra legem nullatenus transfertur. Inde, ergo, elicitur veritas noſtræ concluſionis, cùm contractus vſurarius ſit contra legem naturalem, diuinam, & pontificiam (vt latiùs fuit probatum ſupra in quæſtione ſecunda, tertia, quarta, & quinta) inde neceſſariò ſequitur nullum transferri dominium rei extortæ per uſuram ad ipſum vſurarium: licèt ſibi res illa tradita fuerit à mutuatario. Idem probatur per argumentum in l. nunquàm nuda. ff. de acquirẽ. rerum dominio, in qua hæc habentur, videlicet. [Nunquàm nuda traditio trãsfert dominium, ſed ita, ſi venditio, aut aliqua iuſta cauſa præceſſerit, propter quam traditio ſequeretur] hæc ibi. dixi notanter, per argumentum in dicta l. quoniam, licèt dicta lex ad verbum non loquatur de noſtra concluſione, benè, tamen, loquitur tacitè arguendo à ſimili: cùm quicquid det mutuatarius vltra ſortem ex vi mutui ipſi mutuanti, ſit traditio nuda, cùm non concurrat inſimul voluntas eius abſoluta, & gratuita, & iuſta cauſa in mutuante non reperiatur illud taliter extortum accipiendi, & ſibi retinendi, cùm ei hoc inhibitum ſit vtriuſque teſtamẽti ſacra pagina vt docuit textus in cap. ſuper eo. extra de vſur. & quòd vſuræ traditio ſit nuda, & talis appellanda: patet eo quòd nullo titulo iuſto veſtiatur, nec titulo, ſaltem, pro ſoluto ratione pacti taciti, vel expreſſi inter mutuantem, & mutuatarium ipſum: cùm tale pactum ſit nullum ipſo iure (vt fuit probatum) ſi, ergo, tale pactum eſt nullum, inde ſequitur, quòd ex tali pacto nulla oriatur mutuatario obligatio naturalis, aut ciuilis, vt habetur in cap. Debitores. extra de iureiuran. & ratio eſt, quoniam, cùm lex reſiſtat huiuſmodi vſurariæ exactioni (vt fuit probatum) inde ſequitur, nullam oriri obligationẽ etiam naturalem: etiam ſi tantùm alteri contrahentium reſiſteret, vt latiùs habetur in l. Cùm lex, ff. de fideiuſſor. Probatur & tertiò præſens concluſio au-

Opus prohibẽte lege factum, pro infecto, & nullius valoris habendũ erit.

Gloſ. Bartol.

l. Nũquam nuda. ff. de acqui. rerum domin.

c ſuper eo. ext. de vſur.

c. debitores, extra de iureiur. l. cum lex. ff. de fideiuſ.

ctoritate

ctoritate Doctorum Theologorum, Canoniſtarum, Iuriſtarum, & ſummula- S.Thom.
riorum. Diuus, enim, Thomas dixit in ſecunda ſecundæ, quæſtione 78. articu
lo tertio, in fine, reſtituendum fore quicquid vltra ſortem quis accepit ratio-
ne mutui, unà cũ fructibus eius, ſi res illa extorta de ſui natura fructifera fuiſ-
ſet: reddensque rationem ſui dicti, dixit, quia ſunt fructus rerum, quarũ alius
eſt dominus: & ideò ei debentur. hæc ille Sanctus. ex quibus luce clariùs elu-
cet, ipſum Sanctum nõ dixiſſe eſſe fructus rerum, quarum alter eſt dominus,
ſi per huiuſmodi nudam traditionem rei extortæ per vſuram fuiſſet transla-
tum dominium ad ipſum mutuatarium: cùm nemo dicendus ſit dominus rei
illius, cuius de iure caret dominio: quod & etiam elicitur ex his, quæ ipſemet
Sanctus Thomas ibidem in reſpon. ad 3. in fine loquens de vſurario, dixit (his
verbis vtens, videlicet.) Vſurarium plus iuris habere in re acquiſita per pecu-
niam vſurariam, quàm in ipſa pecunia vſuraria ratione propriæ induſtriæ.
Sanctus quoque Bonauentu. (vnà cum Doctoribus infraſcriptis, locis citan- S. Bonauen.
dis) ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni, in quarto ſententiarum, diſtinctione
decimaquinta, articulo ſecundo, quęſtione prima, in reſponſione ad ſeptimũ
argumentũ incip. Ad illud quod quęritur, Riccardus a media villa in quarto Riccardus.
ſententiarum, diſtinctione 15. articulo quinto, quæſtione ſexta, in verſic. Sed
contra quicunque eſt dominus. Caietanus in Tomo ſecundo opuſculorum. Caietanus.
Tract. octauo, quæſtione prima, in qua latiùs noſtram concluſionem probar. Gabriel Biel
Gabriel Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione 15. quæſtione vndecima, Alex. de Aleſſ.
notabili tertio, Alex. de Aleſ. parte tertia, quæſtione 26. & 66. membro ter- Altiſſiodorenſ.
tio, & quarto, Altiſſiodorenſis tertia parte, tract. 21. quæſtione prima, Henri- Hẽric. de Has.
cus de Has in tract. de contractibus parte prima. cap. 36. Oyta in ſuo tract. de Oyta.
contractibus, dubio 18. Alphonſus Aluarez in ſuo ſpeculo ſummorum Pon- Alphonſus Aluarez.
tificum. §. de Monte pietatis, in ver. quæritur in materia vſurarum. folio 338. Io. de Medina.
Ioannes de Medina in Codice de vſura reſtituenda, quęſtione quarta, §. In ter
tio argumento principali. Dominicus à Soto in libro ſexto de iuſtitia, & iure, Dominicus Sotus.
quæſtione prima, articulo quarto, columna ſecunda, in ver. At uerò ut perſpi
catior fiat. Ioannes à Mayronis in quarto ſententiarum, diſtinctione 15. quæ- Io à Mayron.
ſtione 38. Syluester in ver. vſura. 6. §. 1. dicens hãc opinionem eſſe apud Theo
logos, & Canoniſtas communiter receptam. Ioannes Andr. & Dominicus a Ioannes And.
Sancto Geminiano in capitulo, Quamquam, de uſuris in ſexto, ſequentes S. Dominicus à
Thomam, Bartolus in l. prima, §. ſi vir uxori. numero quarto, tradens optimã S.Geminiano.
regulam decidendi omnes ferè quæſtiones de dominij translatione operata, Bartol.
uel non operata ex inutili contractu, infraſcriptis uerbis utẽs, uidelicet. Quę- 5
ro an ex inutili contractu transferatur dominium: Dic, aut contractus eſt inu *Contractus in*
tilis, quia pendet conditio, & non impeditur dominij translatio. ut in l. Dotis *utilis quando*
fructus, cum l. ſequenti. ff. de iure dotium, & in l. ſub conditione. ff. de ſolutio- *non transferat*
nibus. Aut eſt inutilis ex alia cauſa, & tunc, aut præter legem, aut contrà. Pri- *dominium.*
mo caſu, non impeditur dominij translatio, ut in l. cõtractus, C. de fide inſtru
mentorum, & in l. multum. C. ſi quis alteri, uel ſibi; transfertur, enim, ex dicta
cauſa putatiua dominium. Aut eſt contra legem, & dominium non transfer-
tur, ut in l. non dubium. C. de legibus, & ibi nota: hæc ille. ex cuius ſententiæ
uerbis patet, ipſum uoluiſſe, quòd dominium, non acquiratur uſurariis, eorũ,
quæ ipſi extorſerunt per uſuras. Cùm tale lucrum ſit prohibitum de iure (ut
ſępius fuit probatum, & per allata paulò antè quoque, Didacus Couarruuias Didac. Couar.
in libro tertio, uariarum reſolutio. cap. 3. nume. 6. ſed ad huius quęſtionis, Ar- Archid.

Gloſæ. Nauarrus.

chid.in capitulo, ſi quis vſuram. 14.quæſtione quarta, in fine. Gloſæ in citatis iuribus. Nauarrus in ſuo manuali.capitulo 17.numero 265. & numero 268. & hi omnes Doctores explicitè præſenti cõcluſioni ſe ſubſcripſerunt, implicitè verò omnes Doctores in citatis iuribus iuxta ipſorum interpretationem germanam. Probatur inſuper & quarto præſens concluſio quinque rationibus (meo quidem iudicio) irrefragabilibus.

Prima ratio cõcluſionis præſentis.

Prima quarum eſt, In vſuræ ſolutione, aut transfertur dominium ipſius à mutuatario ſoluente in mutuatorem recipientem illam, ratione ipſius nudæ lucri vſurarij voluntariæ exhibitionis, aut non ſolùm ratione ipſius, verùm etiam ratione adiunctę voluntarię translationis dominij illius. Sed nihil horũ hoc efficere poteſt, ergo non trãsfertur dominium. Diuiſio eſt ſufficiens: quoniam homo eſt dominus rerum exteriorum per propriam voluntatem: Vnde in propoſito neceſſe eſt ad transferendum dominium rerum extortarum per uſuras, vt concurrat uoluntas libera ſoluentis illas: cùm ad hoc cauſandum non ſufficiat voluntas recipientis illas, cùm hoc ſibi prohibeat lex naturalis, diuina & pontificia (vt fuit probatum.) Voluntate, autem, ſoluentis illas hoc fieri poteſt duplici ſolùm via. Aut per exhibitionem alicuius rei ultra ſortem ex vi mutui, aut per ipſam translationem dominij ipſius rei ſic extortæ: quoniam, aut transfertur dominium, eo quòd ſoluens vſuras voluntariè dat vſurario plus ſorte: aut quia intendit transferre dominium illius excreſcentiæ à ſe in mutuatorem: vel propter vtrunque: ſed quòd non transferatur dominiũ ex voluntaria traditione illius excreſcentiæ, patuit per allata in primo notabili, cùm ex hoc non ſequatur neceſſariò trãslatio dominij, cùm ſint duo diuerſa: ex hoc, enim, quòd vſurario do aureum vnum pro vſura, nihil aliud neceſſariò conuinci poteſt, niſi quòd voluntariè ei illum aſſigno: nec poteſt ex hoc conuinci, quòd trado illum ad hoc, vt ſit ſuus: & ſi quæratur à tali dante, ad quid, ergo, das aureũ illum ei? in promptu reſponſio eſt: ego quidem ei do, quia aliter mihi mutuare non vult. & hæc ratio taliter cõfirmatur. Quia ſicut ſoluens vſuras conſentit in ſolutionem aurei, & tamen, non in eam (inquantũ iniuſta eſt) conſentit, quia nullus patitur iniuſtum volens, ita conſentit in nudam traditionem aurei, abſque hoc, quod conſentiat in translatione dominij illius. & quòd in ſoluente vſuras non ſit intentio transferendi dominium illarum, patet, quia in eo adeſt quædam coactio (vt diximus) ſoluendi illud tale vltra ſortem.

Secundò arguitur ſic.

Ratio ſecunda cõcluſionis pſentis.

l. Qui leuandę Nauis. ff. ad l. Rodiã de iac.

c. ex cõi. extra de raptor.

Sicut, enim, voluntate conditionata ſeu coacta conditionatè, vt mortem, ſcilicet, euitet in naufragio exiſtens exonerando nauem in mare proijcit merces, dominium non transfert ad illas reperientem, ſed illud in ſe retinet: quapropter illas reperiens ad reſtituendum eas domino illarum teneatur, vt in l. qui leuandæ nauis gratia. ff. ad l. Rodiam de iactu, & in capitu. ex communicationi, extra de raptoribus, ſic arguendo à ſimili, ſoluens vſuras ex ui mutui nõ habuit animum transferendi dominium in mutuantem, nec abſoluẽdi ipſummet vſurarium ab obligatione reſtituẽdi ſibi, vel ſuis illud traditum ex vi mutui vſurario, illud tradendo in poteſtate vſurarij, donec fortè aliquando pœnitentia ductus illud ſibi reſtituat, vel Deo prouidente aliunde ab eo æquiualens recipiat: ac per conſequens vſurarius ex tali nuda traditione nullum aequiſiuit dominium, cum illud fuerit lege diuina ſibi interdictum.

Tertiò

Tertiò ſic arguitur.

Si in vſura ſoluta transferretur dominium ad ipſum vſurarium, ſequeretur hoc abſurdiſſimum, quòd extorquens agrum per vſuram nō teneretur ad reſtitutionem omnium fructuum ex ipſo perceptorum: cum percepiſſet fructus rei iam effectæ ſuæ (per translationem talis dominij ad ſe factam) damnum paſſo reſtituendo agrum, vel eius pretium: At conſequens eſt falſum, vt in capitulo, Grauis. extra de reſtitutione ſpoliatorum, & contra omnes Doctores, ergo, dicendum ſuperest, quòd in vſura non transferatur dominium. Conſequentia (in qua conſiſtit tota difficultas) declaratur ex differentia, quæ eſt inter æqualitatem in recompenſatione rei fructificantis, quando translatum eſt dominium, & in æqualitatem ſeruandam in recompenſatione eiuſdem, quando non eſt translatum dominium: Cum enim ager transeat de domino in dominum, quocunque titulo id fiat, ſufficienter ſatisfit primo domino, ſi datur ſibi tantum, quantum valet ſubſtantia agri penſata virtute fructificatiua & aliis conditionibus, quæ in contractu venditionis eius penſandæ fuiſſent, nec plus exigit iuſtitia commutatiua: quoniam ſeruata æqualitate rei ad rem completa eſt ratio iuſtitiæ. Quando verò ager [illegible], ſed [illegible] dominum, ſecundum veritatem, non ſatisfit domino eius, dando ei ſolum ipſum pretium agri [illegible] oportet (vltra illud) omnes fructus perceptos, & qui potuiſſent a diligenti cultore percipi (vt in dicto capitulo, Grauis) reſtituere ei, quia ſunt fructus agri illius, cuius alter eſt dominus: ergo in uſura translatum eſt dominium agri per vſuram extorti, ſufficienter fieret reſtitutio, reſtituendo agrum tantum, vel pretium æquale: penſata ſubſtantia agri & eius virtute fructificatiua, non autem fructibus perceptis penſatis: quoniam vſurarius recepiſſet fructus de re ſua. Et confirmatur hoc exemplo, ſicut ab omnibus dicitur, neminem teneri reſtituere fructus perceptos ex agro empto ex pecunia per vſuram àcquiſita: quia ſunt fructus agri ſui, ad quem per emptionem fuit translatum dominium, ſic eſſet dicendum de fructibus agri per vſuram extorti: quia eſſent ſui ratione dominij translati per traditionem factam à mutuatario ipſi mutuatori, quia vigore talis acquiſitionis dominij ager diceretur ſuus: ſi, ergo, dominium agri per vſuram extorti transferretur in vſurarium, ſequeretur (vt dixi) quòd non teneretur ipſe vſurarius ad reſtitutionem fructuum, quos per viginti (fortè) annos percepiſſet: contra omnes Doctores, & dictum textum capituli, Grauis, quòd ſi diceret quis, hoc tantum verificari in translatione dominij omnino voluntaria (vt per venditionem &c. in qua ſufficiet ſolum reſtituere agrum, vel ei æquiualens) non tamen, vel [illegible] in donatione aliqualiter inuoluntaria, qualis eſt vſuræ ſolutio, qui vltra [illegible] lens quis teneretur ad fructus ſuſceptos ex agro: ergo, conuincuntur [illegible] quòd ex vſura non transferatur dominium, quia nemo tenetur ſoluere fructus rei propriæ: ſed ſi dixerint ipſi, huiuſmodi fructuum reſtitutio [illegible] erit non ratione dominij non acquiſiti, ſed ratione damni [illegible] mutuatario, qui iam fuerat dominus illius agri, a quo dominio exutus eſt per vſuram, eo quòd fuerat damnificatus non ſolum in agro, verumetiam, & in fructibus eius percipiēdis: & ideo quamuis [illegible], agri & fructuum a mutuatario in vſurarium dominium fuerit translatum, tamen, competit repetitio ipſi mutuatario. Hæc reſponſio ac [illegible] noſtræ rationis, enim, [illegible] [illegible] fundamento dicendo, quòd damnificatus in agro ſit etiam damnificatus in fructibus illius agri, ſuper quem obtinet dominium, cum per ſe

patcat,

Rō tertia concluſionis præſentis.
Antecedens.
Conſequentia.
c. Grauis, extra de reſti. ſpol
Impugnatur ratio.

pateat, quòd ſi fuit tranſlatum dominium agri ad uſurarium: ergo ipſe vſurarius effectus fuit dominus non tantum ipſius agri, verùm etiam & fructuum eius, cum hęc ſit regula infallibilis, quod vere tranſlato dominio alicuius rei, onus, damnum, aut emolumentum futurum domino rei cedat: tum quia quando non transfertur dominium vniuerſaliter verum non erit: vt patet in locatione domus, quæ fortuitò caſu ruit, eo quòd domus in domini damnũ ruat, & non eius, qui eam conduxit.

Quarta ratio.

Cùm in tranſlatione dominij ſemper requiratur voluntas domini directi illius rei, & dominus directus rerum temporalium ſit Deus omnipotẽs, licèt vtilis, & tanquam vſufructuarius illarum temporalium ſit poſſeſſor illarum, ſequitur, quod per huiuſmodi voluntariam aliqualiter traditionem non transferatur illius rei dominium ad ipſum mutuantem, cum ſit contra plenam voluntatem Dei illius rei directi domini prohibentis huiuſmodi receptionem, vt fuit probatum in quæſtione tertia, & quarta, cùm plus iuris ſuper illã rem ipſe habeat, quàm poſſeſſor, ſeu vſufructuarius eius, & cũ dominus [illegible] hoc modo tranſlationem illius rei dominium prohibuerit, ſequitur inde nõ transferri, cum neceſſario ad eius eſſentiam domini conſenſus requiratur, nec obſtat Hadrianus reſpondens huic rationi, quòd licèt Deus non conſentiat in vſurarum acceptione, conſentit, tamen in eius effectum, qui eſt tranſlatio dominij in accipientem eam ab alio donante. Hoc (inquam) non obſtat, quoniam licet Deus conſentiat in tranſlatione dominij in accipientem ab alio donante vere, & mera libera eius uoluntate, tamen, non acceptat ratione donationis, ſeu (& melius) ratione nudæ traditionis, ut præſupponitur in noſtra quæſtione.

Reſpõſio obiectioni quã Hadrianus facit cõtra hãc quartam rationem.

Quinta ratio.

Quicunque eſt dominus alicuius rei, eſt dominus eius aliquo iure ſeu iuſto titulo, non iniuria: ſed rei acquiſitę per uſuram uſurarius non eſt dominus aliquo iure, uel iuſto titulo: cùm non ſit dominus iure, ſeu titulo emptionis, nec iure locationis, nec iure permutationis, uel huiuſmodi (ut patet ad ſenſum) ergo dominium non transfertur per uſuram: quoniam ſi transferretur, maximè transferretur titulo ſolutionis promiſſi, ut puta, quia promiſit tãtum dare uſurario ultra ſortem, aut titulo donationis liberæ. At [illegible] nemo dicere audebit, ad uſurarium fuiſſe tranſlatum dominium per titulum ſolutionis promiſſi, quia talis promiſſio nulla eſt, nec ex ea oritur aliqua obligatio, cùm ei lex reſiſtat. & quòd hoc ſit uerum, ſupra patuit ex tenore uerborum l. Non dubium. ſ. [illegible] C. de legibus, in qua dicitur [nullius eſſe obligationis, ac penitus nullum eſſe contractum, uel promiſſionem contra legem] inde ſequitur ueritas noſtræ concluſionis, cùm huiuſmodi contractus uſurarius ſit contra legem [illegible] habetur per tex. in cap. ſuper eo. extra de uſuris, in quo dicitur. [illegible] prohibitum in utriuſque teſtamenti pagina: [illegible] ſed neque titulo donationis [illegible] liberalis transferretur dominium uſuræ ad uſurarium, quia [illegible] ut ſcienter indebiti [illegible] tenet, quando illius receptio [illegible] eſt [illegible], aliquid ultra ſortem non ſolùm recipere [illegible] expectare: ut in c. conſuluit. extra de uſur. Ex his huc [illegible] clariùs elucet, ad uſurarium nõ transferri dominium rei extortæ per uſuram.

l. non dubium C. de leg b.

c. ſuper eo. ext. de vſur.

At [illegible] contra noſtram [illegible] concluſionem poſſet quis [illegible] urgere

dicendo

dicendo ipſam falſam,& hoc probans duplici medio. Primò,enim, auctorita
te quàm plurimorum Doctorum infraſcriptorum, & ratione. Sciendum er-
go,quòd infraſcripti Doctores dixerunt, dominium rei extortæ per vſuram
transferri ad uſurarios,tamen,ipſi vſurarij tenebuntur tale quid reſtituere ei,
à quo extorſerunt,& ſunt,videlicet, Scotus in quarto ſententiarum , diſtin-
ctione 15.quæſtione ſecunda,articulo tertio,in ver. Similiter dans. Henricus *Scotus. Henricus.*
de Gandauo quodl.4.quæſtione 27. Petrus Pal.in quarto ſententiarum , di- *Pal.*
ſtinctione decima quinta,quæſtione tertia , articulo quinto , concluſione ſe- *Nic.de Orbel.*
cunda,& ibidem in quæſtione ſecunda,articulo quinto,in uerſi.ſucceſſor au- *Hadrianus. Gloſ.*
tem.Nicolaus de Orbellis in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quin-
ta,quæſtione tertia,§.17. Hadrianus Papa in tract.de ſacramentis, tit.pro ſa-
cramento pœnitentiæ , de reſtitutione folio 59.§.ex his alia oritur quæſtio.
Gloſ. in capitu.ſiquis uſuram.14.quæſtione quarta.& ratio iſtorum eſt, quia
transfertur dominium etiam in mutuatione,& tamen debitor tenetur tãdem
rem mutuatam reſtituere creditori:ſic & dicendum in caſu propoſito:& prę-
dictæ impugnationi aliquibus videtur Diuum Thomam fuiſſe in quarto ſen
tentiarum,diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda, articulo quarto,
quodl.2.cuius Sancti verba formalia ſunt hæc,videlicet. Aut transfertur do-
minium,& tunc vel competit repetitio ei, à quo quis lucratus eſt ſecundum
aliquod ius,ſicut in uſura accidit,in qua(vt quidam dicunt)dominium tranſ-
fertur,hæc ille Sanctus, ex cuius verbis patet,ipſum non ſequutum fuiſſe di-
ctam ſententiam,ſed ſolùm eam ſimpliciter recitaſſe:eò magis,quòd in ſum-
ma contrariũ docuit,vt ſupra retulimus : ſed quoniã dictæ impugnationi per
allata in probationib.noſtrę cõcluſionis fuiſſe reſponſum abundè ſatis patet: *Archid.*
iccircò his omiſſis ad alia.me transferens,dico,quòd.Et ſi non negemus, di- 6
ctos Doctores adinuicem ſecũdum ſonitum verborum aduerſatos fuiſſe no- *Vis qua contin*
ſtræ concluſioni:tamen, quàm facillimè poſſemus concordare vtendo doctri *git aliquẽ com*
na Archidiaconi in capitulo,ſi quis vſuram.14.quæſtione quarta, in fi. Qua- *pelli ad aliqd*
propter pro concordia ipſorum memoriæ commendandum erit , & nunquã *agẽdum,eſt du*
obliuioni tradendum.Quòd duplex eſt uis , qua quis contingit compelli ad *plex.* 7
aliquid faciendum,vel non faciendum:eſt,enim,vis compulſiua,& uis ablati- *Vis compulſi-*
ua.Vis,enim,compulſiua poteſt aliter dici quædam vis voluntatis immiſſiua: *ua quid ſit.*
quando,ſcilicet,cogitur uoluntas alicuius ad aliquid faciendum , vel non fa- *l.ſi mulier.ff.q*
ciendum:& hoc etiam dicitur voluntate factum,quia coacta voluntas,eſt uo- *metus cau.*
luntas,vt in l.ſi mulier. ff. quod metus cauſa,& in capit. Meritò quæritur.15. *c.merito quæritur.15.q.1.* 8
quæſtione prima,& hæc parit actionem,quod metus cauſa: Vi,ergo,compul *Voluntas coa-*
ſiua rem alterius rapiens,fictione iuris ciuilis efficitur dominus illius rei,licèt *cta eſt uolũtas*
iure prætorio penes priorem dominum rei dominium remaneat , vt in l.me- 9
tus.§.Item Iulianus.ff.Quod metus cauſa,& tali vi comparatur extorſio uſu- *Dominium an*
rarum.Vnde ſecundum ſubtilitatem iuris ciuilis (vt docet etiam Bartol.in l. *acquiratur ꝑ*
metum autem.§.volenti.ff.quod metus cauſa) dominium rei per vſuram ex- *vim compulſi*
tortę transfertur ad vſurarium.Penes verò dominũ,(ideſt,mutuatarium,qui *uam.*
illam ſoluit tali uolontate compulſiua)dominium illius rei ſic traditæ uſura- *l.Metus. ff. qđ*
rio remanet iuris æquitate.& ratio eſt : quoniam ſi apud ipſum non remane- *metus cauſa. Bartol.*
ret illius rei dominiũ , non concederetur à iure ſoluenti uſuram actio contra *ca. Debitores.*
uſurarium,vt fuit conceſſa in cap.debitores.extra de iureiuran. nec præcipe- *extra de iureiurando.*
retur à iure ipſi uſurario reſtitutio uſurarum : vt fuit præcepta per canones 10
cõtentos in toto titulo de vſuris, & in locis iam citatis ſupra in probationem *Vis ablatiua quid ſit.*

concluſionis

conclusionis noſtræ. Vis autem ablatiua eſt illa, quæ abſolutè infertur etiam ſine conditionata eius voluntate, cui infertur: vt contingit in furto, vel rapina: & ratione talis vis nullo pacto, neque fictione iuris ciuilis transfertur dominium, ſed adhuc remanet apud verum dominum illius: & hæc vis non parit actionem. Quod metus cauſa, ſed vi bonorum raptorum.

Doctorum cõcordia circa pſentem qõnem

His ergo præmiſſis, poterit pro concordia Doctorum dici, & meritò, quòd Doctores (citati ad probandam noſtram concluſionem) dicentes non transferri dominium ad uſurarium: verum dixerint ſecundum iuris æquitatem, ac ius prætorium, & pontificium: dicentes, verò, transferri dominium, & ipſi verum dicant loquendo de ſubtilitate iuris ciuilis, cùm uſurarium lucrum nõ prohibeat ius ciuile regulariter, vt latiùs in quæſtione ſexta dictum, & probatum fuit.

Ad argumentum primum modò facillima erit reſponſio, dicendo minorem falſam eſſe, & ad probationem dicitur, quòd non ſit par ratio in utroque: cùm de eſſentia peccati ſtupri non ſit permittere corpus ſtuprari ſine aliquo conſenſu, ſed cum conſenſu, ſaltem, conditionato pro euitanda morte, malendo conſulere ſaluti corporali propriæ, quàm ſpirituali, paruipendens inde Dei offenſam incurrere, quod vtique illicitum eſt: quod dici non poteſt, in caſu noſtro: cùm talis mutuatarius conditionata voluntate vſurario vſuras ſoluendo, non peccet, vt latiùs probabitur infra in quæſtione trigeſima quarta. Mulieri, verò, ſtupro etiam uoluntate conditionata minimè licet aſſentiri, eo quòd quacunque occaſione imminente potius mortem præeligere, quàm mortali peccato cõſentire illa tenetur: quapropter non poteſt dari identitas rationis in vtroque caſu, ut latiùs ex capitulo, Ita ne. 32. quæſtione prima, elicitur. & ratio eſt, quia in hoc ſtupro, uoluntas conditionata dicenda erit uoluntas, ut in capitulo, Meritò. decima quinta, quæſtione prima. Maior quoque negatur: quoniam per ſe patet falſitas eius, quòd uerum non ſit, quòd ex omni traditione rei dominium ipſius (ut latiùs in notabili primo diximus) nobis acquiratur.

c. ita nẽ. 32. q. 1.

cap. merito. 15. quæſt. 1.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, illud nihil concludere contra nos: nec canon in dicto cap. Abbas. dicit fuiſſe translatum dominium rei traditæ ex metu cadente in conſtantem uirum, à taliter metuẽte, ad ipſum incutientem metum: ſed ſolùm quod debet dictam donationem irritam declarari: vt ex uerbis ipſius canonis elicitur. quapropter qui impugnare uidentur noſtram concluſionem, ueriſſimam ipſam eſſe fateri compelluntur, & dictum canonem illi fauere: eo quòd illud declaretur irritum quod nullo iure aliquo tempore ſubſiſtit. Vnde patet illam donationem dicendam fore nullam, & inualidam ad aliquod ius producendum donatario ex donatione quæ contra ius eſt: ut in dicta l. non dubium. §. Pacta. C. de legibus. explicitè habetur. & quia taliter donatum mutuanti recipere de iure eſt prohibitum: inde neceſſariò fatendum erit, nullum ius ſibi fuiſſe acquiſitum.

l. non dubium. C. de legib.

QVAE-

QVESTIO XXVI.

Vtrum mutuanti pecuniam liceat pro aſſecuratione (quia ſcilicet, periculum ſortis perdendæ in ſe ſuſcipit) emolumentum, aut pretium aliquod tuta conſcientia accipere vltra ſortem mutuatam, & ſic acceptum ſibi retinere.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans & aſſecurans quando dicatur non poſſe aliquid accipere pro aſſecuratione.*
2 *Pro, Prapoſitio, quid importet.*
3 *Mutuans & aſſecurans, quando dicatur poſſe aliquid accipere pro aſſecuratione.*

ET PRIMO videtur dicendum, quòd non liceat mutuanti pecuniam (vel quid ſimile) vt in caſu propoſito vltra ſortem recipere: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet. Vſuram ex mutuo exigere, ac exactam retinere nemini licet.

At mutuare, & ratione recepti periculi, in ſe, rei mutuatæ, aliquid vltra ſortem exigere, eſt vſura ex mutuo exigere.

Ergo mutuare, & ratione recepti periculi, in ſe, rei mutuatæ, aliquid exigere, & inde exactum retinere nemini licet.

Maior propoſitio per ſe patet, & in tantum eſt vera, quòd ipſam pertinaciter aſſeuerantes falſam eſſe, puniendos fore vti hæreticos mandauit Clemens Papa in clem. vnica. §. fi. de vſur.

Minor probatur per tex. apertiſſimum in c. fi. ext. de vſur. Vbi infraſcriptis verbis Gregorius Nonus ipſam approbare videtur, videlicet. [Nauiganti, vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatem: pro eo, quòd ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cēſendus.] hæc ibi. quam minorem ſic generaliter intellectam amplectuntur Glo. Innoc. Io. And. Ant. de But. Panor. Io. de Ana. & reliqui Canoniſtæ in d. c. fi. Hoſt. in ſumma. tit. de vſur. §. An aliquo caſu, in ver. in Traiectitia etiam pecunia. Riccardus à media villa. in 4. ſent. diſt. 15. art. 5. q. 5. in ver. Alio modo quando capitale. in fi. Nic. de Orbellis in 4. ſent. diſt. 15. q. 3. §. 12. Lancillotus in Inſti. canon. tit. de vſur. §. fi. Ex his ergo omnibus videtur dicendum indiſtinctè, nemini licere ſuſcipere aliquid vltra ſortem mutuatam ratione receptionis periculi, in ſe, propriæ pecuniæ mutuatæ alteri, cùm dicti Doctores indiſtinctè hoc dixerint. Vbi ſuprà vnà cum canone d. c. fi.

clem. unica, de uſuris.
c. fina. extra de vſuris.
Gloſ.
Innocen.
Ioan And.
Ant. de But.
Panor.
Ioan. de Anan.
Hoſtien
Riccardus.
Nic. de Orbel.
Lancillotus.

SED CONTRA. eſt tex. apertiſſimus in l. 1. l. nihil intereſt, l. Periculi. ff. de nautico fœnore. & in l. 1. & 2. C. de nautico fœnore: in quibus iuribus conceditur etiam centeſima vſura, ideſt, 12. pro quolibet centenario ratione periculi quod mutuator recipit in ſe, quarum legum tenor referetur in probatione ſecundæ concluſionis.

l. 1. l. nihil intereſt. & l. periculi, ff. de nautico fænore.
l. 1. & 2 C. de nautico fęnore

Reſpondeo præſenti quæſtioni duplici concluſione.

Prima ergo concluſio ſit hæc, videlicet.

Mutuans pecuniam hac lege: vt nullus præter mutuantem aſſecuret ipſam pecuniā negotiationi implicādā: qñ mutuatarius nō indigeret aſſecuratione,

1 *Mutuãs et aſſecurans quãdo ꝓ aſſecuratione dicatur, non poſſe aliqd recipere.*

Pro prepoſitio quid ſignificet. Gloſa. Archid. S. Thomas. Caietanus. Hadrianus. Caietanus. Biel. Ioannes à Medina. Doctores citati ſupra. Sotus. Ioſeph Angles

vel nollet ipſum mutuatorem: ſed alium aſſecurare ipſum ſub aliquo pretio, non mutuaturus ſine talis aſſecurationis acceptione: Vſurarius eſt. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per tex. in d.c.fi. extra de vſur. ſupra relato. Nam præpoſitio, Pro, (in dicto canone inſerta) denotat cauſam finalem ipſius mutui (propriè loquendo) licèt aliquãdo impropriè capiatur pro præpoſitione propter, quæ præpoſitio non ſignificat cauſam finalem, ſed impulliuam: vt optimè docuit Glo. in l. dominus. Sticho. ff. de pecu. leg. & Archi. in c. Iudices. 1. q. 1. & in c. Agathoſa. diſtinc. 63. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate. S. enim, Tho. (licèt non explicitè, & de verbo ad uerbum) benè tamen implicitè ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in 2. 2. q. 7. art. 1. in corp. quæſt. & in reſp. ad primum, dicendo ibi non licere mutuanti ex vi mutui expetere aliquam obligationem ciuilem, cùm illa ſit pecunia appretiabilis, ac per conſequens loco eius data: quod pertinet ad vſuram. Vnde Caiet. ibidem in principio (inter alios caſus) enumerat caſum præſentis concluſionis, utendo eadem ratione Sancti Doctoris. Papa Hadrianus etiam noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni (vnà cum citandis Doctorib.) in 4. ſenten. in tract. de vſur. cap. Occurrunt circa prius dicta. §. Ad primum, licèt ipſe dicat non neceſſariò addendam fore vltimam conditionem, videlicet. Non mutuaturus &c. modò iuſtum ſit pretium periculi ſuſcepti, & quidem malè: cũ nulla ciuilis obligatio ex vi mutui expeti, vel expectari poſſit: cùm talis ſit pretio appretiabilis (vt docuit S. Thom.) Vnde merito Hadrianum in hoc redarguit Didacus Couarruuias infra citatus. §. Tertiò, tamen, Hadrianus. Caiet. rurſus in ſummula in ver. vſura exterior, in principio. Gabriel Biel in 4. ſent. diſt. 15. q. 11. §. vnde pro regula habendũ. Io. de Medina in Codice de acquiſ. per vſuram reſtitu. q. 4. Corrolario. 2. Sotus in lib. 6. de iuſt. & iur. q. 7. artic. vni. in reſpon. ad primum argumentum, & in eod. lib. 6. q. 4. art. 2. §. Articulus hic intellectum expoſcit, & omnes Doctores citati in probatione minoris, argumenti ſupra in princip. quæſt. adducti, & Ioſeph de Angles in ſuo lib. inſcripto, Flores Theologicarum quæſt. ſuper 4. ſent. in q. de contractu mutui. art. 2. dif. 5. concl. 1. & 2. & ex Canoniſtis (vltra citatos) Conrad. in tract. 2. de contractib. q. 39. concl. 1. & 2. Alber. de Roſ. in ſuo dictionario vtriuſque iuris, ti. de vſur. §. vſura. 1. in ver. Quid de eo, qui mutuat nauiganti. Didac. Couar. lib. 2. varia. reſol. c. 2. nu. 4. §. ſecundò tex. in d.c. vlt. Iac. But. in l. 1. C. de nau. fęn. Bal. in l. j. col. 4. ff. de ſumma Trini. & fide cathol. & in d. l. Periculi. & in rub. C. de nautico fœnore. Archiepiſcopus Floren. 2. parte, titu. 1. cap. 7. §. 21. Iac. Almain. in 4. ſent. diſt. 15. Paulus de Caſtro in l. 1. C. de nautico fęnore, Ioan. Maior. in 4. ſent. diſt. 15. q. 3. Lugdunenſis in tract. de contract. quæſtio. 3. Nauarrus in ſuo manuali. cap. 17. tit. de vſur. circa cambia, à litera A. vſque ad literam B. Probatur quoque authoritate ſummulariorum: Angelus in ſummula, in ver. vſura. 1. §. 37. & 38. Syl. in ver. vſura. 1. §. 35. Probatur, & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm pręcepto diuino ſit prohibitũ aliquid ex vi mutui (tãquam ex obligatione ciuili orta ex mutuo) ſperare, vt ſæpius fuit probatum: Conſequens eſt, mutuantem (de quo in noſtra concluſione) vſurarium eſſe, & tuta conſcientia nihil poſſe exigere ratione huiuſmodi aſſecurati mutui, cùm illud voluerit ex vi mutui, & non ex vi periculi ſubeundi, ad preces mutuatarij pro ut in ſecunda concluſione dicetur.

Conradus. Albericus. Couarruias. Iacobus But. Baldus. Archiepiſ. Flo.

Paul. de Caſtr. Ioãnes Maior. Lugdunenſis.

Ratio concluſ.

Secunda concluſio.

Simpliciter mutuans quantitatem pecuniæ, vel alterius cadẽtis ſub mutuo

(vt

(vt in prima quæſtione)rogatus à mutuatario, vt illudmutuatū ſibi aſſecuret pro aliquo pretio inter eos rationabiliter conuento,ne aliquod incurrat periculum in negotiando,vel in aſportando pecuniam mutuatam , vel inde merces emptas,vel quid ſimile:& è contra,mutuans obligando ſe & ſua mutuatarium indemnem ſeruare in caſibus prædictis,dictus mutuator (qui ex vi mutui non intendebat mutuatarium ipſum obligare ad aliquid ſibi tradendum vltra ſortem mutuatam,ſed ſolùm conſentiens aſſecurationi prædictæ precibus mutuatarij,pretio conſueto , & rationabili arbitrio boni viri)nullatenus erit vſurarius cenſendus,ſed charitate feruldus,& prudens,& omni ſuſpitione vſurariæ prauitatis carens. Hæc concluſio probatur triplici medio. 3 Primo, enim,per tex.in l. 1.in l.nihil intereſt.& l.periculi.ff.de nautico fœnore , & in l. 1.& 2.C.de nautico fęnore.Immò & probatur,per tex.in d.c.nauiganti.ext. de vſur.bene intellecto,arguendo à contrario ſenſu,& pōderādo ſummi Pontificis verba.Nam ſcitè ibi ſummus Pontifex nō dixit ſimpliciter,mutuantē, & gratis non aſſecurantem ipſam pecuniam mutuatam, & pro aſſecuratione facta ad preces mutuatarij aliquid vltra ſortem ex vi periculi(cui ſe ſubponit de amittenda re mutuata)ſuſcipientem,eſſe vſurarium, quod & nos affirmauimus in noſtra concluſione prima:ſed eleganter vſus fuit his verbis, videlicet. [Nauiganti,vel eunti ad nundinas certam mutuans pecunię quantitatem,pro eo,quòd ſuſcipit in ſe periculum,recepturus aliquid vltra ſortē,vſurarius eſt cenſendus.]hæc ibi,quæ quidem verba benè libranti ſtatim apparebit uerus intellectus dicti canonis.legendus,& interpretādus,ergo,erit hoc modo,[mutuans pecuniæ quantitatem pro eo, quod ſuſcipit in ſe &c.i. aliàs non mutuaturus:hoc,enim,ſignificant verba illa.[Mutuans pro eo,quòd.i.ille, qui iccirco mutuat, vt ſuſcipiens in ſe periculum, mutuatarium aſſecurandò , ex tali aſſecuratione aliquid lucretur(vt in prima concluſione fuit probatum) vſurarius eſt:quoniam(vt diximus)hoc elicitur ex ſacro euāgelio, Luc.c.6.& ex authoritate Diui Thomæ,& Caietani,& omnium Doctorum,qui fuerunt adducti in probationem præcedentis concluſionis,cùm nulla ciuilis obligatio poſſit expeti,vel expectari ex vi mutui,qualis eſſet hæc,ad quam mutuans uellet mutuatarium compellere,(vt clarè fuit dictum in prima concluſione,)& probatum multis aliis mediis in quæſtione decima octaua,& probabitur nonnullis rationibus paulò poſt. Probatur inſuper & præſens concluſio auctoritate omnium Doctorum,qui fuerunt adducti in probationem præcedentis concluſionis,qui omnes explicitè ſe ſubſcripſerunt præſenti concluſioni,tanquā veriſſimæ,interpretantes taliter canonem illum in c.fi.extra de vſur.præter illos Doctores,qui fuerunt adducti in probationem minoris propoſitionis adductæ in principio quæſtionis præſentis:quos quidem omnes credo non refragatos fuiſſe præſenti concluſioni,tùm quia de illa explicitè nihil dicūt, cū etiā,quia ipſi tm̄ interpretati fuerunt ipſum canonē iuxta interpretationem noſtrā nuper factā,non curantès ex ipſo cànone expreſſe elicere etiā hanc ſecundam noſtram concluſionem , cùm apud eos viſa fuerit rationi conſentanea,& iccircò nullatenus in dubium reuocandam , aut clarioribus notificandam verbis fore.

Mutuans et aſſecurans quando dicatur poſſe aliquid accipere pro aſſecuratione.

L. 1. l. nihil intereſt , & l. periculi, ff. de nautico fænore.
L. 1. & 2 C. de nautico ſęnore
c. fina. extra de vſuris.
Tenor tex. d. c. fi & eius uera expoſitio.

Probatur, & tertiò præſens concluſio infraſcripta irrefragabili ratione.

Hoc modo arguendo : ſi noſtra concluſio verà non eſſet , ſequeretur, quòd mutuans gratis,& vltra mutuum aſſecurans pecuniam, vel aliam quamcumque rem mutuatam , & ex vi ſolùm aſſecurationis aliquid recipiens,

Antecedens.
Ratio concluſ.
Conſequentia.

eſſet peioris conditionis illo, qui tantùm aſſecurat merces, vel quid aliud ſimile ut pecuniam &c. ualet conſequentia: quoniam (ut probabimus in tract. de contractu aſſecurationis Deo dante) unicuique licet aliquid ſuſcipere per aſſecurationis contractum: cùm ipſo mediante ſubiiciatur periculo ſoluendi maximam quantitatem pecuniæ ſic aſſecuratæ: ad quod faciendum nullo iure aliquis compellitur: ita, ergo, in propoſito, cùm ſuppoſueramus in hac ſecunda noſtra concluſione, huiuſmodi mutuantem, & inſimul aſſecurantē realiter, nihil lucri intendere ex ui mutui recipere, ſed gratis mutuare, & rogatus a mutuatario, rei gratis mutuatæ ſuſcipere in periculum, dictæ rei mutuatę gratis periculum in ſe meritò ſuſcepit pro pretio conuento: cùm aſſecuret rē iam translatam in mutuatarij dominium, eo quòd dicatur mutuum: eo quòd fiat de meo tuum, ut in l. 2. §. appellata. ff. de reb. cred. ſi cer. pe. Vnde non uidetur rationi conſentaneum negare, quòd liceat hoc idem ipſi mutuanti, quod unicuique tertio extraneo, non cōferenti hoc beneficium mutuationis in mutuatarium, licet: cùm inde ſequeretur potius ipſum mutuantem mutui gratia damnum ſentire, non ſeruando ſe indemnem in tali periculo ſubeundo: cùm poſſet contingere, quòd mutuatarius non haberet præ manibus aſſecurātem ſibi talem pecuniam mutuo acceptam, uel penitùs non inueniret aſſecurantē: & ſic opus eſſet ei uel deſiſtere à negotiatione ſibi neceſſaria, uel ſemper eſſe cum cordis anguſtia, timens, & tremēs amittere oleum & impenſam (ut dici ſolet,) ideſt, labores & ipſammet pecuniam, uel aliàs merces mutuatas ſibi, cū maxima eius iactura: aut opus eſſet mutuanti (ut liberaret mutuatariū ab huiuſmodi tribulatione pecuniam mutuatam ab ipſo mutuatario aſſecurare ſine pretio in graue ſui detrimentum, & iacturam, quod utique rationi conſentaneum non eſſe per ſe patet.

l. 2. ff. de rebus cred. ſi cer. pe.

Ad argumentum modò, & ad authoritates probantes minorem propoſitionem iam ſupra fuit reſponſum in probationē ſecundę concluſionis, in qua interpretati fuimus ipſum canonem, & Doctores procedere in terminis primæ concluſionis ſecundum uerum intellectum dicti canonis iuxta interpretationem allatam à præadductis Doctorib. ad probandam primam cōcluſionē.

QVESTIO XXVII.

Vtrum ij, qui mutuant cum pacto expreſſo de aliquo recipiendo vltra ſortem ex vi mutui, peccent, & teneantur reſtituere quicquid ex vſuris ratione huiuſmodi lucri vſurarij (vltra vſuras ipſas extortas) adepti fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ciuilis quid ſit, & quot modis contrahatur.*
2 *Obligatio naturalis quid ſit, & quot modis contrahatur.*
3 *Res ad vſum hominum neceſſarię ſunt in duplici differentia.*
4 *Fructus ſunt in triplici differentia.*
5 *Fructus naturales, induſtriales, & mixti quomodo differant.*
6 *Reſtituere quid ſit.*
7 *Reſtituere pertinet ad iuſtitiam commutatiuam.*

Vſurarius

8 *Vſurarius omnia extorta per vſuram tenetur reſtituere ſub præcepto.*
9 *Reſtitutionis præceptum pertinet ad præceptum negatiuum, & quare.*
10 *Reſtitutio quomodo ſub præcepto.[Non furtum facies]contineatur.*
11 *Debitor moroſus comparatur furi.*
12 *Vſurarius recipiens per uſuram rem naturaliter, vel mixtè fructiferam tenetur ad rem, & ad nonnullos fructus reſtituendos.*
13 *Vſurarius tenebitur ad reſtituendam rem extortam per uſuram etiam ſi ipſa periiſſet, & ad eius fructus.*
14 *Reſtituendi obligatio quando incurratur.*
15 *Vſurarius in foro fori an teneatur rem per vſuram acquiſitam reſtituere, ſi illa periiſſet, quę ſimiliter periiſſet in manu domini.*
16 *Vſurarius an teneatur in prædicto caſu in foro pœnitentiæ.*
17 *Vſurarius an eam met rem extortam per vſuram reſtituere teneatur.*
18 *Vſurarius an in foro conſcientiæ teneatur reſtituere rem melioratam deductis expenſis.*
19 *Forus conſcientię in quo differat a foro iudiciali.*
20 *Vſurarius quos fructus rei extortę per uſuram teneatur reſtituere.*
21 *Vſurarius an teneatur fructus rei infrugiferę extortę per uſuram reſtituere.*
22 *Dolus, & fraus nemini debet patrocinari.*
23 *Debitor moroſus ad quid teneatur.*
24 *Conſcientia quando dicatur nos ſtimulare.*
25 *Conſcientię iudicium quando dicatur obligare ad aliquid committendum, vel omittendum.*
26 *Contra conſcientiam faciens ędificat ad gehennam.*
27 *Vſurarius tenebitur ad reſtituendum fructus rei extortę per uſuram, quos dominus percepiſſet ex tali re.*
28 *Reſtituere quid ſit.*

ET PRIMO videtur dicendum, quòd vſurarius teneatur reſtituere non ſolùm extortum per vſuram cum pacto expreſſo, verùm etiam, & omnes fructus rei ſic per vſuram extortæ: quod probari poteſt ſic.

Quicunque rapinam facit, mortaliter peccat, & ad taliter extortum reſtituendum unà cum fructibus ipſius tenetur. Maior propoſ. At qui ex pacto expreſſo de aliquid recipiendo vltra ſortẽ mutuat, ac aliquid inde recipit, rapinam facit. Minor propoſ. Ergo qui ex pacto expreſſo de aliquid recipiendo ultra ſortem mutuat, & inde aliquid recipit, ad taliter extortum reſtituẽdum vnà cum fructibus ipſius tenetur. Concluſio.

Maior probatur per tex. in c. Grauis. extra de reſti. ſpol. in quo Cœleſtinus Tertius infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. [Mãdamus quatenus ſi uobis conſtiterit de præmiſſis, prædictũ Archidiaconũ ablata pnominati monaſterij fratribus cum integritate reſtituere, damna plenariè reſarcire, & de illatis iniurijs competenter ſatisfacere compellatis: prouiſuri vt non tãtùm fructus à nouo, & violento poſſeſſore pceptos, ſed quos (ſi eis poſſidere licuiſſet) poſſeſſores veteres percepiſſent, reddi faciatis eiſdem] hæc ibi. c. Grauis, extra de reſti. ſpol.

Minor probatur per tex. in c. ſi quis vſuram. 14. q. 4. in quo refertur ſententia Diui Ambroſij in lib. de bono mortis. c. 12. dicentis. [ſi quis vſuram acceperit, rapinam facit, vita non viuit.] c. ſi quis vſurã, 14. q. 4.

SED CONTRA. Quilibet poteſt retinere tuta conſcientia quod legitima negotiatione acquiſiuit. Maior propoſ. Sed id, qđ acquiritur ex pecunia fœnebri, ipſa negotiando legitimè, tuta conſciẽtia acquiritur, vt puta, ex propria induſtria. Minor propoſ. Vt latiùs in concluſionib. probabitur: inde ſequitur, quòd non ad omnes fructus rei extortæ per vſuram reſtituendos vſurarius teneatur.

Reſpondeo præſenti quæſtioni ſcitu digniſſimæ vndecim concluſionibus, illis, tamen, præmittendo pro ipſarum maiori intelligentia, notabilia infraſcripta, quæ ſunt numero quatuor.

Primum notabile ſit hoc.

1 *Obligatio ciuilis quid ſit, & quot modis cõtrahatur.*

Vt quis facilè cognoſcere poſſit quibus modis contrahatur obligatio reſtituendi aliquid. Sciendum, quòd obligatio reſtituendi eſt duplex, quarum altera appellatur obligatio ciuilis, altera naturalis. Obligatio, ergo, ciuilis dicitur illa, qua contra obligatum in iudicio agi poteſt, & hæc tribus modis contrahitur. Primò, verbis, ſcilicet, promiſſione. Secundo, literis, ideſt, ſtipulatione. Tertio, re ipſa, & hęc dupliciter. Primò ex delicto, vt puta, ex furto, rapina, extorſione uſurarum, & ex alijs huiuſmodi. Secundo ex contractu, vt puta, ex mutuo, commodato, depoſito, emptione, venditione, pignoratione, & alijs eiuſdem generis: de quibus latiùs apud Iuriſtas. Inſtit. Quibus modis contrahitur obligatio. Obligatio verò quæ naturalis dicitur, eſt illa, quæ obligat in foro conſcientiæ, etiam ſi contra obligatum ad reſtitutionem in iudicio agi non poſſit: & hæc ex tribus radicibus contrahitur (loquendo de obligatione reſtituendi rem aliquam. Primò ex iniuſta rei alienæ acceptione. Secundò ex iniuſta rei retentione. Tertio ex cauſa data iniuſtæ acceptioni, vel retentioni rei: & (vt clariùs procedam) exemplis infraſcriptis vtar. exemplificatur obligatio primo modo incurſa. in fure, raptore, & vſurario, & huiuſmodi. exemplificatur in ſecundo modo, in moroſo debitore, qui ex quo incipit eſſe in mora, efficitur iniuſtus rei alienæ detentor, etiam ſi primo, non iniuſtè, ſed de volũtate domini accepit illud, vt patet in re ad certum tempus mutuata, ſeu commodata. de tertio modo exemplificatur in his, qui verbo, aut opere dant cauſam, vt aliquis alium damnificet, rem illius recipiendo, vel retinẽdo, vt ſupra, vt ſunt ij, qui notari ſolent his verſibus. videlicet, Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus, Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

2 *Obligatio naturalis quid ſit, & quot modis contrahatur.*

Exempla prędictarum obligationum.

Secundum notabile.

3 *Res ad vſũ hominum neceſſariæ ſunt in duplici differẽtia.*

Res ad vſum humanum neceſſariæ ſunt in duplici differentia: Nam aliquæ earum ſunt, quarum vſus eſt ipſarum conſumptio, & hæc ſunt de ſui natura infrugiferę: quãuis accedente hominis induſtria fructum reddant aliquem, vt eſt vinum, frumentum, oleum, pecunia, & his ſimilia, quæ (ſecundum iura) dicuntur non habere vſumfructum: cùm (vt dictum eſt) vſus earum ſit conſumptio ipſarum: & iccircò quis non poterit vti fructibus talium ſeparatim à rebus ipſis, vt patet in frumento, quod non germinat niſi ei acceſſerit induſtria viri illud ferẽtis in agro benè diſpoſito. Aliæ verò ſunt res, quarum vſus non eſt earum conſumptio, & tales habent vſumfructũ, vt domus, ager, equa, vitula & his ſimilia.

Tertium notabile.

4 *Fructus ſunt in triplici differentia.*

Fructus ſunt in triplici differentia, alij dicuntur merè naturales, alij merè induſtriales, alij mixti fructus merè naturales dicuntur hi, in quibus producendis, ac percipiendis magis operatur ipſa natura, quam hominis induſtria: veluti fru[illegible], qui colliguntur ex pratis, paſcua: glandes, ex quercubus. caſtaneæ, poma, li[illegible], & alia vſui [illegible] data, quæ ſylu[illegible] de per ſe producit, & his ſimilia: Induſtri[illegible] fructus, dicuntur ij, quos magis producit ope[illegible]tio induſtriæ h[illegible], qu[illegible]: vt ſunt res v[illegible] conſumptibiles ſupra citatæ, cum ille de per [illegible] germinarent, niſi ad ipſa accederet induſtria hominis, vt patet ad ſenſum. [illegible] mixti [illegible]intur

ſ li,

illi,qui participant de vtroque:vt ſunt ij,qui percipiuntur ex domo,quæ locatur ex agro,qui,ſi colatur,fructificat,habens à natura talem aptitudinem fructificandi,& alia his ſimilia,vt patet ad ſenſum.

Quartum notabile.

Reſtituere nihil aliud eſt, quam iteratò aliquem ſtatuere in poſſeſſionem, 6
vel dominium rei ſuæ.Nam reſtituere dicitur in priſtino ſtatu ſtatuere. Quapropter in reſtitutione facienda ſemper debet attendi æqualitas iuſtitiæ ſecundum recompenſationem rei ad rem. quod pertinet ad iuſtitiam commutatiuam:& ideirco reſtitutio vſurarum pertinet ad actum commutatiuæ iuſti- 7
tiæ. Vt perpulchrè elicitur ex l.reſtituere. ſ. ſecunda, ff. de verborum ſignificationibus.Vbi hæc habentur,videlicet. [Reſtituere videtur is, qui id reſtituit, quod habiturus actor, ſi controuerſia ei facta non fuiſſet]hæc ibi.

Reſtituere qd ſit, & vnde dicatur.

Reſtituere pertinet ad iuſtitiam commutatiuam.

l.Reſtituere.§.2.ff. de ver.ſig.

Prima concluſio.

Vſurarius tenetur ſub præcepto reſtituere omnia, quæ acquiſiuit per ex- 8
torſionem vſurarum. Hæc concluſio probatur quadruplici medio. Primò, enim,iure diuino fundato ſuper ius illud naturale: in quo habetur,quod tibi non vis fieri,alteri ne feceris:iuxta Domini ſententiam dicentis [omnia quæcunq; vultis vt faciãt vobis homines,& vos facite illis]probatur ergo primò, præcepto illo diuino. Non furtum facies]vt ſæpe fuit probatum, & ſpecialiter,in quæſtione tertia, & quarta, eo quòd tali præcepto fuit tacitè iuſſa rei iniuſtè ablatæ reſtitutio:nec hoc alienum a ratione debet videri,immò maxima decoratum ratione.Nam qui rem alienam capere prohibet,eam poſtmodum captam,contra domini voluntatem non concedit, ut patet ad ſenſum:

Vſurarius omnia extorta per uſuram reſtituere tenetur ſub præcepto.

Matth cap.7. ver.12

Exodi c.20.

Nec inconuenit,per præceptum negatiuum,interdum actum poſitiuum iube- 9
ri,quando ad obſeruantiam præcepti negatiui,eſt aliquis actus poſitiuus neceſſarius, ut latiùs dicetur in quæſtione ſequenti in probatione concluſionis vnicæ. Cuius exemplum clarum eſt in præcepto. Non occides.quod cùm in ſe negatiuum ſit,obligat,tamen,ad actum poſitiuum,ſine quo proximum,aut noſmetipſos à morte liberare non poſſumus,qualis eſt actus,quo proximum à morte iniurioſa,illi parata, defendimus. iuxta domini præceptum dicentis [iudicate manè iudicium, & eruite ui oppreſſum de manu calumniantis, ne fortè egrediatur,ut ignis indignatio mea,& ſuccendatur, & non ſit,qui extinguat propter malitiam ſtudiorum ueſtrorum:]& ſapiẽs Salomon nos docuit dicens.[Erue eos,qui ducuntur ad mortem,& qui trahuntur ad interitum liberare nè ceſſes: ſi dixeris,uires non ſuppetunt:qui inſpector eſt cordis,ipſe intelligit,& ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit:reddetque homini iuxta opera ſua.]Idem,ergo,dicitur de eo,qui (cùm poſſit) fame pereuntem non paſcit, iuxta ſententiam Diui Ambroſij.(canonizatam in capitulo, Paſce.diſtinctio-
ne 86.)dicentis[paſce fame eſurientem:quiſquis, enim, paſcendo hominem 10
ſeruare poteras:ſi non pauiſti,occidiſti] ex his omnibus patet, quod quamuis præceptum de non furando negatiuum ſit:cùm tamen finis talis præcepti ſit, neminem rebus ſuis iniuſte priuare, & ille iniuſte re ſua priuatur, cui res ſua non reſtituitur:unde ſequitur eodem præcepto. Non furtum facies, prohibitum eſſe,auferre rem alienam, & præceptum eſſe reſtituere unicuique, quod ſibi debetur, iuxta deciſionem Innocentij Tertij in capitulo, ſæpe contingit.extra de reſtitutione ſpoliatorum,dicentis[non multum intereſt quoad periculum animæ iniuſtè detinere ac inuadere alienum.]Quapropter patet ueritas noſtræ concluſionis probari de iure diuino. Probatur & ſecundò

Reſtitutionis præceptum pertinet ad præceptum negatiuum,& quare.

Ier.c.21.ver.12.

Prouer. ca.24. ver 11.& ver. 12.

c.Paſce.diſ.86.

Reſtitutio quo ſub præcepto, Nõ furtum facies,cõtineatur

c. ſæpe contingit.extra de reſtit.ſpol.

c.cum tu.extra de vſur.

iure

iure poſitiuo, per textum apertiſſimum in capitulo, Cùm tu. extra de vſuris. In quo Alexander Tertius, ſcribens Archiepiſcopo Salernitano [præcepit compelli vſurarios, ad reſtituenda omnia exacta per vſuram] iuxta ſententiam Diui Auguſtini (vt habetur etiam in capitulo, Peccatum. de regulis iuris in ſexto,) [Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.] Idem præcipitur in infraſcriptis iuribus, videlicet, in capitulo, Præterea, capitulo, Conſuluit, capitulo, Quàm pernitioſum, capitulo, Tuas. capitulo, Quia fruſtra, & capitulo, Michael. extra de vſuris, & in capitulo, Quanquàm. de vſuris, in ſexto, & in clementina vnica. de vſuris in qua [excommunicantur omnes ſtatuta edentes ad ſoluendas vſuras præcipientia: nec non & quòd vſuræ ſolutæ non reſtituantur] & in capitulo, ſi res aliena. decima quarta, quæſtione ſexta, idem præcipitur, Probatur & tertiò Doctorum auctoritate infraſcriptorum, qui ſe ſubſcripſerunt præſenti concluſioni, de quorum numero eſt Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima octaua, articulo primo, & tertio in corpore quæſtionis, & ibi Caietanus in Commentarijs, & breuiter multas auctoritates complectar. dico omnes Doctores Theologos, Canoniſtas, & Summularios aſſeuerare vſurarium teneri ad reſtitutionem eorum, quæ per vſurarum extorſionem acquiſiuit, nec non & Bartolum in l. Quod te. numero vndecimo, ff. de rebus creditis, ſi certum petatur, dicentem, quòd debitor

c. Peccatum. de reg. iur. in 6.

c. Præterea. ca. conſuluit. cap. Quã pernitioſum. c. tuas. de vſur. c. Quia fruſtra. ca. Michael. de vſur. in 6. c. Quamquam, de vſuris in 6. clem. unica, de uſuris.

S. Thom. Caietanus. Omnes Doctores.

11 moroſus, & fur æquiparantur: & quòd vſurarius ſit huiuſmodi, per ſe patet, cùm teneatur ad ſtatim reſtituendas vſuras: aliàs ſi poſſet, & non reſtitueret, eſſet in mortali, iuxta ſententiã Diui Auguſtini dicentis. [Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum] (de quo tamen, latiùs in ſequenti quæſtione.) Probatur inſuper, & quarto præſens cõcluſio hac ratione, videlicet. Cùm reſtitutio (vt in quarto notabili) ſit actus iuſtitiæ commutatiuæ, quæ in quadam æqualitate conſiſtit, inde ſequitur, quòd reſtitutio importat redditionẽ illius rei, quæ iniuſtè ablata eſt: ſic, enim, per iteratam eius exhibitionem ęqualitas reparatur. cùm, ergo, conſeruare iuſtitiam ſit de neceſſitate ſalutis, iuxta prædictam ſententiam diui Auguſtini, conſequens erit, quòd reſtituere acquiſita per uſuram (ad quam nos iuſtitia commutatiua obligat) cùm inde reddatur alteri, quod iniuſtè ac per iniuſtitiam fuerat ablatum, petendo eandem met rem bis ſibi ſolui (vt latiùs probauimus in notab. 8. 1. q. præſentis opuſculi) ſit etiam de neceſſitate ſalutis.

Debitor moroſus cõparatur furi.

c. peccatum. de reg. iur. in 6.

Secunda concluſio.

12 Vſurarius recipiens à mutuatario vltra ſortem aliquid de ſui natura fructiferum, vel fructiferum mixtè (vt in notabili tertio latiùs) tenebitur nõ ſolùm ad illius rei perceptæ reſtitutionem, verùm etiam ad fructuum eius reſtitutionem (ſeruata, tamen, diſtinctione inferenda in ſubſequentibus concluſionib.) fructuum (inquam) non ſolùm perceptorum, verùm etiam, & illorũ, qui fuiſſent percepti, & percipi potuiſſent à vero domino, ſi ab eo ſublatum non fuiſſet. Hæc concluſio probatur triplici medio. Probatur, enim, primo per argumentum in dicto cap. Grauis. extra de reſtitutione ſpoliatorum, in quo Cœleſtinus Papa Tertius [mandauit, quòd violentus detentor rei alienæ compelleretur rem ſic detentam reſtituere vnà cum fructibus, non ſolùm perceptis ab illo, verũ etiã & eos fructus reſtituere, qui percipi potuiſſent (ſi huiuſmodi res ſic extorta remanſiſſet pro tali tempore apud ueros, & legitimos poſſeſſores) ab ipſis veris dominis rei illius ſic extortę iniuſtè. (vt ex tenore dicti canonis ſupra allato luce clariùs elucet) Animaduertendum, tamen, quòd non

Vſurarius recipiẽs per uſuram rem naturaliter, vel mixtè fructiferam tenetur ad rem. & ad nonnullos fructus eius.

ſine

ſine cauſa dixi pręſentem concluſionem probari per argumentum in dicto capitulo, Grauis. quoniam licèt reuera dictus textus explicitè, & ad literam nō loquatur de caſu propoſito in noſtra concluſione, benè, tamen, implicitè. & ratio eſt patentiſſima, cùm quoad moroſum iniuſtumque detentorem, ſeu debitorem rei alienæ, æquiparentur fur, raptor, & vſurarius, eo quòd hi omnes eodemmet præcepto diuino. [Non furtum facies] pręcipiuntur non detinere, ſed ſtatim reſtituere rem alienam ab ipſis iniuſtè detentam (vt latiùs in probatione præcedentis concluſionis oſtendimus. Nam ſicut violentus deprædator rei alienæ is dicendus erit, qui contra liberam uoluntatem domini illius illam accipit, & retinet (vt patet ad ſenſum) ſic & vnuſquiſque vſuras extorquens: cùm illas extorqueat contra voluntatem liberam mutuatarij illas exoluentis, (vt latiùs fuit probatum in rationibus allatis in probationem concluſionis vnicæ quæſtionis vigeſimæ quintæ:) quoniam, ſi illas extorquiſſet, ſeu acquiſiuiſſet per liberam donationem gratuitam ipſius mutuatarij: hic talis nullatenus dicendus eſſet vſurarius: ſed donatarius, & poſſeſſor iuſtus talis rei ſibi donatę gratis, gratia, & amore, cùm ex mutuatione nō ſit effectus mutuator peioris conditionis, quàm antè ipſam eſſet, eo quòd nemo ex beneficio collato incommodum ſentire debeat. Et licèt poſſet aliqualiter dici vſurarius non eſſe violentus: eo quòd vſura ei ſoluatur cum voluntate conditionata, quæ, tamen, voluntas dicitur (vt in capitulo, Meritò quæritur. 15. quæſtione prima,) tamen, cùm ipſa non transferat dominium (vt latiùs in quæſtione vigeſima quinta,) inde ſequitur, quòd pro uoluntate violentata coacta, & nō libera habeatur, eo quòd & ipſe vſurarius dicatur, ſicut & fur, malæ fidei poſſeſſor. Cū ꝑ ius naturale, diuinum, & pontificium vſurarium lucrum ſit prohibitum, (iuxta ea, quæ fuerunt allata in quæſtione ſecunda, tertia, quarta, & quinta.) inde ſequitur, quòd optima fuit deciſio Ioannis Cald. dicentis, quòd ſorte nondum ſatisfacta, mutuator tenetur ſibi computare fructus perceptos ex re pignorata in ſortem. Sed poſtquàm ſatisfactum eſt ſorti ex talibus fructibus ſuſceptis, tenebitur computare etiam fructus percipiendos. & ratio diuerſitatis eſt, quia hoc vltimo caſu eſt malæ fidei poſſeſſor in non reſtituendo rem, ex quo ſibi ſatisfactum eſt de fructibus, vt hic: nam malæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere etiam fructus percipiendos vt in dicto capitulo, Grauis. cuius ſententiæ ſe ſubſcripſerunt Dom. Antonius de Butrio in dicto capitulo, Grauis. & capitulo primo, de vſuris, vnà cum Panor. ibidē, & Ioanne de Anania in dicto capitulo primo, de vſuris, qui Antonius dicit, uſurarium retinentem ſibi rem pignoratam, poſtquam ex fructibus ſors mutuata reſtituta ſibi fuerat, eſſe detentorem rei alienæ violentum: Vnde etiam ad percipiēdos fructus tenebitur. quod in caſu noſtræ concluſionis adeſſe patet: cùm retinens acquiſita per vſuram, illa poſſideat mala fide: cùm ſciat iniuſtè ſe poſſidere alienum: quod etiam Didacus Couarruuias perdoctiſſimè docuit in §. 6. numero quarto, titulo ſecundæ partis relect. fol. 552. ſuper regulam. Malæ fidei poſſeſſor. Quæ omnia luce clariùs comprobantur veriſſima per text. apertiſſimum in l. ſi nauis. ff. de rei vēdic. Vbi hæc aurea verba habentur, videlicet. [Si Nauis à malæ fidei poſſeſſore petatur, & fructus æſtimandi ſunt, vt in taberna, & area, quæ locari ſolent. Quod non eſt ei contrarium, quòd de pecunia depoſita, quam non attingit hæres, uſuras pręſtare non cogitur] hæc ibi inter alia. Sed & in ſequenti §. hæc habentur. [Generaliter, autem, cùm de fructibus æſtimandis quæritur, conſtat animaduerti nō debere, an malęfidei poſſeſſor

Exod. c. 20.

c. merito quæritur. 15. q. 1.

Ioannes Cald.

Ant. de But.
Panor.
Ioānes de Ana.

Couarruias.

l ſi nauis, ff. de rei vendic.

ſeſſor fructus ſit, ſed an petitor frui potuerit, ſi ei poſſidere licuiſſet: quam ſententiam Iulianus quoque probat.] hæc in dicta l. & §. Idem affirmant omnes Iuriſtæ. & Dom. Antonius de Butrio in dicto capitulo, Grauis, prædicta probat, & hanc materiam ibi eruditiſſimè pertractat explicitè.

Ratio concluſ.

Probatur etiam præſens concluſio auctoritate, ferè, omnium Doctorum, qui citantur in concluſione præcedenti. Probatur & tertiò hac ratione breui. Cùm de iure diuino vnuſquiſque teneatur reſtituere læſum à ſe iniuſtè in priſtinum ſtatum, ei tribuendo illud, quod ab ipſo iniuſtè acquiſiuit, inde ſequitur veritas concluſionis, cùm ipſe vſurarius fuerit in cauſa, quòd mutuator non perceperit fructus rei ſuæ ſic per vſurarium extortæ.

Tertia concluſio.

13 *Vſurarius tenebitur ad reſtituendam rẽ extortam per vſuram, etiã ſi ipſa periſſet & ad eius fructus.*

Vſurarius non ſolùm tenebitur reſtituere mutuatario quicquid vltra ſortẽ ſibi mutuatam ex vi mutui accepiſſet, (vt in præcedentibus concluſionibus) ipſa re extante, verùm etiam ſi ipſa res perijſſet etiam ſine ſua culpa, nihilque vtilitatis ex ipſa uſurarius percepiſſet, ſi apud verum dominum non perijſſet, ſicut perijt apud vſurarium, cùm ipſe fuerit poſſeſſor malæ fidei, & occupator rei alienæ: & ideo ſemper fuerit in mora reſtituendi eam, eo quòd (vt probabitur in penultima concluſione,) qui tenetur aliqua de cauſa reſtituere aliquid ratione iniquæ acceptionis, tenetur ad ſtatim. Sic, ergo, huiuſmodi vſurarius, re per vſuram extorta perempta. non liberatur ab illius pretio ſoluendo: hæc concluſio probatur triplici medio. Primo, enim, per argumentum in

c. cùm tu. extra de vſur.

capitulo, Cùm tu. extra de vſur. in quo [præcipitur reſtitutio rerum, quas per vſuras ipſi uſurarij acquiſierant: nulla facta mentione, vel habito reſpectu ad ipſas res extantes, vel perditas, & ad vtilitatem ex ipſarum acceptione eis ſubſecutam, nec ne.] Idem per argumentum in capitulo, Grauis. extra de reſtitutione ſpoliatorum, exponẽdo (vt dixi) probari per tex. in dicto capitulo, cùm tu. Idem probatur per argumentum in l. In re furtiua. la ſeconda. ff. de condi. furtiua. in qua [præcipitur reſtitutio rei per furtum acceptæ, etiam ſi perempta fuiſſet, iuxta valorem plurimum ipſius præteritum, vnà cum ipſius fructibus: cùm fur ſemper ſit in mora reſtituendi rem furtiuam domino proprio.]

l. in re furtiua, ff. de condict. furtiua.
l. Qui furtũ admittit, ff. de cõdict. furtiua.

Idem habetur in l. Qui furtum admittit. ff. de condic. furtiua. in qua habetur, quòd [qui furtum committit, vel res commodata, vel depoſita perempta fuerit, etiã ſine eius culpa reſtitúere tenebitur illam] & in l. fi. C. de condi. furtiua. Vbi hæc habẽtur, videlicet. [Antè oblationem interemptæ rei furtiuæ, damnum ad furem pertinere, certiſſimi iuris eſt] hęc ibi: & quòd moroſo debitori

l. fi. C de cond. furtiua.

per iniuſtam & iniquam ablationem, ſeu occupationem rei alienæ (ob crimẽ, & malam fidem in qua perſeuerat non reſtituendo alienum) ſemper imputetur rei ablatæ interitus, etiam abſque culpa contingens. probatur multis iuribus vltra adducta: inter quæ eſt enim tex. in l. Nemo rem ſuam, & in l. inter ſtipulantem. § fi. & in l. ſi ſeruum. ff. de verborum obligatio. & in l. 1. §. rectiſſime. & in l. meritò. ff. de vi & vi armata: & in l. fi. ff. de condi. furtiua. in l. 1. C. quod metus cauſa. & in l. cũ res. §. fi. ff. de legatis primo. Vbi dicitur, quòd [poſt moram, periculum interitus pertinet ad hęredem.] Sed notandum, quòd dixi, noſtram concluſionem probari per argumentum in dictis legibus, & non per dicta iura: quoniam re uera licèt dicta iura non loquantur explicitè, & ſpecialiter de vſurarijs: tamen, benè implicitè, cùm loquantur nonnulla illorum de furibus, & de moroſo debitore non ſoluente vero domino illud, quod ſibi debet aliquo iure. Cùm, ergo, loquantur de fure, cui ſimilis eſt uſurarius, ſaltẽ,

l. nemo rẽ ſuã, § ſi ſtipulantẽ, l. ſi ſeruum, ff. de verb. oblig. l. 1. § rectiſſimè. l. merito, ff. de vi, & vi arma. l. fin. ff. de condict. furt. l. j. C. Quòd met cã. l. cum res. §. fin. ff. de leg. 1.

quoad

quoad materiam reſtitutionis, cùm ad neutrum transferatur dominium rei ſic iniuſtè ablatæ: & vterque diuino præcepto, [Non furaberis] obligetur ad reſtitutionem,& vterque contrectat rem alienā inuito domino: quod ad ethimologiam furti ſpectat,eo magis,quòd prædictis omnibus conſonant uerba Diui Auguſtini canonizata in capitulo, Pœnale eſt. 14.quæſtione quinta,dicẽtis:furti nomine benè intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ. Quapropter meritò ſtatuit deciſio ſacrorum Theologorum,(vt dicetur in penultima concluſione,)quòd quæcunque ſtatuerunt iura prædicta in pœnam moroſi debitoris,competant ipſis furibus,& vſurarijs,cùm vterque eorum per iniuriosam,ac iniquam actionem inſurgat contra proximum ſuum, vt benè annotauit inter alios Didacus Couarruuias de vſurario,in materia pſentis concluſionis,ad hoc adducens authoritatem Diui Thomæ infra citandi. Quapropter meritò ſtatuta contra fures(quoad materiam reſtitutionis)tam à iuribus quàm à Doctoribus decreta,intelligenda ſint contra vſurarios ipſos,cùm eadem ſit ratio in vtriſque,prout elicitur apertiſſimè ex text. in capitulo, ſiquis vſuram. 14.quæſtione quarta,in quo hæc habentur,videlicet.[ſi quis uſuram acceperit,rapinam facit,uita non uiuit,]& icircò quæcunque notabilia dixerunt Doctores de materia obligationis ad reſtitutionem eorum, quæ per furtum ab aliquo fuerunt ablata,intelligēda etiam erunt de acceptis per uſurā, ut innuere uoluit Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione 62. per totum:dum agens de reſtitutione alienæ rei,nullam ſpecialem differentiam attulit inter uſurarium, furem, & alios iniuſtè aliena detinentes: ſed regulam eandem de omnibus illis inſimul ſtatuit: & dum egit ibidem in quæſt.78.de uſurariis, ſermonem non habuit ſpecialiter de materia præſentis concluſionis,ſed tantum generaliter de ea loquutus fuit in quæſtione 62.ſic etiam ipſe fecit de materia furti in 2.2.q.66.nihil dicens de reſtitutione facienda per furem,& de qualitate eius,ſe tacitè remittens ad dicta in præaddučta quæſtione 62.hęc annotaui pro lectore nouitio,ne titubet,aut credat me falſa de hac materia protuliſſe.

ca.Pœnale eſt. 14.q.5.

Didac. Couar.

c.ſi quis vſurā, 14.q.4.

Sanctus Tho.

Probatur inſuper,& ſecundo præſens concluſio Doctorum authoritate, de quorum numero eſt Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexageſimaſecūda,articulo primo,ſecundo,& ſexto,in corpore quæſtionis,& Caietanus in Commentarijs ibidem,& Sotus in libro quarto, de iuſtitia, & iure,quæſtione ſeptima,articulo ſecundo,concluſione prima,& in uerſi.Omnis reſtitutionis obligatio.ubi infraſcriptis utitur uerbis,uidelicet, omnis reſtitutionis obligatio ex altero duorum capitum enaſcitur,uidelicet:aut ratione acceptionis(et ſi rem non habeas)aut ratione rei acceptæ,quam habes, licèt illam non acceperis.Quare ſi accepiſti & habes,utroque es funiculo colligatus. Nomine autem acceptionis, quæcunque actio intelligenda uenit,per quam damnum dediſti,aut iniuriam irrogaſti,etiam ſi nihil fueris lucratus,ut ſi incendiſti alienas ædes.hæc ille:ex quibus uerbis patet,ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni,cùm per uſurariam exactionem uſurarius damnificauerit iniuſtè mutuatarium.Didacus,autem,Couarruias in parte ſecunda relectionis.§.ſexto,numero primo,tradendo infraſcriptam regulam tacitè ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni,cui ibidem, in principio dicti §.loquendo de reſtitutione,nu.3.explicitè ſe ſubſcripſerat: Regula igitur tradita in dicto ſexto §.eſt talis,uidelicet:Iure naturali,diuino,& humano neminem teneri ad reſtitutionem alicuius rei:niſi ratione damni illati,uel ex acceptione rei alienæ

Caietanus.

Dominicus à Soto.

14 *Reſtituēdi obligatio quando incurratur, et quotupliciter.*

& con-

& concludit in vtroque caſu teneri ad reſtitutionem, etiam ſi res ſic accepta culpa accipientis, vel ſine culpa ſit perempta:& adduxit præadducta iura, addens fore ipſorum deciſioni ſtandum etiam in foro conſcientiæ.& notãdum, quòd ipſe Didacus in toto prędicto 6.§.non tantùm loquitur de fure, ſed de omni rei alienæ occupatore, vt ipſemet fatetur ibidem numero primo, in ver. Ego, tamen, contrariam:ergo,& loquitur de vſurario,(vt patet ad ſenſum.)

Io. de Medina.

Ioannes de Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione ſecunda, articulo final.incipiente. Ad id, quod poſtremo loco. §. ſecunda obligatio eſt naturalis.infraſcripta dixit, De iniuſta retẽtione: exemplifica de fure, raptore,& vſurario. Nauarrus in ſuo manuali.capitulo decimo ſeptimo, numero duodecimo, dicens, quòd omnis,& ſolus ille ad reſtitutionem tenetur, qui aliquam rem alienam tenet, vel aliquid lege iuſtitiæ ſpecialis veræ debet. Quæ regula continet illas viginti manus, ſcilicet, fęneratoriam, raptoriam &c.ex quibus patet, quòd id, quod dicunt iura,& Doctores citandi in ſubſequentibus con cluſionibus de fure,& raptore, dicunt de vſurario:cùm quoad materiam reſti tutionis faciendæ æquiparentur, vt ſupra fuit probatum, cùm ad reſtituendũ teneantur ratione iniuſtæ retentionis, ac iniurioſæ acceptionis. Vt docuit Caietanus in Commentariis, vbi ſupra, Syluest.in ver.furtum.§.decimo ſexto,& in ver.vſura, ſextò,§.ſecundo, dixit, vſurarium teneri non ſolum ad vſuras reſtituendas, verùm etiam ad earum fructus: & remittit ſe ad ea, quæ dixit in ver. reſtitutio.tertiò,§.nono, in quo ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni, dicendo, malæ fidei poſſeſſorem teneri ad rem mala fide poſſeſſam reſtituendam, etiam ſi ipſa periiſſet cum ſua culpa, vel ſine.

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm acceptio rei alienæ, inuito rei ipſius domino, ſit actus iniuſtitiæ:quæ iniuſtitia tunc deletur, quando dominus reintegratur re ſua: inde ſequitur, reſtitutionem rei alienæ eſſe actum iuſtitiæ de neceſſitate ſalutis amplectendum ab ipſo uſurario, quẽ actum exequitur, cùm ei reſtituit quod malè abſtulit, à quo de iure auferre non poterat, licèt res ſic malè ablata periiſſet:cùm vſurario ſpoliatori,& non mutuatario ſpoliato inuitè, hoc fore ad ſcribendum ratio ipſa ſuadeat: vt ſæpius fuit probatum ſupra.

Quarta concluſio.

15 Vſurarius in foro fori an teneatur rẽ per vſuram acquiſitam reſtituere, ſi illa periit, quæ ſimiliter periiſſet in manu domini ipſius rei.

Vſurarius poterit cogi in foro fori (tanquàm fur & malæ fidei poſſeſſor) ad reſtituendum quæcunque per vſuram acquiſiuit, etiam ſi illa fuiſſent perempta in manu domini(ſcilicet)mutuatarii infra tempus illud, infra quod de creuiſſet dominus illarum rerum illas non alienare: vt puta, equum domum,& huiuſmodi. Cùm ratione malæ fidei ſemper dicatur, ipſum vſurarium fuiſſe in mora, etiam ſi eodem modo ipſa res fuiſſet apud dominum verũ perempta.

Hæc concluſio vera eſt de rigore iuris ciuilis,& poterit exemplificari infraſcriptis modis, videlicet. Sempronius habebat in domo ſua equum, ipſe Sempronius, autem, incurabili morbo laborans, carebat ſpe ipſo utendi etiam poſt multos menſes, nec volebat ipſum vendere:iſto interim Titium interpellauit vt mutuaret ſibi aliquam quantitatem pecuniæ, ei promittens donare gratis talem equum ex vi mutui, quem ſtatim recepto mutuo tradidit Titio.qui Titius equo recepto, non potuit eo vti, cùm ipſe carceri fuiſſet ſubſequenter,& immediatè mancipatus alia de cauſa, tãdem hoc medio tem pore equus mortuus eſt ſine culpa Titii.

Secundus

Secundus caſus.

Titius furatus fuit dolium vini à Sempronio vel ratione mutui acquiſiuit, & aliquandiu apud ſe retinuit: quod, tandem, vinum in acetum verſum eſt, ita vt nihil quaſi valeret, cuius deteriorationis cauſam, (ſupponitur) furem vel vſurarium non fuiſſe, dominumque ipſum antè dictum tempus in quo verſum eſt in acetum ipſum vinum noluiſſe vendere, eo quòd expectaret magis oportunum tempus.

Tertius caſus.

Vineam Titij Sempronius per vim, vel per extorſionem vſurarum vſurpauit, quæ tunc cùm nouella eſſet, erat non minimi pretij: tandem ſucceſſu temporis cùm vires fructificādi per naturā amiſiſſet, parui valoris facta eſt: Sempronius poſtmodum pœnitentia ductus vineam ſuo domino reſtituit, ſimul & fructus inde perceptos: petitur modo, an inſuper cogendus ſit vineæ deteriorationem ſupplere.

Concluditur, ergo, in omnibus ſupradictis caſibus, vſurarium, ſeu malæ fidei talē poſſeſſorē teneri ad reſtitutionē taliū, licèt nihil lucri ex ipſis receperit. Hęc cōcluſio probatur triplici medio. Primò, per omnia iura citata in probationem concluſionis præcedentis: & ſecundo Doctorum auctoritate. Bart. enim, noſtrę concluſioni ſe ſubſcripſit in dictis legib. & præcipuè in l. quod te mihi. ff. de reb. cred. ſi cer. pet. nu. 10. & in l. In fundo. nu. 10. & 11. ff. de rei vendi. Vnde in d. l. Quod te mihi, nu. 10. dixit, quòd fur, & moroſus debitor æquiparantur, vt in l. inter ſtipulantem. §. penult. ff. de ver. obl. Idem in l. nemo rem ſuā. la 1. in ver. Tu debes ſcire. ff. de ver. obl. ſed in fure, raptore, & ſimilib. non adhibetur iſta diſtinctio: & iō ad eū debet ſpectare interitus: qđ idē Bart. rurſus, cōfirmat in l. ſi cū exceptione. §. quatenus. in ver. Venio ad verſ. ſed ſi non culpa. hæc Bar. cuius ſnīam eſſe receptā cōmuniter teſtatur Didac. Couar. in 2. par. relec. §. 6. nu. 1. qui & refert quāplurimos hāc amplexatos fuiſſe cōcluſionē, cui & ſe ſubſcripſit vnà cū Io. à Medina in C. de reb. reſti. q. 6. circa principiū. §. Ac ꝓinde dimiſſo rigore iuris. Vbi volēs ſolū decidere quid ſentiēdū eſſet in foro cōſciētiæ, tacitè fatetur, ꝙ de rigore iuris in foro fori vera ſit opinio Bar. ꝓut eodē modo teſtatur Didac. vbi ſup. aſſeuerans ipsū Io. à Medina ſequutū fuiſſe ſnīam Bar. quā ſententiā amplectitur Pet. de Anch. in reg. Peccatū. de reg. iur. in 6. col. 9. in fi. in ver. ſed hoc occurrit dubiū. Probatur & tertio hac rōne ꝑſens cōcluſio, videlicet. Cū reipublicæ expediat vt delicta non remaneāt impunita, meritò in foro fori veriſſima eſt nr̄a cōcluſio, ne fides huiuſmodi furib. vſurarijs ac rē alienā mala fide poſſidentib. (cū illa indigni ꝓrſus ſint) ac ipſorū dictis adhibeat̄ iuxta regulā iuris, ſemel malus ſp præſumitur malus, vt in c. ſemel malus, de regu. iur. in 6. vt & hoc modo alij arceantur à talium ſcelerum perpetratione.

Bartol.

Barto. Couarrunias. Ioā. à Medina.

Quinta concluſio.

16 *Vſurarius an teneatur (in foro conſcientiæ) reſtituere rem acquiſitā per uſuram, quando ꝑquè illa periſſet in manu domini.*

Vſurarius (apud quē res extorta ꝑ vſurā, perijt: quę periiſſet eodē mō apud mutuatariū) ſine ſua culpa nō tenebit̄ in foro cōſciētiæ de æqtate ad reſtituēdū eius ualorē, licèt ad intereſſe, qđ forsā medio tēpore paſſus inde fuiſſet, & ad fructus inde ſuſceptos, cū diſtinctione, tñ, allata in cōcl. 2. præſentis q. Hęc cōcluſio ꝓbatur auctoritate Io. à Medina, vbi ſup. §. ſimiliter reſtitutio dēt fieri. in fi. & ibidē. q. 3. Sexta cauſa eſt rei interitus. in fi. Didaci Couar. vbi ſupra, immo & auctoritate Diui Thomæ, & omnium Doctorū, ac iuriū, delatorū in ꝓbationem primę concluſionis pręſentis quęſtionis: in quib. habetur, ꝙ nul-

lus teneatur ad aliquid reſtituendum, niſi is, qui in aliquo aliquem damnificauit,& tunc ſolum ad intereſſe ſoluendum ſibi. cum ergo vſurarius in caſu propoſito in nullo damnificauerit mutuatarium:inde ſequitur apertiſſimè,ipſum non obligandum fore de æquitate in foro conſcientiæ ad aliquid reſtituendum mutuatario:cùm etiam(vt ſupponitur)idem incurriſſet intereſſe, ſi mutuatarius vel fur illud non extorquiſſet (vt patet ad ſenſum) & ex quarto notabili,ſupra allato,& hæc eſt vera ſententia,quàmuis Anchar.vbi ſupra, columna 10.in ver.In quæſtione autē ſupradicta non quæro, dicat in foro conſcientiæ teneri in caſu contento in concluſione,ſi erat debitum ex delicto, ſecus ex ſola mora ſoluendi:hoc dico,quia talis eſt vſurarius,vt patet.

Sexta concluſio.

17 *Vſurarius an eammet rem extortam per uſuram teneatur reſtituere, & quid ſi fuiſſet meliorata, in foro fori.*

Vſurarius tenetur (vt ſupra dictum fuit) ad reſtitutionem rei extortæ per vſuram,ea extante,eiuſdemmet ipſius & non alius,mutuatario, à quo extorſit eam,niſi amiſſa fuiſſet:attamen ſi res illa fuerit meliorata induſtria,laborib. ac expenſis ipſius vſurarij(ſcilicet)factus gratia fructuum quærendorum,colligendorum,& conſeruandorum,vel ſi alias expēſas neceſſarias,vel vtiles vſurarius feciſſet in dicta re iam meliorata: tunc diſtinguēdum eſſet: quoniam ſi poſſent dictæ expenſæ deduci ſine læſione rei ſic extortæ, tunc talis deductio expenſarum concederetur,alias non,ſi expēſæ eſſent vtiles:ſecus ſi voluptuariæ tantùm:ſi,ergo,vtiles expenſas vſurarius feciſſet: & tunc erit diſtinguendum tali pacto:aut illas fecit denuo fabricando, aut reficiendo veterem domum.Si primò,& tunc ſubdiſtinguendum erit,aut poteſt donare,aut non: ſi primo,non auferet expenſas,quia videtur donaſſe.Si ſecundò, auferet, vt ſupra:ſi,ergo,refecit, tunc poterit eas extrahere vſurarius, & exigere pretium huiuſmodi meliorationis in foro fori,& illud retinere. Sed re perempta, non poterit huiuſmodi expenſas deducere ab ipſa re: Quæ verò ſint appellādę expēſæ neceſſarię,quæ vtiles,& quæ voluptuariæ,traditur in l.impēſæ.ff.de verborum ſignific.& in l.vtiles.ff.de petit.hæred.& notatum fuit per me ſupra in q.21.notab.3.Hæc concluſio probatur triplici medio.Primò,enim,per tex.in c.Ad noſtram.de iureiur.in quo.[Alex.3.iuſſit reſtitui fructus rei pignoratæ, quandocunque non fuiſſent deducti in ſortem, deductis, tamen, expenſis.] Probatur inſuper præſens concluſio per arg.in l.fructus.ff.ſol.mat.in qua dicitur[fructus eos eſſe conſtat, qui deducta impenſa ſupererunt.] Idē per arg. in l.diuortio.§.ſi.ff.ſol.mat.in qua dicitur [Impendia fructuum percipiendorum cauſa,Pomponius ait,quòd in arando, ſerendoque agro impenſum eſt, quodq; in tutelam ædificiorum,ęgrumq; ſeruum curandum.l.ex ędificio,vel ſeruo fructus aliqui percipiebantur. Planè ſi nouam villam neceſſariò extruxit,vel veterem totam ſine ſua culpa collapſam reſtituit,eius erit impenſæ petitio:ſimili modo & ſi paſtina inſtituit.Hæ, enim, impenſæ, aut in res neceſſarias,aut vtiles cedunt,pariunt marito actionem.]Hæc ibi.Sed animaduertendum,quod non ſine cauſa dixi,noſtram concluſionem probari per argumentum in dictis iurib.quoniam licèt nulla fiat mentio de vſurarijs: tamen, in ipſis fit mentio de reſtituendis fructibus perceptis de re aliena:de qua,& in noſtra concluſione fit quoque ſermo,vt patet ad ſenſum: cùm vſurarius ad fructus rei per vſuram extortæ teneatur:vt fuit probatum non bis.

c. Ad noſtram, extra de iureiuran.

l. Fructus. l diuortio,ff ſoluto matri

Probatur inſuper noſtra concluſio per textum in l. domum C. de rei vendicatio.in qua dicitur.[Malæ fidei poſſeſſores eius, quod impendunt in rem alienam,non habēt repetitionem,niſi neceſſarios ſumptus fecerint:ſin aūt vtiles

l. Domum, C de rei vendic.

licentia

licentia eis permittitur,ſine læſione prioris ſtatus rei,eos auferre.]Idem habe
tur in l.plane.& in l.vtiles.ff.de peti.hæredit. & quòd videatur vſurarium do-
naſſe vero domino,vtiles faciendo expenſas,de nouo inchoando ædificium,
vel quid ſimile, ſi potuiſſet donare:probatur per tex.in §.ex diuerſo. Inſtit.de
rerum diuiſione:& quòd ſi non poſſet donare, poterit repetere,probatur per
tex.in l.cùm vir.ff.de doli mali except. Probatur quoque & præſens conclu-
ſio ſecundò Doctorum authoritate,& primo Bartoli in dictis iuribus, & præ
cipuè in l.In fundo.nu.11.ff.de rei vendicat.& gloſæ dictorum iurium, Ioan-
nis de Medina,vbi ſupra in prima propoſitione.Couarruuias,vbi ſupra,nu.1.
& in princip.3.par.relect.nume.3.& in princ.2.par.relect.nume.3.Syluest.in
ver.expenſæ.§.4.Nauarrus in ſuo manuali.c.17.nu.10.& 24.

l.Planè.l.vtiles ff de pet hær.
Inſti.de rerum diuiſione, §.ex diuerſo.
l.cùm vir,ff.de doli mali exce.
Barto.
Gloſ.
Ioannes à Medina.
Couarruuias.
Syluest.
Nauarrus.
Ratio concluſ.

Probatur & præſens concluſio quoad omnia eius membra hac ratione,vi-
delicet.Quoniam,vſurarium ex re extorta per vſuram poſſe extrahere neceſ-
ſarias expẽſas per ſe,patet eſſe rationabile, tum quia,& dominum verũ opor
tuiſſet & illas facere,tum etiam quia ſi ipſe vſurarius non feciſſet,& huiuſmo-
di res perijſſet,ſibi imputatum fuiſſet,vt eleganter docet Bar.in d.l. In fundo.
numero 11.& notatur in l.hæres furioſi.ff.de peti.hæred.& ſecundò, Conclu
ſio probabitur(quoad deductionem expenſarum)hac ratione, tum quia fru-
ctus illi dicuntur,qui ſuperſunt expenſis deductis, tum etiam,quia ex natura
reſtitutionis ſufficit rei ad rem adæquatio, in priſtinum valorem deducendo
rem ipſam.

Bartol.
l.Hęres furioſi ff.de pet.hære.

Septima concluſio.

Licet vſurarius in foro fori non poterit ex re per vſuras extorta ac melio- 18
rata deducere expenſas vtiles ac laboris proprij mercedem,niſi hoc fieri poſ
ſit ſine læſione huiuſmodi rei:tamen,in foro conſcientiæ ab vſurario poterũt
deduci.

Vſurarius an in foro conſciẽtię teneatur reſtituere rem melioratã deductis expẽſis

Hæc concluſio probatur duplici medio.Primo,authoritate Ioannis de Me
dina,vbi ſupra,§.Prima propoſitio,Didaci Couarruuias,vbi ſupra, num.3.§.
quamobrem in iudicio interiori,Syluest.in verb.expenſæ.§.4. Rurſus noſtræ
concluſioni ſe ſubſcripſit Didacus Couarruuias in libro primo,variarum re-
ſolut.cap.3.nume.5.& in ſecunda par. relect.§.6.nume.4.Hadrianus in quar-
to ſententiarum,tit.de reſtitutio.c.Occurrunt circa priùs dicta, in §.Sed hæc
opinio.Riccardus in 4.ſenten.diſtin.15.articulo quinto, quæſtione 6. in cor-
pore quęſtionis.Probatur & ratione.Cùm nemo debeat locupletari cum alie
na iactura,conſequens erit,quòd vera ſit noſtra concluſio: quoniam aliàs mu
tuatario (à quo fuit per uſuram extorta huiuſmodi res; & meliorata poſtea
per vſurarium) deberetur talis res non deductis expenſis, laboribus, ſeu la-
boris mercede iuſtè aliàs ipſi vſurario melioranti debita: Vnde & mutuata-
rius locupletaretur cum aliena iactura: nec nobis obſtant adducta iura in prę
cedenti concluſione.Cùm maxima ſit differẽtia inter forum iudicialem,& fo- 19
rum conſcientiæ:eo quòd forus conſcientiæ per reſtitutionem, æqualitatem
rei ad rem reſpicit,& intendit,vt unuſquiſq; illud,quod ſuum eſt,aut ſibi de-
bitum,obtineat:inde ſequitur,ꝙ ſicut iuſtũ eſt,& æquum, vt ſpoliatus rẽ ſuã
habeat,ita ſimiliter ęquũ eſt,vt ſpoliator laborẽ ſuũ,& expenſas ſuas habeat:
Forus,aũt,iudicialis nõ ſolũ æqualitatẽ præfatã reſpicit:ſed ſæpe culpam de
linquentis punit,vt cæteri metum habeant:qualis eſt fur,vſurarius,aut moro
ſus debitor:& in hoc etiam ſuam qualitatem attẽdit, vt puta,inter culpam,&
pęnã corporalẽ,de qua forus cõſcientiæ ſe non intromittit.Cũ ſolũ exquirat

Couarruuias.
Syluester.
Riccardus.
Hadrianus.
Riccardus.
Ratio concluſ.
Forus conſciẽtiæ in quo differat à foro iudiciali.

vt Deo,& proximo offenſo per pęnitentem ſit facta ſatisfactio condigna, iuxta qualitatem offenſæ.

Octaua concluſio.

Vſurarius, quos fructus rei extortæ p vſuram teneatur reſtituere.

20 Vſurarius tenetur quoque ad reſtitutionem omnium fructuum, quos ipſe ſuſcepit ex re naturaliter, aut mixtè fructifera extorta per uſuram, & non tantum ſuſceptos per ſe: verùm etiam illos, quos ſuſcepiſſet mutuatarius verus dominus huiuſmodi rei per vſuram extortæ, vnà cum damnis inde illatis dicto mutuatario, deductis, tamen, expenſis (ut in præcedenti concluſione,) licèt illos vſurarius non percepiſſet ſua culpa.

c.Grauis, extra de reſti. ſpol.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo, enim, per argumentum in capitulo, Grauis. extra de reſtitutione ſpoliatorum, in quo Cœleſtinus Tertius infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. [Mandamus quatenus ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, prædictum Archidiaconum, ablata prænominati monaſterij fratribus cum integritate reſtituere, damna plenariè reſarcire, & de illatis iniurijs competenter ſatisfacere compellatis: prouiſuri vt non tantum fructus à nouo, & violento poſſeſtore perceptos, ſed quos (ſi eis poſſidere fuiſſet licitum) poſſeſſores veteres percepiſſent, reddi faciatis eiſdem] hęc in dicto canone. Sed notandum, quòd dixi noſtram concluſionem probari per arg. in dicto canone, quoniam licèt dictus canon explicitè non loquatur de materia noſtrę concluſionis, loquitur, tamen, implicitè, per argumentum à ſimili: cùm dicatur vſurarius etiam & ipſe uiolentus occupator rei alienæ, vt in ca. ſiquis uſuram. 14. q. 4. & quàm ſępiſſimè in ſuperioribus quæſtionibus fuit probatum. Notandum inſuper, quòd in dicto canone non dicitur, quòd teneantur reſtituere omnia, quæ huiuſmodi occupatores ſolùm percepiſſent, ſed omnia quę veri domini ex huiuſmodi bonis ſic occupatis percepiſſent: vnde (ſicut in cõcluſione vltima probabitur) ſi quis ex propria induſtria maiores fructus ex re illa per vſuram extorta percepiſſet, quàm mutuatarius rei illius verus dominus percepiſſet, non tenebitur illud plus reſtituere, licèt ex ipſa re perceperit: quia poterit dici potius illud lucrum proceſſiſſe ex induſtria vſurarij quã ex re per vſuram extorta: vt peroptimè innuit tex. ſupra adductus, vtens illis verbis, videlicet. [Sed quos (ſi eis poſſidere fuiſſet licitum) poſſeſſores veteres percepiſſent, reddi faciatis eiſdem.] Probatur inſuper præſens concluſio per tex. in l. fructus. ff. de rei vend. in qua dicitur, quòd [malæ fidei poſſeſſor nõ tãtùm tenetur ad reſtitutionem rei per malam fidem poſſeſſam, verùm etiã ad eius fructus, qui honeſtè percipi potuerunt per poſſeſſorem.] & in l. ſi nauis. §. generaliter. ff. de rei vend. dicitur. [Generaliter, autem, cum de fructibus æſtimandis quæritur, conſtat, animaduerti nõ debere, an malæ fidei poſſeſſor fruitus ſit, ſed an petitor frui potuerit. Idem probatur per text. in l. domum. C. de rei vend. in qua hæc habentur, videlicet. [Domum quã ex matris ſucceſſione ad te pertinere, & ab aduerſa parte iniuria occupatũ eſſe oſtendis, pręſes prouinciæ cũ penſionib. quas percepit, aut percipere poterat, & omni cauſa damni dati reſtitui iubebit.] hæc ibi. Probatur & ſecundo præſens concluſio. Doctorum auctoritate: Bar. n. in præadductis iurib. vnà cum gl. ibidem ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni, & præcipue in l. ex diuerſo. ff. de rei vendi. Glo. in dicto cap. Grauis, & Panor. ibidem. col. 4. in ver. Nunc verò ad ſecundam. Io. de Medina in Codice de rebus reſtituendis q. 6. Sexta propoſitio, ſi autem res. Syluest. in ver. reſtitutio. 3. §. nono, Didacus Couarruuias in ſecunda par. relectio. §. ſexto. numero quarto, in verſic. ſic & eadem ratione. Nauarrus in ſuo manuali.

c. ſi quis vſurã, 14. q. 4.

l. Fructus. ff. de rei vendic.

l. ſi Nauis, ff. de rei vend.

l. Domum, C. de rei vendic.

Bartol.
Gloſ.
Panor.
Io. de Medina.
Syluest.
Didac. Couar.
Nauarrus.

manuali.cap. 17.numero 278. Probatur & tertio hac ratione,videlicet. Cùm vnuſquiſque teneatur de iure naturali velle bonum proximi ſui ſicut ſuum: inde ſequitur,vnumquemque(qui extorſit per vſuras aliena bona, & eorum fructus per ipſos percipiendos)teneri ad reſtituenda huiuſmodi bona,& fructus:cùm vnuſquiſque(ſi fuiſſet illis ſpoliatus) vellet huiuſmodi reſtitutione reddi indemnem, ac ſubleuari ab huiuſmodi intereſſe paſſo, vt patet ad ſenſum. Ratio concluſ.

Nona concluſio.

Vſurarius,ac omnis malæ fidei poſſeſſor qui ex re lucroſa mala fide acquiſita per vſuras,maiores fructus ſuſcepit ex ſua induſtria & labore quàm adeptus fuiſſet mutuatarius(cuius erat res illa)non ſolùm ad talem rem reſtituẽdam tenebitur,in foro conſcientiæ: verùm etiam,& ad illos fructus (ſi modò extent)vel ex illis fuiſſet factus locupletior,ideſt,ſi illos expendiſſet in domeſticos vſus,vel alios huiuſmodi,in quos de ſuo opus ei fuiſſet expendere,deducto tamen,pretio,ac mercede huiuſmodi induſtriæ,& laboris (vt probauimus in concluſione ſexta,& ſeptima.)Probatur,ergo, præſens concluſio (vltra iura adducta in ſexta cõcluſione,& authoritates Doctorum)etiam & ſpecialiter auctoritate Didaci Couarruuias,vbi ſupra,eodem,numero quarto,dicens hoc notare Bartolum(& re vera ita eſt) in l.ratio.§. primo , ff. de action. empti. taliter diſtinguentem: aut fructus veniũt in reſtitutionem, vt fructus: aut vt intereſſe:In priori caſu ſcribit,hos fructus venire,non ſic in poſteriori. & ratio præſentis concluſionis eſt,quoniam ex duplici capite datur actio mutuatario petendi quicquid proceſſit ex re ab ipſo tradita vſurario illi:vno modo petendo fructus illius:cùm ipſi dicantur ſui, eo quòd ex re ſua emanauerint:vt in præcedentibus concluſionibus fuit probatum multis medijs, & pręcipuè auctoritate iurium,& Doctorum, qui fuerant adducti in concluſione ſexta. Alio modo vt intereſſe paſſum,& de hoc ſecundo modo dicetur in vltima concluſione.

Couarruuias.
Bartol.
Ratio concluſ.

Decima concluſio.

21 Vſurarius recipiens à mutuatario ex vi mutui rem de ſui natura infrugiferam: poterit tuta conſcientia ſibi retinere quicquid ipſa mediante lucratus fuerit:cùm ad illius reſtitutionem minime teneatur: ſed ſolùm & penitùs reſtituere tenebitur rem ipſam ſic extortam unà cum intereſſe inde,forſan, paſſo à mutuatario ex talis rei priuatione ſic ſolutæ mutuanti.

Vſurarius an teneatur fructus rei infrugiferæ reſtituere.

Hęc concluſio probatur quoque triplici medio.Probatur,enim,primo per argumentum in l.ſi ex ea. C. de rei vendicatio.in qua dicitur, quòd[res empta ex pecunia alterius nomine ementis,erit emptoris, & non domini pecuniæ.]Idem in l.prima, Codice, ſi quis alteri vel ſibi, & in l. Quàmuis ex ea.C. de pignor.

l.ſi ex ea. C.de rei vendic.

Probatur & ſecũdò Doctorum auctoritate,de quorum numero eſt Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima octaua,articulo tertio, in corpore quæſtionis, & implicitè Caietanus in Commentariis ibidem ſequendo Diuum Thomam, & explicitè in eius opuſcolorum tomo ſecundo, tract.8.q.4.& melius in Commentarijs.2.2.q.62.art.6.§.Ad euidentiam huius rei.Riccardus de Media villa in 4.ſenten.diſt.15.articulo quinto,quæſtione ſexta,in corpore quæſtio.Hadrianus Papa in quarto ſententiarum,in trac. de vſuris.in capitulo, Occurrunt circa prius dicta.§. ſed hæc opinio.Ioannes de Medina in Codice.de vſura reſtituenda.quæſtione quarta, §. In quarto

l.1.C.ſi quis alteri vel ſibi.
l. Quamus ex ea.C. de pign.
S.Thom.
Caietanus.
Riccardus.
Hadrianus.
Io. de Medina.
Gabriel Biel.

Dominicus à Soto. Syluest. Panor. Archid. Anchar. Ioannes And. Dominicus à S. Geminiano. Francus. Laur. de Rodulphis. Couarruias. Nauarrus. Io. de Mayron.

argumento principali. folio 300. Gabriel Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione vndecima, concluſione prima, Dominicus à Soto in libro quarto, de iuſtitia, & iure, quæſtione ſeptima, columna quarta, in ver. de negotiatorib. autem. & in libro ſexto, quæſtione prima, articulo quarto, concluſione ſecunda, & tertia, Syluest. in ver. vſura. ſexto, §. ſecundo, particula ſecunda, Panormitanus in capitulo finali, extra de vſur. in verſic. Vltimo poſſet quæri, & Archidiaconus in capitulo, Quamquàm, de vſur. in ſexto, in ver. de vſuris nota quod nil dicit: Petrus de Ancharano in regula, Peccatum, de regulis iuris in ſexto, columna 21. in fine. Ioan. Andr. Dominicus à S. Geminiano, Francus in dicto cap. Quamquàm, Laurentius à Rodulphis in capitulo, conſuluit. extra de vſuris, quæſtione 44. Didacus Couarruuias in libro tertio, capitulo tertio, variarum reſolutionum, numero ſexto, §. ſed ad huius quæſt. certam. Nauarrus in ſuo manuali, capit. 17. nume. 278. in fine. ſequens Ioannem de Mayronis in 4. ſent. diſt. 15. q. 8. & 38. & communem. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet.

Ratio concluſ.

Omne illud, quod quis iuſta negotiatione, ac induſtria acquirit ex re ſterili, nemini reſtituere tenetur.

Maior propoſ.

At acquirens aliquid mediante pecunia vel alia re de ſui natura infrugifera fœnebri, ex iuſta negotiatione ex re ſterili illud acquirit.

Minor propoſ.

Ergo acquirens aliquid mediante pecunia vel alia re de ſui natura infrugifera fœnebri ex iuſta negotiatione, illud nemini reſtituere tenetur.

Concluſio.

Maior & minor propoſitio probatur auctoritate Doctorum præadductorum in probationem concluſionis & hac ratione; videlicet, quia id, quod ex tali re infrugifera (vt ex pecunia) eſt acquiſitum, non eſt fructus rei per vſurā extortæ (cùm pecunia vel alia res in ſe ſterilis parere non poſſit aliam pecuniam de per ſe, & de ſui natura) ſed ſolùm humanę induſtrię fructus. vnde patet, fructus ex re ſterili ſumptos reſtitutioni obnoxios nō eſſe, cùm & ipſi ſint percepti non ſimpliciter ex pecunia per vſuram extorta, ſed ex vſurarij induſtria: ergo conſequens erit, eſſe vſurarij, & non mutuatarij illud taliter acquiſitum.

Impugnatur concluſio. Altiſiodorēſis. Baldus. Decius.

Sed ſciendum, quòd licèt luce meridiana clariùs pateat veritas noſtrę concluſionis, tamen, quis poſſet contra ipſam inſurgere, appellādo ipſam falſam, & rationi non conſentaneam; id ipſum probando duplici medio. Primò, auctoritate Altiſiodorenſis (relati à nonnullis ex prędictis Doctoribus.) Baldi in l. 1. C. pro ſocio, quæſtione decima, & Decij, in l. certi conditio. §. vltimo, numero tertio, ff. de rebus credit. ſi certum petatur. Nec non, & nonnullis argumentis taliter formandis, videlicet, ſicut ſi radix fuerit ſancta, & rami erunt ſancti, valet conſequentia, & probatur auctoritate Diui Pauli in Epiſtola ad Roma. cap. 11. ver. 16. igitur arguendo à contrario ſenſu, ſequitur, quòd ſi radix fuerit mala, & ipſi rami erunt mali: ſic ergo, in propoſito: ſicut primum lucrum vſurarium, ideſt, acquiſitum immediatè ex vi mutui eſt reſtitutioni obnoxium: cùm hoc lucrum ſit velut quædam radix mala, ex qua ſecundum lucrum, ideſt, illud, quod vſurarius acquiſiuit mediante pecunia acquiſita ex ui mutui, prodijt, erit reſtitutioni obnoxium, vt potè profectum à re reſtitutioni obnoxia: ac per conſequens quicunque extorſit pecuniam, vel quid ſimile per vſuram, eadem ratione tenebitur ad reſtitutionem acquiſitorum ex pecunia fœnebri, qua ratione tenetur ad reſtitutionem acquiſitorum ex vi mutui, ideſt, per vſuram.

Ro. c. 11. ver. 16. Primum argumentum cōtra concluſionem.

Dolus,

Dolus, & fraus nemini debet patrocinari:patrocinaretur autem vſurario ſuus dolus,& fraus,ſi lucrum ex pecunia ex vſuris acquiſita efficeretur vſurarij,ita,quòd non teneretur illud reſtituere:quod pertineret utique ad iniuſtitiam:cùm dolus,fraus,& iniuſtitia ſit rem alienam inuito domino eius diſtrahere,& alienare,vt facit uſurarius diſtrahendo pecuniam ex vſuris,vt inde ſibi,& non domino pecuniæ lucraretur,& quòd vſurario(ſi non eſſet ipſe talis lucri reſtitutioni obnoxius)eius dolus patrocinaretur:patet ad ſenſum.Cùm inde ex dolo,& iniuſtitia vſurarius illud lucrum acquiſierit: & quòd nemini debeat dolus & fraus,ſeu iniuſtitia patrocinari,probatur per tex.in l.prima,in principio.ff.de dolo malo,in qua l.dicitur. [malitiam propriã nemini debere eſſe lucroſam,]& in l.ne ex dolo,ff.eo:in qua hæc habentur,videlicet. [Ne ex dolo lucrentur,]& in l.non fraudatur.ff.de regulis iuris in fine,hæc regula traditur,videlicet.[Nemo ex ſuo delicto ſuam conditionem facere poteſt meliorem,]ſed meliorem faceret vtique, ſi tuta conſcientia poſſet ſibi retinere acquiſita mediante pecunia per vſuram adepta:quoniam ſic poſſet vſurarius ditari,quod irrationabile eſſe nulli dubium eſſe poteſt.Quapropter videtur omnino concludendum, huiuſmodi vſurarium ad taliter acquiſita reſtituenda teneri.

Secundum argumentũ cõtra concluſionem.
22
Dolus et fraus nemini debet patrocinari.
l. 1. ff. de dolo malo.
l.ne ex dolo. ff. eod.tit.

Vnuſquiſque ſequi tenetur dictamen ſuæ conſcientiæ reſtituere aliquid iubentis,aliàs eſſet in ſtatu damnationis.

At vſurarius ſi bene conſuleret propriæ conſcientiæ,dictamen ſibi iuberet reſtituere non ſolùm vſuras ipſas,verùm etiam, & vſurarum exactarum fructus omnes,& quodcunque ex ipſis,vel ipſis mediantibus acquiſierit.

Ergo vſurarius tenebitur(non tãtùm vſuras ipſas extortas,verùm etiam, & omne id, quod ipſis mediantibus acquiſiuit) reſtituere: aliàs eſſet in ſtatu damnationis.

Tertium argumentum cõtra concluſionem.
Maior propoſ.
Minor propoſ.
Concluſio.

Maior probatur auctoritate glo.in Epiſtola Diui Pauli ad Roman.cap.14. ver.fin.ſuper verba illa ipſius Diui Pauli.[Omne autem,quòd nõ eſt ex fide, peccatum eſt]quibus uerbis addidit glo.dicens, ideſt, quod eſt contra conſcientiam,peccatum eſt:probatur,& ſecũdò auctoritate Domini per Prophetam Eſaiam.cap.46.ver. 8.)dicentis[mementote iſtud, & confundimini,redite præuaricatores ad cor]ex quibus auctoritatibus maior propoſitio probatur:cùm teneamur redire ad cor,ipſum pacando, exequendo quicquid nobis dictauerit conſcientia.

Gloſa in Epiſtola Diui Pauli. Rom.c.14.
Eſai.c.48.

Minor probatur auctoritate Altiſiodorenſis hoc ipſum dicentis.

Ergo dicendum,quòd uſurarius teneatur non tantùm pecuniam per uſuram acquiſitam reſtituere mutuatario·uerùm etiam quicquid ex ipſa adeptus fuiſſet. Alioquin eſſet in ſtatu damnationis.

Debitor moroſus(qui ratione morę in ſoluendo debitum)damnificat creditorem,uel eum à lucro iuſto impedit,tenetur non ſolùm ad principale,uerùm etiam ad damni huiuſmodi dati reſtitutionem.

At uſurarius uſuram ſibi iniuſtè ſolutam illicò non reſtituens mutuatario eius creditori,eum damnificat,ipſum impediendo à lucro aſſequendo ex pecunia illa fœnebri,quod aſſequutus fuit ipſe vſurarius.

Ergo uſurarius non tantùm tenetur ad reſtituẽdam acquiſitam pecuniã, per uſuram:uerùm etiam ad reſtituendum illud omne quod ex tali uſuraria pecunia acquiſiuit.

Quartũ argumentum cõtra concluſionem.
Maior propoſ.
Minor propoſ.
23
Debitor moroſus ad quid teneatur.

Maior propoſitio probatur per textum apertiſſimum in cap.fina. extra de

iniurijs

c.ſi.ext de iniuriis & damno dato.

iniuriis & damno dato. in quo Gregorius Nonus [declarat, teneri ad ſatisfa-ctionem damni illati, illud inferentes] vt etiam in materia vſurarum probaui in quæſtione decima nona, loquendo de aliquid accipiendo ratione damni emergentis.

Minor per ſe patet, & ideo probatione non indiget. Inde ſequi fore concludendum ſic: ergo, vſurarius ad pecuniam per vſuram acceptam, & ad omne lucrum inde captum tenebitur.

Quintum arg.

Quinto & vltimo arguitur ſic.

Maior propoſ.

Mers, quam uſurarius pecunia per vſuram extorta emit, tenet vicem pecuniæ: Vnde ſequitur, ipſum uſurarium non habere maius ius in merce ſic empta, quàm habebat in pecunia fœnebri.

Minor propoſ.

At in pecunia fœnebri nullum ius habebat vſurarius (cum aliena illa ſit, & eius dominium non fuerit translatum ad vſurarium, vt fuit probatum in quæſtione vigeſima quinta,) Inde ſequitur, vſurarium ipſum nullum habere ius in merce empta pecunia fœnebri: & per conſequens, quòd ipſam mercem reſtituere teneatur. Vt in dicto capitulo, Cùm tu. extra de vſuris, cùm in ipſo præcipiatur [vſurariorum poſſeſſiones emptas pecunia fœnebri, & pretium ipſarum dari creditoribus.] Si, ergo, Vſurarius tenebitur reſtituere mercem emptam ipſi mutuatario loco pecuniæ fœnebris, quæ eius erat, ergo, & omne lucrum inde captum: cùm ex re mutuatarij illud proceſſerit, & ſibi mutuator iniuſtè receperit.

c.cum tu. extra vſur.

Maior propoſitio probatur hac ratione, videlicet, quia per contractum emptionis fuit pecunia commutata in mercem, cuius loco ſucceſſit ipſa pecunia (vt patet ad ſenſum: & ſic ècontra) mers loco pecunię ſucceſſit: vnde patet nō fuiſſe translatum maius ius ad ementem mercem, quod ei erat circa pecuniā, qua ipſam emit.

Minor fuit probata in quæſtione vigeſima quinta, & in præcedentibus concluſionibus, in quibus diximus, vſurarium teneri ad reſtitutionem talis pecuniæ per vſuram extortæ: quapropter videtur, non ſine ratione præadductos Doctores, tanquàm ſcrupuloſos) noluiſſe ſe ſubſcribere noſtræ præſenti concluſioni ueriſſimæ, cuius veritas clariùs adhuc patebit per reſponſiones addu cendas contra talia argumenta.

Et quàmuis me non fugiat fuiſſe implicitè ſatisfactum præcedentibus argumentis per notabilia adducta in præſenti quæſt. & ratione ipſius concluſionis, tamen, explicitè ipſis reſpondere, ac ſatisfacere operæpretium eſſe duxi, ut magis veritas concluſionis eluceſcat.

Reſponſio ad primum argumētum allatū contra concluſionem allatā.

Ad primum argumentum, ergo, dicendum erit, ipſum minimè concludere contra noſtram concluſionem: & ad citatam Diui Pauli ſentētiam dicitur, ex ipſa hoc non elici: quoniam vbi non eſt eadem ratio, neque idem ius erit. Non, enim, eadem ratio militat in ramo, & in lucro ſecundo, idest, acquiſito ex pecunia per vſuram extorta, vt patet ad ſenſum: quoniam ipſa pecunia acquiſita per vſuram non ſe habet ad lucrum tanquam radix ad ramos: ſed tanquam inſtrumentum, & materia ipſis lucri, acquiſiti ex pecunia vſuraria: Rami, verò, ſe habent ad radicem tanquam ad effectum eius intrinſecè: cùm ex radice ſuum eſſe ſortiantur: vnde radix non habet rationem cauſæ materialis comparatiuè ad ramos, ſed potiùs efficientis, inquantum ipſa nutrimentum ex humo aſſumptum alterat, & alteratum pro generatione rami tranſmittit: Pecuniæ, autem, fœnebris reſpectu, & comparatione ad lucrum ſolùm habet

rationem

rationem cauſæ materialis:Induſtria, verò, hominis ſe habet ad lucrum inde ſequutum tanquàm cauſa efficiens, quæ huiuſmodi lucrum ſecundum parit, ac producit:iccircò ſicut ſe habet radix ad ramos,ſic ſe habet vſurarius ad lucrum ex pecunia fœnebri captum:quapropter,cùm dictum lucrum non procedat à pecunia fœnebri tanquàm à cauſa efficiente,ſed tāquàm à cauſa materiali,ſequitur,ipſum lucrum non eſſe veri domini,ſcilicet, mutuatarij ipſius pecuniæ fœnebris:cùm non procedat ab ipſa pecunia niſi materialiter, vt diximus:& per conſequens illi non erit tribuendum hoc,cùm ſit opus ſeu effectus vſurarij a quo proceſſit,tanquàm à cauſa efficienti: vt etiam clariùs patebit hoc materiali exemplo.

Vſurarius reſpectu lucri capti ex pecunia fœnebri, quæ cauſa dicatur.

Ecce Franciſcus alieno ſtilo ſeu ſcalpro rem artificioſam ſculpſit in rudi marmore alieno:Vnde magnum lucrum inde acquirit: & ſicut nemo aſſerere audebit,Franciſcum teneri ad reſtituendum lucrum illud domino inſtrumenti illius,vel marmoris illius:ſed ſolùm ipſum teneri ad reſtituēdum huiuſmodi ſcalprum eius domino,& pro uſu eius (quia locabilis eſt) aliquid ſoluere: idem dicendum erit de marmore rudi,ipſum,ſcilicet,teneri ad ęquiualēs,uel pretium eius ſoluendum domino illius:ſic & in noſtro propoſito dicemus,neminem poſſe ſine rubore aſſerere quem teneri reſtituere de iure lucrum acquiſitum ex pecunia,vel alia re de ſui natura infrugifera per vſuras acquiſita: cùm ipſa ſe habeat ad lucrum, non vt cauſa efficiens, ſed vt materialis, ſeu inſtrumentalis.

Exemplū, quo probatur verā eſſe reſponſionem ad primū argumentum.

Ad ſecundum argumentum reſpondendo negatur conſequētia:quoniam licèt verè dolus, & fraus nemini debeat patrocinari: cùm potius dolus operanti illum noceat, ſicut & omne aliud peccatum: & quòd ad lucrum dolus ſuffragetur vſurario,hoc negatur:cùm lucrum non procedat ex dolo, quem commiſit vſurarius vltra ſortem accipiendo pecuniam, niſi vt ex cauſa materiali (ut diximus)ſed procedit huiuſmodi lucrum ex vſurarij induſtria,& arte negotiandi tanquàm ex cauſa efficienti:licèt non negandum ſit,quòd vnum & idem opus diuerſimodè conſideratum nocebit operanti illud, & patrocinabitur:vt eſt per uſuram acquirere pecuniam,vel aliud:quoniam huiuſmodi lucrum nocebit vſurario,quoad animam, ſed quoad corpus, & marſupium patrocinabitur.iuxta Diui Auguſtini ſententiam dicentis: lucrum in arca, & damnum in conſcientia eſt ei qui furatus fuit. Vt etiam patet in eo, qui operam ſuam malam ex aliqua circunſtantia alteri locat in opus in ſe bonum. Vt patet in militante pro defenſione patriæ,non amore iuſtitiæ,aut fortitudinis, ſed animi cupiditate,vel ad oſtentationem, & vanam gloriam aſſequendam, & huiuſmodi,vel ex lucri cupiditate aliquid operatur:eſto quòd in tali opere ille per cooperationem in malo opere, vel ex lucri cupiditate peccando noceat propriæ animæ,patrocinatur corpori, autem, ſuo congregando facultates.Vnde ſicut iſte ad talis lucri reſtitutionem non tenetur (cùm ipſum ſua induſtria & artificiolo illud acquiſierit)ſic non tenebitur ad reſtitutionem lucri acquiſiti per ſuam induſtriam ex pecunia per vſuram extorta, ipſe vſurarius,fur,aut raptor,& ſi peccent alienam pecuniam diſtrahēdo,& cum ea negotiando contra domini illius uoluntatem.

Reſpōſio ad ſecundum arg.

S.Auguſt.

Ad tertium argumentum dicitur,quòd diſtinguendum erit nobis inter ſtimulum conſcientiæ,& iudicium conſcientiæ præceptiuum: Cùm aliud ſit ſtimulo conſcientiæ agitari,& aliud eſt per iudicium conſcientiæ præceptiuum ad aliquid faciendum,vel omittendum obligari. Dicitur,enim, conſcientiam

Reſpōſio ad tertium arg.

24

Cōſciētia quādo dicatur nos ſtimulare.

nos

nos ſtimulare ad aliquid committendum, vel omittendum, quando illa per modum inuitantis, vel exhortantis ad aliqua opera honeſtiora, vel digniora nos ſtimulat ſeu inuitat: Cùm ratio ſemper ad optima facienda deprecetur nos, ac nobis ſuggerat, niſi penitùs homo ex conſuetudine peccandi, ac reſtituendi huiuſmodi ſtimulo conſcientiæ denudatus remanſiſſet ſyntereſi rationis. Et huic conſcientiæ, ſeu ſyntereſis ſtimulo non tenemur ſemper ſub pœna peccati mortalis nos cõformari: alioquin obligati eſſemus executioni mãdare omnia conſilia, & opera ſubrogationis ſub pœna peccati mortalis, contra deciſionem Diui Auguſtini, & habetur in capitulo, quiſquis. & Diui Gregorij in capitulo, Quod præcipitur. decima quarta, quæſtione prima. Dicitur autem iudicium conſcientiæ obligare ad aliquid committendum, vel omittendum, quando ratio, ſeu conſcientia dictat quid nobis ſit neceſſarium agere, vel à quo abſtinere: & tali conſcientiæ iudicio contraire non poſſumus ſine peccato, & de hoc intelligebat Diuus Paulus. Roman. cap. 14. verſic. fin. & ibidem Gloſ. dicens. [Qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam] prout etiam dicitur in capitulo, Per tuas. el ſecundo, extra de ſimonia. & Gratianus dixit in capitulo, omnes. 28. q. 1.

c. Quiſquis, & c. quod præcipitur, 14. q. 1.

25 *Conſcientiæ iudicium quãdo dicatur obligare ad aliquid committendũ, vel omittendũ.* Ro. c. 14. ver. fi. Gloſ.

26 *Cõtra conſciẽtia faciens ædificat ad gehennam.* c. Per tuas, extra de ſimon. c. Omnes. 28. q. 1.

Ad propoſitum autem noſtrum regreſſi, Dicimus, quòd aut vſurarius rediens ad cor iuxta ſententiam Eſaiæ (ſupra relatam) ſolùm reperiet ſtimulum ſuæ conſcientiæ ad reſtituendum non ſolùm pecuniam fœnebrẽ, verùm etiã acquiſita per ipſam: & non reperiet iudicium conſcientiæ ad illa omnia reſtituenda obligare, niſi fortè dictamen erroneum, hoc ſibi dictaret, & hoc ſequi non tenebitur, quin errore potiùs ſeu erroneitate iudicij conſcientiæ depoſita, licitè poterit lucrum ex pecunia fęnebri captum ſibi retinere, cùm ad hoc non teneatur aliquo iuris præcepto, vel ratione vera, licèt ſolùm aliquali ratione apparenti.

Reſponſio ad quartum arg.

Ad quartum argumentum reſpondetur, quòd licèt verum ſit, quòd moroſus debitor teneatur ad intereſſe paſſum per creditorem ratione moroſæ ſolutionis, non, tamen, ſequitur, vſurarium teneri ad reſtitutionem totius lucri capti ex pecunia fœnebri, cùm aliud ſit aliquid habere in actu, aliud in potentia, cùm minus ſit aliquid habere in potentia quàm in actu, quapropter omne huiuſmodi lucrum ſibi non debebitur, & ſi forſan, (quod rarò contingit) mutuatarius ex pecunia per vſuram extorta ab vſurario tantundem lucratus fuiſſet ſua induſtria, quæ per huiuſmodi ſolutionem fuiſſet impedita: vt ſatis abundè fuit probatum in q. 18. de intereſſe lucri ceſſantis.

Reſponſio ad quintum argu.

Ad quintum, & vltimum argumentum, negatur illa conſequentia, quæ videbatur elici ex maiori propoſitione. Cùm falſum ſit aſſerere, quòd non habeat vſurarius maius ius in merce empta ex pecunia fœnebri quàm in ipſamet pecunia per uſuram extorta ante mercis emptionem habebat.

Nã per negotiationem merx illa efficitur negotiantis per propriam induſtriam: etiam ſi pecunia ipſa, cum qua eſt empta, aliena fuiſſet: ſicut ècontra ſi quis rem furtiuam pro pecunia vendat, licèt loco rei furtiuæ pecunia ſuccedat, tamen, fur maius ius habet in pecunia pro re furtiua accepta: vtrunq; videtur in iure fundatum: vt exemplo patebit: ſiquis, enim, cum pecunia depoſita mercem emat, merx illa non deponentis, ſed ipſius ementis efficitur, ut habetur in præadducta l. ſi ex pecunia. C. de rei vendi. De pretio etiam rei furtiuæ, quod efficiatur ipſius furis, habetur in l. Qui vas. §. fi. ff. de furtis. vbi dicitur [pretium rei furtiuæ non eſſe furtiuum: & iccircò ſi dominus rei furtiuæ auferat

l. ſi ex ea pecunia, C. de rei vendi. l. Qui vas. ff. de furtis.

aule[illegible]at à fure [illegible]d, committit furtum. Idem, ergo, dicendum in cōtractu emptionis, quod ibi dicitur de contractu venditionis rei furtiuæ. Vnde etſi pretium merci, & econtra merx pretio ſuccedat: non tamen opus eſt mercem in eadem obligatione ſuccedere, in qua erat pecunia fœnebris, & ècontra: & ſic patet, vſurarium non teneri ad reſtitutionem eorum, quæ ipſe acquiſiuit ex pecunia fœnebri, vel ex alia re de ſui natura [illegible] fructifera: cum ſolùm huiuſmodi res ſe habeant ad lucrum tanquàm cauſa materialis, & non tanquam cauſa efficiens ipſius lucri. cum talis lucri cauſa ſit ipſe vſurarij induſtria, ex qua veritas noſtræ concluſionis luce meridiana elucet.

Vndecima concluſio.

Vſurarius in foro conſcientiæ, de quo fuit ſermo in præcedenti nona con- 27
cluſione) ſi ex fructib. per ſuam induſtriā auctis, ac receptis, vt ſup. non fuiſſet
factus locupletior, vel ſi non extent illi modò, non tenebitur ad illos reſtituē-
dos, ſed ſolùm ad illos, quos percepiſſet honeſte dominus illius rei, ſi ab vſu-
rario occupata non fuiſſet per vſurarum extorſionem. & hæc quidem conclu
ſio (vltra auctoritatés adductas in concluſione octaua) probatur auctoritate
Didaci Couarruuias loco ſupra citato ibi. & ratio iſtius cōncluſionis eſt: quo
niam reſtituere nihil aliud eſt, niſi rem in priſtinum ſtatum ſtatuere: & reſtitu
tio eſt rei ad rem adæquatio: vnde ſequitur veritas noſtræ concluſionis, cum
præcipiatur à iure reſtitutionem fieri pro damnum paſſo ſatisfaciendo: vt ta-
lis indemnis ſeruaretur ab intereſſe paſſo ex ſolutione vſuræ indebitè facta, vt 28
patet per tex. in d.c. Grauis. de reſti. ſpol. (vt fuit probatum ſupra in d.9. con-
cluſione:) & iccircò ſufficiet mutuatario, ſibi fuiſſe reſtitutum damnū totum
inde paſſum: cùm amplius non fuiſſet ipſe lucraturus (vt prǫſupponitur) & ex
plicitè notat Bar. in l. ratio. §. 1. ff. de act. emp. exēplificando in ruſtico, qui acu
ratiſſimè excolendo vineam maiores fructus ſuſcepiſſet, quàm verus illius do
minus illam excolendo recepiſſet: qui dominus non poterit contra ruſticum
agere ratione damni, ſeu intereſſe, vt illud plus fructuum ſibi reſtituatur: licèt
poſſet illud petere ratione fructuum, ſeu titulo fructuum, ſi extarent: cū quic-
quid in meo naſcatur, ſit meum, vt fuit probatum in prǫcedentibus concluſio
nibus, & quæſtionibus.

Vſurarius tenebitur ad reſtituēdum ſeu
ſtus rei extorta per vſurā, quos dominus percepiſſet ex tali re.

Didac. Couar.

Reſtituere qd ſit.

Bartol.

Ad argumentum modo, quàm faciliima erit reſponſio, dicendo illud verificari in caſibus expreſſis in decem concluſionibus, non autem in caſu expreſſo in 11. concluſ. vt patuit ex probatione ipſius.

QVESTIO XXVIII.

An vſurarij (quos diximus teneri ad reſtitutionem taliter acceptorum) teneātur de neceſſitate ſalutis ad huiuſmodi reſtitutionem faciendam: Vel tantùm de conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Dominia rerum temporalium ſunt in duplici differentia, alia dicuntur de iure diuino, & alia de iure humano.*

2 *Præceptum de habendo omnia communia fuit reuocatum rationabiliter, duabus de cauſis.*

Dominiorum.

3 *Dominiorum diuiſio originem duxit à iure humano.*
4 *Translationem rerum temporalium contingere, dupliciter conſideratur.*
5 *Dominium alicuius rei quando dicatur transferri, & quando non.*
6 *Dominiorum translatio vt fiat iuſte, alterum ex tribus debet concurrere.*
7 *Vſurarius tenebitur reſtituere omnia extorta per vſuram (ipſamet) ſi extent, aliàs precium eorum.*

ET PRIMO videtur dicẽdum, quòd vſurarij non teneantur ad reſtitutionem eorum, quæ acceperunt per vſuram, de neceſſitate ſalutis, quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet.

Antecedens. Si vſurarij tenerentur de neceſſitate ſalutis extorta per vſuram reſtituere, ſequeretur, quòd reſtituere huiuſmodi Conſequentia. res eſſet iuſſum in aliquo decem præceptorum diuinorum. Sed conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens: & quòd conſequens ſit falſum, probatur: quoniam in preceptis decalogi hoc non reperitur præceptum: & ſiquis diceret, reſtitutionem de acquiſitis, per vſuram faciendam, cõtineri ſub præcepto. [Nõ Exod. c. 20. furaberis.] Reſpondetur, quòd non, eo, quòd in dicto præcepto non prohibeatur actus poſitiuus, qualis eſt reſtitutio, ſed ſolùm negatiuus actus prohibeatur, ſcilicet, furtum non committere, alioquin ſequeretur, quòd præcepta negatiua (cuius naturæ eſt) [Non furaberis] ad actus poſitiuos obligarent, ſicut & affirmatiua: quod tamen inde videtur falſum, cùm maxima ſit differentia inter præcepta negatiua, & affirmatiua, eo quòd præcepta negatiua obligent ſemper, & ad ſemper: affirmatiua, autem, obligent nos ſemper, non autem ad ſemper (vt ſæpe fuit per nos dictum & præcipuè in 1. quæſtione. Notabili primo præſentis tractatus.) Cùm, ergo, actus reſtituendi extorta per vſuram non cadat ſub obligatione negatiui præcepti obligantis pro ſemper, & ad ſemper: & ratio eſt, quoniam aliàs nullus, qui aliquãdo extorſit vſuras, non valens illas præ paupertate reſtituere, poſſet ſaluari: & tamen contrarium decreuit Alexander Tertius in cap. cùm tu. extra de vſuris. dicens [eos, c. cum tu. extra de vſur. qui carent facultate reſtituendi uſuras extortas nulla pœna plectendos fore: cùm eos nota paupertatis euidenter excuſet] ex quibus verbis videtur fore eliciendum, quòd præceptum [Non furtum facies] non contineat in ſe præceptum de reſtituendo vſuras extortas: cùm preceptum de non furando pertineat ad præcepta negatiua obligantia ſemper, & ad ſemper: & præceptum de reſtituendo ſit præceptum affirmatiuum: & ſic ſolùm obligans ſemper. vnde videtur, neminem teneri ad reſtituenda extorta per vſuram de neceſſitate ſalutis: cùm præcepta affirmatiua iubeant actus virtutum, qui ſunt de conſilio ſolùm regulariter.

c. ſi res aliena, 14. q. 6. SED CONTRA. tex. apertiſſimus eſt in capitulo, Si res aliena. 14. q. 6. in quo refertur ſententia Diui Auguſtini in epiſtola 54. ſcribentis ad Macedonium in hæc verba, videlicet. [Si res aliena (propter quam peccatum eſt) reddi poſſit, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur: ſi autem veraciter agitur, non remittitur peccatũ niſi reſtituatur ablatum. Si ergo non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: inde neceſſariò ſequitur, quòd reſtitutio vſurarum ſit de neceſſitate ſalutis, cùm adeptio remiſſionis peccatorum mortalium ſit de neceſſitate ſalutis, prout fuit figuratum in eo, quod Apocali. c. 26. ver. fin. ſcriptum eſt. [Non intrabit in eam. i. in ciuitatem ſanctam Hieruſalem aliquod coinquinatum.]

Reſpondeo

Reſpondeo præſenti quæſtioni ſcitu digniſſimæ vnica concluſione, illi, tamen, præmittendo tria notabilia. Primum quorum eſt, quòd dominia rerum temporalium diuiſa ſunt de iure humano: omnia omnibus communia, iuxta ſententiam Diui Auguſtini (in Homilia ſexta, circa finem ſuper Ioannem. & habetur in capitulo, quo iure, diſtin. 18.) dicentis. [Quo iure defendis villas, diuino, aut humano? Nam iure diuino dicitur. Domini eſt terra, &c. Pauperes & diuites de uno limo fecit. Iure ergo humano dicitur. Hæc domus mea, hæc villa mea, hic ſeruus meus eſt. & ſequitur.

Primum notabile.

Tolle iura Imperatoris, & quis audet dicere, hæc villa mea eſt, & paulò poſt: Per iura regia poſſidentur poſſeſſiones: quia ipſa iura humana per Imperatores, & reges ſęculi diſtribuit generi humano.] Hæc Auguſtinus, ubi ſupra, quod antea confeſſus fuerat Beatus Clemens Papa & martyr, & habetur in capitulo, Dilectiſſimis. duodecima quæſtione prima, dicens, quòd [quamuis communis vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus hominibus eſſe debeat communis, ſed per iniquitatem alius hoc dixit eſſe ſuum, & alius illud: & ſic inter mortales facta eſt diuiſio per iniquitatem. in quo capitulo gloſ. dixit per iniquitatem, ideſt, conſuetudinem iuris gentium æquitati naturali contrariam, vel iniquitatem, ideſt, ſollicitudinem. Adde & tertiam interpretationem dicendo (cum Cardinale à Turrecremata ibidem, articulo ſecundo, in reſponſione ad primum argumentum,) quòd diuiſio prædicta fuit introducta per iniquitatem, quia ex peccato primorum parentum per qđ humana natura à ſtatu innocentiæ, & integritatis ſuæ cecidit: in ſtatu quo ſi permanſiſſent, omnia fuiſſent cōia: inde ipſo innocentiæ ſtatu amiſſo, dicta diuiſio neceſſariò ſequuta fuit, vt ſic conſuleretur paci & tranquillitati ſocietatis humanę ex edicto humano (Deo Optimo Maximo inſpirante) pro generis humani conſeruatione. Quod permiſſum poterit probari non fruſtratorium fuiſſe duplici ratione. Prima quarum eſt, quia (vt docet Scotus & Gabriel locis infra citandis) vſus rerum ſecundum rectam rationem ita debet competere hominib. ſicut congruit ad pacificam conuerſationem, & neceſſariam ſuſtentationem. In ſtatu, autem, innocentiæ communis vſus ſine diſtinctione dominiorum ad vtrumq; iſtorum plus valuit, quàm diuiſio dominiorum: quia nullus id tunc occupaſſet, quod fuiſſet alteri neceſſarium: nec inſuper fuiſſet opportunū illud ab ipſo per violētiam extorquere: ſed quilibet hoc quod primò occurriſſet neceſſarium, occupaſſet ad vſum ſuum. Secūda ratio eſt: quia ſic magis fuiſſet ſufficientia ad ſuſtentationem, quàm ſi alicui præcluderetur vſus alicuius per appropriationē factam alteri. Inſuper notandum, ꝙ illud iuris naturalis præceptum de habendo omnia communia poſt lapſum primi hominis reuocatum eſt duab. de cauſis rationabiliter. ſ. primò propter pacificam conuerſationē, & ſecundò propter neceſſariam ſuſtentationem: quia poſt lapſum primorum parentum communitas omnium rerum eſſet contra pacificam cōuerſationem: cùm malus, & cupidus quiſque occupaſſet vltra ea, quæ eſſent ſibi neceſſaria, etiam inferendo violentiam alijs, qui vellent ſecū eiſdē cōib. reb. ad neceſſitatē vti: ſicut loquiť ſacra ſcriptura de Nēroth, qui fuit robuſtus venator corā Dño. Gen. c. 10. Item eſſet contra neceſſariam ſuſtentationem: quia fortiores bellatores priuarent alios neceſſariis: & ex hoc etiam terra ipſa redigeretur in ſolitudinem: cùm nemo

cap. Quo iure. diſt. 8.

1 *Dominia rerū tēporalia ſunt in duplici differentia. Alia dicuntur de iure diuino, & alia de iure humano.*

c. dilectiſſimis, 12. q. 1.

Ratio prima diuiſionis dominiorum.

Ratio ſecunda diuiſionis dominiorum.

2 *Præceptū de habēdo omnia communia fuit reuocatum rōnabiliter duabus de cauſis.*

Prima cauſa reuocationis p̄dictę.

Secunda cauſa reuocationis p̄dictæ.

Geneſ. cap. 10. Ver. 9.

ita diligenter communicaret in labore communi, ſicut communicare uellet
Ariſt. 2. Politi. in communi fructuũ perceptione: & ideo Ariſtotelis Politia 2. Politicorum, dicẽtis non ſint omnia communia, multò melior eſt quàm politia Socratis, quæ contrarium ſentijt. Reuocato, igitur, præcepto legis naturæ de habendo omnia in communi, propter lapſum & ſtatus naturæ mutationẽ, meritò fuit conceſſa licentia appropriandi, & diſtinguendi communia.

3 *Dominiorum diuiſio proceſſit ac originem duxit à iuro humano.*

Prima ergo diſtinctio dominiorum (quatenus iuſta ſit facta eſt) lege poſitiua iuſta, ſiue illa lata fuerit à patre, ſiue principe, ſiue communitate iuſtè regnante, ſeu regente: Apparet, enim, iuſtè fieri potuiſſe hanc diuiſionem: quia dè lege naturæ filij tenentur obedire parentibus. Nec iſta lex per legem Moſaycam, aut euangelicam reuocata fuit, at magis confirmata: ſic probabile eſt factum fuiſſe poſt diluuium, quòd Noe filiis ſuis diſtinxerit terras, quas ſinguli occuparent pro ſe, filijs ſuis, & poſteris.

Secundum notabile.

Secundò notandum, quòd cùm dominia rerum diſtincta nõ manent ſemper apud eos, quibus in prima rerum diſtinctione appropriata fuerunt, nec manere potuerunt, tum propter mortem poſſeſſorum, tum propter varias alias occurrentes cauſas: ſed translatum fuit de perſona in perſonam: quapropter neceſſariò intelligendum erit, quomodo ſeruanda ſit iuſtitia in huiuſmodi translationibus dominiorum: pro quo conſequenter attendendum erit (ſecundum Scotum) quòd translatio rerum poteſt eſſe, vel quantum ad dominium, vel quantum ad vſum, ſiue ius vtendi (retento, tamen, dominio apud eundem) tunc, enim, transfertur dominium rei in alium, quando alter eandem poteſtatem habeat in re ipſa, cuius dominium transfertur, quam habuit dominus rei illius, à quo translatum eſt ius vtendi, donandi, alienandi, & cætera. ex quo patet, quòd in mutuo transfertur dominium (vt probauimus in prima quæſtione præſentis tractatus de vſuris.) Nam mutuatam pecuniam poterit diſtrahere mutuum accipiens, & alienare ſicut poterat & ille, qui mutuo eam dedit. Vſus autem tantùm transfertur, dum conceditur alicui, quòd re aliqua vti poſſit: non, tamen, quòd poſſit alienare illam, ſeu corrumpere, ſeu quoad ſubſtantiam mutare, ut in locatione domus, accommodatione equi, aut inſtrumenti artis, & ſimilium.

4 *Trãslationẽ rerum temporaliũ dupliciter conſideratur contingere.*

5 *Dominium alicuius rei quãdo dicatur trãſferri, et quando non.*

Tertium notabile.

6 *Dominiorum translatio ut fiat iuſtè, dẽt concurrere al terum ex trib.*

Tertiò notandum, quòd translatio dominij iuſta poteſt fieri tripliciter, vel auctoritate publica legis, vel auctoritate publica Principis, uel auctoritate priuata ipſius domini immediatè poſſidentis rem ipſam: cùm omnis translatio dominij, quæ fit auctoritate legis iuſtæ, iuſta eſt: idem dicendum de translatione dominij facta à Principe: & ratio eſt, quoniam ſicut à principio diuiſionis dominiorum hoc potuit facere lex, & princeps pro bono publico, (vt fuit probatum) ita & modò, licèt fuiſſet alicui appropriatum. Idem dicitur de translatione facta auctoritate priuata à quocumque habente immediatè dominium propriæ rei: & hoc poterit fieri dupliciter, vel per actum merè liberalem, quando, ſcilicet, transferens non prohibitus alienare, donat: non expectans aliquid ſibi retribui, ratione doni facti: & per huiuſmodi donationem transfertur dominium: ſi verò donatio non ſit merè liberalis, tunc per illam non

transfertur dominium:ſed ſi uis latiùs hanc materiam diuiſionis* dominiorũ, & de origine ipſius,uide quę dixi in praxi mea canonica criminali ſecũdo impreſſa in primo libro,in capitulo de iuregentiũ & eius origine:quia ibi quàm plurima ſcitu digniſſima reperies.

Vnica concluſio.

Vſurarius tenebitur de neceſſitate ſalutis reſtituere oĩa extorta per uſurã 7
unà cum eorum fructibus(iuxtà, tamen, diſtinctionem allatam in concluſionibus præcedentis quæſtionis)ipſamet(inquam)omnia ſi extant:alias eorum pretium, & ualorem, una cum omni alio damno inde illato ei, à quo uſuras huiuſmodi extorſit, ſi habeat facultatem reſtituendi,iuxta ea,quæ afferẽda erũt infra in concluſionibus quæſtionis trigeſimæ primæ.

Vſurarius tenebitur reſtituere omnia extorta per vſuram,ipſamet ſi extent, alias eorum pretiũ.

Hæc concluſio probatur quatruplici medio. Primò, iure diuino, dicente Domino Non furtum facies & ratio eſt,quoniam is, qui rem alienam inuito domino retinet,perinde eſt,ac ſi furtum faciat,eo quòd furtũ nihil aliud ſit, quàm contrectatio rei alienæ inuito domino:cum vtroque modo pariter dominus rei priuetur coactè re ſua contra prædictum domini Dei præceptum, ac charitatis,iuriſq; naturalis mandatũ quo pręcipimur alijs facere,quod nobis fieri optaremus quod nobis intimare ſtuduit dñs Ieſus,cũ dixit: omnia ergo quæcũq; vultis vt faciant uobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt.n. lex & Prophetæ cuius pcepti vim, ac naturam animaduertens Diuus Paulus Apoſtolus præcepit fidelib.dicens.[Reddite,ergo,omnib.debita,cui tributũ, tributũ:cui vectigal,vectigal:cui timoré,timoré.]& vt cuncta inſimul expreſſiori emphaſi cõplecteretur, ſubdit negatiue,dicens. Nemini quicquam debeatis,niſi vt inuicẽ diligatis:] quod præceptũ negatiuũ confirmauit paulò poſt dicens,prædicta.ſ. Niſi vt inuicẽ diligatis & ꝙ præceptũ negatiuũ includat affirmatiuũ,&ècontra,nos docere voluit dicens.[Qui.n.diligit ꝓximum, legem adimpleuit.Nam non concupiſces, Non furaberis, Non adulterabis. Non occides.Non falſum teſtimonium dices:& ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur.Diliges proximũ tuũ,ſicut te ipſum.] ex cuius Sãcti Apoſtoli verbis luce clariùs elicitur,ꝙ ſub præcepto negatiuo,[Non furaberis]includatur affirmatiuum de reſtitutione vſurarum facienda. Cùm aliena retinere opponatur dilectioni proximi:cui correſpondet pręceptũ[Non furaberis.]Idem probatur Dñi ſententia dicentis apud Matthæum. [Reddite,ergo,quæ ſunt Cęſaris,Cæſari,& quæ ſunt Dei,Deo.]quod neceſſariò executioni mandandũ fore ſtuduit nobis inſinuare Tobias, qñ vocem balantis hædi(quem vxor ſua attulerat)audiuit,dicens.[Videte ne(forte)furtiuus ſit:reddite eũ dominis ſuis,quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid,aut contingere.] Has huc uſq; auctoritates ſacræ ſcripturæ iccircò attuli,vt probarem, reſtitutionem vſurarum præceptam eſſe de iure diuino: quaptopter ſupereſt modò probare,nos ad talium reſtitutionem teneri de neceſſitate ſalutis:quod vtique videtur docuiſſe Dominum Ieſus, cum apud Matthæum dixit, [ſi vis ad uitam ingredi, ſerua mandata] inter quæ ipſemet ſubdens ibidem dixit[Non furtum facies,] ergo,de neceſſitate ſalutis eſt obſeruatio mandatorum,& furtum facere eſt contra Dei mandatum dicentis Nõ furtum facies.] & cauſa propter quam Deus prohibuit furtum,eſt,ne priuetur proximus noſter re ſua iniuſtè,inde ſequitur,quod reſtitutio rei iniuſte a proximo ablatæ eodem præcepto mandetur,vt latius ſupra quoque dictum fuit.Idem probatur ſententia Domini per os Ezechielis dicentis. ſi, autem, dixero impio,

Exod. cap. 20. ver. 15.
Mutth. cap. 19. ver. 18.
Matth. cap. 17. ver. 12.
Roma. cap. 14. ver. 7.
Ver. 8.
Ver. 9.
Exod: c. 20.
Exod c. 20.
Matth cap. 22. Ver. 21.
Tob. c. 2. ver. 21
Matth. cap. 19. ver. 17:
Ver. 18.
Ezech. cap. 33. ver. 14. & 15.

morte morieris,& egerit pœnitentiam à peccato ſuo:fecerit iudi[illegible]um & iuſtitiam,& pignus reſtituerit, in mand[illegible]is vitæ ambulauerit,nec fecerit quicquã iniuſtum,vita viuet & non morietur.] quod & rurſus verbis clarioribus p[illegible]lò antè manifeſtauerat ipſemet Dominus,dicens.[Et vir ſi fuerit iuſtu[illegible], & fecerit iudicium,& iuſtitiam: ad vſuram non commodauerit,& [illegible] nõ acceperit,hic iuſtus eſt,vita viuet, dicit Dominus.Quod ſi genuerit [illegible]ium latronem effundentem ſanguinem , ad vſuram dantem , & amplius accipientem , nunquid viuet?Non viuet:cum vniuerſa deteſtanda hæc fecerit , morte morietur,ſanguis eius in ipſo eſt.] Probatur & ſecundò præſens c[illegible]luſio iure poſitiuo, per quàm plurima iura allata in probationem conc[illegible]onis primæ quæſtionis præcedentis,nec non, & per argumentum in cap[illegible] Quamquã. de vſuris in ſexto,in quo Gregorius Decimus,in conſilio g[illegible] [illegible]gdunenſi[præcepit non abſolui vſurarium manifeſtum n[illegible] præuia reſtitu[illegible] vſurarum,ſaltem,facta per idoneam cautionem.]quod vtique non fu[illegible] præceptum, niſi reſtitutionem vſurarum eſſe de neceſſitate ſalutis inte[illegible] ipſe ſummus Pontifex.Idem probatur per argume[illegible]m in capitul[illegible], N[illegible].decima quarta,quæſtione quinta,in quo traditur ſententia Diui H[illegible]ymi dicentis.[Nemo qui rapit,moriens,ſi [illegible]bet vnde reddat[illegible]. [illegible] per argumentum : quoniam , licet ibi nulla fiat mentio de v[illegible], [illegible]m vſura quoque appelletur rapina,vt in capitul[illegible],ſi quis vſura[illegible] [illegible] quarta,)implicitè de ipſa loquitur textus in dicto capitul[illegible],N[illegible] v[illegible]ura rius teneatur idipſum extortum per vſuram(ſi extiterit)reſtituer[illegible], non poſſit ſatisfacere æquiualens ſine ſpeciali conſenſu domini illius r[illegible] e[illegible]ortæ,probabitur hic(vltra ea,quæ afferenda erunt in probationem concluſion[illegible] primæ ſequentis quæſtionis.)quàm ap[illegible]ſsime per arg[illegible]tum in l.ſecun[illegible]a,§.mutui datio.ff.de rebus credit.ſi certũ petatur.Vbi hæc habentur,v[illegible] dicit[illegible]. Mutui datio conſiſtit in his rebus,quæ pondere,numero menſurave conſiſtunt, quoniam eorum datione poſſumus in creditũ ire,quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem,[illegible] ſpeciem.Nam in [illegible]æteri[illegible] in creditum ire non poſſumus,quia ali[illegible] alio,inuito creditore ſ[illegible]] Idem probatur per textum in l.ſi[illegible] non obtulit.§.[illegible] prætor.ff.[illegible] re iudicata.Cùm,er[illegible] vt fuit pr[illegible] qu[illegible] ſæpiſſimè)vſura[illegible] [illegible]bitor ipſius mutuatarij,à quo per vſuram extorſit aliquid:indè ſequ[illegible]tu[illegible], [illegible] ipſe vſurarius ſi hab[illegible]et [illegible]li de ca[illegible] aliquid,& illud a[illegible] ex[illegible] ipſum reſti[illegible]ere tenebitu[illegible] niſi [illegible]d ſibi c[illegible]nceſſ[illegible]it ille creditor: niſi q[illegible] extorſ[illegible] at fuiſſet pe[illegible] tunc lic[illegible]t [illegible] reſtituere , n[illegible] re[illegible]ret ſi ip[illegible] v[illegible]is r[illegible]tueret,vt d[illegible]t Gl. [illegible] [illegible] l.ſecunda,in v[illegible] N[illegible] p[illegible] quem ibi ſequitur Bartol.Sed ſi res huiu[illegible] di extor[illegible] per v[illegible] non ex[illegible] , [illegible] poſſet etiam inuito mut[illegible] c[illegible]tor[illegible] ipſe v[illegible] [illegible] æquiualens,v[illegible] docet textus in l [illegible] b[illegible] C.de ſolution[illegible] Probatur [illegible] auctoritate Doctoru[illegible] [illegible] v[illegible]arem ſ[illegible] [illegible] quorum nu[illegible]n fra[illegible],vi[illegible] S. Tho[illegible] 2.2.q[illegible] art[illegible].2.[illegible] q[illegible] [illegible]8. art[illegible] [illegible] Caietan[illegible] Commentar[illegible],Scot[illegible] [illegible].15. q.2.art.4.Tart[illegible]tu[illegible] [illegible].2.ar.2. conclu.5.& [illegible] [illegible] m[illegible] ſentent. d[illegible] 5.q.4.[illegible] [illegible].de la [illegible] pœ[illegible] [illegible] [illegible]t.de [illegible] [illegible]ius.§.

Ezech.cap.18. ver.5.

Ver.8.& 9. Ver.10. Ver.13.

c.Quanquam, de vſur.in 6.

cap.Nemo,14. q.5.

l.2.ff. de rebus cred.ſi cer.pet.

Mutuũ ex quibus reb.cõſtat.

l.ſi ſe.ff.de ſent. & re iudicata.

l.hoc niſi.C.de ſolut.
S.Thomas.
Caietanus.
Scotus.
Tartaretus.
Palud.
Riccardus.
Hadrianus.
Sotus.
Ioannes à Medina.

Ad oppoſitum eſt ſententia Auguſtini. folio 43.columna quarta, Sotus in libro quarto, de iuſtitia,& iure,quęſtione ſexta, articulo ſecundo, Ioannes de Medina in Codice de rebus reſtituendis,quæſtione ſecunda, §. Quibus non obſtantibus. Gabriel Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda,articulo ſecundo,concluſione prima. Canoniſtæ omnes in capitulo, cùm tu. extra de vſuris, ſe ſubſcripſerunt præſenti concluſioni ſimpliciter aſſeuerantes,vſurarios teneri reſtituere extorta per vſuram. Didacus autem Couarruuias explicitè ipſam fatetur in regulâ,Peccatum.de regulis iuris,in ſexto,in principio,& Nauarrus in ſuo manuali confeſſorum capitu.17.nume.24. Gabriel Biel. Canoniſtæ. Didac. Couar. Nauarrus.

Probatur & quartò præſens concluſio infraſcriptis rationibus irrefragabilibus,videlicet.

Prima quarum eſt.

Omne præceptum iuris diuini erit implendum de neceſſitate ſalutis. At reſtituere rem alienam iniuſtè detentam,eſt præceptum iuris diuini.Ergo reſtituere rem alienam iniuſtè detentam,erit de neceſſitate ſalutis. Maior probatur ſententia Domini dicentis[ſi vis ad vitam ingredi,ſerua mandata.] Minor probatur verbis diuinis[Non furtum facies] quibus reſtitutionem vſurarum fuiſſe à domino præceptam ſupra latiùs probauimus. Ratio prima concluſionis. Maior propoſ. Minor propoſ. Concluſio. Matth. cap.19. ver.17. Exod. cap. 20. ver.15.

Præterea,Nõ detinere alienum iniuſtè ablatum inuito eius domino, eſt de neceſſitate ſalutis.At reſtituere extorta per vſuram,eſt non detinere alienum iniuſtè ablatum inuito domino eius: ergo, Reſtituere extorta per vſuram,eſt de neceſſitate ſalutis. Maior probatur, quia de neceſſitate ſalutis cadit obſeruatio præcepti[Non furtum facies] per quod prohibetur detentio rei alienæ inuito domino(vt ſæpius fuit probatum in præſenti,& in præcedenti quæſt.) Matth.cap.19. ver.18. Ratio ſecunda. Maior propoſ. Minor propoſ. Concluſio.

Minor probatione non indiget,cùm pateat ad ſenſum.

Præterea.

Adipiſci remiſſionem, ſeu dimiſſionem peccati mortalis incurſi propter exactionem vſurarum,eſt ad ſalutem neceſſarium. At reſtituere extorta per vſuram,eſt cauſa dimiſſionis talis peccati incurſi. Ergo reſtituere extorta per vſuram,eſt ad ſalutem neceſſarium. Ratio tertia. Maior propoſ. Minor propoſ. Concluſio.

Maior,& minor fuit probata ſupra per allata breuiter contra argumẽtum antè notabilia præſentis quæſtionis,auctoritate Diui Auguſtini relata in c. ſi quis rem alienam. 14.q.6.& Apocalipſis.cap.21.Vide ibi.

Ad argumentum modò facilis erit reſponſio, quòd licèt prima fronte uideatur,reſtitutionem extortorum per vſuram iuſſam eſſe ſub præcepto affirmatiuo:tamen,reuera(vt fuit probatum) continetur ſub præcepto negatiuo, obligante ſemper,& ad ſemper:ſed dato,& non conceſſo, quòd eſſet præceptum affirmatiuum,nonne & obſeruatio pręceptorum affirmatiuorum eſt de neceſſitate ſalutis,concurrentibus ſuis circunſtantijs(vt in notab.1.q.1.) quoniam aliàs non obligarent ſub pœna peccati mort.Vnde patet,quòd reſtituere talia(dum adeſt facultas)eſt de neceſſitate ſalutis.

QVAESTIO XXIX.

Vtrum reſtitutio rerum per vſuram acquiſitarum ſit facienda ſemper ei tantùm à quo vſurarius illas extorſit.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis effectus quis ſit.*
2 *Vſurarius regulariter ſemper vſuras tenetur ei reſtituere, à quo ille extorſerat.*
3 *Vſurarius quando teneatur vſuras reſtituere hæredibus prædicti.*
4 *Hæredes ſunt in triplici differentia.*
5 *Vſurarius quando teneatur reſtituere vſuras pauperibus.*
6 *Cautela, qua vti debebit vſurarius, ſi non reperiat ſuperſtites ſui mutuatarij (à quo ipſe vſuras extorſit) volens reſtituere, & res reſtituenda non eſt magni valoris.*
7 *Cautela in caſu prædicto quando res reſtituenda, eſt maximi pretij.*
8 *Pauperes quare ſuccedant hæredibus ignotis, quibus facienda eſſet reſtitutio.*
9 *Vſurarius quando ſibi, aut conſanguineis pauperibus poterit reſtituere.*
10 *Pauperum appellatione quando veniant eccleſiæ, monaſteria, & alia loca pia.*
11 *Reſtituere obligatus pauperibus an teneatur, illud reſtituere per manus alienas.*
12 *Confitenti ſacramentaliter adhibenda eſt fides pro ſe, & contra ſe, quoad ea, quæ ibi dicuntur ſine alterius præiudicio.*
13 *Meretrix quare nō teneatur reſtituere id, quod ex meretricij peccato lucratur: iudex verò, et teſtis teneantur ſi peccando in ſuo officio lucrentur.*
14 *Vſurarius tenetur vſuras reſtituere ei, à quo extorſerat, ſi ille nulla lege à talis rei acquiſitione prohibitus fuiſſet, licèt modus acquiſitionis, & cauſa ſit illicita.*
15 *Meretrices non publicę non audiuntur in foro fori ſi petant ſibi ſolui pretium conuentum ſui meretricij, & quare, non teneatur ſi ſit coniugata.*
16 *Meretricibus inhibitum eſt accipere aliquid à militibus.*
17 *Vſurarius extorquēs per vſuras aliquid ab eo, qui illud acquiſierat, quaſi pretium non committendi aliquod maleficium, cui reſtituere tenebitur.*
18 *Vſurarius extorquens per uſuras aliquid à furioſo, aut mente capto, cui reſtituere teneatur.*
19 *Vſurarius extorquens per vſuras aliquid à prodigo, cui reſtituere teneatur.*
20 *Vſurarius ex vi mutui aliquid recipiens à minori 25. annorum, vel à pupillo, cui reſtituere illud teneatur.*
21 *Vſurarius recipiens à filiofamilias, cui reſtituere tenebitur.*
22 *Vſurarius recipiens vltra ſortem mutuatam ab aliquo, qui non eſt ſui iuris, cui reſtituere teneatur.*
23 *Vſurarius aliquid recipiens ex vi mutui ab Abbate, vel monacho alicuius monaſterij cui reſtituet.*
24 *Vſurarius recipiens ex vi mutui aliquid ab eo qui illud acquiſierat per ſimoniam conuentionalem à dante ſponte cui reſtituat.*
25 *Vſurarius recipiens aliquid per uſuram ab eo, qui illud acquiſierat per ſimoniam prædictam a dante ſibi coactè, cui reſtituat.*
26 *Vſurarius recipiens aliquid per uſuram ab eo, qui illud acquiſierat per ſimoniam mentalem, cui reſtituet.*
27 *Simoniæ diffinitionis particulæ exponuntur.*
28 *Peccans per electionem an ſemper peccet peccato in Spiritum ſanctum.*
29 *Spirituale phiſicum quid ſit.*
30 *Spirituale Theologicum quotupliciter dicatur.*
31 *Venaere Spirituale pro temporali quare ſit illicitum.*

32 *Spirituali aliquod eſſe annexum dupliciter dicitur.*
33 *Simonia tripliciter ſumitur.*
34 *Simonia largè capta quid ſit.*
35 *Simonia ſtrictè ſumpta quid ſit.*
36 *Simoniæ ſtrictè ſumptæ,& mentalis exemplum.*
37 *Simonia quaſi conuentionalis quid ſit.*
38 *Simonia non quaſi conuentionalis quid ſit.*
39 *Simonia capta ſtrictiſſime quid ſit.*
40 *Pro,præpoſitio quotupliciter ſumatur.*
41 *Simoniacum,& prohibitum eſt ſub ratione pretij aliquid ſuſcipere pro adminiſtratione ſacramentorum.*
42 *Dans aliquid temporale pro re aliqua ſpirituali quibus de cauſis contingat moueri ad talia danda.*
43 *Simoniacus quando dicatur verè hæreticus, & quando interpretatiue.*
44 *Vſura mentalis in quibus differat à ſimonia mentali.*
45 *Vſurarius recipiens aliquid per uſuram à iudicibus,& alijs, qui illud acquiſierant ab inuito dante pro exequenda re, ad quam faciendam illi de iure tenebantur,cui reſtituat.*
46 *Vſurarius aliquid per vſuram extorquens à iudicibus & alijs,aliquid accipientibus ab iniuſtè dantibus ſibi tenebitur illis reſtituere.*
47 *Pœnam inflictam à iure ſoluere in foro conſcientiæ nemo tenebitur,niſi in foro fori condemnatus fuerit.*
48 *Lex poſitiua intendere debet exequi præceptum à iure naturali.*
49 *Nemo inauditus condemnandus ab aliquo eſt.*
50 *Defenſio eſt vnicuique indulta de iure naturali.*
51 *Nemo non confeſſus,aut non conuictus debet condemnari.*
52 *Regula notanda à confeſſoribus circa reſtitutionem faciendam.*
53 *Vſurarius aliquid extorquens per vſuram à fure,& ſimilibus,cui illud reſtituet.*

ET PRIMO videtur dicendum, quòd reſtitutio rerum per vſuram acquiſitarum ſemper ſit facienda ei ſolùm, à quo fuerunt extortæ, & non alijs:quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pactó,videlicet.

Omnis qui iniuſtè alienũ retinet,tenetur ei ſolùm a quo illud accepit,& non alijs,reſtituere. Maior propoſ.

At uſurarius,qui per uſuram aliquid acquiſiuit,iniuſtè illud retinet. Minor propoſ.

Ergo uſurarius,qui per uſuram aliquid acquiſiuit,tenetur ſolùm ei, à quo accepit illud & non aliis,reſtituere. Concluſio.

Maior propoſitio probatur authoritate Diui Thomæ in ſecunda ſecundæ, quæſtione 62.articulo.quinto,in corpore quæſtionis,dicentis. Cùm per reſtitutionem fiat reductio ad æqualitatem commutatiuæ iuſtitiæ,quę conſiſtit in rerum adæquatione:Huiuſmodi (autem) rerum adæquatio fieri non poſſet, niſi ei(qui minus habet quàm ſuum eſt)ſuppleretur, quod deeſt: & ad hanc ſuppletionem faciendã neceſſe eſt vt ei fiat reſtitutio à quo acceptum eſt. S.Thomas. Reſtitutionis effectus quis ſit

Minor per ſe patet & fuit quoque probata in pręcedenti quæſtione,& Diui Thomæ authoritate in 2.2.quæſt.78.artic.1.,in corpore quæſtionis,dicentis,quòd vſura ſit pretium uſus rei mutuatę:& quoniam uſus à re mutuata diuelli non poteſt: S.Thomas.

Inde patet,uſurarium peccato iniuſtitiæ peccare, cùm uideatur bis uendere id ipſum.cuius Sancti Doctoris ſententia ſæpe fuit per nos adducta & enucleata,in præcedentibus quæſtionibus & præſertim in quæſtione primæ, notabili octauo.

Ergo

Ergo videtur dicendum, quòd vſurarius, qui per vſuram aliquid acquiſiuit, teneatur ſolum ei, à quo illud accepit, & non aliis reſtituere.

SED CONTRA eſt textus apertiſſimus in cap. cùm tu. extra de vſuris, in quo [Alexander Tertius, ſcribens Salernitano Archiepiſcopo præcepit compellendos fore vſurarios ad reſtituendas vſuras extortas eis, à quibus illas acceperunt, vel hęredibus eorum, vel his nõ ſuperſtitibus, pauperibus erogare] hæc ibi, ergo, patet, ꝙ mutuatarij, qui ſoluerũt vſuras, ſint ignoti, vel mortui: non iccircò vſurarij abſoluuntur à ſolutione vſurarum, ac per conſequẽs ab obligatione eas reſtituendi.

Reſpondeo præſenti quæſtioni quàm difficillimæ. 19. concluſionibus. Præmittendo, tamen, illis vnicum notabile infraſcriptum.

Notabile vnicum.

Notandum, ac memoriæ commendandum ſummopere erit, quòd illi, à quibus extortum fuit aliquid ab vſurario ex vi mutui, ſunt in multiplici differentia. Nam aliqui eorum illud taliter extortum iuſto lucro, ſeu titulo acquiſierant: ita quòd rei ipſius acquiſitio, & cauſa iuſta fuit, vt puta, quia idipſum obtinuerant titulo emptionis, vel donationis ab illis, qui poterant de iure donare, & vendere, & ipſi propria pecunia emerant illud. Alij verò ipſorũ ſunt, qui (licèt non fuiſſent veri domini rei taliter extortæ) tamen res illa iuſto titulo, ſeu contractu ad eos peruenerat, & ipſam tenebant: vt ſunt ij, qui detinent rem alienam titulo commodati, locati, pignorati, depoſiti, & huiuſmodi. Alij autem ſunt, qui ab illo acquirendo nulla lege prohibiti fuerãt: licèt cauſa, ſeu modus acquiſitionis fuiſſet illis prohibitus: vt eſt illud, quod acquirit meretrix ex meretricio, leno ex lenocinio, & huiuſmodi: cùm hi nihil acquirant regulariter per iniuſtitiam, ſeu iniuriam dantis. Alij ſunt, qui acquiſierunt taliter extortum turpiter ex parte ſua tantùm: ita quòd ipſa acceptio eſt illicita, licèt cauſa, propter quam fuit illud ſibi donatum, eſſet licita reſpectu dantis: Vt puta, ſi quis det alicui quantitatem pecuniæ, ne aliquod peccatũ ille committeret. Alij eorum ſunt, qui ab acquirendo taliter extortum non erant prohibiti ratione ſui, ſed ratione dantis, vt eſt acquiſitum ex donatione ſibi facta alijs, qui de iure donare non poterant, vt puta ſi fuiſſent furioſi, pupilli, monachi, & prælati eccleſiaſtica bona alienare prohibiti, & huiuſmodi. Alii eorum ſunt, qui talia acquiſierant per turpe lucrum tam ex parte dantis quàm recipientis, vt ſunt ea, quæ acquirũtur per ſimoniam, vel quæ dãtur iudicibus ad ipſos corrumpendum pro ferenda iniuſta ſententia. Alii verò eorũ ſunt, qui per iniuſtitiam factam aliquid acquiſierunt per furtum, rapinam, vel vſuram.

Vſuras ſoluentes ſunt in multiplici differentia.

Hoc ergo notabili præmiſſo decem & nouem concluſionibus Deo dante, quæſtioni propſitæ ſatisfaciemus.

1 *Vſurarius regulariter ſemper vſuras tenetur reſtituere ei, à quo fuerunt illę extortæ.*

Prima ergo concluſio ſit hæc.

Vſurarius regulariter ſemper ei tenebitur reſtituere extorta per vſuram, qui eas illi exoluerat. Vt inde ſpoliatus re ſua iniuſtè, rurſus ipſam obtineat, tamen, hæc regula patitur nonnullas exceptiones, quæ in infraſcriptis concluſionibus afferentur: & quòd regulariter ſpoliato per vſuram ſit facienda reſtitutio, probatur triplici medio. Primò, enim, per textum apertiſſimum in capitulo, Cùm tu. necnon, & per textum in capitulo primo, & in capitulo, Item cùm, & in capitulo, Grauis. & in capitulo, ſæpe contingit. extra de reſtitutione ſpoliatorum, capitulo, reintegranda. tertia, quæſtione prima, & per omnes leges ciuiles contentas ſub titulo, de reſtitutione in integrum. ff. probatur, & ſecundò

c. cum tu extra de vſur. c. 1. ca. Item cũ, c. Grauis, c. ſæpe cõtingit, extra de reſtitutione ſpol. cap. reintegrãda, 3. q. 1. l. ſub tit. de reſtitutione in integrum, ff.

ſecundo præſens [illegible] auctoritate Doctorum: Diuus,enim, Thom. in 2. 2.quæſtione 62. articulo 5.in corpore quæſtionis, generaliter loquendo de quocunque obligato ad reſtitutionem ratione rei alienæ occupationis, Caietanus ibidem,in Commentarijs.Paludanus in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtione ſecunda,articulo quarto, Sotus in libro quarto, de iuſtitia & iure.quæſtione ſeptima,articulo primo, Scotus in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtione ſecunda,articulo quarto, §.De quarto, Scilicet, cui. Riccardus in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta,articulo quinto,quæſtione quinta, Gabriel Biel in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtione ſecunda. Dubio tertio. Nicolaus de Orbellis in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtione ſecunda,titulo de reſtitutione.§.19. Ioannes de Medina Codice de rebus reſtituendis,quæſtione ſecunda principali,articulo ſecundo,in [illegible].De eo quod ſecundo loco quæreretur, & omnes Canoniſtæ,& Legiſtæ in dictis verbis, & Hoſtien.in ſumma in titulo de pœnitentiis & remiſſionibus, numero 61.§. Quæ forma. Didacus Couarruuias in parte prima relectio.numero ſeptimo, regulæ Peccatum. Syluester in verbo,reſtitutio 4.§.primo,& [illegible]. Nauarrus in ſuo manuali,capit. 17 numero 28.& 29. Necnon Frater Ioſeph Angles in tractatu [illegible], Flores Theologicarum quæſt.ſuper quarto ſententiarum, in quæſtione ſecunda,titulo de reſtitutionibus,articulo primo,difficultate prima,concluſione prima. Probatur & tertio præſens concluſio hac ratione.quam adduxit Diuus Thomas,vbi ſupra in corpore quæſtionis,videlicet.Cum per reſtitutionem rei fiat reductio ad æqualitatem commutatiuæ iuſtitiæ, quæ conſiſtit in rerum adæquatione: [illegible] autem,rerū adæquatio fieri non poſſit,niſi (qui minus habet,quàm quod ſuum eſt)ſuppleretur, quod deeſt:& idcirco ad hanc ſuppletionem faciendam, neceſſe erit, vt reſtitutio rei male ablatæ fiat ei,à quo accepta fuit,vt docet textus in capitulo,ſicut dignum.§.cos inſuper.extra de homicidio,cuius tenorem referam infra in concluſione tertia.

S Thomas. Caietanus. Paludanus.

Sotus. Scotus. Riccardus. Gabriel Biel. Nic. de Orbel. Io de Medina. Canoniſtę omnes & Iuriſtę. Hoſtien.

Couarruuias Syluester.

Nauarrus. Ioſeph Angles

Ratio concluſ.

c. ſicut dignū, extra de homicidio.

Secunda concluſio.

Vſurarius id ipſum,quod per vſurarum extorſionem accepit (mortuo mutuatario a quo extorſit) tenetur reſtituere hęredibus ipſius. Dixi hęredib. neminem excipiendo, licèt non ignorem hęredes eſſe in triplici differentia. Nam [illegible] dicuntur hęredes neceſſarij,& ſunt ij,quos teſtator non poteſt exhęredare [illegible] legitima, maximaque de cauſa,vt ſunt parentes filiorum teſtatorum [illegible] parentum teſtatorum. Alij dicūtur hęredes ab inteſtato, & ſunt ij,qui [illegible] ſine teſtamento ſuccedunt tanquam proximiores cōſanguinei,vt [illegible],& huiuſmodi. Alij, vero, dicuntur hęredes ex teſtamento, ([illegible]) & ſunt ij,quos ipſe teſtator [illegible] expreſsè inſtituit hęredes in ſuo ultimo teſtamento.& [illegible] hęredes [illegible] in [illegible] concluſione,quę probatur triplici medio. Primò,enim, per textum in capitulo,Cùm tu,extra de uſuris,[illegible] tenorem ſupe retuli ſupra. Probatur & ſecūdo auctoritate Diui Thomæ vbi ſupra in reſponſione ad tertium & Caietani ibidem in Commentarijs,Nec non & omnium Theologorum,qui fuerunt citati in precedenti concluſione,& [illegible] Doctorum, qui fuerunt adducti in prima concluſione preſentis queſtionis. Probatur & tertio,ratione qua vti [illegible] ſecundum ipſe Angelicus Doctor,vbi ſupra,dicens.Cùm ipſi hęredes

2 *Vſurarius quando teneatur reſtituere hæredibus.*

3 *Hæredes ſunt in triplici differentia.*

c.cum tu extra de vſuris. S.Thomas. Caietanus. Canoniſtę omnes.

redes computentur quaſi vna perſona cum defunctis creditoribus: neceſſario ſequitur, quòd defunctis mutuatarijs facienda ſit reſtitutio eorum hæredibus.

Tertia concluſio.

4 Vſurarius res extortas per vſuram tenetur reſtituere pauperibus ſi poſt diligentiſſimam inquiſitionem reperiret veros dominos [illegible]larum, hac, tamē, cautela vtens, ne forſan ad bis id ipſum reſtituendum compellatur: ſi res talis ſit maximi pretij (ſin aliàs, non erit ſic exacta cautela ſeruanda:) cùm regulariter ſemper reſtitutio cuiuſcunque rei domino vero ipſi [illegible] ſit facienda: vt tutus ſit in conſcientia is, qui reſtitutioni ipſius obnoxius erat: Cautela, ergo, erit hæc, (quam elicere operæpretium duxi, ex dictis à Caietano, & Soto, vbi ſupra in locis citatis in concluſione prima.) Debet, igitur, qui reſtitutioni eſt obnoxius ignoto creditori (vt puta, ſi poſtquam vſurarius per multos annos à multis variarum regionum vſuras exegiſſet.) Debebit ipſe (quantum in ſe erit) [illegible]tiſſimè inquirere inueſtigando, Vbi, quando, per quos, à quibus [illegible] lucrum vſurarium acquiſierit: quoniam ſi hoc non faceret, non p[illegible] ab ipſo haberi talis rei dominus pro ignoto: quapropter ſi quis abſque tali inquiſitione vſuram reſtituiſſet pauperibus, non ſatisfeciſſet præcepto de reſtituendo, (vnde inuento domino teneretur den[illegible] reſtituere, & ſibi ipſi [illegible] putare) qui ſic imprudenter alienauit alienū: & ſic patet, quòd vt quis p[illegible] dici omnino ignotus, oportet, quòd quàm accuratiſſima p[illegible]cedat inquiſitio veri domini. Nam ſi aliqualiter eſſet notus, puta, ſi audiſſet vſurarius [illegible] de ea illi villa, ciuitate, vel de tali familia, tunc deberet inquiſitio facienda de vero domino rei procedere ad vlteriora, vt particularis notitia haberetur de vero domino, vt prudens vir ſciret inquirere: Rurſus quando ſciri non poteſt dominus in particulari, [illegible] ſcitur quaſi ſub diſtinctione, quòd alicui iſtorum debetur, non [illegible] omnino ignotus dominus. Vnde debet eis dari, vel diſtribui eiſdē vel vt forte aliquis eorum illud reſtituendum accipiat, quando diuiſa res talis pluribus non pro[illegible]ſſet, & vnita aliquem releuaret & ne alicui eorum fiat iniuria, de eorum voluntate agendum eſt, quicquid fiet. & hæ[illegible] ſeruanda erit, ſi res per vſuras extorta, ac reſtitutioni obnoxia, eſſet parui valoris: ſed ſi res magni valoris eſſet, vt vſurarius in vtroque foro iudi[illegible] con[illegible], & conſcientiæ tutus eſſe poſſet, hanc ſequentem cautelam ſeruabit. Debebit vſurarius, etiam, vel per ſe, vel confeſſorem, vel alium prudentem, ac fidelem perſonā corā publica poteſtate curare, vt fieri debeat, q̄ di[illegible]nuſſima perquiſitio veri domini per bāna, vel [illegible] edict[illegible] proclamati[illegible] & penès ipſam publicam poteſtatem deponendum erit illud reſtitutioni obnoxium: ſi autem eius auctoritate, vel in p[illegible]es, vel [illegible] p[illegible]s v[illegible] diſpendatur, tunc reſtitutioni obnoxius tutus m[illegible] in vtroque foro: vnde ſi poſt modum verus dominus illius reperiatur, ad nihil reſtituendum poterit talis vſurarius compelli in vtroque foro.

Hæc concluſio, cum tali cautela, probatur triplici medio. Primò, enim, per argumentum in capitulo, Cùm tu, extra de vſuris. [Vbi præcepit Alexander Tertius, compellendos fore vſurarios extortas vſuras reſtituere eis, qui ſibi illas ſoluerant, vel illis mortuis) hæredibus eorū, vel eis non ſuperſtitibus, pauperibus,] hæc ibi. ex cuius canonis verbis arguitur, quòd idem erit faciēdum ſi is, qui ſoluerat vſuras, ignotus [illegible] vnà cum ſuis hæredibus, vt patet ad ſenſum, & hoc eis licere non ſimpliciter, ſed præmiſſa diligenti inquiſitione, vt quam

Vſurarius quando poſſit, & teneatur reſtituere pauperibus extorta per vſuram.

5 *Cautela, qua uti debebit uſurarius (ſi non reperiat ſuperſtites ſui mutuatarij a quo ipſe vſuras extorſit) volēs reſtituere; et res reſtituenda nō eſt magni valoris.*

6 *Cautela in caſu pdicto quando res reſtituēda, eſt maximi pretij.*

c. cū tu. extra de vſur.

quàm doctiſſimè,elicierunt infraſcripti Doctores adducendi in fauorem pręſentis concluſionis:immò idē probatur arguendo ab identitate rationis, &dico per argumentum in capitulo, Sicut dignum.§.eos inſuper, extra de homicidio,per quem textum apertiſſimè probatur noſtra concluſio vnà cum cautela ei addita·quoniā idem Alexander Tertius Exonienſi Epiſcopo ſcribens infraſcriptis vſus fuit verbis,videlicet:[Eos inſuper,qui dicuntur,illius ſancti viri,& ſuorum poſt mortem eius ſpolia occupaſſe, ſi nihil aliud in tanto facinore commiſerunt,à pœna mortis eius arbitramur eſſe immunes:ſed quę occuparunt,eis,quorum fuerunt,tenentur in integrum reſtituere, ſi habent in facultatibus,vnde poſſint ea reddere:& ipſis ex hoc moderata eſt pœnitentia iniungenda:quia licèt quædam ex ijs,quæ occupauerunt,fateantur ſe pauperibus erogaſſe,non,tamen,aliena(cùm ipſa potuiſſent eis,quorum fuerant,reſtituere)debuerunt pauperibus erogare]hęc in dicto §.per quem diximus ꝓbari noſtram concldſionem arguendo à ſimili:cùm idem iudicium ſit de reſtitutione facienda à fure,& ab vſurario quoad materiam reſtitutionis (vt fuit latiùs probatum in quæſtione vigeſima ſeptima,& vigeſima octaua.) Probatur quoque pręſens concluſio per argumentum in capitulo , Nemo qui. 14. quæſtione quinta,in quo Sancti Hieronymi ſententia fuit canonizata his uerbis,videlicet.[Nemo,qui rapit moriens,ſi habet vnde reddat, ſaluatur : ſi eos quorum fuit,inuenire non poterit,eccleſiæ , vel pauperibus tribuat.]Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate.Diuus,enim,Thomas in ſecunda ſecūdæ , quęſtione 62. articulo quinto , in reſponſione ad tertium. Caietanus in Commentariis 2.2.vbi ſupra, & cęteri Doctores citati in prima concluſione, ſe quàm libentiſſimè ſubſcripſerunt præſenti noſtræ concluſioni , & Panormitanus unà cum Gloſ.in dicto capitulo, Cum tu.quorum tamen opinio erit limitanda & gloſanda iuxta noſtram concluſionem,cùm licèt explicitè dictā cautelam ipſi Doctores non addiderint,ſed tantùm ſimpliciter dixerint, non ſuperſtitib legitimis hæredibus erogandas fore uſuras exactas pauperibus,tamen,ſententiæ ipſorum erunt intelligendæ cum grano ſalis,non enim,ita ſimpliciter hoc ipſi uoluerant intelligere ut iacet in litera, ſed iuxta allata in noſtra concluſione:cùm hoc ſit rationi conſentaneum : quoniam aliàs ſequeretur hoc abſurdum,quòd inde ipſi uoluiſſent poſſe reſtitui aliis,quā ei, à quo aliquid fuerat iniuſtè ablatum.& per conſequens,quòd negligentia eius,qui tenetur reſtituere,poſſet obeſſe iniuſtè ſpoliato: quod utique neque ſomniauerunt Doctores præ dicti:quapropter non erit ambigendū eos ſe ſubſcripſiſſe tacitè præſenti concluſioni & cautelæ ſeruandæ à tali uſurario . Probatur & tertiò hac ratione.Cùm onus reſtitutionis faciendę non remittatur (ſi fieret pauperibus)niſi fiat reſtitutio ei,cui debeatur,ſi inueniri poterit. Vt in capitulo,ex te.extra de iureiuran.& in capitulo , tua nobis fraternitas. extra de decimis,& in capitulo,Non eſt putanda, prima quæſtione prima , & eſt Gregorij Papæ.& in capitulo primo,14.quęſtione quinta,in quo refertur ſententia Diui Auguſtini(in libro de uerbis Domini ſermone 35.)dicentis. [Nolite uelle eleemoſinas facere de fœnore , & uſuris.] Idem habetur in capitulo ſecundo,tertio,& in capitulo,Neque,enim,& in capitulo, Denique, 14. quęſtione quinta,) indè patet, quòd quis , non poterit niſi poſt diligentem inquiſitionem , & obſeruantiam cautelæ propoſitæ in concluſione, uſuras extortas ſoluere,ac diſpenſare pauperibus, cùm unuſquiſque ſit tantummodò rerum ſuarum moderator,& rector,& non rerum , quæ ſunt aliorum. Aliam

rationem

c. ſicut dignū, extra de homicidio.

cap.Nemo,14. q.5.

S.Thomas. Caietanus.

Panor. Gloſ.

Ratio concluſ.

ca. ex te. extra de iureiuran

c.Tua nobis fraternitas, extra de decimis.

c.non eſt putāda.1.q.1.

rationem reperies infra in reſponſione ad ſubſequentia argumenta.

Impugnatur tertia concluſ.

Attamen licèt uериſſima ſit pręſens noſtra concluſio, tamen poſſet quis in ſurgere contra illam, dicendo, illam omnino falſam, & infraſcipto modo contra illam arguendo, videlicet.

Maior propoſ.

Obligationem reſtituendi extortum per uſuras, ius naturæ uniuerſos mortales, ſiue illi chriſtiani ſint, ſiue ſola lege naturæ uiuentes, docet

Minor propoſ.

At natura non docet, quod, ignoto dominio rei, obnoxius reſtitutioni teneatur talia ſoluere pauperibus, imò quod res illa tunc tranſeat in ius poſſidẽtis.

Concluſio.

Ergo uř dicendum, huiuſmodi extorta pro uſuras non reſtituendas fore pauperibus, ſi poſt diligentiſſimam inquiſitionem adhuc ignoretur uerus dominus illarum, à quibus per vſuram fuerant extortæ.

Maior propoſitio fuit probata in ſecunda quæſtionẽ, in qua probauimus, vſuræ exactionem eſſe prohibitam de iure naturali: cùm ipſo iure prohibeamur aliquid exigere à proximis noſtris, quod à nobis ipſis diſpliceret exigi: cùm vnuſquiſque vellet ſibi reſtitui vſuras extortas.

Inſti. de rerum diuiſione, §. feræ igitur beſtię

Minor probatur per textum in §. feræ, igitur, beſtiæ. Inſtitu. de rerum diuiſione, in quo inter alia hæc habentur, videlicet. [Quod, enim, ante, nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur] ex quibus verbis patet eliciendum fore: quòd quando dominus rei ignoratur, perinde ſit, ac ſi nullus ſit: cùm nõ ſit dare differẽtiam rationis, quare potius teneatur dare pauperibus, aut aliis, quàm ſibi illud pro tunc poſſidenti: eo quòd immò in tali caſu melior videatur conditio ipſiuſmet poſſidentis, quàm aliorum non poſſidentium: ergo videtur, reſtitutionem huiuſmodi alijs faciendam neceſſariam non eſſe.

Maior propoſ.

Præterea. Omne illud quod eſt conceſſum à iure naturę, non poteſt alicui prohiberi à iure canonico.

Minor propoſ.

At poſſidenti aliquid extortum per vſuras (non inuento domino eius) illud retinere ſibi, & non alteri tribuere eſt indultum à iure naturæ.

Concluſio.

c. cum tu extra de vſur.

Ergo tuta conſcientia poterit vſurarius ſibi retinere id, quod extorſit per vſuras, ſi poſt diligentem inquiſitionem verus dominus illius non reperiatur.

Reſponſio ad prædicta duo argumenta ſimul.

Nec obſtare videtur textus in dicto capitulo, Cùm tu. extra de vſuris: [in quo præcipitur reſtitutio facienda pauperibus, non ſuperſtitibus veris dominis vſurarum exactarum, vel eorum hæredibus.] Non (inquam) videtur obſtare: quoniam Pontifices ſummi non poſſunt annullare ea, quæ ſunt de iure naturæ conceſſa. ad huiuſmodi duo argumenta vnà cum Soto, vbi ſupra, quàm facillimẽ reſpondebo, dicendo, huiuſmodi incerta debita reſpectu ignotorum creditorum, ſi ius naturale tantum conſulueris, in vſus communes reipublicæ cedenda fore animaduertes. Nam cum vniuerſæ res traditæ, ſint in communi humano dominio à principio de iure naturali, vt probauimus in notabili primo præcedentis quæſtionis: quarum poſt modum diuiſio iure gentium facta eſt: Inde ſequitur, vt dum expectatus legitimo tempore dominus, non comparet, iterato veniant in vſum publicum.

7

Pauperes quare ſuccedũt hæredibus ignotis, quibus facienda eſſet reſtitutio.

At verò, quoniam Chriſti Vicarius toti Reipublicæ Chriſtianæ curam pauperum gerit, iure, & meritò potuit hæc bona quaſi communia Reipublicæ, pauperibus applicare, qui eiuſdem Reipublicæ ſunt egena membra: quapropter Alexander Tertius in dicto capitulo, Cùm tu. iuſſit pauperibus diſtribuendum taliter extortum deficientib. hęredibus veri domini, cui fuiſſet facienda reſtitutio. non (inquam) innitens propriæ voluntati, hoc fecit: ſed naturali, & diuino iuri: dicente Domino [quod

Luc. cap. 11. ver. 41.

ſupereſt, date eleemoſinam] cùm huiuſmodi bona redundare cenſeantur in

Rempublicam

Rempublicam. Quapropter ſciendum primò erit, quòd etiam in caſu noſtræ concluſionis, dominium rerum per uſuram extortarum non tranſit in pauperes, ac ſi creditorum hæredes eſſent. Sed dum iuſſu ſummi Pontificis ipſis illas reſtituendo dantur, quaſi creditoribus ſoluuntur ipſæ vſuræ: & tunc per huiuſmodi traditionem ipſi pauperes acquirunt verum dominium illarum rerum: quaſi Papa tunc domini veri nomine illis tribuat. Subſequitur inde & ſecundò, quòd dum Reſpublica in alios pios vſus illis debitis eguerit, ceſſabit tunc ius erogandi pauperibus: poteritque huiuſmodi per vſuram extorta in tales vſus conſumere, vt in concluſione annuimus. Cùm non potuerit ius poſitiuum iuri naturali derogare: ſed ipſum interpretari iuxta adducta.

Quarta concluſio.

Vſurarius pauper, vel habens pauperes conſanguineos auctoritate Epiſcopi, vel proprij confeſſoris, vel ſine talium conſilio, ſub pręcepto (benè, tamen, de conſilio) quicquid extorſit per uſurarum exactionem, tuta conſcientia poterit applicare ſibi (ſi pauper eſſet) vel conſanguineis pauperibus in eleemoſinam, ſi poſt diligentiſſimam inquiſitionem eorum, (à quibus illas ipſe extorſerat) veri domini talium rerum adhuc ignorentur, vel eorum hæredes quocunque nomine eſſent illi appellandi (vt in concl. 2. latiùs.) Quapropter facta dicta elargitione, vel applicatione, non tenebitur dictus vſurarius ad taliũ vſurarum nouam reſtitutionem, etiam ſi veniſſet ad pinguiorem fortunam, vel ſuperueniſſet notitia dominorum dictarum rerum (dummodo ſeruaſſet cautelas traditas in concluſione præcedenti:) quoniam in tali caſu ſub conſilio ſolùm ad reſtitutionem prædictorum teneretur, & non ſub præcepto. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per argumentum in c. cùm tu. extra de vſur. in quo canone Alex. 3. [p̃cepit reſtitui vſuras pauperib. nullo ſpecialiter nominato paupere,] intẽdens proculdubio includere ipſos vſurarios, (ſi tales forent) quod videtur etiam elici per id, quod ibidẽ ipſe ſubdit dicẽs, [q; ſi vſurarius nõ haberet in facultatib. vnde reſtitueret extorta per vſurã, nõ eſſet aliquo modo compellendus ad talem reſtitutionem, nec moleſtãdus, cũ ipſa nota paupertas eum excuſet] quaſi diceret, cùm ſupra dixerim ipſum cõpellendum fore ad reſtituendum pauperib. non ſuperſtitib. hæredib. creditoris, cùm, tamen, ipſe inter pauperes connumerandus, forſan, eſſet propter ſuã notam inopiam: nec moleſtandus erit, cùm non ſit peioris conditionis, quàm reliqui pauperes, quib. teneretur (loco dñorum) reſtituere taliter per vſuram extorta, (vt latiùs probabitur per afferenda in ratione præſentis concluſionis.) Idem probatur per arg. in c. ſicut dignum. §. eos inſuper. extra de homic. cuius tenor verborum fuit relatus in probatione concluſionis præcedentis, dixi per arg. dicti tex. quia noſtra concluſio per ipſum probatur arguendo à contrario ſenſu (cùm in iure argumentum à contrario ſenſu ſit fortiſſimum) eo quòd in dicto tex. non fuerunt iuſſi denuò reſtituere proprijs dominis illarum rerum iniuſtè occupatarum, ſolùm pro eò, quòd reſtituerant pauperib. loco dominorum: ſed quia prætermiſſis cognitis dominis, ipſi reſtituerãt pauperib. bona aliena: quod non eſt in caſu noſtro. Vnde copulando ſeu concordando tex. in d. c. cùm tu. cum d. c. ſicut dignum, dicemus, quòd id, quod conceſſit explicitè in caſu nr̃æ concluſionis tex. in d. c. cũ tu. idẽ indulſit implicitè tex. in d. c. ſicut dignũ. §. eos inſup: arguẽdo in verbis eius à cõtrario ſenſu (vt diximꝰ in p̃cedẽti cõcl.) Probat̃ inſup nr̃a cõcluſio, & ſcd̃ò auctoritate Doct. Diuus. n. Tho. ĩ 2. 2. q. 62. ar. 5. ĩ reſp. ad 3. nr̃am cõcluſionẽ amplectẽdo (tanq̃

8

Vſurarius pauper quãdo ſibi, aut pauperibus conſanguineis poterit reſtituere vſuras extortas.

c. cùm tu, extra de vſur.

c. ſicut dignũ, extra de homicidio.

Concordia notab. tex. in cap. cùm tu, extra de vſur. cũ tex. in cap. ſicut dignum, extra de homici.

S. Thomas.

rationabilem) vſus fuit verbis generalibus complectens omnes pauperes, nolens aſtringere obligatum ad reſtituendum ignoto, ad deponendum rem reſtitutioni obnoxiam in manu Epiſcopi, aut ipſam teneri reſtituere tali, vel tali pauperi iuxta conſilium Epiſcopi, vel confeſſoris ſui: ſed ſimpliciter: volens inſinuare nobis reſtitutionem huiuſmodi per manus eius fieri poſſe, qui tenetur reſtituere non ſolùm pauperibus extraneis, vel conſanguineis: verùm etiā ſibimet vſurario, excluſo omni dolo vel fraude, ſi realiter deueniſſet ad paupertatem ferè extremam: licèt nonnulli infraſcriptorum Doctorum dicant, faciendam fore huiuſmodi reſtitutionem arbitrio Epiſcopi, vel proprij ſacerdotis, quorum opinio eſt interpretanda (vt docet Sotus infrà loco citando) de conſilio vt dixi in concluſione. Infraſcriptis, enim, vtuntur verbis infraſcripti Doctores, videlicet, Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexageſima ſecunda, articulo quinto, in reſpōſione ad tertium, qui dixit: ſi ille, cui debet fieri reſtitutio, ſit omnino ignotus, debet homo reſtituere ſecundum quod poteſt, ſcilicet, dando in eleemoſinas pro ſalute ipſius, ſiue ſit mortuus, ſiue ſit viuus, præmiſſa, tamen, diligenti inquiſitione de perſona eius, cui reſtitutio erit facienda. Petrus à Palude in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda, articulo quarto, his verbis vtitur, videlicet. Quando incertum eſt, & tunc facta diligenti inquiſitione, pauperibus dandū eſt. Alio, enim, modo non poteſt meliùs proficere illi, cuius eſt, cuius nomine dandum eſt, non reſtituentis. Meretur, tamen, iſte reddendo debitum nomine ſuo, & ille cuius nomine elargitur eleemoſina, quæ facienda eſt arbitrio Epiſcopi, vel præsbiteri. hæc Paludanus, Caietanus in Commentarijs ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexageſima ſecunda, articulo quinto, in reſponſione ad tertium arg. loquens de materia noſtræ concluſionis infraſcriptis utitur verbis, videlicet. Quoad id, verò, quod ſequitur, quando dominus eſt ignotus: Vide in litera, quòd debet ei reſtitui eo modo, quo poteſt, ſcilicet, erogando illud, nomine illius, pauperibus Chriſti: ſic, enim, redditur bonum utile, ut ſit vtile ſpiritualiter, quod non poteſt illi reddi, vt ſit vtile corporaliter, vel ſpiritualiter ad arbitrium domini. Et hinc habes ſolutionem quæſtionis. Quid agendum eſt de inuentis caſu habentibus dominum, quando dominus eſt omnino ignotus. Dico, autem, habentibus dominum: quia de inuentis diſtinguendum erit inferiùs in quæſtione ſexageſima ſexta. Debent, enim, hæc erogari pauperibus. Et cùm ipſe inuentor non ſit deterioris conditionis ex hoc, quòd inuenit, poteſt ſibi ipſi (ſi pauper eſt) non autem minus quàm alteri applicare eleemoſinabiliter ſicut is, cui commiſſa eſt diſtributio aliquarum eleemoſinarum poteſt ſeipſum computare in numero pauperum (ſi pauper eſt) & diſtribuere proportionabiliter ſibi, ſicut alij, ſecundum auctoris doctrinam ſuperiùs habitam à S. Thom. in 2.2. quæſtione 32. artic. 9. in reſponſione ad tertium argumentum, hæc Caietanus. Dominicus, autem, à Soto in libro quarto de iuſtitia & iure, quæſtio. 7. artic. 1. colum. 10. in ver. Vtilior, autem, erit reſponſio, infraſcriptis verbis utendo noſtram approbauit concluſionem, videlicet. Vtilior autem erit reſponſio, vtrum ipſe, qui habet ęs ignoti domini, poſſet ſibi partem capere, dummodo ſit pauper, vel ſuis conſanguineis & familiaribus pauperibus elargiri. Caietanus quidem id abſolutè affirmat.

S. Thomas. Pet. Pal. Caietanus. Dominicus à Soto.

Ego, verò, abſque temperamento non auderem; ſi enim hanc facies vnicuique licentiam, illicò ſibi ſuiſque paupertatem pro ratione ſui ſtatus, (vt aiunt.) Igitur, ubi neceſſitas non fuerit patentiſſima,

& clariſſima

& clariſſima, nemo tutò poteſt ſibi vſurpare id, quod reſtituere debet: licèt poſſit reſtitutionem differre: at ſi cogitat ſibi capere, id debet facere authoritate Epiſcopi, aut ſui parrochiani curati, aut confeſſoris, (ſi prudens eſt) & ſapiens: Idque fieri licebit, quando grauiores aliæ miſeriæ pauperum nō ſe oculis obijciant. Quando, verò, auctoritate prælati ſibi eleemoſina (ex ijs, quæ debebat) applicatur, verè fit eius dominus: neque veniēs in pinguiorem fortunā id amplius tenebitur reſtituere. Hæc ille. Syluester in verbo, reſtitutio. 8. per totum multis rationibus, argumentis, & auctoritatibus noſtram amplectitur concluſionem: licèt nullam mentionem faciat de uſurario paupere reſtituente ſibimet, vt pauperi, auctoritate prælati: Sed ſolùm pauperibus: Vnde patet ipſum tacitè ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni. Syluest.

Sciendum, quòd Scotus ſe ſubſcripſit quoque præſenti concluſioni in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. art. 4. §. De quarto, ſcilicet, cui, in verſi. ſi quæras per manus. Vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet, ſi quæras per manus cuius debet reddi pauperib. Reſpondeo, Non inueni, quis neceſſariò ſit determinatus mediator in diſtribuendo iſta pauperibus. Dicit unus Doctor, quòd confeſſor, uel aliquis, de cuius fidelitate credat. Videtur mihi, quòd per ſeipſum, conſilio, tamen, alicuius boni viri poteſt illud diſtribuere pauperibus: quia tali mediatori poſſet dare, vt reſtitueret, de cuius fidelitate præſumeret: & tamen, iſte ſibi ipſi applicaret, vel alijs uſibus quàm deberet: vnde ubi lex diuina, vel eccleſiaſtica non ligat perſonam: ſequenda eſt ratio naturalis: illa, autem, dictat magis, quòd perſona, quæ tenetur, reſtituat pauperibus per ſe ipſam quàm per aliam: licèt non excludendo conſilium alterius boni viri, ſed includendo. hæc ille: ex cuius verbis patet, ipſum explicitè ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni quoad omnia membra eius, præter duo, ſcilicet, quoad reſtituendum ſibi, ut pauperi, & quòd ſuperueniente pinguiore fortuna non teneatur: tamen, Doctorem eundem hæc non negaſſe ex ipſius verbis elicitur, cùm pateat ad ſenſum, quòd ſicut liberatur reſtituēdo pauperi extraneo: ſic, & ſibi ut uerè pauperi: Vt docuerunt explicitè prædicti Caietanus, & Sotus, quos ſequutus fuit explicitè Frater Ioſeph Angles, vbi ſupra in ſexta difficultate, vnica concluſione, qui & hoc probat hac ratione, videlicet. Nam ſi alius teneretur dare pauperibus, ego poſſum conſulere, vt mihi pauperi daret, cur non potero mihi retinere? hoc eſt intelligendum ſine dolo, & fraude. Hæc ille: ex cuius verbis patet neceſſariò, obſeruandum non eſſe quod dixit Sotus, ubi ſupra, ſcilicet, pauperem reſtitutioni obnoxium tunc ſibi retinere poſſe id, quod fuiſſet reſtituturus, quando miſeriæ maiores pauperum eorum obtutibus non obuiarent: tum quia ſupra adducti Doctores ad hoc non compellunt reſtitutioni obnoxium, nec alio iure hoc probatur: vt quàm elegantiſſimè probauit Nauarrus in ſuo manuali. capitulo decimo ſeptimo, numero 171. loquens de caſu ſimili, ſcilicet, inuentoris: infraſcriptiſque vtens verbis, videlicet. Quòd ſi per debitam inquiſitionem non apparet quis perdidit, vel cuius eſt, pauperibus reſtituendum eſt. argumento capituli, Cùm tu. extra de vſuris, & ſi inuentor eſt pauper, poteſt ſibi totam, aut partem illius retinere tanquàm unus ex eis, ſaltem, ex conſilio confeſſarij.

Scotus. | Ioſeph Angles | Ratio alia præſentis concluſ. | Nauarrus.

Adde, quòd notandum eſt verbum illud Nauarri, ſaltem, ex quo elicitur, ipſum abſolutè tenere, quòd ſine conſilio fieri poſſet: ſed quòd tutiùs erit, vt fiat cum eius conſilio. Sequitur Nauarrus dicens,

Verbis alijs in alia materia ſimili. in eodem manuali. capitulo vigeſimo quinto, numero 123. (loquens de beneficiato pauperi obligato ad reſtitutionem fructuum beneficij propter non recitatas horas canonicas, iuxta ſtatutū concilij Lateranenſis ſub Leone Decimo, ſeſſione decima nona, §. ſtatuimus. & ex trauagan. Pij Quinti, quas ipſe ibidem retulerat in num. 122.) ait ergo, quòd dictus beneficiatus poteſt ſibi retinere dictos fructus, ſaltem, de conſilio confeſſoris, ſibi (inquam) tanquàm pauperi. vt docet Bal. in l. Id, quod pauperib. quæſtione vigeſima ſecunda, C. de epiſcopis, & clericis, Calderinus, conſilio trigeſimo nono, de teſtamentis Anchar. in conſilio 64. incip. Domina Apollonia. ſequitur, tamen, vbi ſupra, idem Nauarrus. caueat, tamen, ne à ſua ipſius cupiditate falſus debitam inquiſitionem omittat, & pauperiorem quàm ſit, ſe ſibi perſuadeat, argumento capituli, Quatuor. quarta quæſtione tertia. Maior. in 4. diſtinctione 15. quæſtione octaua, & idem Nauarrus, in eodem. capitulo 17. numero 93. clarioribus verbis vtens. Idem dixit, videlicet. Quod ſi reſtitutioni obnoxius eſt pauper, poteſt ſibi totum, aut aliquam partem de conſilio Epiſcopi, aut confeſſarij, tanquàm vnus ex pauperibus: neque eſt neceſſe iniungere ei onus orandi, vel alia pia faciendi pro animabus eorum quibus reſtitutio debebatur, quæ neceſſe non eſſet alijs operibus iniungere: Addimus, etiam', quòd licèt pientiùs eſſet pauperiores eligere, & ex his cæteris parib. meliores, vt in capitulo, eſt probanda, & in capitulo, Non ſatis, diſtinctione octuageſima ſexta, non tamen eſt neceſſe, quia nulla lege, aut ratione id conuincitur. Per pauperes verò intelligimus non ſolùm perſonas pauperes, ſed etiam eccleſias, monaſteria, ornamentis, luminaribus, ædificijs, & aliis ſimilibus indigentia, aut alia opera pia ſecundum Ioannem And. communiter receptum in capitulo primo, de teſtamentis, libro ſexto, quia redditus eccleſiaſtici æquè, aut magis, quàm hæc incerta pauperibus debentur. capitulo, Aurum. duodecima quæſtiona ſecunda, & capitulo finali, decima ſexta quæſtione prima. Immò, & pauperes intelliguntur non ſolùm mendicantes: ſed etiam alij egentes iis, quæ ſunt eis ad decentiam neceſſaria. Hæc Nauarrus, vbi ſupra: ex his, ergo, patuit veritas noſtræ concluſionis, & vera intelligentia eorum, quæ dixerunt Doctores ſupra adducti, & qui paulò poſt erunt adducendi, licèt non omnia ipſi explicitè dixerint, quæ in noſtra rationabili concluſione adduximus. Riccardus quoque à media villa noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni (in quarto ſententiarum, diſtinctione 15. articulo quinto, quæſtione quarta, in reſponſione ad ſecundum) dicens vnumquemque reſtitutioni obnoxium incognito domino, poſſe reſtituere pauperibus conſilio ordinarij, vbi hoc eſſet conſuetum: quoniam aliàs per ſemetipſum poſſetcùm hoc iure ſcripto non caueatur, ſi hoc faciat fideliter, & de conſilio bonorum. hæc ille; qui licèt explicitè non ſe ſubſcripſiſſe videatur præſenti concluſioni, tamen, implicitè ipſum fuiſſe eidem per ſe patet, ipſius ſententiã interpretando, iuxta interpretationem factam circa ſentẽtiam Scoti, vbi ſupra, Nicol. de Orbel. in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. tit. de reſtitutione. §. 20. referens, ac ſequens ſententiam Diui Thom. & Scoti ſupra relatam. Gabriel Biel in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. dub. 3. & 4. per totum, vbi ſequitur, & amplectitur ſententiam S. Thom. & Scoti, & illam tuetur multis rationibus ac auctoritatibus: ſed in eadem diſtinctione, & quæſtione dubio quinto referens talem quoque eſſe ſententiam Franciſci de Platea in tractatu de reſtitutione: ferè omnibus verbis noſtræ concluſionis vtitur, & ipſam approbat.

5 Pauperum appellatione quando ueniant eccleſiæ monaſteria, & alia loca pia.

Riccardus.

Nic. de Orbel.

Gabriel Biel.

Franciſcus de Platea.

Probatur

Probatur & tertiò præſens noſtra concluſio hac ratione, videlicet. Cū nullo iure cautum ſit, vſurarium, aut furem reſtitutioni obnoxium ignoto domino rei per vſuram extortæ, teneri ad reſtituendum per manus alienas: ſed tantùm, vt pauperibus eroget rem ipſam (vt fuit probatum) inde ſequitur, quòd ſicut is, cui fuit commiſſa diſtributio alicuius eleemoſinæ in pauperes, ſi huiuſmodi diſtributor eſſet pauper, poſſet tuta conſcientia illam ſibi (vt pauperi) tribuere, illamque pro ſe retinere, ac ſi ſimpliciter ſibi eleemoſinaliter res illa à domino rei tradita fuiſſet, vt docet Diuus Thomas in 2. 2. quæſt. 32. articulo nono, in reſponſione ad tertium, & ibidem Caietanus latiùs in Commentarijs. Sic, ergo, & in caſu noſtro, vt optimè ꝓbauit Caietanus ſupra adductus, cùm melior ſit cõditio poſſidentis, vt patet ad ſenſum: remota omni fraude, & dolo: vt diximus. Ratio concluſ. S. Thomas.

Attamen, licèt ueriſſima ſit præſens concluſio, & probata multis auctoritatibus, nihilominus poſſet quis inſurgere contra ipſam, dicendo ipſam falſam: quoniam duo falſa includere videtur. Primo impugnatur concluſio hęc quarta.

Primum quorum eſt: quoniam verum non eſt, quòd aliquo iure nõ ſit cautum, quòd reſtitutioni obnoxius ignoto domino, teneatur per manus Epiſcopi reſtituere.

Secunda falſitas in concluſione adducta, eſt, quoniã falſum eſt, quòd pauper, qui eſt reſtitutioni obnoxius, poſſit eleemoſinaliter ſibi, vt pauperi, erogare rem extortam per vſuram, retinendo ipſam: & quòd hæc duo ſint falſa, ꝓbabitur: & primò quoad primam falſitatem propoſitam, dico hoc probari triplici medio, & quoad ſecundã duplici quoque medio arguendo à ſimili: quoad primam, ergo, falſitatem: dico hoc probari primo per text. apertiſſimum in cap. cùm ſit. extra de Iudęis, in quo inter alia hæc habentur, videlicet, quòd Iudęis officialib. ſuper Chriſtianos, tandiu Chriſtianorum cõmunio in commercijs, & alijs denegetur: donec in uſus pauperum Chriſtianorum ſecundũ prouidentiam diœceſani Epiſcopi conuertatur quicquid fuerit à Chriſtianis adeptum ratione dicti officij hæc in dicto canone: ex cuius verbis ſumendo argumentum à ſimili videtur dicendum, dictam reſtitutionem faciendam neceſſariò ab vſurario pauperib. cum interuentu, ac conſenſu Epiſcopi. Hoc idẽ probatur auctoritate Hoſt. in ſumma titu. de pœniten. & remiſſ. §. Quibus, & qualiter, à quibus. nu. 61. in ver. Quid ſi nõ poteſt reperiri dominus, & rurſus idem Hoſt. in d. c. cùm ſit. qui ibi attulit tres rationes talis impugnationis. Prima quarum eſt, quia ſi inferiores clerici poſſent diſpenſare, ſæpe ſibi acciperent, ac ad propriam vtilitatem illa expenderent. Secunda: quia in maiorib. adhibenda eſt prouidentia Epiſcopi, vt in c. Ad hoc. ext. de off. Archi. Tertia ratio eſt, quia Epiſcopus habet curam omnium eccleſiarum ſuæ dięceſis: & cunctorum ſpiritualium (vt in c. regẽda. 10. q. 1. Vnde tota dięceſis dicitur eius parochia, vt in c. 1. ext. de raptor. Videtur quoq; dicta impugnatio nr̃æ concluſionis impugnari hac rõne, videlicet. Cũ huiuſmodi bona extorta ꝑ vſurã ab ignoto dño ſint reſtitutioni obnoxia, pauperib. fideliter diſpẽſanda ꝓ ſalute animarũ dñorum dictorũ bonorũ (vt fuit probatũ, & patet ad ſenſum) cũ rõni valde cõſentaneũ ſit, ꝙ ſaltẽ ei bonũ ſpũale procuretur per reſtitutionẽ boni tẽporalis, cui nõ põt ꝓcurari bonũ tẽporale ſibi debitũ: Vnde vr̃, ꝙ dicta bona eo ipſo ſint ad diuinũ cultum, & ſubuentionẽ pauperũ ordinata. Sed cũ ſolus eccleſiaſtic⁹ ꝓlat⁹ ſit rector, & moderator diuini cult⁹, ac pr̃ pauperũ, & diſpẽſator rerũ diuino cultui ordinatarũ: iõ ſm iudiciũ eius incerta debita ꝑ eũ c. cùm ſit, extra de Iudęis. Hoſtien. Ratio impugnationis.

ca. Diuinæ, diſtin. 87.

diſpenſanda ſunt. Vnde in capitulo, Diuinæ, octuageſima ſeptima diſtinctione, habetur, quòd Gelaſius Papa ſcripſit Honorio Epiſcopo, dicens, [Diuinæ retributionis memor ad pontificalem conſcientiam non ambiges pertinere, egentium commodis piam ſollicitudinem non negare.]

Secundò impugnatur concluſio prędicta.

Secundò arguitur ſic contra concluſionem noſtram arguẽdo à ſimili, hoc modo, videlicet, ſi vſurarius pauper reſtitutioni obnoxius pauperibus ratione ignoti domini rei extortæ per vſuram, poſſet ſibi (vt pauperi) tribuere, ſequeretur, quòd recipiens ab alio quantitatem aliquam pecuniæ, vel rerum diſtribuẽdarum cuicunque, talis recipiens mallet, & poſſet huiuſmodi bona diſtribuenda ſibi applicare, & non poſſent repeti ab eo, qui hoc ei mandauerat: ſed conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens. & quòd conſequens ſit falſum, ꝓbatur per textum in l. ſi mandauero, §. ſi tibi centum. ff. mandati, vel contra: in qua lege hæc habentur, videlicet. [Si tibi centum dedero, vt ea Titio dares, tu què non dederis, ſed conſumpſeris, & mandati & furti teneri Proculus ait: At ſi ita dederim, vt ſi quæ velles, dares, mandati tantummodo] hæc in dicto §. ex cuius verbis videtur, vſurarium pauperem ſibi applicantem uſuras extortas ab ignoto domino, pauperibus erogandas, teneri ad reſtitutionem tanquam egrediens fines mandati & tanquàm fur, cùm contrectauerit rem alienam in uito domino, vel ſaltem, inuito diſpenſatore domini veri, qui in tali caſu eſt ipſa eccleſia hoc ſtatuens, vt in capitulo, Cùm tu. de vſuris. ſæpe adducto, ac per conſequens videtur, noſtram concluſionem fuiſſe falſam, cùm in ſe contineat duo falſa prædicta vt fuit ſupra latiùs probatum.

l. Si mandauero, ff. mandati, vel contra.

c. cum tu, extra de vſuris.

His non obſtantibus noſtra concluſio veriſſima eſt, & apparebit etiam omnibus ex reſponſionibus ad ſupra adductas ambas obiectiones.

Reſponſio ad primam impugnationem cõcluſionis quartæ, & ad tex. in d. c. cùm ſit, extra de Iudęis.

Ad primam, ergo, obiectionem reſpondendo, ad vnamquamque obiectionis particulam, vt gradatim ſatiſfaciam tribus illis medijs, quibus videbatur impugnatio probari, & primo ad textum in dicto capitulo, cùm ſit. extra de Iudæis, dicendum erit vnà cum Biele vbi ſupra, quòd ſi ponderentur verba textus illius, maxima apparebit differentia inter caſum noſtrę concluſionis & caſum, de quo ſermo ibi habetur: & per conſequens, cùm in utroque non militet eadem ratio, neq; idem ius erit: & quòd non militet eadem, ratio: patet quoniam in dicto capitulo, habetur ſermo de Iudæo conſtituto in officio ſuper Chriſtianos, de quo non poteſt prę ſumi, quòd ipſe fideliter diſtributurus ſit extorta, ratione officij, à Chriſtianis, ipſis pauperibus Chriſtianis: Vnde, igitur, meritò de infidelitate ſuſpectus habendus erit: tũ quia ipſi noſtri ſunt inimici, cùm, & domini Ieſu ſint, eo quòd qui ſibi bonus non eſt, cui bonus erit? ſi enim ſibi boni eſſent, conuerterentur vtique ad fidem, & ad obſeruantiam diuinorum prę ceptorum: & non ita inhiarent humanis lucris, ne dicam, rapinis: quapropter optimè decreuit dictus canon, reſtitutionem talium faciendam fore per manus ordinarij, ſecundum ſuam prouidentiam: Cùm, ergo, non ſit talis ſuſpitio in vſurario Chriſtiano pœnitente, patet eſſe non debere eandem rationem nec militare huiuſmodi conſtitutionem: quod, & probatur per textum in capitulo, Cùm tu. extra de vſuris. In quo præcipitur reſtitutio vſurarum extortarum ab incognitis dominis, loco eorum pauperibus facienda: cùm non addatur ibi per manus quorum fieri ipſa reſtitutio fieri debeat, patet hoc reliquiſſe voluntati ipſius vſurarij (vt probauimus in præcedenti concluſione tertia,) idem probatur per textum in capitulo, ſicut dignũ, §. eos inſuper, extra de homicidio, ſumendo argumentum à contrario ſenſu

c. cùm tu, extra de vſur.

(cuius

(cuius verba retuli in dicta tertia concluſione,) & hoc idem elicitur ex textu capituli penultimi, decima quarta quæſtione quinta, in quo refertur ſententia Diui Auguſtini dicentis[eum facere de malo bonum, qui aliena occupata reſtituit:] & clariùs in capitulo, Quia plerique extra de immunitate eccleſ. in quo [præcipitur, malè extortum reſtituendum fore pauperibus nulla facta mentione quòd per manus diœceſani fiat. quod & fatetur Innocentius in dicto capitulo, Quia plerique, quando dominus rei reſtituendę ſit ignotus. Hoc idem probatur per textum in capitulo, tua. extra de teſtamentis, arguendo à ſimili, in quo Gregorius Nonus ſcribens Homonenſi Epiſcopo [præcepit, fore compellendos executores teſtamentorum ad bona ipſa legata ad pias cauſas fideliter & plenariè expēdenda,]& non præcepit, vt huiuſmodi bona ſint aſſignata loci Epiſcopo, ab ipſo diſpenſanda: ergo nec vſurarij compellendi erunt ad reſtituenda bona extorta per vſuras per manum Epiſcopi, dummodo ipſi reſtituant pauperibus, prout fuit ſtatutum in capitulo, Cùm tu. extra de vſuris. Archidiaconus eruditiſſimè hoc idem probat in capitulo ſecundo, de teſtamentis in ſexto, vnà cum gloſis dictorum iurium, Panormitanus etiā ſe ſubſcripſit (in dicto capitulo, Cùm ſit. extra de Iudæis) noſtræ reſponſioni ad dictum argumentum primum, ſequens prædictam ſententiam Archidiaconi, qui Doctor poſtquàm recitauit ſententiam Ioannis Andr. in dicto capitulo dicentis, quòd antè factum, (ideſt, antequàm reſtitutio fuerit facta) tenenda eſt opinio Hoſtien. quia ſecundum Archidiac. eſſet facile vnicuique euitare reſtitutionem, dicendo ſe reſtituiſſe. Nec obſtat ſi diceretur, quòd debet probare, quia non poteſt ſemper dando denarium pauperibus adhibere notarium: & vt experientia docet, pauper, qui recipit decem ſolidos, fatetur ſe recepiſſe decem libras: ſed ex poſt facto ubi in veritate quis tenebatur reſtituere, non apparet ratio, quare non debeat eſſe liberatus. Hæc ille. dicitquè, Panormitanus, quòd Federicus conſilio trigeſimo ſecundo, fuit ſequutus opinionem Hoſtien. & quòd nihil boni allegauerit. Calder. in capitulo, Cùm ſit. extra de Iudæis. Sequitur ſententiam Archidiaconi. Ipſe, autem, Panormitanus ibidem in verſ. ſed circa hanc varietatem. dicit, quòd nullus textus facit mentionem de Epiſcopo, niſi iſte, ſcilicet, in dicto capitulo, Cùm ſit. & quòd ſi ipſe benè pōderetur, nō dicit, quòd Epiſcopus debeat reſtituere: ſed quòd ſecundum prouidentiam ſuam fieri debet diſtributio: & ideo dicerem (dicit Panormitanus,) quòd diſpenſatio ablatorum debet fieri per eum, qui tenetur reſtituere, vel per eum, de quo ſibi prouidit: ſed ſecundum conſilium, & prouidentiam Epiſcopi: & ſic ſaluantur omnes opiniones & euitantur abſurditates. Nam intereſt obligati vt fiat reſtitutio realiter, & intereſt Epiſcopi, qui eſt pater pauperum. Nam obligatus reſtituere non dat propria auctoritate, & ſic non poteſt diſponere ad libitum ſuum: ſed reddit quod reddere tenetur: Cùm, ergo, debeat fieri reſtitutio in pauperes, debet habere conſilium, & prouidentiam illius, qui eſt pater pauperum. hęc ille, vbi ſupra. quam, tamen, ſententiam paulò poſt moderatus fuit(ibidem in ver. Item poſſet dari,) dicēs. Item poſſet dari alia ſatis æqua diſtinctio per quam ſaluetur mens omnium opinionum: Vt vbi de ablatis non conſtat niſi per confeſſionem factam in foro pœnitentiæ, tunc creditur ſibi, ſi dicat ſe reſtituiſſe: quia in pœnitentia de omnibus creditur confitenti. vt in capitulo, ſignificaſti, extra de homicidio, & ſic euitantur abſurda Ioannis Andr. Aut conſtat in iudicio, ſeu publicè de ablatis, & tunc reſtitutio fiat ſecundum conſilium Epiſcopi, quia non debet

c. pen. 14. q. 5.

c. quia pleriq;. extra de immunitate eccle.

Federicus.
Cal.
Panor.
Reſponſio ad auctoritatē Hoſtien. & ad ſuas rationes.

9

Reſtituere obligatus pauperibus illud non tenebitur per manus alienas, ſed poterit proprijs manibus, & alienis illud elargiri, & quando.

10

Confitenti ſacramentaliter fides adhibēda eſt pro ſe & contra quoad ea quæ ibi dicuntur ſine alterius, praiudicio.

c. Significaſti, extra de homi.
Optima diſtinctio.

c. Quanquam, de vſur. in

bet credi aſſerenti ſe reſtituiſſe.argumentum in capitulo,Quanquam, de vſuris in ſexto,& ſicut publicè cõſtat de ablatione,& extorſione, ita publicè conſtare debet de reſtauratione.argumentum in capitulo primo, extra de pœnitentiis,& remiſſionibus,hæc Panormitanus, cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit Auguſtinus Berous in capitulo, Quia in omnibus, extra de vſuris. numero trigeſimo octauo.

Reſpõſio ad rationem, qua videbatur dicta impugnatio fulciri.

Ad rationem, verò, qua fuerat primum argumentum probatum contra noſtram concluſionem,reſpondetur, quòd quamuis Epiſcopus dicatur procurator pauperum:nõ ſequitur inde, quòd reſtitutio fieri ſemper debeat per manum ipſius,ſed benè,quòd procuretur facienda,& compellatur reſtitutioni obnoxius ad ipſam faciendam:cùm ſit proprium procuratoris ſolùm procurare vt aliquid fiat ab eo,qui ad illud ſoluendum parti tenetur aliquo iure, vt patet ad ſenſum:& non,quòd omnia quæ facienda ſunt ab eis(cõtra quos procurator eſt conſtitutus)fieri debeant per ipſum procuratorem, licèt poſſit de per ſe procurare bonum pauperibus elargiendo de ſuo patrimonio,ipſum diſtribuendo pauperibus manu propria, cùm vnuſquiſque ſit moderator,& rector propriæ ſuæ rei:nec obſtat, quòd ipſe Epiſcopus dicatur etiam diſpenſator rerum datarum eccleſiis,quoniam non inde ſequitur,quòd Epiſcopi ſint diſpenſatores omnium,quæ ſecundum Deum ſunt in diuinum cultum,& in pauperes erogãda:ſed ſolùm eorum,quæ iã ſunt in diuinum cultum ordinata:vt ſunt eccleſiarum redditus,& huiuſmodi(vt benè docuit Gabriel Biel vbi ſupra.)Nam ſi eſſent diſpenſatores omnium erogandorum: ſecundum hoc eſſent diſpenſatores omnium ſuperfluorum, quæ diuites ex diuino præcepto tenentur pauperibus erogare: ſecundum illud. [Quod ſupereſt,date pauperibus.Vnde Angelus in ſumma,titulo de reſtitutione,tale cõſilium dedit dicens,ſi habetur Epiſcopus talis conditionis, qui redditus ſuos diſpenſet in pauperes,reſeruata ſibi ſolùm neceſſitate,tunc tales habentes diſpenſare incerta,non debent hoc facere ſine eius conſilio & auctoritate,quia præſumendum eſt,quòd nouit meliùs pauperes,quàm alius aliquis : ſi verò ſit talis Epiſcopus,qui de pauperibus nihil curat: ſed potius de pompis, aut ſtatu,aut ſublimatione ſuorum conſanguineorum : tali non ſunt danda talia incerta:quia qui talia ei daret,non eſſet tutus in conſcientia:ſed ipſe ea diſpẽſet,vel videat quomodo diſpenſentur.& huic rationi ſatis concordant Doctores adducti in probationem præſentis concluſionis: quapropter per ſe patet noſtræ concluſionis veritas:non obſtante prima impugnatione.

Reſpõſio ad ſecundam obiectionem.

Ad ſecundam obiectionem reſpondetur vnà cum Caietano in Commentarijs ſecunda ſecundæ,quæſtione trigeſima ſecunda,articulo nono,quòd nõ valet illa conſequentia:& ad textum in dicta l.ſi mandauero.§. ſi tibi centum. ff.mandati,dicitur,quòd uerba legis ſunt intelligenda formaliter, ſi, ſcilicet, ipſe diſtributor non vt diſtributor conſtitutus à principali applicaret ſibi ipſi pauperi,vt alteri,ſed ſi abſolutè conſumpſiſſet: ſi, enim, vt diſtributor paupertatis propriæ intuitu hoc fecit, iam mandatum impleuit dando cui vult, ratione duce,quæ ipſum non deterioris conditionis eſſe dictat ex hoc, quòd eſt diſtributor,quàm ſi non eſſet: ſtat ergo ſolidè literæ doctrina,quòd diſtributor poteſt intuitu paupertatis ſeipſum inter pauperes computare, ſi verè talis eſt:& abſque omni fraude tantùm ſibi diſtribuit, ſicut ſibi ſimilibus diſtribuit:Debet,enim,ſe vt extraneum computare,& in perſona donãtis diſtribuere,hæc Caiet.vbi ſupra.

Quæſta

Quinta concluſio.

Vſurarius tenetur reſtituere rem extortam per vſuram ei, à quo extorſit: licèt verus dominus illius non fuiſſet, dummodo iuſto titulo poſſediſſet: vt titulo commodati, locati, impignorati, ſeu depoſiti. Vel ſi fuiſſet diſpenſator dictæ rei, vel illius adminiſtrationem habuiſſet à vero domino ipſius rei ſibi conceſſam. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per argumentum in l. Is cuius. la ſecunda, ff. de furtis. vbi dicitur, quòd [ſi res ablata fuerit ab eo, qui eam locauerat (licèt verus rei dominus non ſit) habet actionem furti contra eum, qui abſtulit.] Dixi per argumentum, cùm ex ipſa lege eliciatur, quòd ei ſit reſtituenda res huiuſmodi ratione tituli honeſti, quo ipſam poſſidet: alias nõ haberet actionem furti, cùm talis actio competat ſolùm vero domino, vel aliquo titulo honeſto poſſidenti: vt dici non poſſit fur: quapropter ſicut fur locanti tenetur reſtituere ratione iuſti tituli, ſic & vſurarius: cùm & ipſe dici congruè poſſit fur, quoad extorta per vſuram: vt quàm ſæpiſſimè fuit probatum. Idem probatur per argumentum in l. ſi quis conductionis. C. de locato, & conducto: vbi dicitur, quòd licèt conductor dicat ſe verſi dominum rei conductæ, tamen, debet prius illam reſtituere ei, qui ſibi locauerat, & poſt modum litem conteſtare contra ipſum] hæc illa lex: ex qua elicitur, quòd reſtitutio facienda eſt de aliqua re, ei, à quo quis accepit illam: licèt dominus eius non fuerit: dummodo iuſto titulo poſſediſſet.

Probatur inſuper & ſecundò Doctorum auctoritate, Gabriel Biel in quarto ſententiarnm, diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda, dubio tertio, in verſi. & dicitur notanter ſi iuſto titulo. Sotus in libro quarto de iuſtitia, & iure, quæſtione ſeptima, articulo primo, paulò poſt concluſionem in verſicu. Nam ſi ille, à quo ſuſtulit. Ioannes de Medina in Codice de rebus reſtituendis quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, concluſione ſecunda, Frater Ioſeph Angles in tractatu inſcripto, Flores Theologicarum quæſtion. ſuper quarto ſententiarum, titulo de reſtitutione, quæſtione ſecunda, articulo primo, difficultate tertia, dubio tertio, concluſione quarta, Syluest. in verbo, reſtitutio. 4. §. primo, in verſicu. Si verò habuit ab alio iuſto titulo. Nicolaus de Orbellis in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda, de reſtitutione. §. vigeſimo, in fine, ſequens Raymundum.

Probatur & tertiò præſens concluſio hac ratione, videlicet. Ei ſolùm, cui à iure conceditur actio repetendi rem à ſe extortam iniuſtè (& ſi dominus verus rei illius rei ſic extortæ reſtitutio ei: At rei ab vſurario extortæ iniuſtè ab eo, qui talia titulo locationis, vel alio iuſto titulo poſſidebat) à iure mutuatario ipſi actio repetẽdi conceditur. Ergo rei ab vſurario extortæ iniuſtè ab eo (qui talia titulo locationis, vel alio iuſto titulo poſſidebat) facienda eſt reſtitutio ei. *Maior propoſ. Ratio concluſ.* *Minor propoſ.* *Concluſio.*

Maior propoſitio per ſe patet, cùm nulli dubium eſſe poſſit, quòd ſolùm actio repetendi aliquid à iure concedatur ei, qui aliquod ius habet in aliqua re, & hoc non indiget alia probatione: cùm pateat ad ſenſum.

Minor fuit probata iuribus allatis in probationem noſtræ concluſionis.

Sexta concluſio.

Vſurarius rem extortam per uſuram tenetur reſtituere ei, à quo ipſam extorſit, ſi ille talis ab illa acquirẽda nulla lege fuiſſet prohibitus, etſi forſan cauſa, ſeu modus acquiſitionis fuiſſet à iure prohibitus, tanquàm actus, qui exerceri non poſſet ſine peccato, vt patet in rebus acquiſitis ex meretricio, lenocinio,

11 Vſurarius tenetur vſuras reſtituere ei, à quo extorſerat, ſi ille nulla lege à talis rei acquiſitione prohibitus fuiſſet, licet modus acquiſitionis et cauſa ſit illicita.

nio,& huiuſmodi. Quapropter ſi vſurarius extorſiſſet per vſuram à meretrice,& à lenone aliquid quod ipſi acquiſiuiſſent ex meretricio, aut lenocinio, vel ex aliis huiuſmodi:tunc dicendum erit, quòd illud tale ex meretricio acquiſitum à meretrice tam publica (ideſt, quæ ſe expoſuit publico quæſtui) quàm à meretrice non publica, (ideſt, quæ ſe non expoſuerat publico quæſtui:)ſed ab ea,quæ habebatur pro pudica coniugata,vidua,aut virgine.& idē iudicium erit de extortis per uſuram à lenonibus,adulatoribus, & ſimilibus: qui talia acquiſierant mediante lenocinio,adulatione,& huiuſmodi:qui licèt ex tali officio non prohibeantur aliquid acquirere:tamen,cauſa (ex qua illud acquiſierunt)ſibi prohibita eſt à iure:de his,ergo,omnibus pręcitatis dicitur, quòd etſi nemini liceat velle lucrari ex tali cauſa,cui eſt annexum peccatum: tamen,quodcumque taliter fuit lucratum nemo tenetur reſtituere de neceſſitate ſalutis:nec ijs,à quibus talia acquiſiuit,nec aliis: cùm videantur hi tales donationis titulo illud acquiſiuiſſe: Nec obſtat, quòd cauſa talis donationis fuerit huiuſmodi opus turpe,& cauſa ſine qua non.Quapropter ſi talia acquiſiuiſſent ſine dolo,aut fraude,tunc talium rerum,verè,effecti fuiſſent domini: Vnde vſurarius illis taliter extorta reſtituere teneretur (vt diximus) ſed ſi prædicta tales acquiſiuiſſent dolo, vel aliqua iniuſtitia:cùm talium acquiſitorum veri domini illi non fuerint,inde ſequitur,quòd vſurarius talia extorta per vſuram non ipſis, à quibus extorſerat,ſed ijs,à quibus prædicti iniuſtè acquiſierant,reſtituere tenebitur.

Hæc concluſio probatur triplici medio.Primò,enim, per argumentum in capitulo,Cùm tu.extra de uſuris,& in capitulo,ſicut dignum. §. eos inſuper. extra de homicidio,in quibus iuribus expreſsè generaliter nulla facta exceptione de cauſa inhoneſti lucri,pręcipitur,reſtituenda fore iniuſtè ablata per vſuram,vel aliam iniuſtitiam ei,à quo fuerunt ablata, probatur quoque per argumentum in l.quarta,§.primo, ff. de condictione ob turpem cauſam. Vbi hæc habentur,videlicet.[Si ob ſtuprum datum ſit,vel ſi quis in adulterio deprehenſus redemerit ſe,ceſſat,enim,repetitio.Item ſi dederit fur,ne proderetur,quoniam vtriuſque turpitudo verſatur:ceſſat repetitio:ſed & quod meretrici datur,repeti non poteſt,cùm licèt turpiter faciat,tamen,non turpiter accipit,cùm ſit meretrix.]Item per argumentum in l.affectionis.ff.de donationibus. Vbi hæc habentur,videlicet.[Affectionis gratia, neque honeſtæ, neque inhoneſtæ donationes ſunt prohibitæ:honeſtæ erga bene merentes amicos, vel neceſſarios:inhoneſtæ circa meretrices,& in l.donationes in concubinas, ff.de donationibus.Vbi dicitur:[Donationes in concubinas collatas non poſſe reuocari conuenit.]hæc in dictis iuribus ciuilibus:Sed notandum, quòd dixi probari præſentem concluſionem per argumentum in dictis iuribus: quoniam licèt in dictis iuribus non fiat mentio explicitè de noſtra concluſione, (cùm explicitè non loquantur de vſurario obligato ad reſtitutionem)tamen implicitè benè probant noſtram concluſionem,cùm dicant non concedi repetitionem ei,qui donauit alicui propter turpem cauſam: cùm talis receptio non ſit turpis:ſi,ergo,non datur de iure repetitio ei,qui ſic donauit: inde ſequitur, quòd per talem donationem fuerit translatum dominium ipſius rei ad ipſum donatarium:& per conſequens ſit ei facienda reſtitutio, & non ei, qui donauerat propter cauſam turpem,cùm res reſtitutioni obnoxia ſemper ſit reſtituenda ei,qui eius dominus eſt aliquo titulo iuſto.

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate:Diuus, enim, Thomas in ſecunda

c.cum tu extra de vſur. c. ſicut dignū, extra de homicidio.

l.4.ff. de cond. ob turpē cām

l.affectionis, ff. de donat.

S.Thomas.

unda ſecundæ,quæſtione ſexageſima ſecunda, articulo quinto, in corpore quæſtionis dixit,rem reſtitutioni obnoxiam reſtituendam fore ei, à quo iniuſtè accepta fuerat,& in ſecunda ſecundæ,quæſtione trigeſima ſecunda, articulo ſeptimo,in corpore quæſtionis,in fine infraſcriptis verbis vtitur, videlicet. Tertiò modo eſt aliquid acquiſitum illicitè,non quidem,quia ipſa acquiſitio ſit illicita,ſed quia id,ex quo acquiritur,eſt illicitum: ſicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium, & hoc propriè vocatur turpe lucrũ: quòd,enim,mulier meretricium exerceat,turpiter agit,& contra legem Dei: ſed in eo,quod accipit,non iniuſtè agit,nec contra legem.Vnde quod ſic illicitè acquiſitum eſt,retineri poteſt,& de eo eleemoſina fieri:hæc ille Sanctus. Cui concordat Caietanus in Commẽtarijs ibidem.præſenti quoque cõcluſioni ſe ſubſcripſerunt omnes Doctores adducti in concluſione prima præſentis quæſtionis,dicentes,uſurarios,ac fures teneri reſtituere male acquiſita per uſuras,vel furtum eis,à quibus illa acceperũt: & quòd quis lucratus fuit propter cauſam illicitam,ac prohibitam:quando ipſa acceptio non eſt prohibita:tunc poterit ſibi retineri:ac per conſequens ipſi, à quo quis per uſuram extorſit,reſtituere tenebitur uſurarius:dicunt infraſcripti Doctores, Riccardus à media villa in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,articulo quinto,quæſtione octaua,Hadrianus Papa in tractatu de reſtitutione.§.oritur alia quæſtio.An meretrix, per totum, Alexander de Ales.quæſt.86.articulo ſexto,§.ſecundo,Dominicus à Soto libro quarto, quæſtione ſeptima, articulo primo,§.Ad ſecundum argumentum reſpondet Diuus Thomas, Petrus à Palude in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtione tertia,articulo quinto,concluſione quarta, Gabriel Biel in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtione decima tertia,notabili ſecundo, & circa finem probationis concluſionis ſecundæ. Vbi declarat, quando eleemoſina capi non poſſit à meretricibus. Ioannes de Medina in Codice de rebus reſtituendis,quæſtione vigeſima,ferè per totum, Didacus Couarruuias in ſecunda parte relectio.§.ſecundo, per totum, & doctiſſimè, Syluester in verbo,reſtitutio.2.§.ſecundo,Innocentius,& Panormitanus in capitulo, Plerique,extra de immunitate eccleſiar.columna tertia,§. Extra materiam. capitulo,ſcias:Frater Ioſeph de Angles in tractatu inſcripto, Flores Theologicarum quæſtion.in quarto ſententiarum,quæſtio.Quis liber à reſtitutione, decima quarta difficultate,dubio ſeptimo, & octauo. Nauarrus in ſuo manuali. capitulo decimo ſeptimo,à numero trigeſimo quarto,§. Dico quartò,vſque ad numerum 42.excluſiuè.

Caietanus. Riccardus. Hadrianus. Alexan. Sotus. Paludanus. Gabriel Biel. Io. de Medina. Couarruuias. Syluester. Innocen. Panor. Ioſeph Angles. Nauarrus.

Probatur & tertiò præſens concluſio hac ratione,videlicet.Cùm reſtituere ſit rem in priſtinum ſtatum ſtatuere,& res priſtino ſtatui reſtitui non poſſit,niſi reddatur ei,qui dominium eius aliquo iure poſſidebat, & ad meretrices,hyſtriones,lenones,& ad alios ſimilis conditionis,rei extortæ per uſurã, translatum fuerit dominium titulo donationis,(vt ait Medina)ſeu titulo venditionis,vt docet Caietanus,Sotus,Couarruuias & plerique alij Doctores ſupra adducti in probationem concluſionis. Inde ſequitur luce meridiana clariùs, vſurarium teneri ad reſtitutionem rei extortæ per uſuram à talibus, ipſiſmet, & non alijs faciendam, cùm veri dicantur ipſius rei domini.

Ratio concluſ.

Sed quàmuis veriſſima ſit præſens concluſio noſtra, tamen poſſet quis inſurgere contra illam,ipſam dicendo falſam, & talem probare tum auctoritate iuriũ,tũ Doctorum, cũ & rõne.Infraſcripto modo ꝓcedendo,videlicet.

Impugnatur primo hęc concluſio.

Cui

Maior propoſ. Cui de iure non licet aliquid retinere, nec licebit vſurario reſtituere ei tale extortum per eum ab illo tali.

Minor propoſ. At meretrici non licet retinere quod acquiſiuit per meretriciū: Cùm mediante peccato tale lucrum acquiſierit meretrix. Ergo dicendum erit, vſurario non licere reſtituere extorta per vſuram à meretrice, ſi illa fuiſſent per eā acquiſita ex meretricio. Concluſio.

Maior propoſitio per ſe patet, & clariùs probabitur in concluſione decima nona, in qua probandum erit, quòd reſtitutio extortæ rei per vſuram à fure, & ſimilibus non erit facienda ipſis: ſed domino rei, à quo ille fur acceperat.

Minor probatur arguendo à ſimili: ſic, Cùm vbi eadem adeſt ratio, idem eſſe debeat, & ius: Inde ſequitur, quòd ſicut pretium acceptum pro teſtimonio falſo ferendo, aut patrocinio iniuſto, aut pro ferenda iniuſta ſententia, eſt de neceſſitate ſalutis reſtituendum ab eo, qui tali via aliquid acquiſiuit, non eis, à quibus tales acquiſiſſent: & ratio eſt, quia pretium peccati fuit: ſic arguendo à ſimili dicendum videtur de lucro meretricio (ſcilicet) quod non poſſit retineri à meretrice, ſed ipſam teneri ad reſtituēdum illud taliter receptum, ſaltem, pauperibus de neceſſitate ſalutis: ac per conſequens, quòd vſurarij non teneantur reſtituere lucrum ex meretricio captum, extortum per vſuras, ipſis meretricibus, ſed, ſaltem, pauperibus: & quòd lucrum acquiſitum pro teſtimonio falſo ſit de neceſſitate reſtituendum, probatur per textum in capitulo.

cap. Non ſanè, 14. q. 5. Non ſanè. decima quarta quæſtione quinta, in quo refertur ſententia Diui Auguſtini ſcribentis ad Macedoniū in Epiſtola 54. quod & paulò poſt in præſentis quæſtionis concluſione decima ſeptima latius probabitur, in qua & tenorem dicti canonis ad verbum referam.

Antecedens. Secunda impugnatio concl. Conſequentia. Secundò arguitur ſic: ſi pretium pro re ſpirituali acceptum, eſt reſtitutioni obnoxium: ergo & pretium pro re corporali acceptum, erit reſtitutioni obnoxium: ſi ergo meretrix, & alij citati in concluſione præſenti reſtituere taliter acquiſitum tenetur, ſequitur, vſurarium non teneri ad reſtituēdum ipſi illud: ſed pauperibus, ſicut acceptum pretium pro re ſpirituali.

Prima conſequentia patet, arguendo ab identitate rationis: quoniam ſicut res ſpiritualis nō eſt venalis (vt patet per totum titulum de ſimonia) ſic & res corporalis (vt eſt corpus meretricis) ad talem vſum, non eſt venalis: nam viro proprio (ſi quem habet) de neceſſitate ſalutis gratis reddendum corpus meretricis eſt ratione iuris ſibi acquiſiti per ſacramenti matrimonij vinculum: alieno, autem, viro pro nullo erit pretio reddendum, cùm videatur vēdere quod ſuum non eſt, ſed mariti: eò quòd caput vxoris ſit ipſe vir: iuxta Diui Pauli ſententiam in Epiſtola ad Epheſios. cap. 5. ver. 23. dicentis. [Sicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius: ſed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita, & mulieres viris ſuis in omnibus.] Vnde ſequitur, quòd ſine viri licentia, ſaltem, non poſſet vendere vxor meretrix corpus ſuum pro lucro ex meretricio reportando, ac per conſequens huiuſmodi lucrum apud ſe retinere non poſſe tanquam lucrum ſuo viro debitum cùm ſit ratione venditionis factę de re nō ſua: vnde ad reſtitutionem tenebitur vt docuit (inter alios) Panormitanus in capitulo, Quia plerique. columna quinta, in verſ. Nota hoc verbum quod apertè ſentit: circa finem. extra de immunitate eccleſiarum, ſequens opinionem Cyni, per l. Lucius Titius, ff. de iure fiſci, in fine cuius dicitur: quòd [bona ſcelere acquiſita, ſunt applicanda fiſco.] Vnde ipſi Doctores

Epheſ. cap. 5. ver. 23. ver. 24.

Panor. l. Lucius Titius ff. de iure fiſci.

dicunt

dicunt in foro etiã conſcientiæ, mulierem meretricem non publicam tener ad reſtitutionē lucri ex tali meretricio ſuſcepti, vnde Bar. in d. l. 4. ff. de cond. ob turp. cām. in fi. dixit, ꝙ in alijs mulierib. quæ non ſunt meretrices, ceſſat di cta lex: ac per conſequens vr̄ tenere, ꝙ detur repetitio, & ꝙ teneantur reſtitue re tale lucrū ijs, à quibus illud ex tali cauſa acceperunt: licèt meretrices poſ ſint repetere in foro iudiciali quod ſibi promiſſum fuit pro meretricio.

Barto.

Tertiò ſic arguitur.

Vbi inter datum, & acceptum nō ſeruatur æqualitas, quã iuſtitia requirit, eſt exceſſus huiuſmodi de neceſſitate reſtituendus ei, à quo vltra ſibi debitū acquiritur, & nō poterit ſibi retinere, vt per ſe patet, cū hoc requirat ordo iu ſtitiæ diſtributiuæ, ac commutatiuę: ſed in traditione corporis, & pretio dato æqualitas reperiri non poterit, eò ꝙ pretium datū ipſi meretrici, vel lenoni ꝓ meretricio, vel lenocinio eſt alicuius valoris: corporis aūt traditio, cū pecca tū ſit in cā, nullius valoris eſt: igitur tale pretiū integrè erit reſtituendū ei, à quo fuerat datū meretrici, & non ipſi meretrici: quod & ꝓbatur hac rōne. ſ. ex quo pretiū ſe toto excedit valorē ꝑfatæ traditionis: ſi, ergo, meretrix teneē reſtituere tale pretiū tanquã non ſibi debitum: inde ſequitur, ꝙ vſurarius, qui accepit vltra ſortem ex vi mutui à meretrice, aut ab alijs in concluſione cita tis, qui illud acquiſierant ex turpi cā, nō teneatur reſtituere taliter acceptū ip ſi meretrici, vel hiſtriono, ſed, ſaltē, pauperib. vel eccleſijs, aut alijs piis locis.

Tertia impugnatio concl.
Maior propoſ.
Minor propoſ.
Concluſio.

Quartò arguitur ſic.

Omnia acquiſita ex ſcelere ſunt reſtitutioni obnoxia, ac per conſequens ſi quis à tali acquirente per vſuram acciperet, teneretur non ei (à quo accepit) ſed cui ille reſtituere tenebatur de iure, vel fiſco.

Quarta impugnatio concl.
Maior propoſ.

At omnia acquiſita ex meretricio, vel Aſſaſſinio, hiſtrionatu, lenocinio, & huiuſmodi ſunt acquiſita ex ſcelere.

Minor propoſ.

Ergo omnia acquiſita ex meretricio, vel huiuſmodi accepta per vſuram non erunt reſtituenda talibus, ſed, ſaltem, pauperibus, aut fiſco.

Maior propoſitio ꝓbatur per tex. ī l. Lucius Titius. in fi. ff. de iur. fiſ. in qua (ſermo hr̄ de quadã, quæ ueneno interfecerat virū ſuū, ex cuius morte ſucceſ ſerat hæres filius eius, & illius poſtea ipſa mulier, quæ licèt fuiſſet mortua po ſtea & ipſa, tñ, dicit lex, ꝙ mortua rea, crimine extincto fiſco cōpetit ꝓſecūtio eorum, quæ ſcelere fuerunt acquiſita: per quem tex. tenent cōmuniter Doct. & ſpecialiter Bar. ibidem, quòd acquiſita ex delicto ſunt reſtitutioni obnoxia.

l. Lucius Titius ff. de iure fiſci.
Bartol.

Minor propoſitio non indiget probatione, cùm per ſe pateat eius veritas.

Quinta impugnatio conclu.

Quintò arguitur ſic.

Si vera eſſet hęc concluſio ſexta ſic gn̄aliter intellecta, ſequereē hoc abſur dū, ꝙ omnino ipſa meretrix poſſet retinere id, qđ lucrata fuiſſet ex meretricio à milite: qm̄ ſi non poſſet ipſa illud lucrū retinere, ac ꝓ hoc ſequereē, ꝙ illud, quod fuiſſet extortum per uſuras ab ipſa, ipſe vſurarius non tenereē ſibi, ſed, ſaltem, pauperib. erogare iuxta præadducenda infra. Sed conſequens eſt fal ſum, ergo, & antecedens: & quòd conſequens ſit falſum, probatur per textū apertiſſimum in l. 2. C. de donat. inter virum & uxorem, in qua habenē infrà, videlicet. [Si ancillam nummis tuis comparatam eſſe præſidi prouinciæ pro baueris, donationiſque cauſa, focariæ tuę nomine, inſtrumentum eſſe conſcri ptum, eam tibi reſtitui iubebit. Nam licè t ceſſante iure matrimonij donatio perfici potuerit: milites tamen meos, à focarijs ſuis hac ratione, fictiſque adu lationibus ſpoliari nolo.]

Ante cedens
Conſequen. tia
l. ſecunda. C de donat. inter virum & vxo.

Sextò arguitur ſic.

Sexta impugnatio cōcluſionis. Antecedens. Conſequentia.

Si uſurarius teneretur reſtituere meretrici illud, quod ex meretricio acquiſiuit illa, & ſibi ſolutum per vſuras fuit: ſequeretur, quòd meretrix, verè domina effecta fuiſſet illius rei, & quòd de ipſa re, ſic acquiſita ipſa meretrix potuiſſet oblationem in altari ſancto facere: ſed conſequens eſt falſum: ergo, & antecedens: & quòd conſequens ſit falſum, quàm apertiſſimè probatur auctoritate iuris diuini expreſſi in lib. Deut. c. 23. ver. 18. dño dicente. [Nō offeres mercedem proſtibuli, ac pretiū canis in domo dñi Dei tui, quicquid illud eſt, qđ uouerint: quia abominatio eſt vtrumque apud dñm Deum tuum] & in lib. Eccleſ. c. 34. ver. 21. Salomon ait [oblatio immolantis ex iniquo eſt maculata,] & paulò poſt) ver. 22. dixit Eccleſ. [Dona iniquorum non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum, peccatis eorum propitiabitur.]

Deute. cap. 23. ver. 18. Eccleſ. cap. 34. ver. 21. Ver. 22.

His non obſtantibus argumentis contra noſtram concluſionem adductis dicimus adhuc veriſſimam noſtram eſſe concluſionem, vt patebit ex reſponſionibus adducendis contra ipſa argumenta.

Reſponſio ad primam impugnationem ſupradictam, ac eius probationem.

Ad primum, ergo, dicendum, ꝙ negatur minor, & ad eius probationem dr̄ maximam differentiam eſſe inter peccatum meretricij, lenocinij, & ſimilium: & peccatum iudicum, teſtium, & huiuſmodi, qui aliquid acceperunt pro iniuſto, ſeu falſo teſtimonio, vel ſētētia ferenda: qm̄ meretricib. & alijs ſupra nominatis interdictum minimè eſt aliquid accipere: teſtib. verò, & iudicibus eſt prohibitum à iure, accipere aliquid (vt fuit probatum per tex. præadductū in l. 4. §. 1. ff. de condi. ob turpem cauſam, & meritò, quia huiuſmodi opera illicita meretrices, & prędicti vendunt ſine aliqua iniuſtitia. Iudices, uerò, & teſtes prædicti talia exigentes peccato iniuſtitiæ ſe maculant: quapropter dicēdum erit, huiuſmodi iudices & teſtes teneri ad reſtitutionem lucri taliter aſſequuti non ratione peccati, quo mediante illud acquiſierant, ſed ratione iniuſtitiæ adminiſtratæ in damnum tertij, quod quidem nullo iure cōceſſum reperitur: imò quàm expreſſiſſimè prohibetur diuino præcepto illo [Non furaberis] per quod omnis iniuſtitia in dānum ꝓximi uergens prohibetur, ut patet ad ſenſum, & indè dāni illati reſtitutio præcipitur ut latiùs fuit probatum in q. 28.

11 *Meretrix quare non teneatur reſtituere id, quod acquiſiuit peccato meretricij, & iudex ac teſtis teneatur reſtituere acceptū cum peccato ex tali officio.* Exod. c. 20.

Reſponſio ad ſecundam impugnationem.

Ad ſecundum rn̄detur, ꝙ quantum ſpectat ad obligationē reſtituēdi turpe huiuſmodi lucrū, parum refert mulierem ſolutā eſſe, aut maritatam: ſi, enim, utrobique interuenit donatio ab eo, qui facere eam poteſt, uel uēditio ipſius actus licet adſit peccatum, nō, tamen, incurritur obligatio ad lucrum inde captum reſtituendum: quoniam licèt actus illi ſint peccata. i. cum peccatis fiāt, & ratione peccatorum non ſint digni pręmio, ſed pęna tēporali, & æterna: tamen, quatenus humano uſui accommodati, pretio æſtimari poterunt, nec uera eſt illa comparatio, uel identitas rationis, quæ fingitur eſſe inter pretium acceptum pro re ſpirituali, & corporali, cùm longè hæc diſtent inter ſe: eò quòd in ſimonia ſit prohibita acceptio, & retentio: non, autem, in meretricio, & aliis prædictis, ut fuit probatum. ratio uerò huius differentiæ: quoniam ſpiritualia uenalia non ſunt, non eſt, enim, hoc niſi gratis conferendum: quia ſunt illa diuinitùs nobis collata, ut dignis conferantur, neque huiuſmodi reſtitutio facienda erit uiro adulteræ lucrantis ex adulterii crimine: Nam (ut docet ſpecialiter Didacus Couarruuias, ubi ſupra, nu. 3. §. Secunda pars quęſtionis ediſſerit: cuius ſententiæ ſe ſubſcripſerunt, ferè, omnes Doct. adducti ad probandam noſtrā concluſionē ꝑter Medinā, qui tenet, ꝙ titulo uenditio-

nis

nis huiuſmodi lucrum, non tantùm cõiugata: ſed nec ſoluta poterit retinere: ſed ſolùm titulo donationis, ſeu cauſa donationis ſine qua non: Vnde falſa eſt (inquam) huiuſmodi aſſertio. Nam ſi materia hæc meretricij in ſua ſpecie vẽdibilis eſt, parùm refert, vendatur publicè, aut ſecretè, vel à coniugata, vel virgine, ſiue moniali, vel ab alia ſoluta muliere. Nec verum eſt, quòd vendatur, quod alienum eſt, ſcilicet, mariti, patris, & huiuſmodi ſuperioris illius mulieris: quoniam licèt caput mulieris ſit vir, & habeat dominium ſuper ipſam, tamen, hoc tantum habet circa familiam regendam, & debitũ coniugale, quod nec à nobis negatur. Attamen non iccircò ſequitur: habet vir ius ſuper corpus vxoris, ergo, illud aliqualiter vendere non poteſt, quòd ſi vendat, debeat pretium tribui viro: quoniam: & ſi peccet vendendo, ratione peccati, quod incurrit ex actu prohibito lege diuina, & ratione iniuriæ illatæ viro ſuo, tamen, non iccircò ipſum priuat iure ſuo (ſcilicet) petendi debitum: & ſic patet adulteram non vendidiſſe quòd alienum erat: ſed quod ſuum: licèt ex hoc venditionis contractu alter grauetur, vel iniuriã patiatur: quia hoc eſt per accidẽs: nec obſtat Panor. Cyn. & Bar. auctoritas, licèt Bart. non loquatur in foro conſcientiæ, cùm contra ipſum ſit communis Doctorum opinio: quoniam reuera in foro conſcientiæ locum non habet dicta lex, vt docent Doctores adducti: quàmuis benè in pœnam peccati, non audiantur tales non meretrices publicæ mulieres in foro fori, ſi petant ſibi ſolui huiuſmodi lucrum promiſſum ab earum corruptoribus, vt communiter dicũt Doctores ſupra allati. & ratio illius deciſionis non eſt tantùm una, ſed plures ſunt: prima quarum eſt: quoniam in foro conſcientiæ nemo tenetur ad pœnam ſoluendam ratione alicuius criminis perpetrati incurſam: niſi priùs in foro fori fuerit condemnatus, vt omnis Doctorum cętus fatetur. Secunda eſt, quia ipſa meretrix occulta, vt puta, coniugata nihil de alieno contra eius voluntatem recepit: cùm corpus ſuum vendiderit. Vnde titulo venditionis, vel donationis pro cauſa ſine qua non: lucrum tale acquiſiuit. Tertia: quia ſi hoc licet meretrici publicæ, multò magis occultæ licebit, cùm non turpiùs agat mulier peccando in primo actu peccati: quando publica non eſt, quàm deinceps quando iam publicè peccat, imò turpius agit, cùm taliter meretricari ſit deteſtabiliùs, & grauiùs ratione maioris ſcandali, quod inde procedit, vt patet ad ſenſum: vnde (ſaltem) in foro conſcientiæ maior ratio reſtitutionis non faciendæ de huiuſmodi lucro apparet in meretrice ſecreta, quàm in publica. Quarta ratio eſt: quoniã diutiùs anima publicę meretricis detinetur in peccato, quàm anima occultę, vt patet ad ſenſum. Et ratio diuerſitatis dictarum legum (iuxta ſententiam Medinæ, vbi ſupra in reſponſione ad quintum) inter meretricem publicam, & occultam. Prima eſſe videtur, quia ſi occultæ meretrices permittantur poſſe repetere huiuſmodi lucra, multa mala orirentur in republica, vt puta, rixę, & contentiones, & alia ſcandala inter fornicarios, & conſanguineos talium mulierum. Vt experientia ipſa docet. Secunda, quia tales occultæ ſub habitu honeſtatis magis alliciunt homines ad ſui amorem, quàm publicæ. Vnde apud eas longè ſunt liberaliores, & pluſquam conuenit, illis largiuntur: & inde eos turpiter in paupertatem incidere accidit. Quæ inconuenientia non ita ex publicis ſequuntur vt patet per ſe: attamen, huiuſmodi ratio diuerſitatis legum nihil ad rem noſtram facere per ſe patet ex tenore verborũ d.l. Lucius: in qua nec verbum quidem habetur de caſu noſtræ concluſionis, vt quàm elegantiſſimè Couarruuias in 2. par. relec. Regulæ peccatũ. de reg. iur. in 6. §. 20. nu. 3.

12 *Meretrix non publica in foro fori non auditur ſi petat ſibi ſolui conuentum pretiũ meretricij, & quare meretrix non teneatur reſtituere quod ex meretricio lucratur etiam ſi ſit coniugata, vel virgo, ſeu ſub patris tutela, vel non publica meretrix.*

nu.3.per totum docet:benè verum eſt id,quod dicunt Panor.Cyn.Bar.vbi ſupra,contra Glo.in l.4.ff.de condi.ob turpem cauſam,dicẽtem(in ver. Sed noua ratione,meretricem non poſſe in foro fori repetere quod ſibi ob meretricium perpetratum fuerat promiſſum:cùm tex.ibi ſit ſibi cõtrarius:in foro autem conſcientiæ,nec Bart.nec Glo. ibi aliquid dicunt.etſi Panor. & Cyn. vbi ſupra,dicant, in foro conſciẽtiæ non meretrices publicas tale lucrum reſtituere teneri:quod nullo iure,vel ratione probari peroptimè probauit Couarruuias,vbi ſupra,etſi fateatur verum eſſe,quòd ſi mulier meretrix non publica punibilis in foro fori pro crimine meretricij vt puta,cõiugata,puella,monialis,& huiuſmodi velit petere in foro fori mercedẽ coitus ſibi promiſſam,non audietur:de quo eſt tex.præclarus in l.mercalem. C.de condi. ob turpem cauſam.in qua hęc habentur,videlicet.[Mercalem te habuiſſe vxorem proponis. Vnde intelligis,& confeſſionẽ lenocinij preces tuas continere,& cautæ quantitatis ob turpem cauſam exactioni locum non eſſe.Quàmuis,enim , vtriuſq; turpitudo verſatur,ac ſolutæ quantitatis ceſſat repetitio:tamen, ex huiuſmodi ſtipulatione contra bonos mores interpoſita, denegandas eſſe actiones iuris auctoritate demonſtratur.] Quapropter talis traditur & optima regula à Didaco Couarruuias,ubi ſupra,nu.3.in ver.Quòd ſi coitus fornicarius,dicẽs: quotiens actus(cuius pretium petitur)punibilis eſt,quoad ipſum petitorem , apud iudicem exteriorem,puta coitus fornicarius,tunc non poteſt quis mercedem promiſſam ſibi petere,vt in d.l.mercalem.& hoc verum eſt,& rationabile,ne quis lucrum,& præmium ita conſequatur ex eo,vnde pœnam iure habere debet,hæc Couarruuias.Ex his omnibus,ergo, patuit veritas noſtræ reſponſionis allatæ contra ſecundum argumentum propoſitum contra noſtrã hanc ſextam concluſionem.

Ad tertium dicitur, quòd actus peccati , vel in quo interuenit peccatum , poteſt conſiderari dupliciter,vel in quantum eſt peccatum , vel in quantum eſt vſui humano accommodatus.Sic,ergo,dicendum,quòd licèt actus peccati reſpectu ſolo peccati non ſit pecunia æſtimabilis,tamen,inquantum eſt vſui humano accommodatus,vendibilis eſt:& ratione cõſenſus illius,qui illas locat operas rationeque voluptatis illius inde captandæ ab eo,qui illas conduxit, quatenus ad humanos vſus accommodantur,poſſunt mercede, & pretio redimi,vt peroptimè docuerunt præadducti Doctores.

Ad quartum patet reſponſio ex adductis in reſp.ad 2.arg.

Reſponſio ad quintum arg. Ad quintum rñdetur,ꝙ cùm diuerſa ſit rõ in prohibitione aſſequendi lucri,quod à milite recipit meretrix,& in lucro,qđ ab alijs illa recipiat:iccircò bona non eſt illa conſequẽtia,dicẽdo,ſi liceret meretrici lucrũ adeptũ ex meretricio ſibi retinere:liceret quoq; retinere lucrũ à milite adeptũ:rõ eſt, quia etſi meretrici ſit inhibitum à iure recipere lucrum(rõne meretricij)à milite , tñ,conceſſum fuit ab alijs recipere(vt fuit ꝓbatum in cõcluſione)vnde patet falſam eſſe illationẽ adductã: cùm diuerſa ſit in vtroq; caſu rõ, & diuerſitatis rõ germana:qm̃ meretrici ꝓhibitũ nõ eſt ſuſcipere aliquid à milite rõne meretricij,quia actus ille eſt peccaminoſus.i.fit cũ peccato: nec rõne donationis

12 *Meretricibus inhibitum eſt accipere aliqd à militibus armatæ militiæ. à milite factæ,quia talis donatio ſecundũ iuris diſpoſitionẽ nulla eſt: qđ ſpeciale eſt in militib.& minorib.ſolis:qđ & ſtatutũ fuit in fauorẽ militũ armatæ militiæ:qui pro republica pugnant:quib.ſi donare concubinis permitteretur: contingeret eos ſæpè priuari etiam rebus neceſſarijs ad pugnandum ſuo tempore pro Republica : quod quidem in notabilem Reipublicæ perniciem

cederet:

cederet:vt patet ad ſenſum: quapropter ceſſante hac ſpeciali cauſa in lucro accepto ab alijs,ceſſat etiam,& effectus ipſius cauſæ.

Ad ſextum negatur conſequentia illa:quoniam ſtare poteſt,dominium acquiri ab aliquo ſuper rem aliquam:& quòd non liceat de illo oblationem publicè facere,vel alienationem ſtante iuris alicuius diſpoſitione:vt patet in pupillo minori,apud quem eſt hæreditatis ſibi relictæ directum, & vtile dominium,non autem diſpoſitio,ſeu diſtractio eius, cùm huiuſmodi facultas alienandi poſſit ſegregari aliqua rationabili de cauſa à directo domino: vt patet in minori,fatuo,& alijs:& ſicut prohibetur quis oblationem facere de pretio canis proprij venditi:in quem habebat plenum dominium,ac per conſequẽs ſuper ipſum pretium:ſic abſurdum non eſt prohibitum meretrici fuiſſe oblationem facere de pretio proſtribuli:licèt ipſa habeat plenum dominiũ ſuper ipſum pretium:cùm hoc inhibitum fuerit à domino, in reuerentiam domini Dei prohibentis meretricium:ex his,ergo,omnibus adductis patet luce meridiana clariùs veritas præcedentis noſtræ concluſionis.

Septima concluſio.

Vſurarius,qui per vſuram extorſit aliquid ab eo, qui id acquiſierat, vt maleficium aliquod non faceret,ad quod nõ faciendum de præcepto tenebatur: 13
vt puta,vt non committeret furtum, ſacrilegium, homicidium, & his ſimilia mala,non tenebitur ei illud reſtituere,à quo extorſit, ſi id repetiiſſet is,à quo ipſe perceperat,ne tale malum committeret:cùm huiuſmodi homo poſſit iure illud tale repetere,& iccircò ſtante tali repetitione ille talis teneretur ei reſtituere illud:ſed ſi non repetijſſet,tunc tenebitur uſurarius reſtituere ei, qui ſic accepit,& ſibi tradidit:quia videtur verum dominium ei traditum per ſibi illud donantem ſub illa conditione:& per ſubſequentem cõſenſum, quo confirmat fuit talis dónatio iuxta regulam ſupra adductam, quòd regulariter ſemper ei facienda ſit reſtitutio,à quo extorta malè eſt res illa.Hęc concluſio probabitur triplici medio.Primò,enim,per argumen.in l. prima, & ſecunda, ff.de condi.ob turpem cauſam,in qua Imperator dixit. [Quòd ſi turpis cauſa accipientis fuerit(etiam ſi res ſecuta fuerit)repeti poteſt.Vt puta,dedi tibi,ne ſacrilegium facias,ne furtum,ne hominem occidas]hæc ibi. Idem ferè probatur per argumen.in l.fin.in fine,ff.de condi.ob turpem cauſam. Dixi [probari concluſionem noſtram per argumen.talium iurium]& non per talia iura:quia licèt realiter explicitè ipſa iura non probent concluſionem noſtrã quoad omnia eius membra,tamen,implicitè ipſam benè probant, cùm ex ipſis habeatur,quòd competat repetitio eorum, quæ à talibus fuerunt exhibita ex tali cauſa:eo quòd ſi competierit repetitio,tũc pateretur,quòd dominiũ talis rei extortę per vſuras non eſſet(poſt repetitionem)apud eum,à quo vſurarius accepit:ſed apud eum,à quo is,qui uſurario dedit,acceperat:cùm(vt dixi)ſemper res regulariter ſit reſtituenda ab uſurario,& ab omni alio reſtitutioni obnoxio ei,à quo malè accepta fuit.

Vſurarius extorquens per vſuras aliqd ab eo,qui id acquiſierat, quaſi pretium non committẽdi aliquod maleficium, cui reſtituere tenebitur.

l. 1. & 2. ff. de cond. ob turpẽ cauſam

l.fin.in fine. ff. de cõdi. ob turpem cauſam.

Probatur idem & ſecundò Doctorum auctoritate:de quorum numero eſt Hadrianus Papa Sextus in 4.ſent.de ſacram.pęnit.tit.de reſtit.c.Reſtat in quirere.An extorta per concuſſionem.§.ex his induco cõcluſionem generalem: Sotus in lib.4.de iuſt.& iur.q.7.art.1.col.6.& 7.in ver. Vno.n.modo datio.& in col.7.in verſ.2.ergo, modus.Io.de Medina in Codice de reb.reſtit.q.20.§. Quartò idem vř quia.Glo.in dictis iurib.& præcipuè in l.4.ff. de cõd.ob tur. cau.in ver.non poteſt.Bar.ibidem,& in adductis iurib. & Alexan. in dicta l.4.

Hadrianus. Sotus. Ioã. à Medina. Gloſ. Bartol. Alexan.

Didac. Couar. Nauarrus.

Didacus Couarruuias in ſecunda parte relectio. regulæ, Peccatum. de regulis iuris in ſexto, §. tertio, numero ſexto, in fine. in verſi. Deducitur etiam ex his. Nauarrus in ſuo manuali. capitulo decimo ſeptimo, numero trigeſimo tertio, & trigeſimo quarto. Sed notandum, quòd licèt præadducti Doctores non loquantur explicitè in caſu præſentis concluſionis, ſcilicet, de vſurario obnoxio reſtitutioni: benè, tamen, implicitè: cùm loquantur de reſtitutione facienda, vel non facienda ab eo, qui tali modo aliquid percepiſſet: vt diximus paulò ante, quando probauimus præadductis iuribus noſtram concluſionem probari.

Ratio concluſ.

Probatur, & tertiò præſens concluſio hac ratione, videlicet. Cum nemo, enim, teneatur ad pœnam in foro conſcientiæ, niſi prius condemnetur in foro fori: nec quis condemnatur niſi accuſetur in tali foro ad ipſam ſubeundam pœnam: conſequens erit, eum, qui recepit tali modo aliquid, ſcilicet, vt non committeret aliquod maleficium, teneri ad faciẽdam reſtitutionem ei, a quo illud recepit, ſi repetierit, & per conſequens (cùm non ſit effectum ſuum) immo, & ratione repetitionis, ſit verus dominus eius is, à quo ſuſcepit ille tale quid, indè ſequitur, quòd vſurarius cùm ſemper teneatur, regulariter, vero domino rem extortam per uſurã reſtituere, & ſi à poſſeſſore malæ fidei illud ſuſceperit: ſed ſi tale quid ſuſcepit ab eo, à quo non fuit illud repetitum, quia titulo donationis acquiſierat, & effectus fuerat verus dominus illius: ideo nõ ei, a quo ille talis illud recepit: ſed ei, à quo ipſe vſurarius ſuſcepiſſet, debebit reſtituere: cùm ſemper regulariter, vero domino facienda ſit reſtitutio.

Octaua concluſio.

14 *Vſurarius extorquens per uſuras aliquid à furioſo, aut mente capto, cui reſtituere teneatur.*

Vſurarius, qui aliquid per vſuras extorſit ab illis, qui ab acquirendo illud tale datum vſurario, non fuerant recipere prohibiti ratione ſui, ſed ratione dantium ſibi, quibus illicitum erat donare: Vt ſi accepiſſent a minore, à furioſo, à monacho, à prælato de rebus ſuæ eccleſiæ, & huiuſmodi: non illis, à quibus tale illud extorſerunt per vſuras reſtituere tenebũtur, ſed aliis paulò poſt nominandis: quoniam cùm hi tales ſint in multiplici differentia, ideo operæ pretium duxi gradatim de ipſis inquirere.

Attamen in præſenti concluſione ſolùm viſum fuit de vſurario vltra ſorté accipiente à furioſo, vel mentecapto ſermonem habere: de quo caſu dicendum erit, vſurarium non teneri ad reſtituendum illud taliter acceptum, ipſi furioſo: ſed curatori eius, aut eius patri, (ſi eſſet filius familiàs) quia in tali caſu non daretur curator, cùm huiuſmodi officio curatoris nulli dubium ſit functurum fore patrem eius. vt docet textus in l. cùm furioſus. C. de curat. furio. & in l. 1. ff. de curat. furioſi. Sed ſi non fuiſſet penitùs inſanus, ſed pateretur lucida interualla: tunc dicetur, quò ſi in tali ſenſu dediſſet, ei eſſet facienda reſtitutio, dum rurſus ſui compos erit: quia in tali caſu, nec donatio, nec propriarum rerum alienatio eſt ei inhibita: Cùm infra tale tempus non habeat curatorem, & ſic ſit dominus, ac diſpenſator propriæ facultatis, vt docuit text. expreſſus & Bartolus (in l. cùm aliis. C. de curat. furio, & in l. prima, ff. de curat. furio.) dicendo, quòd d. curator ceſſat in adminiſtratione tempore lucidi interualli: & eam reaſſumit reuertente furore] necnon vſurarius tenebitur ad omne intereſſe inde paſſim iuxta notata in ſupradictis concluſionibus.

c. ſicut tenor, extra de regularibus.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per argumentum in capitulo, ſicut tenor. extra de regularibus: in quo habetur, quòd furioſus religionem profiteri non poterit, & in furore emiſſa profeſſio nullius erit obligationis,

tionis,niſi compos mentis factus ratam ipſam habeat.] Dixi probari concluſionem per argumētum in dicto capitulo,ſicut tenor. quoniam, licèt, explicitè,nulla de ea mentio fiat in dicto canone:benè,tamen, implicitè. cùm poſſimus ex illo elicere,furioſi donationem nullam eſſe,ac per conſequens(vt clarius infra probabitur)quòd vſurarius à tali accipiens non debet reſtituere ei, cum dominium(quoad facultatem,bona ſibi debita,diſtribuendi)non habeat ſuper tali re donata:ſed eius curatores, qui talium bonorum diſpenſatores, ſeu miniſtri ſunt,in vtilitatem,tamen, talis furioſi conuertendum tale quid reſtitutum,aggregandumque erit cum alijs bonis illius:& hoc dico, cùm ſupra probatum fuerit,quòd regulariter vſurarius ei,à quo malè ſuſcepit aliquid, illud reſtituere tenetur. Cùm & pateat hunc furioſum non potuiſſe aliquid donare,ſed nec recipere:Vt inde ſibi ius acquirat illud tale donandi, vel adminiſtrandi cui voluerit,cùm nec habeat huiuſmodi facultatem furioſus ipſe circa bona ſua hæreditaria:& ſic patet,quòd non furioſo,ſed eius curatori reſtituendum erit tale quid per uſuras extortum à furioſo: cùm in tali caſu habeatur pro domino illius rei fictione iuris.

Probatur inſuper præſens concluſio per argumentum in capitulo, Dilectus.extra de ſponſalibus,in quo dicitur. Matrimonium contractum per furioſum nullum eſſe,nullamq; ex ipſo ſequi obligationem:cùm in furioſo non adſit conſenſus,qui uſum liberi arbitrij requirit in conſentiente de eius eſſentia. Si, ergo, non valet matrimonium,nec talis donatio, cùm in matrimonij contractu mutua donatio corporum fiat ab utroque coniuge:vt omnis Theologorum cœtus fatetur. Idem probatur per argumentū in l. Iulianus ſcribit. ff.de cura.furioſi.in qua hæc aurea verba habentur,videlicet.[Iulianus ſcribit, eos,quibus per prætorem bonis interdictum eſt,nihil transferre poſſe ad aliquem:quia in bonis nihil habent:cùm eis diminutio ſit interdicta. Curator furioſi rem,quidem,ſuam quaſi furioſi tradere poterit,& dominium trāſferre: rem,verò furioſi,ſi quaſi ſuam tradat,dicendum eſt, ut non transferat dominium,qui non quaſi furioſi negotium gerens tradidit] hæc in dicta l.ex quib. elicitur,vſurarium,& quemlibet alium,qui à furioſo recepit aliquid, ei reſtituere illud non teneri,ſed eius curatori.Idem habetur in l.Modeſtinus, in fi. ff.de donationibus.& in dicta l.cum alijs.C.de curat.furio.

c Dilectus,extra de ſponſal.

l. Iulianus ſcribit,ff.de curat. furioſi.

l. Modeſtinus, in fine.ff.de donationibus.

l.Cum alijs.C de cur. furioſi:

Probatur & ſecundò auctoritate Gloſarum,ac Bartoli in dictis iuribus,implicitè ſe ſubſcribentium præſenti concluſioni, (cùm ipſi doceant,furioſum non poſſe donare) necnon, & omnium Doctorum, qui fuerunt adducti ad probandam præcedentem noſtram veriſſimam, & notatu digniſſimam concluſionem.

Probatur & tertiò,hac ratione,videlicet. Cùm in præcedentibus concluſionibus ſit probatum,vſurarium vero domino rei extortæ per uſuram reſtituere teneri(ipſo extante)inde ſequitur veritas noſtræ concluſionis, cùm in hoc caſu fictione iuris furioſus non dicatur verus dominus facultatum (quæ poſſidentur ab ipſo,quoad earum diſpenſationem)ipſe furioſus: ſed vel eius pater,(ſi patrem haberet)vel curator,vt fuit probatum per tex.prçallatum in dicta l.Iulianus.

Ratio concluſ.

Nona concluſio.

Vſurarius aliquid recipiens vltra ſortem à prodigo (poſt ſibi aſſignatum curatorem à iudice)tenebitur illud reſtituere non ſibi,ſed eius curatori:cum quoad hoc fictione iuris non dicatur dominus talis rei, ſed eius curator: qui

15 *Vſurarius extorquens per uſuras aliquid à prodigo, cui reſtituere teneatur.*

ei in

ei in hoc honore ſucceſſit: Cùm eadem bona adminiſtrãdi facultas ſibi indulta fuerit per iudicem.

l. 1. ff. de curat. furioſi.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò per argumen. in l. prima, ff. de curat. fur. in qua inhibetur prodigo facultas diſpenſandi bona propria durante tali morbo prodigalitatis: & prouidetur ei de curatore, qui ipſa adminiſtret.] Dixi probari concluſionem per argumen. in dicta l. & non dixi probari concluſionem per talem l. quoniam licèt realiter explicitè in dicta l. non fiat mentio de noſtra concluſione, tamen, benè implicitè: cùm ex ipſa eliciatur, verum dominum (quoad diſpenſationem bonorum ipſius prodigi) non eſſe prodigum ipſum, ſed eius curatorem: cùm ſibi prohibeatur facultatem ſuam donare, & diſſipare (vt diximus quoque in præcedenti concluſione adducta ac probata) probatur quoque eodem modo implicitè per Iuriſtas in dicta lege prima.

Decima concluſio.

16

Vſurarius ex vi mutui aliquid recipiens à minori 25. annor. uel à pupillo, cui reſtituere illud teneatur.

l. 1. & 2. C ſi maior fact. l. Pupillus, ff. de acquir. rerum dominio.

Vſurarius recipiens ultra ſortem aliquid ex vi mutui à minori vigintiquinque annorum (& à fortiori dicitur de pupillo minoris ætatis) non ei tenetur reſtituere: ſed eius tutori, vel curatori, niſi poſt 25. annos ætatis ſuæ ratam ipſe habuerit donationem huiuſmodi ei factam ex vi mutui: quia in tali caſu ſibi, & non curatori aut tutori reſtituere teneretur, cùm iam acquiſierit ius diſpenſandi propriam facultatem: Dixi [ex vi mutui,] id eſt, non uoluntariè, neque cauſa grati animi ſignum demonſtrandi: ſed coactè, vt in quæſtione decima prima, declaratum fuit.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò per argumen. in l. prima, & ſecunda. C. ſi maior fact. ratum habuerit. & per argumentum in l. pupillus. ff. de acquirendo rerum dominio. Dixi per argumentum, eo modo, quo dixi in præcedentibus concluſionib. cùm per huiuſmodi leges ſit illis inhibitum donare aliquid de bonis proprijs.

Vndecima concluſio.

17

Vſurarius recipiens, ex vi mutui, aliquid à filiofamilias cui reſtituere tenebitur.

l. filiusfamilias, ff. de donat.

Vſurarius recipiens aliquid ultra ſortem mutuatam à filiofamilias, non ei reſtituere tenebitur, ſed patri, etiam ſi adminiſtrandi peculium ei facultas cõceſſa fuiſſet à patre: cùm huiuſmodi conceſſio non fuerit facta ei ad diſſipandum propria bona, ſed ad illa expendenda loco, & tempore congruo pro cauſis rationabilibus.

Hæc concluſio probatur per argumen. in l. filiusfamilias. ff. de donationib. in qua dicitur [huiuſmodi filium non poſſe donare.] Probatur & ſecundò per Doctores ibidem.

Duodecima concluſio.

18

Vſurarius recipiens ultra ſortem mutuatam ab aliquo, qui non eſt ſui iuris cui reſtituere teneatur

c. Non dicatis, 12. q. 1

l. filiusfamilias, ff. de donat.

Vſurarius recipiens ratione mutui ultra ſortem à ſeruo, id eſt, mancipio, vel monacho, vel regulari alio clerico, vel à ſimilib. perſonis alieni iuris, quibus nec ipſa corpora propria ſunt: non ipſis, ſed eorum ſuperioribus reſtituere tenebitur: cùm tale quid acceperit ab his, qui nihil poſſident, ac per conſequens quod alienum eſt, dederunt: niſi adminiſtrationem temporalium haberent, & donarent rationabiliter, quod non eſt in caſu noſtro.

Hæc concluſio probatur per argumentum in capitulo, Non dicatis, duodecima quæſtione prima. Vbi refertur ſententia Diui Auguſtini dicentis [regulares, cùm (non poſſint habere proprium) non poſſe aliquid diſpenſare ſine ſuperioris conſenſu.] Dixi [niſi adminiſtrationem, &c.] quoniam in tali caſu poſſent donare, argumen. in l. filiusfamilias. ff. de donationibus: cùm tunc

non

non ipſi,ſed ijs,cuius miniſtri ſunt,videatur donare.Vnde per conſequens ipſis, vel eorum prælatis vſurarij reſtituere tenentur. & ſecundo probatur per Doctores in dictis iuribus.

Tertiadecima concluſio.

Vſurarius recipiens aliquid vltra ſortem ab Abbate, vel alio monacho, illud reſtituere tenetur monaſterio,in eius beneficium expendendum:ſed ſi tales fideles haberentur ipſis reſtituere poterit. & idem dicitur de omnibus nō habentibus legitimum dominium in huiuſmodi rebus extortis per vſuram. 19

Vſurarius aliquid recipiens ex ui mutui ab Abbate, uel monacho, cui reſtituere teneatur.

Hæc concluſio probatur per argum.in capitulo, Abbati.diſtinctione quarta,in quo hæc habentur,videlicet. [Abbati, vel monacho monaſterij ſeruum non licet facere liberum:qui,enim,nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non poteſt.

cap Abbati, diſtin. 4.

Nam ſicut ſeculi leges ſanxerunt,quòd non poſſit poſſeſſio alienari, niſi à proprio domino.]hæc ibi.& ratio patétiſſima eſt:quoniam.Nemo poteſt plus iuris in alium transferre,quam ſibi competere dignoſcitur.Vt in capitulo,nuper.extra de donatio.inter virum,& uxorem,& in capitulo, Nemo poteſt. de regulis iuris.in ſexto,& in l.Nemo poteſt.ff.de reg.iur.

Ratio concluſ. c.nuper, extra de donat. inter virum & vxo. cap. Nemo, de regul. iur. in 6. l.nemo poteſt, ff.de reg.iuris.

Probatur & ſecundò præſens concluſio auctoritate Canoniſtarum in dictis iuribus,licèt explicitè non loquantur de caſu noſtræ concluſionis.

Quartadecima concluſio.

Vſurarius,qui acquiſiuit aliquid per vſuram à mutuatario,quod & ille acquiſierat per ſimoniam conuentioualem à ſpontè dante:non tenetur ei reſtituere illud,ſed eccleſiæ, in cuius iniuriam fuerat tale quid exactum:cùm & ipſe teneatur illudmet reſtituere eccleſiæ eiuſdem.Dixi per ſimoniam conuentionalem,vt exciperem acquiſita per ſimoniam mentalem,de qua in ſequenti concluſ.16.dicetur. 20

Vſurarius recipiens ex ui mutui aliquid ab eo,qui illud acquiſierat p ſimoniam conuentionalē dante ſpōte, cui reſtituat.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò,enim, per argumentum in capitulo,De hoc.§.fin.extra de ſimonia.[in quo præcipitur quibuſdam principibus reſtitutionem adeptorum per ſimoniam faciendam fore eccleſiæ, & non Epiſcopo,à quo ipſi tale quid receperant,vt conſenſum præſtaſſent electioni eius ad Epiſcopatum.]

c.de hoc,extra de ſimonia.

Sed ſciendum, quòd meritò non dixi probari præſentem concluſionem per tex.in dicto capitulo,De hoc:ſed per argumentum in dicto capitulo, De hoc:quoniam licet explicitè de noſtræ concluſionis materia non agat tex.ille benè,tamen,implicitè:cum eliciatur ex ipſo, quòd qui taliter acquiſiuit,non effectus eſt dominus illius rei, ac per conſequens, quòd vſurarius non ſibi, ſed eccleſiæ,(quæ pro vero domino illius rei habetur) ſibi hoc concedente eccleſia ſancta per ſupra adductam conſtitutionem, eo quòd per adductas præcedentes concluſiones,probatum fuerit, domino rei regulariter reſtitutionem faciendam fore.

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate:& primò ſacrorum Theologorum,eodem,tamen,modo ipſas auctoritates interpretando,quo fuimus interpretati,concluſionem probari per tex.in dicto capitulo, De hoc. Diuus, enim,Thomas in ſecunda ſecundæ,quæſtione 100.articulo ſexto, in reſponſione ad quartū, dicit, quod pecunia,poſſeſſio,vel fructus ſimoniacè accepti debent reſtitui illi eccleſiæ in cuius iniuriam data fuerunt:ſi vero prælatus,& totum collegium clericorum ſunt in culpa conſentiendo ſimoniæ factæ, tunc pauperibus, aut alteri eccleſiæ danda erunt.hæc ille Sanctus:cuius ſententiæ

S.Thomas.

omnes

Caietanus. Canoniſtæ. Ratio concluſ.

omnes infraſcripti Doctores aſtipulantur, videlicet. Caietanus ibidē in Commentarijs. Vnà cùm omnibus Theologis in quarto ſententiarum, & Canoniſtis in dicto capitulo, De hoc. Cùm apertiſſimus ſit tex. ille.

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm, enim, læſo ſatisfactio ſemper ſit facienda, & huiuſmodi ſimoniaci iniuriam irrogauerint eccleſię, ſimoniam committēdo: unde ſequitur, quòd uſurarius acquiſita per uſuram ab ijs, qui illa acquiſierant per ſimoniam, teneantur reſtituerè eccleſiæ eorum: cùm de iure ſibi debeantur: vt fuit probatum.

Quintadecima concluſio.

21 *Vſurarius recipiens aliquid per uſuram ab eo, qui illud acquiſierat per ſimoniam prædictam à dante ſibi coactè, cui reſtituet.*

Vſurarius accepta per vſuram à ſimoniaco, qui illa acquiſierat per ſimoniā ab eo, qui non ſponte dederat, ſed vt redimeret iniuſtam vexationem, vt puta, ſi illam dediſſet, vt ſibi conferretur ſacramentum aliquod, ad quod eius prælatus de iure tenebatur, qui alias noluerat ei illud exhibere: vel ſi pro ingreſſu religionis ſibi concedendo ab his, qui alias gratis debuiſſent & potuiſſent ſtatibus opibus monaſterij, & alijs commodis, & qualitatibus ingredi volentis: in tali caſu vſurarius non ijs, à quibus vſuras tales extorſit, ſed ei, qui illas dediſſet talibus, reſtituere teneretur: cùm per huiuſmodi inuoluntariam traditionem dominium rei ſic per ſimoniam extortæ ad illos non fuerit tranſlatum: ſed ſi illud tale recepiſſent propter paupertatē monaſterij, quod aliàs eum alere non potuiſſet: in tali caſu vſurarius monaſterio teneretur reſtituere, & non illi ingreſſo monaſterium: quoniam tunc nullum ſimoniæ vitium interfuit in tali acquiſitione: vt docet Sanctus Thomas in quarto ſentētiarum, diſtinctione vigeſima quinta, quæſtione tertia, articulo ſecundo, in reſponſione ad ſeptimum.

c. Veniens, ext. de ſimonia.

Hæc concluſio vera eſt & probatur per argumentum in capitulo, veniens, extra de ſimonia. in quo Alexander Tertius [præcepit reſtitui, pecunia pro ingreſſu religionis accepta ab Abbate, & conuentu ei, qui eam dederat.] Dixi probari concluſionem per argumentum in dicto capitulo, Veniens: quoniam licèt explicitè ipſa nō probetur per ipſum textum, benè, tamen, implicitè, eò quòd ſupra fuit probatum, extorta per vſuram reſtitutioni eſſe obnoxia: ſolùm probare ſufficiebat cui: & cùm ex dicto tex. eliciatur, quòd ſimoniaci huiuſmodi taliter acquiſita reſtituere teneantur eis, qui ipſa tradiderant, & ſemper reſtitutio facienda ſit, regulariter, verò, domino rei ipſius: inde ſequitur concluſionem probari per dictum tex. in c. veniens.

Probatur & ſecundò auctoritate Doctorum in dicto capitulo, veniens; eorum ſententias interpretando vt interpretati fuimus canonem ipſum in dicto cap. Veniens.

Decimaſexta concluſio.

22 *Vſurarius recipiens aliquid per uſuram ab eo, qui illud acquiſierat per ſimoniam mentalem, cui reſtituet.*

Vſurarius extorta per vſuram ab eo, qui illa acquiſiuit per ſimoniam mentalem, (id eſt, ſine pacto tacito, vel expreſſo) tenebitur illa reſtituere tali ſimoniaco & non eccleſiæ, in cuius iniuriam data fuerant. Dixi: tacito: quoniam taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, argumentū in capitulo, Qui tacet. de regulis iuris in ſexto. Vbi hæc habentur, videlicet. [Qui tacet conſentire videtur.

Hæc concluſio probatur triplici medio, præmittendo, tamen, aliqua notabilia pro declaratione terminorum illorum, ſcilicet, per ſimoniam mentalem.

Primum quorum eſt, ſimonia quid: ergo, pro maiori intelligentia dicendorum circa præſentem concluſionis materiam, quòd ſimonia eſt voluntas ſtudioſa (ſecundum Diuum Thomam in ſecunda ſecundæ, quæſtione 100. articulo

S. Thomas.

culo primo, in reſponſione ad primum, & ſecūdum, & Gabrielē Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione vigeſima quinta, quæſtione ſecunda, in principio, immò & communem ſententiam Doctorum,) emendi, vel vendendi aliquod ſpūale Theologicū, & nō phyſicū, vel ſpūali annexū. Dixi. [Voluntas,]. vt hęc diffinitio conueniat nō ſolū ſimoniæ exteriori, ſeu conuēctionali, verū etiam, & mentali: quod exprimitur per illum terminum [voluntas] quæ actū interiorem, & exteriorem amplectitur, cùm omnes virtutes, ac vitia ſint in voluntate, tanquàm in ſubiecto, vt docet S. Thomas, vbi ſupra. Dixi [ſtudioſa] duabus de cauſis. Prima quarum eſt, ſecundum S. Thom. vbi ſupra, ad deſignādum electionem, quæ principaliter pertinet ad virtutes, & vitia: eò quòd non omnis, qui peccat electione, peccat peccato in Spiritum Sāctum. Sed ſolùm qui peccatum eligit per contemptum eorum, per quæ homines ſolent retrahi à peccando. Secūda eſt (ſecundum Gerſonem, & Gabrielem vbi ſupra.) quia ſimonia propriè dicta (quam punit eccleſia fulminatione cenſurarum,) non ſtat in ſola uoluntate, ſed ſe extendit ad actum exteriorem: Dixi [emendi vel uendendi:] quoniam per hoc innuitur omnis contractus non gratuitus: quia talis poterit eſſe ſedes ſimoniæ. Dixi [ſpirituale Theologicū, & non phyſicum,] cùm ſpirituale phyſicum ſit res quędā indiuiſibilis: & ideò dixi [Theologicum] ad cuius intelligentiam ſciendum, quòd ſpirituale Theologicū tripliciter dicitur. Primò eſſentialiter, vt ſunt virtutes infuſę: character ſacramentalis, & dona Sancti Spiritus. Secundo cauſaliter, vel diſpoſitiuè, vt ſunt ſacramenta cauſantia gratiam ex opere operato, & ſacramentalia ex opere operante, ius patronatus, inueſtitura, iuriſdictio eccleſiaſtica, poteſtas ſpiritualis, & huiuſmodi: & ad hæc antecedentia, & concomitantia. Tertiò, actualiter, ſiue effectiuè, vt eſt effectus procedens à cauſa ſpirituali: item effectus qui fluunt à poteſtate eccleſiaſtica, ſiue ab ordine, vel ab officio eccleſiaſtico, aut à dono Spiritus Sancti (vt eſt actus baptizandi, vel baptiſmus, confirmatio, vnctio, ordinatio, abſolutio) qui actus ſunt ipſamet ſacramenta, prophetare, miracula facere, docere ſcientiam pietatis, & ſic de aliis procedentibus à dono prophetiæ, vel doctrinæ, vt docuit Sanctus Apoſtolus. 1. Corinth. 12. Hi enim ſunt actus ſpirituales à ſpiritu increato, & à donis increatis Spiritus Sancti procedentes mediatè, vel immediatè: Ideò, emi, vel uendi non poſſunt: quia cùm actus, malus ex genere, non debeat fieri (eò quòd ſemper habeat intrinſecam naturam mali in ſe, vt dicitur de prohibitis per præcepta negatiua) nunquàm erunt boni ac liciti (vt probauimus in prima quæſtione præſentis tractatus.

Gabriel Biel.

23 *Simonię diffinitio elegantiſſimè traditur, et exponuntur ſingulæ particulæ ipſius.*

24 *An peccās per electionem peccet in ſpiritum Sanctum.*

25 *Spirituale phyſicum.*

26 *Sūale Theologicū quotupliciter dicatur, & quæ ueniāt ſub hoc nomine.*

1. Cor. c. 12.

Nota primo, inde ſequitur, quòd emere vel vendere ſpirituale pro temporali ſemper illicitum erit tribus de cauſis. Prima (quidem) quia res ſpiritualis non poteſt aliquo terreno pretio compenſari (vt de ſapientia dixit Salomon, Prouerb. cap. 3. ver. 15. [Sapientia pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia quę deſiderantur, non valent huic comparari] ideo etiam Princeps Apoſtolorum in ipſa ſui radice, ſimoniacam prauitatem condemnans dixit (vt habetur in libro Actuum Apoſtolorum, cap. 8. ver. 20. [Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.] Secundò, quia id non poteſt eſſe debita materia uenditionis, cuius uenditor non eſt dominus, ut patet in auctoritate ſupra adducta: cùm prælatus eccleſiæ non ſit dominus rerum ſpiritualium, ſed diſpenſator: ſecūdum illud Apoſtoli. 1. Corinth. c. 4. uer. 1. dicentis: [Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum, ſeu myſteriorum Dei.] Tertiò, quia uenditio repugnat ſpiritualium

27 *Vendere ſpirituale pro temporali quare ſit illicitum.*

Prouer. cap. 3. ver 15.

Act. c. 8. ver. 20

1. Corin. cap. 4. ver. 1.

ritualium rerum origini, quæ ex gratuita voluntate Dei proueniunt: Vnde & Dominus dixit (Matth.cap. 10.ver.8.[Gratis accepiſtis, gratis date]& ideo ali quis emendo, vel vendendo rem ſpiritualem, irreuerentiam exhibet Deo, & rebus diuinis: propter quod hic talis peccat peccato irreligioſitatis. (Dixi cõſequenter in diffinitione ſimoniæ[vel annexum ſpirituali]pro cuius intelligẽtia ſciendum, quòd aliquod dicitur annexum ſpirituali dupliciter. Vno modo ſpirituale, quod præcedit ipſum annexum, vt ius recipiendi decimas annectitur ordini clericali. Alio modo ſpirituali, quod ſequitur, vt ius patronatus, qui eſt quoddam annexum ſpirituali, puta, beneficio eccleſiaſtico, & præſentationi ad idem: quæ omnia ſequuntur tale ius, quod dicitur iuſpatronatus: & vt docet S.Thom. vbi ſupra, in reſponſione ad ſextũ. Sicut anima uiuit ſecundum ſeipſam, corpus, autem, viuit ex vnione animæ, ita etiam quædam ſunt ſpiritualia ſecundum ſeipſa, ſicut ſacramenta, & alia huiuſmodi. Quædam, autem, dicuntur ſpiritualia ex hoc, quòd talibus adhærent, & vt dicit Gabriel vbi ſupra, ſacramenta dicuntur & ſunt ſpiritualia per cauſam ſine qua non: in quantum ſunt cauſæ effectiuæ gratiæ ſacramentalis, quę eſt ſpiritualis per eſſentiam.

Mat.c.10.ver.8

28 *Spũali aliquod annexũ eſſe dupliciter. dicitur, & ſacramenta quo dicamur ſpũalia S.Thomas.*

Gabriel Biel.

29 *Simonia tripliciter ſumitur.* 30 *Simonia largè capta quid ſit.* 31

Simonia tripliciter ſumitur à Doctoribus, videlicet, largè, ſtrictè, & ſtrictiſſimè. ſimonia largè capta dicitur illa uoluntas emendi, vel vendendi ſpirituale vel ſpirituali annexum, ſiue uolnntas huiuſmodi progrediatur in actum exteriorem, ſiue non, ſiue etiam interueniat pactum, aut conuentio, ſeu promiſſio dandi, aut exactio rei temporalis pro ſpirituali, ſiue non: & hæc acceptio ſimoniæ conuenit omni ſimoniæ.

Simonia ſtrictè ſumpta qd ſit. 32 *Exemplum ſimoniæ ſtrictè ſumptæ & ſimoniæ mentalis.*

Simonia, verò, ſtrictè accepta, dicitur collatio effectualis, non gratuita, temporalium pro ſpirituali non interueniente pacto: exemplum. Petrus dat aliquod temporale non exactus, & ſine pactione præuia Andreæ ob hoc præciſè, vt ab eo recipiat ordines, & ne repellatur ab eo (ſeu pro ſimili re ſpirituali) finaliter & principaliter, & Andreas præciſè eodem animo, & intentione recipit illud ſibi oblatum, vt præmium, vel fortè ipſe Andreas in animo ſuo ſtatuerat non ordinare Petrum niſi recepiſſet, vel ſperaſſet recipere aliquod temporale pro tali opere, ſcilicet, ordinem cõferendi, & hæc dicitur ſimonia mentalis, & non pactionalis: eò quòd non interuenit pactum ab extra: & hæc ſubdiuiditur in habentem effectum ſubſecutum ad extra, & in non habentem huiuſmodi effectum: & hæc poteſt rurſus ſubdiuidi in quaſi conuentionalem, & in non quaſi conuentionalem. Simonia quaſi conuentionalis dicitur, quando ignoratur, an illud donum temporale datum pro ſpirituali ſit liberè dono datum, & ut tale receptum, vel an ſit aliàs illicitè, & ſimoniacè datũ: (de quo habetur in c. Etſi quæſtiones. extra de ſimonia, in quo canone dicitur ponderandam fore qualitatem doni, & donantis pauperis, aut diuitis, recipientis, tẽporis, an in neceſſitate, vel extra: quoniam ex tali ponderatione poterit quis deuenire in cognitionem animi donantis, an fuerit ſolitus ſimoniam committere. Non quaſi conuentionalis ſimonia erit, quando ex qualitate donantis, & recipientis, vel donatæ rei (vt ſupra) percipi non poteſt animus donantis: qui, tamen, ſimoniam committit: cùm non liberè donauerit: ſed emerit ſpirituale, vt puta, ſi diues diuiti prælato aliquid parui ualoris donat praua ac corrupta mente ſimoniaca.

33 *Simonia quaſi conuentionalis quid ſit.* *c. & ſi quæſtiones, extra de ſimonia.* 34 *Simonia non quaſi conuentionalis quid ſit.*

35 *Simonia capta ſtrictiſſimè qd ſit.*

Simonia, verò, capta ſtrictiſſimè dicitur collatio effectualis rei temporalis pro ſpirituali facta interueniente pacto, promiſſione, ac obligatione de ſpirituali

rituali illo petito dando. Sciendum inſuper, quòd præpoſitio. [Pro] octo modis ſumitur. 34 *Præpoſitio [Pro] quotupliciter ſumatur.*

Primò, vt dicit appretiationem, vt ſcilicet, ſuum caſuale ſit pretium condignum alterius, & ſit ibi adæquatio valoris vnius ad alterum. [Pro.] Primo modo ſumitur ad denotãdam appretiationẽ.

Exemplum, do tibi decem florenos pro equo: qui ſic dat, recipit, vel expectat corde, ore, vel opere, aut etiam cum pactione, exactione, promiſſione, aut ſine expreſſa pactione, vel exactione ſpiritualis rei pro temporali, quaſi vnum ſit rationabile, & adæquatum pretium alterius.

[Pro.] Secundò modo accipitur, vt dicit cãm principalem, & finalẽ mouẽtem ad opus, & ſine qua præcisè opus non fieret: ſic dare, aut facere ſpirituale pro temporali vltimatè, & finaliter propter commodum temporale datum aut dandum, aut exactum praua auaritiæ affectione & cætera, ſimoniacum eſt: quia non gratuitò datur, ſed in animo fit commutatio non gratuita huius pro illo. Sic dare rem pecunia æſtimabilem pro ſpirituali præcisè, & finaliter turpe eſt. Secundo modo ad denotandam cauſam principalẽ, & finalem mouẽtem.

De hoc Sanctus Thomas, quodlibeto octauo, quæſtione vndecima, quærit de ituro ad eccleſiam propter diſtributiones temporales, ſi illę diſtributiones temporales ponuntur principalis finis ingreſſus in eccleſiam, ſimonia eſt: ſic de celebrante propter pecuniam finaliter & principaliter: ſi autem huiuſmodi non ſunt finis principalis, ſed Deus ipſe finis eſt, cui vt ſeruire poſſit, ſubſtentationem recipit neceſſariam, hoc ergo modo recipiens aliquid temporale pro ſpiritualibus impenſis, ac miniſtratis, non erit dicendus ſimoniacus: quia hoc modo acceptio diſtributionum non eſt præcisè cauſa à qua compellitur eccleſiam ingredi abſolutè loquẽdo: ſed eſt cauſa quare pro tunc ingreditur, & non alia vice. S. Thomas.

Tertiò modo accipitur [Pro] non vt dicit cauſam finalem, & principalem: ſed ſolùm vt dicit cauſam allicientem, trahentem, perſuadentemque ad donandum aliquid liberè intuitu beneficij ſuſcepti, vel ſuſcipiendi, ſiue antè, ſiue poſt fiat, ſublato puſillorum ſcandalo, & ſpecie mala, vnde poſſit ſumi ſuſpicio ſimoniaca: Sic relicta, & permiſſa ſunt, & aſſignata nonnunquàm temporalia Paganis, & infidelibus, vt conuertantur ad fidem: ut, ſcilicet, uiſa fidelium beneuolentia, & ſalutis eorundem cupiditate conuerti ſtudeant. Tertio modo ad denotãdam cauſam alliciẽtem.

Sic cum Iudæis fieri poſſet, quòd eccleſia relinqueret eis (& eos de hoc certiores redderet) temporalia vagè reſtituenda.

Si enim vaga reſtitutio, (ideſt, ea quæ incerto domino eſſet facienda) poteſt aliis applicari, quare non ipſiſmet iudæis (vt conuertantur) dimitti: vt in quæſtione præſenti, quarta concluſione, probauimus, loquendo in perſona vſurarij pauperis reſtitutioni obnoxij incerto domino, pro vſuris exactis. Eodemmet modo (ſecundum Alexandrum de Ales parte ſecunda, quæſtione 186. membro primo, articulo quarto,) dantur eleemoſinæ pauperibus, & religioſis: vt prouocentur in amicitiam ſpiritualem oraturi Deum pro benefactoribus, iuxta Domini ſermonem. Lucæ capite decimo ſexto, [facite vobis amicos de mammona iniquitatis,] quod, & elicitur etiam ex cap. Et ſi quæſtiones. §. quod autem. extra de ſimonia. Alex. de Ales. Luc. c. 16. c. & ſi quæſtiones, extra de ſimonia.

Quartò, autem, vt dicit ſtipendationem, ſiue iuſtam miniſtri ſubſtentationem, ſic prædicator non vendit operas, ſed gratis prędicat, expectans ſubſtentationem ab auditoribus: dato quòd nollet prædicare, ſi non daretur ſibi ſtipendium: cùm ad hoc non teneatur aliquo iure: eò quòd non ſit eorum paſtor (vt ſupponitur) ſic dantur clericis beneficia, vt gratis officium ſuum exoluere poſſint iuxta Domini ſententiam dicentis, [Dignus eſt (enim) operarius mercede ſua] & ſecundum Apoſtol. [Qui altari ſeruit, de altari uiuere debet. nec magnum eſt, ſi ſeminans ſpiritualia metat temporalia.] 1. Corinth. cap. 9.

Mat. cap. 10. Luc. c. 10. 1. Corin. cap. 9. ver. 13.

[Pro.] Quinto modo ad denotandam punitionem.

Quintò dicit punitionem, ſic dat quis temporalia pro abſolutione à pœna aliqua ſpirituali ſeu eccleſiaſtica incurſa propter aliquod crimen: non vt pretium abſolutionis, ſed in pœnam tranſgreſſionis factæ: & ut ſic metu pœnæ incurrendæ, aliàs idem non perpetet ſcelus, ceſſante, tamen, ſcandalo actiuo: ne magis videatur auaritiam intendi, quàm delinquentis correctione. [Pro]

Sexto modo ad denotandam quandam pręmiationem gratuitam. Dan. ca. 4. ver. 24.

Sextò, vt dicit, quandam præmiationem gratuitam ad meritum præcedens: ſic temporale datur pro ſpirituali ratione pietatis, vt ſupra, in tertio modo dictum fuit, & hoc nos docere voluit Daniel. (cap. 4. ver. 24. dicendo, [Peccata tua eleemoſinis redime] eò quòd verbũ illud, redimere, capitur ibi non pro redemptione ciuili: ſed metaphorica: nec eleemoſina ſumitur pro re temporali præcisè: ſed dicit meritoriam actionem, quæ eſt quoddam ſpirituale conſiſtens in eleemoſinæ elargitione. Sic dantur indulgentiæ pro pecunijs quibus nonnunquàm eccleſia indiget, vt gratis (ſcilicet) perceptis indulgentijs animentur ad danda temporalia pro ſpiritualibus, vel in propoſito, non vt pro pretio, ſed ratione actus, quem quis facit, meretur hoc ſibi dari gratis: tametſi indulgentias non fuiſſet conſequutus non faciendo id, propter quod dantur pro tunc. Sic dicunt Sancti Doctores, Apoſtolos Sanctos mercatos fuiſſe regnum cœlorum, ſuarum, ſcilicet, facultatum expropriatione, ſeu abrenuntiatione, & dicitur regnum cœlorum poſſe emi, idest, mereri, loquendo metaphoricè. [Pro] Septimo dicit vexationis iniuſtæ redemptionem: ſed hic modus dicendi ſatis includitur in primo, ſcilicet, ratione appreciationis: Cùm, enim, ceſſatio vexationis iniuſtæ quid æſtimabile pretio ſit, indè ſequitur quòd poſſit habere rationem mercis appreciabilis, & ſic reducitur ad primum modum. Exemplum. Sacerdos meus non vult mihi miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ (vt tenetur) do ſibi temporale, non vt emam ſpirituale: ſed vt iniuſtam vexationem redimam: non, enim, emitur actus ſacerdotis: ſi, enim, liceret emere, liceret & vendere, & ſic poſſet vendere actus & labores ſuos. Vnde Gerſon in Floribus & in tractatu de ſimonia in reſponſione ad ſextam rationem, & Petrus à Palud. in quarto ſententiarum, diſtinctione vigeſima quinta, quæſtione quinta, articulo ſecundo, dixit, quòd ſicut licet de iure ciuili ſanguinem ſuum redimere: ſic de iure canonico vexationem iniuſtam, (vt in capitulo, Dilectus. el primo, extra de ſimonia, quod & docuit quoque S. Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione 100. articulo quarto, in reſponſione ad tertium, & ibi difuſiùs idem docet Caietanus in Commentarijs,) quod ſit, quando homo dat pecuniam, non vt ius aliquod ſibi acquirat de nouo: ſed ne ius ſibi debitum, & iam iure quæſitum iniuſtè ſpolietur. [Pro.]

[Pro Septimo modo denotat vexationis iniuſtæ redemptionem. Exemplum de prædicto modo:

Gerſon. Pet. à Palud.

Octauo modo denotat obſeruantiam reuerẽtialem introductam.

Octauo ut dicit, reuerentiam, ſeu conſuetudinem obſeruari ſolitam. Sic dicitur pecuniam dari pro ſacramentis: & quia ſic habet conſuetudo (gratitudinis

titudinis vice) vt detur temporale aliquod miniſtro ſpiritualium, ideò hoc non prohibent iura, cùm dicunt, quod nihil debeat recipi. Verum eſt ſub ratione pretij, ceſſante pactione vt ſtatutum fuit, & declaratum in concilio generali Lateranẽſi, & habetur in c. Ad Apoſtolicam. extra de ſimonia. [In quo Papa mandauit ſeruandas fore laudabiles conſuetudines fidelium.] Hæc omnia adducta hic notabilia excerpta ſunt à doctrina Diui Thom. in 4. ſent. diſtin. 25. q. 3. art. 1. 2. & 3. per totum, & Gabrielis Biel, vbi ſupra, in 4. ſentent. diſt. 25. q. 2. not. 3. 35

Sub rõne pretij ſolũ eſt prohibitum aliqd ſuſcipere pro adminiſtratione ſacramentorum.

c. Ad Apoſtolicam, extra de ſimonia.

S. Thomas.

Gabriel Biel.

Notandum inſuper, quod in dando temporale pro ſpirituali, vel in expectando temporale commodum pro ſpirituali: quatruplicem habere intuitum vel reſpectum contingit. Primò poteſt intuitus, ſeu reſpectus ferri ad temporale commodum tanquam ad pretium rei ſpiritualis, quaſi ſit adæquatio valoris vnius rei ad alteram: ſicut eſt in emptione, & venditione ciuilis, vbi datur pecunia pro merce quaſi rationabile eius pretium: & hoc dupliciter contingere poteſt, vel ex deprauatione iudicij intellectus, ita quòd intellectus credat aſſentiendo, hoc temporale commodum verè poſſe eſſe pretium rei ſpiritualis, etiam adiecta pertinacia in taliter credẽdo, ita quòd ſit verè error pertinax, & in intellectu practico, & ſpeculatiuo ſimul: vel (ſecundò) licet nõ credat ſpirituale poſſe, vel debere emi pecunia, vel alia re temporali pecunia ęſtimabili: Attamen vult ſimpliciter, & finaliter habere temporale commodum pro ſpirituali, quaſi mercedem quandam, aliàs non daturus ſpirituale: ita q; ſit error in intellectu practico tantum, & receptio commodi temporalis ſit præciſa, & principalis cauſa collationis beneficij, vel ordinis, ſeu etiã expectationis rei alterius cuiuſcũque ſpiritualis. Tertiò cõtingit intuitum ferri ad commodum temporale tanquam ad motiuum præciſum, & principale dandi ſpirituale pro temporali: ita quòd commodum temporale ſit finis principalis, & vltimatus dandi ſpiritualia: in quo ſiſtitur intuitus ſpiritualia conferentis, & ille intuitus poteſt procedere ex ſola deprauatione affectus per auaritiam remanẽte iudicio recto intellectus ſpeculatiui: vel põt, & intellectus, & affectus eſſe verè omnino deprauatus, vt ex intellectus deprauatione verè ſequatur hæreſis iuncta pertinacia, & errore in fide. Tertio contingit intuitum ferri tãquam ad motiuum minus principale, vel ad finem ſubordinatum fini vltimo & principali, & tunc ſecundùm doctrinam Philoſophi, hi duo fines habentur tanquàm vnus, cùm vnus ſit propter alterum, & minùs principalis propter principalem. Quartò contingit intuitum commodi temporalis ferri tãquàm ad rem debitã de iure naturali & diuino, vt puta, vt habeaĩ iuſta ſuſtẽtatio miniſtri iuxta doctrinam Dñi noſtri Ieſu Chriſti & Apoſtoli Sancti (paulò antè relatã) ſumptam nũc ex lege naturæ, & ex ſacra ſcriptura. Ait dñs. n. [Dignus eſt operarius mercede ſua.] Luc. c. 10. & Mat. c. 10. in quib. locis ipſe Dñs decreuit quæ ſunt de iure beneficii, reſpectu victus, & multa alia ſimilia, & 1. Corinth. cap. 9. Vbi dixit Apoſtolus. [Dominum ordinaſſe, vt de Euangelio viuat, qui Euangelium annunciat, & cum altario participent, qui altario deſeruiunt.] Ex his omnibus elicitur luce meridiana clarius, quòd primus, & ſecundus intuitus ſunt ſimoniaci de iure diuino, & includuntur in prima, & ſecunda acceptione illius præpoſitionis [Pro] Vnde ſi utrobique concurrat error intellectus ſpeculatiui, quòd ſpiritualia ſic poſſint de facto, & de iure emi quoad primum, aut quoad ſecundum, quòd liceat ſic de iure pro ſpirituali recipere temporale: quodque datio ſpiritualium poſſit recuſa-

36

Dans aliquid temporale pro re aliqua ſpirituali poteſt moueri ex quatuor cauſis ſeu reſpectibus.

Prima cauſa.

Secunda cauſa.

Tertia cauſa.

Quarta cauſa.

Luc. c. 10.

Mat. cap. 10.

1. Cor. c. 9.

Dd 2 ri, niſi

ri,niſi dentur temporalia,eſt error manifeſtus,& hæreſis propriè dicta, accedente pertinacia: & ſic agentes(re ſequuta) habendi ſunt tanquàm hæretici pertinaces.

Simoniacus quãdo dicatur verè hæreticus, & quando interpretatiuè.

37 Hinc frequenter ſimonia hæreſis dicitur:quia omnis ſimoniacus eſt verè, vel interpretatiuè hęreticus:verè,in caſu nunc dicto:interpretatiuè,cum non poſito errore ſpeculatiuo nihilominus nõ vult dare ſpirituale niſi habito temporali commodo. Videtur,enim, quaſi vendere ſpirituale,huiuſmodi poſita intentione praua & erronea practicè,& ſi non ſpeculatiuè.

Hinc omnis ſimoniacus poteſt haberi ſuſpectus in fide, præſumptione iuris, vel operis.

Tertius verò reſpectus,ſeu cauſa & quarta poterunt haberi ſine omni peccato,laudabiliter,& meritoriè:dum,tamen, apoſtolica obſeruetur doctrina: quæ nobis pręcipit abſtinere non tantùm à malo, verùm etiam ab omni ſpecie mali,vt ſi non exerceantur ſpiritualia,vel adminiſtrentur,niſi priùs percepto commodo temporali:ſi turpiter,& ſcandaloſè extorqueantur,vel exigantur temporalia,ſi à paupere,ſi tempore neceſſitatis, ſi in exceſſiua quantitate, & cum auaritiæ nota:In his,& ſimilibus caſibus, quorum nonnulli recenſentur in cap.Etſi quæſtiones.extra de ſimonia,ad minùs rationabiliter ſuſpicari poterit contra eos de ſimoniaca intentione.

Notandum inſuper,quòd licèt ſecundum communem vſum loquendi tã ementes quàm vendentes ſpirituale pro temporali dicantur ſimoniaci quia in emptione implicitè continetur venditio ab alio facta.& ècontra, tamen, ſi diſtinctè loqui uoluerimus ementes dicendi erunt ſimoniaci à Simone Mago,qui emere pecunia voluit gratiam Spiritus Sancti,& vendẽtes dicendi eſſent Giezitæ à Giezi diſcipulo Eliſei Prophetæ: cùm ipſe vendere auſus fuerit quodammodo gratiam ſpiritualẽ,virtute cuius mundatus fuit à lepra Naaman ſirus leproſus de quo infra latiùs.

Ex his omnibus notabilibus hucuſque adductis ad declarationem termini illius in concluſione adducti,per ſimoniam mentalẽ:(cùm eius cognitio confeſſoribus & eccleſiaſticis iudicibus neceſſaria ſcitu ſint)duo corolaria eliciuntur.Primum quorum eſt.

Primum Corrolarium.

Deliberatè,& ex animo intendens dare,aut recipere,aut exactus reddere, ſeu remittere temporale pro ſpirituali,& ècõtra,primo, vel ſecundo intuitu: ſiue capiendo præpoſitionem illam [Pro]primo,vel ſecundo modo, ſiue ponatur error in iudicio intellectus practici & ſpeculatiui ſimul, ſiue practici,tãtùm,cum affectus deprauatione,mentalem & execrandam committit ſimoniam coram Deo ab ipſo grauiter puniẽdam.Hoc corrolarium patuit per adducta in notabilib.& in Act. Apoſt.lib.c.8.ver.18.19.& 20.Vbi hæc habẽtur, videlicet.[Cùm vidiſſet,autem,Simõ quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem,vt cuicunque impoſuero manus,accipiat Spiritum Sãctum: Petrus,autem,dixit.Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.

Actuum.c.8.

Secundum Corrolarium.

Deliberatè dans, vel recipiens, exigens, aut exactus reddens temporale pro ſpirituali,vel ècontra:primo,vel ſecundo modo (vt ſupra) ſiue etiam interueniat pactum, ſiue non:execrandam committit ſimoniam diuino & humano

mano iure vetitam: & quòd diuino iure ſit prohibita huiuſmodi ſimonia, probatur per pęnam inflictam ſimoniacis à Deo in teſtaměto veteri. vt patet in 4.lib.Reg.c.5.in quo refertur[Deum percuſſiſſe Giezi puerũ Eliſei lepra, eò quòd receperat munera à Naaman leproſo:quem Dominus eius curauerat à lepra:hinc lepra Naaman ei adhæſit,& factus eſt leproſus.]Item 3.Reg. c.13.euertit Deus domum Hieroboam,& deleuit de ſuperficie terræ.Nã(ſecundum Nicolaum de Lyra ibidem) Hieroboam vendebat ſacerdotium: & ideo qui implebat manum ipſius,ſcilicet,dando plus,aut maius pretium ſibi offerendo,hic obtinebat ſacerdotium,& ſic fuerat ſimoniacus pactionalis ſaltem implicitè.Item Micheæ.cap.3.verſi.9.10.11.& 12.dicitur.[Audite hoc Principes domus Iacob,& Iudices domus Iſrael,qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis.Qui ædificatis Sion in ſanguinibus:& Ieruſalem in iniquitate.Principes eius in muneribus iudicabant,& ſacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant,& ſuper Dominum requieſcebant:dicentes,nunquid non Dominus in medio noſtrum? Non veniant ſuper nos mala. Propter hoc,cauſa ueſtri,Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit: & mons templi in excelſa ſyluarum] ex quibus omnibus patet,quantam pœnam ſimoniacis Dominum minatum fuiſſe propter peccatum ſimoniæ: & quòd ſimonia ſit prohibita iure humano,non tantùm patet per omnes canones intra corpus communis iuris clauſos ſub titulo de ſimonia: verùm etiam per extrauagantem conſtitutionem Pauli ſecundi & Vrbani quarti, qui voluerunt,committentes crimen ſimoniæ tàm pro ordinatione, quàm beneficio, vel ingreſſu in religionem concedendo, fore ipſo iure excommunicatos excommunicatione Papæ reſeruata. 4.Reg.c.5. 3.Reg.c.13. Micheę.cap.3.

His ergo præmiſſis, noſtra decima ſexta concluſio probabitur triplici medio.Primò,enim,per argumentũ quàm apertiſſimum in capitu. fina. extra de ſimonia.in quo infraſcripta habentur ſtatuta à Gregorio Nono Pontifice, videlicet,[Mandato noſtro recepto,vt cum monachis, qui per ſimoniam dato aliquo,locum in monaſteriis ſunt adepti:ſecundum conſtitutionem generalis Concilij diſpenſares:Conſultationi breuiter reſpondentes, dicimus,mandatum Apoſtolicum,etiam ad Abbates extẽdi:& ad reſignationes ſpiritualium & temporalium,quæ nullo pacto,ſed affectu animi præcedente vtriuſque taliter acquiruntur (in quo caſu delinquentib.ſufficit per ſolam pęnitentiã ſuo ſatisfacere creatori)eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri.]Hæc in dicto canone.Sed animaduertendum erit,me dixiſſe noſtram concluſionem non probari per tex.in dicto canone.Sed per arg.in d.c.quoniam licèt explicitè text. ille non loquatur de reſtitutione facienda vſurario de re ipſa accepta per vſuram à ſimoniaco mentali,tamẽ,probatur benè implicitè:cùm ibi dicatur[acquirentem aliqua per ſimoniam mentalem non fore obnoxium reſtitutioni: ſed ipſa poſſe ſibi retinere,licèt,bene teneatur ad pęnitẽtiam peragendã pro peccato incurſo ratione prauitatis affectus ipſius]ex quib. verbis elicitur,dictum ſimoniacum verum eſſe dñm acquiſitæ rei per ſimoniam mẽtalem:cũ, ergo,quàm ſepiſſimè fuerit probatũ in ſuperiorib.regulariter dño rei extortæ per vſuram ab vſurario rem ipſam reſtituendam fore:conſequẽs erit, ꝙ ex dicto canone eliciatur,vſurariũ reſtituere debere per vſuram extortũ à ſimoniaco mentali,ipſimet ſimoniaco,& nõ aliis:cũ verus fuerit dñs talis rei,eò ꝙ non prępipiat,ei taliũ reſtitutio:quod,tñ,non dr̃ de ſimoniaco cõuentionali. Probatio concluſionis decimæ ſextę. c.fi.extra de ſimonia.

Probatur præſens concluſio & ſecundò Doctorum auctoritate tàm Theologorum quàm Canoniſtarum, & Summulariorum, eorum ſententias interpretando, prout interpretati fuimus textum in dicto capitulo finali, extra de ſimonia.

S. Thomas. Sciendum, ergo, quòd præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit, quàm libentiſſimè Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione 100. articulo ſexto, in reſponſione ad ſextum, infraſcriptis verbis vtens, videlicet, quoad Deum ſola voluntas facit ſimoniacum. Sed quoad pœnam eccleſiaſticam exteriorem, nō punitur vt ſimoniacus, vt abrenuntiare teneatur: ſed debet de mala intentione pœnitere. hæc ille Sanctus Caietanus ibidem in Commentarijs, qui adducit dictum capitu. fin. Paludanus in quarto ſententiarum, diſtinctione vigeſima quinta, quæſtione quinta, articulo primo, concluſione ſecunda, in ver. tertia pœna eſt, in tertio caſu ibi, enumerato, affertque pro hac opinione dictum capitu. fin. Tartaretus in quarto ſententiarum, diſtinctione vigeſima quinta, quæſtione prima, in ver. Simonia mentalis. Gabriel Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione vigeſima quinta, quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, poſt propoſitionem ſecundam. in ver. quia autem, & ex Canoniſtis autem Gloſ. in dicto capitulo fin. de ſimonia. Panormitanus ibidem, & ex Summularijs, Syluester in ſumma in ver. ſimonia. §. vigeſimo, Nauarrus in ſuo manuali. cap. 23. numero 102.

(Caietanus. Pal. Tartaretus. Gabriel Biel. Gloſ. Syluest. Nauarrus.)

Probatur & tertiò præſens concluſio hac ratione, videlicet.

Ratio concluſ. ſextæ. Cùm vnuſquiſque vſurarius teneatur extorta per vſuram vero eius domino reſtituere (vt in capitulo, Cùm tu. extra de vſuris,) & verus dominus alicuius rei, ille dicatur, qui illam rem de iure poſſidet, & nullo iure ad ipſius reſtitutionem compellitur: Inde ſequitur, vſurarium teneri ad reſtitutionem taliter extortorum (quæ acquiſita fuerant per ſimoniam mentalem) ipſi ſimoniaco mentali, & non alijs, cùm & ipſe ſimoniacus potuiſſet illa poſſidere ac retinere hoc ſibi iure concedente in dicto capitulo fin. de ſimonia. in quo dicitur, ipſum tantùm teneri ad pœnitentiam peragendam de peccato commiſſo ratione intentionis prauæ quam habuit.

Impugnatio concluſionis. Et ſi concluſio noſtra veriſſima ſit, tamen, inſurgere poſſet quis contra illā, dicendo ipſam falſam: eò quòd innixa fuerit ſuper auctoritatem textus in capitulo fin. extra de ſimonia, ex quo canone non debet elici, ſimoniacum mentalem non teneri ad reſtitutionem acquiſitorum ipſa mediante, immò contrarium: quod & probatur duplici medio. Primò, enim, auctoritate Ioannis de Mayronis in quarto ſententiarum, diſtinctione vigeſima quinta, quæſtione prima, Hadriani (vt ei impoſuit Dominicus à Soto in libro nono de iuſtitia, & iure, quæſtione octaua, articulo primo, in reſponſione ad ſextum. Ioannes de Medina in Codice de reb. reſtituendis, quæſt. quarta, §. In ſecundo argumento, in ver. Ideò videtur dici aliter poſſe, quòd ſicut vſura mentalis.

(Maior. Hadrianus. Sotus. Ioā. à Medina.)

At quoniam Sotus, vbi ſupra, nititur noſtram concluſionem oſtendere falſam obijciendo contra ea, quæ Doctores fauentes noſtræ concluſioni dixerunt: operæ pretium duxi (vt magis veritas iſtius quæſtionis eluceſcat) gradatim ipſas referre, & deinceps ipſiſmet reſpondere.

Reſponſio. Sciendum, igitur, Sotum referendo Hoſtienſis ſententiam, dixiſſe, Hoſtiēſem diſtinxiſſe tali pacto, quòd acquiſita per ſimoniam prohibitam iure diuino neceſſariò erunt reſtitutioni obnoxia: acquiſita, verò, per ſimoniam prohibitam de iure poſitiuo non reſtituenda fore: cui conſentijt Henricus, ad quod

Sotus

Sotus reſpondit, quòd ſummus Pontifex ibi loquutus fuerit de ſimonia prohibita de iure diuino, quaſi diceret, ergo, Hoſtienſis, & Henricus ſibimêt aduerſantur, vt patet ad ſenſum.

Attamen talis impugnatio nulla videtur, cùm non ſit ſuſpicandum, tantos Doctores ignoraſſe ſimoniam quamcunq; prohibitã eſſe de iure diuino: quapropter ipſi per illa verba uoluerunt nos docere, quòd tunc per ſimoniam mentalem acquiſita erunt reſtitutioni obnoxia, quando vtroque iure acquiſitionis talis modus venit prohibitus, ac per conſequens puniendus: cùm ſemper ipſa ſimonia prohibita per ius poſitiuum præſupponat prohibitionem factam à iure diuino. volebant, igitur, ipſi Doctores intelligere quoad pęnas inflictas de iure poſitiuo, eò quòd tantùm ſimonia conuentionalis ſit prohibita addita pœna reſtitutionis faciendæ eorum, quæ fuerunt acquiſita per talẽ ſimoniam: vt in capitulo, De hoc. extra de ſimonia, non autem ſic de ſimonia mentali dicitur, quæ ſolùm prohibita eſt de iure diuino ſine obligatione reſtitutionis, cùm hoc expreſsè aliquo iure non ſit cautum: immò, quòd non teneatur reſtituere talis ſimoniacus habetur expreſsè in dicto capitulo fin. iuxta communem Doctorum interpretationem. quem quidem canonem interpretando Panormitanus ait, quòd in hoc patet differre vſuram mentalem à ſimonia mentali: cùm acquiſita per uſuram mentalem ſint reſtituenda, nõ autem per ſimoniam mentalem: in odium vſurarum, ne detur occaſio palliandi vſuras. ad quod ipſe Sotus, vbi ſupra, reſpondet, quòd huiuſmodi ratio nulla ſit: cùm deberet ſimonia maiorem inuidiam parere quàm vſura, eò quòd ipſa ſit virulentior, ad quod ego reſpondeo, quòd non valet conſequentia: grauius peccatum eſt ſimonia quàm eſt vſura, at vſurarius mentalis tenetur reſtituere per ipſam aquiſita: ergo, ſimoniacus mentalis acquiſita taliter reſtituere tenebitur: non valet conſequentia, eò quòd à diuerſis nõ debeat fieri illatio. & quòd ſit diuerſum, patet, per ſe: quoniam per uſuram etiam mentalem acquirens quandam uiolentiam, ac iniuriam infert ſuo proximo, non autem acquirens per ſimoniam mentalem: cùm ſimoniacus mentalis (licèt aliquid expectet,) tamen, longè minoris valoris rei (quàm traditurus ſit) ipſe inde aſſequitur: ex quo patet, quòd ex hac expectatione & receptione nulla irrogatur iniuria ipſi danti ſimoniacè: quod, tamen, non poterit dici de accipiente vltra ſortem: Vnde patet Panormitanum benedixiſſe: Dixit quoque Sotus, vbi ſupra, ſubſequenter, quòd Ioannes Andreas in dicto capitulo fin. attulerit aliud minoris probabilitatis, dicens, quòd in vſura ſola mens vſurarij eſt deprauata exigentis aliquid ultra ſortem, non autem alterius ſoluentis: & ideo iubetur ei fieri reſtitutio. In ſimonia, uerò, utriuſque animus eſt corruptus. Nam tàm emi, quàm uẽdi ſpirituale prohibetur: & ideò cæteris paribus melior eſt conditio poſſidentis, ut uterque permittatur id poſſidere, quod recepit: quoniam per uſuram magis, uulneratur charitas. ad quam opinionem ipſe Sotus reſpondendo ſubintulit, quòd ipſius ſententia ſit quædam conficta interpretatio, minùs ad rem accommoda: inde patet, quòd deprauata mens nemini debet ſuffragari: quare multò minùs deberet ſimoniacns dominium acquirere, quàm uſurarius. Nam aliàs etiam ſi pactum interueniſſet, deberet uterque dominium acquirere.

Sot⁹ impugnat ſententiam Io. Andr.

Ad Sotum, ergo, reſpondendo dico, ſententiam Ioannis And. optimã eſſe, cùm fundetur ſuper illud cap fin. & ſuper regulam iuris in capitulo, In pari delicto, de regulis iuris in ſexto, ubi dicitur. [In pari delicto potior eſt cõditio poſſidentis]

Reſpondetur Soto.

c. In pari delicto de reg. iur. in 6.

L.cùm par delictum.ff.de reg. iuris.

poſſidentis)idem dicitur in L.cum par delictum.ff.de regulis iuris. Sic, ergo in propoſito,cùm aliquo iure non ſit cautum vt ſimoniacus mentalis teneatur reſtituere, quæ per talem ſimoniam acquiſiuit:inde ſequitur, quòd melior eſſe debeat conditio poſſidentis,quàm eius,qui dedit: nec ſequitur illa illatio facta à Soto,dicente,quòd multò minùs ſimoniacus talis deberet acquirere quàm vſurarius mentalis:cùm vſura ſit minùs graue peccatum: contra quem dico,quòd quando habetur ſermo de reſtitutione facienda neceſſariò, vel non facienda,non venit ponderanda grauitas peccati,ſed iniuſtitia acquiſitionis huiuſmodi rei.Nam ſicut ſi virgo conſentiat ſtupro pro pecunia recipienda(meo quidem iudicio)magis peccat,quàm is,qui clam aliquid furaretur,vt delitiis vacaret,cùm in tali ſtupro duæ grauiſſimæ deformitates reperiantur.Prima quarum,eſt peccatum luxuriæ,& ſecunda peccatum auaritiæ: in fure autem ſupradicto tantum iniuſtitia illa,quæ minoris damni erit honori proximorum,quàm ſtuprum:& tamen, (vt ſupra probauimus) huiuſmodi virgo ad tale lucrum reſtituendum,ſub præcepto,non tenebitur: cùm videatur eam vendidiſſe corpus proprium,licèt cum iactura honoris aliorum,vt ipſemet Sotus faſſus fuit loco ibi per me citato.Fur autem ſemper ad reſtitutionem tenebitur ratione iniuſtitiæ,qua damnificauit proximum ſuum: & quoniam fur,& vſurarius quoad materiam reſtitutionis ad paria iudicantur:inde ſequitur,illationem Soti non vſquequaque eſſe veram, (cum reuerentia, tamen,tanti Doctoris)& quòd hoc ſit verum,patet per textum in capitulo,cōſuluit.extra de vſuris,in quo acquiſita per uſuram mentalem dicuntur reſtitutioni obnoxia:quod nullibi legitur de acquiſitis per ſimoniam mentalem: vnde patet ex dictis,quòd verum non ſit quod ait Sotus,ſimoniacum mentalem multò minùs debere acquirere dominium acquiſitorum per talem ſimoniam,quàm vſurarium mentalem:cùm eadem ratio,quæ militat in uſurario, non militat in ſimoniaco:eò quòd vſurarius per iniuſtitiam, & iniuriam aliquid acquirit:ſimoniacus,verò,(licèt malè & cum graui peccato),tamen,nullam iniuſtitiam committit contra proximum,à quo per ſimoniam mentalem aliquid accepit ſpirituale vendendo pro temporali, cùm ille talis voluntariè dedit:ſed nec valet alia obiectio ipſiuſmet Soti(paulò poſt)dicentis,quòd is, qui aliquod temporale dedit pro ſpirituali etiam ſine aliqua pactione,nō voluntariè dedit:cùm maluiſſet ſibi illud magis tribui gratis quā mediante munere illo tempore à ſe oblato.Non(inquam)hæc conſequentia obſtat,non uoluntariè dedit,malens illud ab eo,(cui dedit temporale pro ſpirituali) gratis ſuſcipere.Ergo ille talis ad taliter acceptum neceſſariò reſtituendum ei teneatur:quoniam ſi huiuſmodi illatio vera eſſet, ſequeretur hoc abſurdiſſimum, quòd vendentes merces ſuas tuta conſcientia non poſſent retinere pretium ſibi ſolutum pro ipſis obtinendis:quoniam per ſe patet, vnumquemque potius velle ſibi merces donari,quàm vendi aliquo pretio etiam infimo:ex his, ergo,deducitur,quòd non valeat illatio Soti,dicentis, non voluntariè dedit alter ſimoniacorum mentalium,ergo,alter eorum recipiens non poterit tuta conſcientia illud retinere:cū verus interceſſerit contractus emptionis ex parte dantis,& venditionis ex parte recipientis ſpirituale pro temporali.

c.conſuluit, extra de vſur.

Impugnatur Sotus.

Inſuper Sotus ubi ſupra,recitauit ſententiam Caietani ſe ſubſcribentis noſtræ concluſioni,dicens: Caietanus longè alia uia procedit, dicens,eum qui uſurā ſoluit, inuitus ſoluere:non ita dicendum erit de aliquid dante per ſimoniam:quare uſurarius non acquirit dominium rei extortæ per uſuram.

In

In ſimonia, verò, uterque dat vltroneus: nam cùm præbenda ſuapte natura pretio æſtimabilis ſit, idcircò eam recipiens libenter pretium ſoluit: quare niſi eccleſia prohiberet tranſlationem dominij, teneret vtrinque datio: & quia citrà pactum non impedit quin transferatur dominium: cùm non præcipiat reſtitutionem, vterque, ſcilicet, dans temporale pro ſpirituali recipiendo, & dans ſpirituale pro temporali recipiendo, vterque (inquam) eorum acquirit dominium talium ſibi datorum. Addit Sotus. Sed neq; illa ſolutio hærenti animo ſatisfacit: nam perindè ſimoniacus inuitus videtur conferre pretium, atque ille, qui accipit ad vſuras: ſiquidem mallet gratis accipere, ut iure diuino alter tenebatur conferre. hæc Sotus: cui iam paulò antè reſponſum dedi, dicendo, huiuſmodi illationem nullius eſſe valoris, aut conſiderationis, vt peroptimè aſſeruit quoque Nauarrus, vbi ſupra, cum de contractus emptionis & venditionis iuſtitia non requiratur, quòd emens merces voluntariè det pretium: cò quòd vnuſquiſque magis vellet ſibi donari merces gratis, quàm pretio aliquo mediante: & tamen, neque ipſe Sotus auderet aſſerere venditorem mercium interueniéte pretio teneri ad mercium reſtitutionem, licet omnis emptor vellet merces accipere gratis & non mediante pretio: vt experientia ipſa omnes ſemper docuit in omnibus hominibus: & hæc adduxiſſe ſufficiat ad probandum, quòd ipſe Sotus gratis oppugnauerit Doctores tuentes noſtram concluſionem.

At quoniam ipſe Sotus (meo quidem iudicio) fruſtra nixus fuit textum ipſum in dicto capitulo fina. gloſare, ad hoc ut ſonaret in ſuum ſenſum: cùm litera ipſius ſit luce meridiana clarior non indigens tot poſtillis, ac additionib. interlinearibus: quibus ipſum indigere autumauit Sotus: cuius ſententiam non repetam, ne tempus fruſtrà conteratur: cùm ipſi reſponſum dederimus vnà cum Nauarro, vbi ſupra, vltra ea, quæ adduximus in præſenti diſceptatione reſpondendo impugnationibus factis ab ipſo contra dictos Doctores fauentes noſtræ concluſioni. Supereſt, ergo, vt adducamus ſententiam Hadriani, quem ipſe Sotus citauit pro tuenda ſua opinione, cùm re uera nunquam talis ſententiæ ille fuerit, vt patebit referendo ipſum contextum verborum, quibus ipſe Hadrianus vſus fuit circa præſentis concluſionis materiam, videlicet. Sed meo iudicio videor deprehendiſſe ultra illam rationem diuerſitatis magis probabilem, uidelicet, quia reſtitutio ſimoniacè acquiſitorum fieri habet eccleſiæ, quæ in hoc facultatem habet ius ſuum remittere ſi uult: ſed reſtitutio vſurarum debetur perſonis priuatis, à quibus uſuræ fuerunt extortæ: quam obligationem neque Papa, neque Imperator, neque eccleſia uniuerſalis ſine aliorum aſſenſu remittere poteſt. longè, igitur, diſpar eſt ratio de mentali ſimonia, & uſura. Sed nec certum eſt, an in ſimonia mentali non obligetur homo reſignare, & reſtituere, quod taliter acquiſiuit. Immò ex textu ipſo (ne poſterior clauſula partis deciſæ priori repugnet) uidetur clauſulam [per ſolã pœnitentiam,] ſolum excludere mutationem monaſterij, uel loci, ut generale concilium de ſimoniacis ſtatuerat. Intendit, ergo, per ly [ſolam] arctitudiné excludere diſpoſitam in concilio generali, nõ reſtitutionem & reſignationem temporalium, & ſpiritualium ad manus facultatem habentis diſpenſandi. hæc ille Doctor, ex cuius uerbis patet, quod licèt uideatur inclinaſſe prima facie, potius ad ſententiam contrariam noſtræ concluſioni, quam in fauorem eius, tamen, noluit id aperte aſſerere, dicens hoc certum non eſſe: licet paulo antè faſſus ſit, maximam differentiam eſſe inter uſuram mentalem, & ſimoniã mentalem;

Hadriani Papæ ſentẽtia ad verbum refertur, ex qua patet, ipſum non aduerſatum fuiſſe præſenti cõcluſioni, immò fauiſſe.

talem ;

talem, quoad virtutem obligandi aliquem ad reſtituenda acquiſita per ipſas: immò & quòd cùm huiuſmodi reſtitutio fuerit facienda eccleſiæ, ipſa eccleſia poſſet ius ſuum huiuſmodi remittere ſi voluerit: non autem ſic dicitur de reſtitutione facienda acquiſitorum per uſuram mẽtalem: ex quo patet, ipſum non tenuiſſe ſentẽtiam Soti, ſicut ipſe autumauit, cùm ipſe Sotus dixerit quo ad reſtitutionem faciendam non differre acquirere per ſimoniam mentalem, vel per vſuram mentalem.

Reſponſio ad Io. de Medina dicẽtem, quod quoad reſtitutionis obligationẽ nulla ſit differẽtia inter vſuram mentalẽ, & ſimoniã mentalem.

Ad Ioannem de Medina dicentem, quòd quoad obligationem reſtitutionis acquiſitorum: nulla differentia ſit inter ſimoniacum mentalem, & vſurarium mentalem, quàm facillima erit reſponſio: quæ quidem reſponſio etiam ſatisfaciet motiuis Soti, dicendo, maximam eſſe differẽtiam, cum per uſuram mentalem (vt etiam docuit Hadrianus) offendatur proximus per iniuſtitiam, ſed ꝑ ſimoniã mentalem offendatur Deus per irreuerentiam exhibitam dono Spiritus Sancti, ſcilicet, gratiæ ſpiritualis: at proximo quis non poteſt ſatisfacere, niſi reſtituat ei id, quod iniurioſè, vel per iniuſtitiam ab eo abſtulit: Deo,

37 *Vſura mentalis in quibus differat a ſimonia mentali.*

autem, ſatisfacimus per pœnitentiam, vt benè concludit textus in dicto capitulo finali, de ſimonia: quod & multis argumentis Doctores adducti, ſupra in fauorem noſtræ concluſionis probant. Et ſic patuit veritas noſtræ concluſionis. & poterit denique alia ratio differentiæ inter vſuram mentalem, & ſimoniam mentalem, eò quòd vſura benè ſoluitur, & malè recipitur, cùm vſuram ſoluere non ſit peccatum in caſu neceſſitatis: ſed quicquid ſoluitur pro ſpirituali aſſequendo, malè ſoluitur & malè recipitur, cùm vtrumque ſit prohibitum.

Poſſidentis cõditio in pari delicto melior eſt c. In pari delicto. de reg. iur. in 6.

At quoniam in pari delicto potior eſt conditio poſſidentis vt in capitulo, In pari. de regulis iuris in ſexto, indè ſequitur, poſſidentem acquiſita per ſimoniam mentalem non teneri ad illa reſtituenda: cùm ad id nullo iure compellatur. (Vt optimè Caietanus, & Nauarrus, vbi ſupra dixerunt: Cùm ergo ſimoniacus mentalis ad reſtituenda inde aſſequuta non teneatur, inde ſequitur, vſurarium ad ſibi reſtituendum (vt in concluſione) omnino fore compellendum tàm in foro fori quàm in foro conſcientiæ.

Decimaſeptima concluſio.

38 *Vſurarius recipiens aliquid per vſuram à iudicibus, & alijs, qui illud acquiſierãt ab inuitè dante, ꝓ exequenda re ad quam faciẽdam illi de iure tenebantur, cui reſtituat. c. Non ſanè 14. q. 5. Gloſ.*

Vſurarius, qui per vſuras extorſit aliquid a iudice, teſte, lictore, milite, vel à quocunque qui illud tale recepiſſet ab aliquo inuitè dante pro exequenda re, ad quam faciendam illi de iure ſine mercede tenebantur: non ipſis reſtituere tenebitur: ſed illi, qui pro tali opere dederunt dictis perſonis.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Probatur, enim, primò per argumentum in capitulo, Non ſanè, decima quarta quæſtione quinta, in quo refertur ſententia Diui Auguſtini in epiſtola 54. ſcribentis ad Macedonium, & inter alia infraſcriptis verbis vtentis, videlicet. [ille tamen, ſolet tanquàm malè ſibi ablatam pecuniam repetere, qui iuſtum iudicium emit: quoniam venale eſſe non debuit] hæc ille. Vbi gl. in ver. Ille. elicit ex hoc textu, quod dans pecuniam pro iuſta ſententia ferenda a Iudice poſſit ipſam repetere. Si, ergo, de iure poterit taliter dans repetere à Iudice: inde neceſſariò ſequitur veritas noſtræ concluſionis, quòd (ſcilicet) vſurarius teneatur reſtituere non iudici, ſed ei, qui iudici dederat vexationem ſuam redimendi gratia.

Pet. a Palude.

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate, noſtra cõcluſio (licèt ipſi Doctores loquantur ſolum de reſtitutione facienda (de taliter acquiſitis) ei qui præſtiterunt.) [illegible] a Palud. in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione tertia, articulo quinto, in fine, dicens. Ad cuius, autem,

tem,concuſſionis pertinet,ſi ille dedit, putans ſe non aliter poſſe iuſtitiam ob tinere:& iudex turpiter recepit pretium pro eo, quod debebat gratis facere: & tenetur illi reddere qui noluit iudicem corrumpere:ſed à corruptione prę ſeruare,& ſuam vexationem redimere.hæc Paludanus,quē ſequitur Hadrianus in quarto ſententiarum,in capitulo,Reſtat inquirere.§.ſed videndum eſt cui:Addens quando hoc faceret quis ex aliis coniecturis timens ipſum ſiniſtrè iudicaturum fore,Ioannes de Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione vigeſima.§.In oppoſitum,tamen,video Doctores.Sotus in libro 4. de iuſtitia,& iure,quæſtione ſeptima,articulo primo,columna ſeptima, verſ. Sed nunquid licebit munera, Gabriel Biel in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtione ſexta,articulo ſecundo,dubio primo,Frater Ioſeph de Angles ſuper quartum ſententiarum, titulo, Quis ſit liber à reſtitutione,duodecima difficultate, concluſione ſecunda,incip. Iudex,aut quicunque, Didacus Couarruuias in §.tertio, ſecūdæ partis relectio.circa finem numeri primi,Archidiac.in dicto capitulo,Nonne.in ver.In eadem gloſ.in verſi. ibi ego credo.Albericus de Roſatis in ſuo dictionario vtriuſque iuris, in ver. Iudex etiam delegatus nihil recipere: qui ſe ſubſcripſit ſententiæ Ray. in ſumma noſtram amplectentis concluſionem,Syluelt.in uer. reſtitutio.ſecundo,§.primo,Caietanus in ſummula,in ver.reſtitutio, capitu. quarto,cui reſtituendum eſt.§.ſi autem reſtitutio,Nauarrus in ſuo manuali.capitulo decimo ſeptimo,nume.33.

Hadrianus Papa Sextus.
Ioannes à Medina.
Sotus.
Gabriel Biel.
Ioſeph Angles.
Didac. Couar.
Archid.
Albericus.
Ray.
Syluelt.
Caietanus.
Nauarrus.
Ratio concluſ.

Probatur & tertiò prẹſens concluſio hac ratione,quoad obligationem ſpoliato,& non ſpolianti:Cùm de iure communi (vt patet per totum titulum,extra de reſtitutione ſpoliatorum,& in capitulo,Cùm tu.extra de vſuris.)regulariter ſpoliato iniuſtè facienda ſit reſtitutio,& non alijs: ita quòd ſi alijs fieret,ruſus faciendam fore ſpoliato mandatur in capitulo,ſicut dignū. §. eos, qui.extra de homicidio:cuius canonis verba ſæpe retulimus:ex his, ergo, ſequitur, quòd vſurarius (de quo ſit ſermo in præſenti concluſione) teneatur reſtituere taliter extorta per vſuram non illis prædictis à quibus immediatè ipſe extorſit:ſed ijs à quibus illi iniuſtè acceperunt:cùm illorum dominium adhuc perſeueret in eis, qui coactè,& non voluntariè illa talibus tradiderant redimendo vexationem ſibi iniuſtè illatam,vel;ſaltem,quam inferri probabiliter timebant,huiuſmodi muneribus non exhibitis.

Decimaoctaua concluſio.

39 *Vſurarius aliqd extorquēs per vſuram, à iudicibus, & alijs aliquid accipientibus ab iniuſtè dātibus eis tenetur reſtituere.*

Vſurarij,qui extorſerunt aliquod per uſuram à Iudicibus acquiſitum pro ferenda iniuſta ſententia, vel à cæteris miniſtris pro opere explendo contra ordinem iuris,vel à teſte pro ferendo teſtimonio falſo,tenentur reſtituere ipſiſmet à quibus ipſi uſurarij extorſerant,non autem ijs,à quibus ipſi Iudices & reliqui ſupradicti acceperant: cùm & illi ad talium reſtitutionem non teneantur ſub præcepto ante ſententiam condemnatoriam à Iudice promulgatam:licèt ſi tales condemnarentur à iudice ſupremo, tunc taliter extortum debeatur fiſco:vt in l.In hæredem.ff.de calumniat. Quamuis hi tales teneātur tàm antè quàm poſt talem ſententiam in foro conſcientiæ inſolidum unà cū cooperantibus ſecum (iuxta tamen diſtinctionem afferendam in quæſtione trigeſima tertia)ad omne intereſſe quod ratione iniuſtæ ſententię,vel alterius actus iuridici,vel forenſis iniuſti paſſi fuerint ij, contra quos tales actus forēſes iniuſti facti ſunt, licèt illi tales de conſilio deberent reſtituere eis, quos hoc modo læſerunt.

Hæc

l.pen.ff. de condic.ob turpem cauſam.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per argumentum in l.penultima.ff.de condictione ob turpem cauſam, in qua hæc habentur, videlicet.[Si ob turpem cauſam promiſeris Titio, quàmuis ſi petat, exceptione doli mali, vel in factum ſummouere eum poſſis, tamen, ſi ſolueris non poſſe te repetere: quoniam ſublata proxima cauſa ſtipulationis, quę propter exceptionem, inanis eſſet, priſtina cauſa, ideſt, turpitudo ſupereſſet. Porrò autem ſi & dantis, & accipientis turpis cauſa ſit: poſſeſſorem potiorem eſſe, & ideo repetitionem ceſſare, tametſi ex ſtipulatione ſolutum ſit.] Idem probatur per argumentum in l.ſecunda, C.de condictione ob turpem cauſam. in qua hęc habentur, videlicet.[Cùm te propter turpem cauſam contra diſciplinam temporum meorum domum aduerſariæ dediſſe profitearis: fruſtra eam tibi reſtitui deſideras: cùm in pari cauſa poſſeſſoris conditio melior habeatur.] Idem probatur per argumentum in regula iuris. in capitulo, In pari. de regulis iuris in ſexto, & in l.Cum par delictum.ff.de regulis iuris, in qua hæc habeatur, videlicet.[In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis] vnde peroptimè ibidem gloſa concludit non competere repetitionem rei ſolutæ pro iudice corrumpẽdo, qui aliquid dedit vt ipſum corrumperet, quod antè ipſam gloſam decreuerat Imperator in l.tertia, ff.de cõdictione ob turpem cauſam. in qua infràſcripta habenẽ, videlicet.[Vbi aũt, & dantis & accipientis turpitudo verſatur, non poſſe repeti dicimus. Veluti ſi pecunia detur, vt malè iudicetur] hæc in dicta l.ſi ergo, non datur repetitio, inde ſequitur, iudicem & prædictos ad talium reſtitutionem non teneri ſub præcepto. Sed notanter dixi noſtram concluſionem probari per argumentum, & non ſimpliciter duabus de cauſis. prima quarum eſt: quoniam licèt explicitè dicta iura non probent noſtram concluſionem ex profeſſo, benè, tamen, implicitè, cùm dicant, quòd quando turpitudo verſatur ex parte dantis, & accipientis melior ſit conditio poſſidentis: Sed iam in caſu propoſito in noſtra concluſione verſatur turpitudo ex vtraque parte: conſequens erit omnino dicendum fore huiuſmodi iudices non teneri de præcepto taliter acquiſita reſtituere, licet ad damnum indè illatum parti læſæ, ac per conſequens ipſum vſurarium teneri extorta per vſuram à talibus ipſis reſtituere, & non alijs: cùm aliquo iure contrarium non ſit cautum, & regulariter ſemper reſtitutio ei facienda ſit, à quo quis per iniuſtitiam acquiſiuit, vt fecit vſurarius. Immò hoc verum eſſe prædictis iuribus ſatis comprobari videatur: dixi[de præcepto] quia de conſilio omne lucrũ turpe reuera eſt reſtitutioni obnoxium.

l.2.C.de cond. ob turp. cauſã.

c. In pari. de regul.iur.in 6. l.cùm par delictum.ff.de reg. iuris. Gloſ.

l.3.ff.de condi. ob turpem cauſam.

Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate (loquendo de reſtitutione facienda ipſis, à quibus vſurarij acceperunt:) cùm infraſcripti Doctores dicãt, iudices, & alios (de quibus ſupra) ad taliter acquiſitorum reſtitutionem non teneri: inter quos ſunt infraſcripti, videlicet Archiepiſcopus Florentinus parte ſecunda, capitulo quinto, in principio, Monaldus in ver.reſtitutio.2. Angelus in ver.reſtitutio.iii ver.turpe lucrum. Syluest. in verbo, reſtitutio.2.§.tertio, & in ver.eleemoſina.§.quarto, Nauarrus in ſuo manuali. capitulo decimo ſeptimo, numero 30. Frater Ioſeph Angles in tractatu inſcripto Flores Theologicarum quæſtionum, ſuper quartum ſententiarum, titulo. Quis ſit liber à reſtitutione, duodecima difficultate, concluſione prima. Immò, & Innocentius, Antonius de Butrio, Panormitanus, & Ioannes Andreas in capitulo, Quia plerique. extra de immunitate eccleſiæ, vel altaris, quorum ſententias in reſponſione ad impugnationem factam cõtra noſtram

Archiepiſ.Flo.

concluſionem

concluſionem referam. Probatur & tertiò præſens concluſio triplici ratione. Ratio prima concluſionis.

Nullus ad alicuius rei aſſequutæ reſtitutionem faciendam (niſi ad hoc aliquo iure obligetur) tenebitur de præcepto. Maior propoſ.

At iudices (& alij in concluſione citati) ad reſtitutionem adeptarum rerum per ipſos nullo iure obligantur. Minor propoſ.

Ergo iudices (& alij in concluſione citati) ad reſtitutionem adeptarum rerum per ipſos faciendam non tenebuntur de præcepto. Concluſio.

Maior propoſitio per ſe patet, & iccircò probatione non indiget.

Minor probatur auctoritate iurium, quæ allata fuerunt in probationẽ concluſionis pręſentis: cùm ex ipſis eliciatur, quòd talis reſtitutio facienda nõ ſit ſub præcepto, vt ſuperiùs fuit probatum. Idem poterit probari per arg. in c. legatur. 24. q. 2. in quo dicitur. [Non faciendum fore id, quod aliqua lege non repetitur conceſſum] ſic, ergo, è conuerſo, nec ad faciendum aliquid compellendus eſt aliquis, ad quod faciendum aliqua lege non compellitur. Cùm per allata iura non probetur, taliter accipiẽtes teneri ad reſtitutionem eorum: ſed ſolùm non dari repetitionem taliter acceptorum. ca. legatur. 24. q. 2.

Cùm regula conſtantiſſima ſit apud Doctores tàm Theologos quàm Canoniſtas: quòd quotieſcunq; reſtitutio aliqua non præcipiatur fieri ab aliquo iure, vel à Doctorib. alicui ſpeciali, & certæ perſonæ: ſed ſolùm pauperibus, ꝙ tunc ipſa reſtitutio non debeatur ex præcepto, ſed ſolùm ex conſilio: Inde ſequitur apertiſſimè veritas noſtræ concluſionis: cùm in caſu contento in ipſa, idem fuerit dictum à Doctorib. ſupra citatis. Quapropter cõcludendum erit huiuſmodi reſtitutionem (de qua ſit ſermo) eſſe ſub conſilio, & non ſub præcepto: ſicut & quodlibet aliud turpe lucrum. Ratio ſecunda. Antecedens. Conſequentia.

Cùm obligatio ad reſtituendũ, aliàs, non benè acquiſitũ, ſit quid pœnale: & in foro animæ nemo ad incurſã pęnam ſoluendã rõne alicuius delicti perpetrati teneaẽ antequàm iuridicè à iudice ad illã ſoluendam quis condemnetur (vt oẽs ſacri Theologi aſſeuerant.) Indè neceſſariò ſequiẽ, iudices, & alios huiuſmodi (de quib. ſermo hẽ in noſtra cõcluſione) veros effectos fuiſſe dños rerum ſibi taliter traditarũ: ac per cõſequens vſurariũ taliter extorta reſtituere ipſis teneri, & nõ alijs, aut pauperib. ſi tutus eſſe voluerit in ſua conſciẽtia. Cùm per traditionem voluntariam ab illis factam (cum tali conditione) dominium talium rerum fuerit acquiſitum per iudices, & alios nominatos in concluſione præſenti, licèt non ſine eorum peccato, & obligatione ſatisfaciendi parti indè læſæ, cauſa tali ſequuta, vt diximus in concluſione noſtra. Ratio tertia. Antecedens. Conſequentia.

Cùm lex regula ſit noſtrarum actionum in animo noſtro, quæ per iuſtitiæ miniſtros applicanda ſubditis eſt: indè ſequitur, ad miniſtros iuſtitiæ pertinere ſibi ſubditos ad legis obſeruantiam compellere: coactio, autem, ſit per pœnæ inflictionem, ergo talis animaduerſio ad eos pertinebit: vnde contra naturam ſibi ipſi vnuſquiſque illam infliget: eò magis, quòd Ariſtoteles in libr. 1. ethi. c. 4. iudicem appellauerit ius animatum: quia debet ex lege agere in reũ. Cũ, igiẽ, lex pęnalis duob. mẽbris ad diuerſos loquaẽ. indè ſequiẽ, ꝙ cũ lex iubeat ne qs quid faciat, ſubditos legiſlatoris alloquiẽ: cùm, verò, addit cõtra faciens eò ipſo dominium rerum perdat, aut ipſo iure bona amittat, aut bona eius ſint confiſcata: non tàm cum ſubditis loquitur, quàm cum iudicibus, iuſtitiæ executoribus, quibus talem imperat animaduerſionem. Ratio quarta. 40 *Pęnã inflictã à iure ſoluere in foro conſciẽtiæ nemo tenebitur, niſi in foro fori condem natus fuerit.* Ariſt.

Vnde ſequitur, nemini in particulari præceptam fuiſſe pœnæ incurſæ ſolutionem: niſi præcedente ſentẽtia cõdemnatoria iudicis: ac ſubinde ſequitur

iudicem non teneri ad reſtitutionem talium antè ſententiam,& vſurarium te neri talia ſibi reſtituere.

Quintò arguitur ſic.

Ratio quinta.

Cùm lex minans pœnam eius tranſgreſſori,non contradicat iuri naturali: immò ſemper illęſum illud ſeruet,aliàs nō eſſet lex,ſed deſtructio legis,cùm omnes leges à iure naturali trahant non tantùm originem, verùm etiam virtutem (vt patet ad ſenſum)& Doctores omnes fatentur.

41 *Lex poſitiua intẽdere debet exequi pręceptum àiure naturali.*

42 *Nemo inauditus condemnãdus ab aliquo eſt.*

43 *Defenſio ẽ unicuique indulta de iure naturali.*

At quoniam de iure naturæ præceptum eſt,(vt in clem.Paſtoralis. de ſententia & re iudic.)vt nemo inauditus condemnetur: Hinc illa ſanctiſſima con ſtitutio emanauit à Gregorio,& habetur in c. 1. extra de cauſa poſſeſ. & propriet.in qua hoc idem Greg.fatetur his verbis,videlicet. [Nos contra inauditam partem nihil poſſumus diffinire.]Vbi notandum erit,quòd non ait.[Nos nolumus,ſed non poſſumus.]Natura,ſcilicet,id vetante.Cùm,ergo,lex in cōmuni feratur,neque ſingulares contingentium circunſtantias potuerit proſpicere:munus hoc delegatum eſt iudici,vt ijſdem perſpectis,ſententiam ferat: poteſt quippe pro ſe reus allegare ignorantiam,vel infirmitatē,vel vehementiſſimam occaſionem,vel forſan,quòd non tam grauiter in legem impegerit, vt dignus ſit totius pœne acerbitate.

44 *Nemo non confeſſus aut non conuictus debet condẽnari. c.Nos in quemquam.& c. iudex.1.q.7.*

Quapropter etiam in crimine hæreſeos(quod omnium eſt impientiſſimū, & execrabiliſſimum).auditur hæreticus quouis modo voluerit ſuum factū excuſare:& contingit ſæpiſſimè tam tenue eſſe delictum,vt non agatur in ipſum toto rigore iuris:atque adeò neque expolietur omnibus bonis ſuis.Et pari ratione,immò æquiori in crimine læſæ maieſtatis, & in aliis. Vndè ſanctiſſimè cautum eſt,vt nemo niſi confeſſus,vel conuictus condemnetur,vt in c.Nos in quemquam,& c.iudex.1.q.7. ex his ergo patet veritas noſtræ concluſionis: quoniam ſi ipſa vera non eſſet,ſequeretur hoc abſurdiſſimum, & rationi non conſentaneum, ſcilicet, quod miſerrimus ille, qui aliquod occultum crimen perpetraſſet,contra quod aliqua pœna ſtatuta fuerat à lege,puta, confiſcationis bonorum,in foro conſcientiæ(nulla expectata iudicis ſententia in foro fori)teneretur fiſco bona ſua tradere:quod quidem faceret in maximam iacturam facultatis propriæ,imò & (quod maius eſt) in iacturam honoris proprij detegendo crimen proprium occultum contra dominicum præceptum, ac ordinem charitatis:ex quo patet quàm irrationabile ſit hoc aſſerere: cum inde infęlix huiuſmodi homo compelleretur ſe eſſe executorem legis contra ſe ipſum(hoc nullo iure iubente)cùm natura ipſa hoc abhorreat: immò, & qui contrarium aſſerunt, tacitè volunt ipſum criminoſum conſtituere iudicem contra ſeipſum: & vt ipſe perpendat an proprium delictum pœnam tantam mereatur, quantam lex ſtatuit necnè: & vt veritas præſentis rationis percipiatur facilius: figurabo talem caſum.

Exemplum.

Cæſar, licèt, prudens, & Doctus fuiſſet,tamen,deceptus à fallacijs diabolicis, dubitās de veritate corporis Domini noſtri exiſtentis in pane,& vino conſecrato(concurrentibus omnibus alijs eſſentialibus dicti ſacramenti)exiſtens ſolus in ſua ipſius aula,nemine ſentiente,prorūpit in hęc hæreticalia verba,videlicet. Nō credo ſub illa hoſtia cōſecrata eſſe corpus dñi noſtri Ieſu Chriſti,vt eccleſia catholica docet: peto modo à Doctorib.noſtram concluſionem impugnātib.An eò ipſo ſic homo tanquā hꝛ̃ticus(licèt ſit ditiſſimus ſit ſpoliadus bonis ſuis,& in foro pęnitētiæ à cōfeſſore cōpellēdus ad tradēda propriā facultatē fiſco,nō expectata aliqua alia [illegible] ū de iure hꝛ̃tici bona ſint cōfiſcāda,vt in c.vergētis.ext. de hæret.

c.Vergentis.extra de hęreticis.

quamuis

quamuis modò in mentem, verè, redactus ſit: & omnia quæ eccleſia ſancta credēda propoſuit ſibi, firmiter credat, paratus potius mortem ſubire, quàm nec per momentum à fide diſcedere, vel in aliquo articulo dubitare. Et quidem atrociſſima eſſet cenſura, ſeu ſententia confeſſoris, illum compellens ad huiuſmodi propriæ facultatis exhibitionem fiſco faciendam: cùm nec laicus, neq; eccleſiaſticus iudex (licèt ſeueriſſimus) hanc proferre ſententiā audere nemini dubium eſſe debeat. Si, ergo, Iudex non, quantò minùs confeſſor: cùm indè detegeretur peccatum occultum, quod prorſus illicitum eſt: & tamen, ſi vera eſſet contraria opinio, ſequeretur, hunc compellendum fore, ſaltem, ad ſpoliandum ſeipſum facultate propria iam amiſſa, iure hoc ſtatuente, & ad illam elargiendam pauperibus: ne peccatum occultum manifeſtaretur, ne huiuſmodi facultatem detinens, furti crimine ſe maculet, eò quò d ius omne (in eà prius habitum) amiſerit per ſubſequens peccatum hæreſis: quoniam ſi hoc iure ſpoliandus non fuiſſet à fiſco ratione dicti criminis, ſequeretur, quòd fiſcus non poſſet eum facultate propria priuare per ſententiam: cùm ſententia illa ſit tantùm declaratio incurſionis in pœnam: & vt etiam vſu hoc probemus, nunquàm legi apud Doctorem aliquem, vel audiui obſeruatum ab aliquo confeſſore, quòd in huiuſmodi criminibus, quibus eſt annexa pœna confiſcationis bonorum, fuerit compulſus huiuſmodi pœnitens antè ſententiam ad exhibenda bona ſua fiſco, ergo, optima fuit noſtra concluſio, per quam diximus, & probauimus, iudices, & alios (in concluſione citatos) non teneri ad reſtituenda acquiſita ex prolatione iniuſtæ ſententiæ: ac per conſequens vſurarium talia acquiſita extorquens per uſuram teneri eadem reſtituere ipſis & non illis, à quibus illi acquiſierant huiuſmodi bona dicta de cauſa.

Leges humanæ (vt Iſidorus docuit) debent eſſe tolerabiles, atque ad hominum imbecillitatem accommodatæ, quas etiam illi, qui non ſunt adeò uirtute progreſſi, ferre poſſint: ſi, tamen, leges ſic homines diſtringerent: vt ſua ſubſtantia quantumuis locupleti, ſua ſe ſponte nudarent, intollerabiles eſſent, & ſuaui, leuique iugo Chriſti longè diſſimiles: neque aduerſariorum ratio concludit, dicentium, hoc modo cautiùs obſeruari leges. Nam talis debet adhiberi cautela cuſtodiendæ legis, vt, tamen, non fiat obſeruatu impoſſibilis: vnde patet veritas noſtræ concluſionis, cùm per ipſam occurratur tot, tantiſque abſurdis, quæ inde orirentur: vt ſæpius fuit probatum, ſi vera non eſſet noſtra concluſio. Sexta ratio.

Attamen licèt veriſſima ſit noſtra ſententia ac concluſio, tamē, poſſet quis cōtra ipsā inſurgere, illā probādo falsā duplici medio. Primò auctoritate nō nullorum iurium (quæ videntur contrarium ſtatuiſſe) necnon, & communioris opinionis Doctorum. Et vt veritas noſtræ concluſionis magis eluceſcat, operæ pretium duxi in medium producere ſigillatim huiuſmodi auctoritates iurium, & Doctorum: & deinceps illis (Deo dāte) ſigillatim ſatisfacere, ne animus pij lectoris anceps relinquatur, cū maxima (forſan) pernicie, ac detrimento ſalutis pœnitentium, qui huiuſmodi macula ſe maculaſſent. Sciendum, igiť, ꝙ noſtrę concluſioni ſummopere aduerſari vř, ꝙ titulus, quo aliquid ob maleficiū datur (vt in caſu noſtro) eſt ipſo iure nullus, vt in l. generaliter. ff. de verb. obl. & in c. fi. ext. de pac. & ibi ꝑ gl. & Doc. ex quib. iurib. quis poſſet ſic arguere: Si titulus taliter accepti eſt nullus, inde cōſequēs erit, ꝙ qui aliqd accepit ob maleficiū ꝑpetrādū, illud nullo iure poſſidet. Si, ergo, nullo iure poſſidet, cōſequēs erit, ꝙ iniuſtè illud retineat: ſi iniuſtè retinet, ſequiť inde, eū ad tale qd de præ-

Prima impugnatio concluſionis præſentis.

l. Generaliter. ff. de verb. obl. c. fi. ext, de pac. Gloſ.

Primum argumentum contra concluſionem.

de præcepto reſtituendum teneri, vt fur, & latro: cùm retineat alienũ, arg. in c. ſæpe. de reſti. ſpol. in quo dicitur. [Non multum differre ſpoliare aliquem re ſua, & iniuſtè detinere rem alienam.] Ad has auctoritates Deo dante facillima erit reſponſio, dicendo illas noſtræ non obſtare concluſioni, tùm quia licèt pactum, vel conuentio, qua quid ob maleficium datur, non valeat in illa forma, quam partes ſolæ prætendunt facere: valeat, tamen, vt donatio quędã, vel vt quidam actus habendi pro derelicto, vel pro donato ad hoc, vt ei non debeat neceſſariò reddi: vt alta mente docuit Dom. Ant. de Butr. ac Panor. in c. pleriq; extra de immun. eccl. vel altaris, col. 5. ver. 3. quęſt. eſt. Immo ibidẽ, & ipſe Innoc. Quartus Papa noſtræ concluſioni aſtipulatus fuit implicitè loquendo de conſimili caſu, ſcilicet, de mathematico, vel meretrice vel de conſimilibus, qui dolo fraude, vel ſuaſionibus induxerint aliquẽ, vt crederet, & pecuniam daret, non competit repetitio, cùm vtrobique verſetur turpitudo: vnde potior eſt cauſa poſſidentis: vt in l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turpem cauſam. cùm ſit hæc iuſta pœnitentia, etiam in foro pœnitentiæ eſt ſeruanda: ex cuius dictis luce clariùs elicitur, iudicem, & alios (vt in concluſione) & ſi ad pœnitentiam (pro peccato commiſſo in recipiendo talia) explendam in foro pœnitentiali teneatur: non tamen ad taliter accepta reſtituenda, niſi in foro iudiciali condemnetur: cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit Panor. in d. c. plerique. colum. 5. in ver. Nota hoc verbũ, quod apertè ſentit. Vbi inter alia infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni, videlicet. Plus placet mihi dictum Innocen. & Ioan. And. vt ad reſtitutionem, ſeu erogationem faciendam non teneantur iſti. Primò, quia ius poſitiuum eſt pro eis: præterea fauet ſibi ius naturale in retentione, propter conſenſum domini tradentis [nam nihil tàm naturale, quàm, vt acquiſitio fiat ſecundum voluntatem domini tradentis] vt in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & in §. per traditionem. Inſti. de rerum diuiſione: & facit optimè quod habetur in c. fi. de ſimonia. hæc illi, qui ambo Doctores, licèt explicitè non exemplificent regulam prædictã de turpitudine vtriuſque in caſu noſtræ concluſionis, benè ipſam implicitè probant, arguendo à ſimili, cùm de iniuſtitiæ crimine (ipſi loquantur) commiſſo à mathematico, vel meretrice, quæ dolo aliquid acquiſiuit: cùm per ſe pateat, per dolum aliquid acquirentem, per iniuſtitiam acquirere: cùm de directo dolus aduerſetur iuſtitiæ, quod crimen reperiri in iudice pro iniuſta ſententia ferenda aliquid accipiente, patet ad ſenſum: & quod hucuſque dictum fuit in reſponſione ad iura adducta contra noſtram concluſionem verum ſit, probatur quàm apertiſſimè per l. 2. 3. & 4. ff. de condictione ob turpem cauſam: cùm in ipſa l. tertia, ſpecialiter dicatur. [Iudici datum pro ipſo corrumpendo non poſſe repeti, cum ex vtraque parte verſetur turpitudo] ex quibus omnib. colligitur, non eſſe omnino paria, quòd huiuſmodi accipientes nullo penitus titulo præcedente accipiant, & quòd accipiant prædicto quali quali titulo, & ſi turpi titulo præcedente. Nam in priori daretur condictio ſine cauſa, vel indebiti, uel rei vendicatio iuxta titulos de condic. ſine cauſa, & condict. indebiti, & de rei vendicatione. In ſecundo autem nulla cõdictio habet locum per prædictas leges, & leges tituli. ff. pro derelicto.

Inſuper poſſet quis inſurgere contra noſtram ueram concluſionem, dicendo illam falſam, arguendo per identitatem rationis, infraſcripto modo, videlicet. Per teipſum habuimus quòd quoties turpitudo verſatᷓ ex parte vtriuſq; melior erit conditio poſſidẽtis, ac per cõſequẽs tali modo acquirẽs, ad taliter acquiſita

c. ſæpe contingit. extra de reſtit. ſpol.

Reſponſio ad argumentum.

Ant. de But.
Panor.
Innocen.

Panor.

l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris.
Inſti. de rerum diuiſione. §. per traditionem. c. fin. de ſimonia.

l. 2. 3. & 4. ff. de cond. ob turpẽ cauſam.

Secunda impugnatio concluſionis decimæ octauæ.

acquiſita reſtituenda non tenebitur:ſed contra. In crimine ſimoniæ conuentionalis verſatur turpitudo ex vtriuſque contrahentis parte:cùm alter turpiter det,& alter turpiter accipiat:& tamen,is, qui aliquid tali ex cauſa acquiſiuit,ad illius reſtitutionem tenebitur omnino de præcepto,licèt non ei,qui dedit, ſed eccleſiæ,in cuius iniuriam accepit,vt in capitulo, De hoc. extra de ſimonia,cùm,ergo,vbi eadem eſt ratio, idem ibi ius eſſe debeat : conſequens erit,quòd etiam in caſu propoſito in concluſione in quo verſatur turpitudo ex parte vtriuſque,ſcilicet,corrupti iudicis, & partis ipſum munere corrumpentis: c.de hoc. extra de ſimonia.

Inde ſequitur,quòd eodem modo iudices taliter accipientes ad reſtitutionem hoc modo acquiſitorum teneantur.

Ad quod reſpondetur, quòd textus in dicto capitulo, De hoc.continet quoddam ſpeciale in illo crimine,propter ea,quæ ibi notantur. Et vt meliùs colligi ex dictis Diui Thomæ in ſecunda ſecundæ,quæſtione trigeſima ſecunda,articulo ſeptimo,in corpore,& Caietani ibidem in Commentarijs, Ioannis à Medina in Codice de reſtitutione,quæſtione vigeſima,Soti libro quarto,de iuſtitia,& iure,quæſtione ſeptima,articulo primo,dicam,quòd ibi accipiatur pretium pro re inappretiabili excedente omne pretium,& omnem extimationem rei temporalis : quod non poterit dici in caſu noſtræ concluſionis:licèt ſecundum Caietanum vbi ſupra, inuendibilis ſit : quod interpretandùm erit,ideſt,non debet vendi de iure,tamẽ,vendi poteſt de facto, & pretio appretiari quodcũque acquiritur ex iniuſtitia:cùm illud ſit quid temporale, quod pretio etiam temporali commenſurari & appreciari poterit (vt docuit Sotus vbi ſupra,colum. ſeptima,in ver.Nõ quòd actiones illę:) quod autem per ſimoniam acquiritur,eſt ſpirituale : quòd longè maiori pretio æſtimatur quàm quodcũque temporale:quapropter meritò præcipitur reſtitutio: cùm etiam de iure præcipiatur reſtitutionem faciendam fore ei, qui vltra dimidiũ iuſti pretij aliquid emiſſet. Reſpõſio ad ſecundam impugnationẽ concluſionis. S.Thomas. Caietanus. Io. de Medina. Sotus. Sotus.

Ex quibus adductis videtur ſatisfactum fuiſſe iuribus paulò antè allatis,quæ contra noſtram concluſionem militari videbantur. Quapropter ſupereſt modò ſatisfacere opinionib.Doctorum,quæ prima fronte videtur de directo aduerſari noſtræ concluſioni, & ſi benè ponderatæ fuerint, ipſi noſtræ concluſioni non aduerſari,at magis fauere,patebit. Tertia impugnatio concluſionis auctoritate Doctorum fulta.

Sciendum,ergo,erit, quòd contra noſtram concluſionem reperitur Doctorum opinio,& primò Diui Thomæ qui dixit,quòd quando id, quod datur, contra iuſtitiam datur,& qui tale quid accipit,contra iuſtitiam accipit : cùm verſetur turpitudo ex parte vtriuſque:qui accepit,retinere non poteſt,cũ acquiſitum fuerit contra iuſtitiam:ſed illud tale non debetur ei,qui dedit : quia contra iuſtitiã dedit:ſicut contingit in ſimonia,in qua dans,& accipiens contra iuſtitiam,contra iuſtitiam legis diuinæ agit : vnde non debet fieri reſtitutio ei,qui dedit,ſed debet in eleemoſinas erogari:& eadem ratio eſt in ſimilibus,& hæc ſententia eſt Diui Thomæ in ſecunda ſecundæ,quæſtione 32.articulo ſeptimo,in corpore quæſtionis,virtute cuius,Caietanus in Commentarijs ibidem,idem docet,ſentiendum omnino fore de eo, quod datum fuit iudici ad ipſum corrumpendum, vt iniuſtè iudicaret, quod dicitur de accepto per ſimoniam,quod & in ſummula ſua confirmauit in ver.reſtitutio.cap.Cui reſtituendum erit. §. ſi autem reſtitutio conſurgit. Et Sotus in libro quarto, quæſt.7.art.primo,col.7.in ver.Interrogas autem cùm leges iſtę pęnales ſint, S.Thomas. Caietanus.

nititur probare, quòd iudex huiuſmodi ad reſtitutionẽ teneatur, quia ipſum lex fecit inhabilem ad recipiendum, ac retinendum, cùm in iudicio condemnatus taliter extorta fiſcus pro ſe in pœnam peccati acciperet, vt in l. mulctarum. C. de modo mulctarum: quapropter talis rei dominium non transfertur ad ipſum iudicem, nec antè condemnationem illa debetur fiſco, ſed reſtituen da danti erit cum cautela, vt aſſignet illud fiſco, caſu quo ſequeretur in iudicio ſententia condemnatoria, ne iudex ille teneretur bis ſemel acceptum ſoluere, ſcilicet, danti, & fiſco. hæc ille Doctor. Gabriel Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quęſtione ſexta, articulo ſecundo, dubio primo, in ver. Cui perſonæ iudiciales ad reſtitutionem obligatæ, qui citat etiam in hoc Alexan. parte tertia, quæſtione 40. membro ſexto, articulo tertio, Petrus à Palud. in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione quarta, articulo quinto, concluſione tertia, per totum. Ioannes à Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione ſecunda, articulo ſecundo. De eo, quòd ſecundo loco, id eſt, cui ſit facienda reſtitutio. in §. ſi ob cauſam turpem & in eodem Codice quæſtione vigeſima, columna tertia, in ver. ſecũdò idem patet argumento Auguſtini. Vbi nititur hoc probare. Hadrianus Sextus Papa ſuper quartum ſententiarum, ſeu de ſacramentis, titulo de reſtitutione, capitulo, Reſtat inquirere. §. Hoc ſuppoſito, Didacus Couarruuias in ſecundæ partis relectio. §. ſecundo circa finem, numero ſexto, in uer. ex tertia concluſione. & vt veritas noſtræ concluſionis, magis elucefcat, vniuſcuiuſque Doctoris ſententiæ fundamentum in medium producam: & ei (Deo dante) ſatisfacere ſtudebo: Vt inconcuſſa remaneat noſtra concluſio.

Diuus, ergo, Thomas, vbi ſupra, voluit, reſtitutioni talium rerum faciendæ pauperibus iudices, & alios (in concluſione nominatos) obnoxios fore: & ratio per ipſum Sanctum ibidem adducta eſt, quoniam (vt verbis eius vtar) dans, & accipiens contra legem Dei agit: & iccircò nec qui accipit, poterit retinere: quia malè accepit: Vnde in pios vſus tenetur illud conuertere: nec ei, qui dedit, debetur illud: quia malè dedit: vnde meretur amittere quod dedit: cùm malè dederit. Vt ipſemet Sanctus Doctor dixit paulò poſt in 2. 2. q. 62. art. 5. in reſponſione ad ſecundum.

Reſponſio ſententię S. Tho. Cui Sanctiſſimo Doctori ſic videtur reſpondendum, ipſum noluiſſe aſſerere per illa ſic nuda verba: taliter accipientes teneri ſub præcepto huiuſmodi accepta, ſed tantùm ſub conſilio. & ratio eſt: quoniam aliàs ſequerentur hæc abſurda, quarum primum eſt: quòd ante ſententiam à iudice latam de tali reſtitutione facienda, tales ad pœnam huiuſmodi, ſeu in pœnam ſoluendam tenerentur: quod nullo iure cautum reperitur: immo quòd non teneatur ad pęnam in foro conſcientiæ ſoluendam pro aliquo delicto incurſo, quoadusque ipſi adiudicetur talis pœna: ipſemet Sanctus docuit in ſecunda ſecundæ, quæſtione 62. articulo tertio, in corpore quæſtionis, & quòd obligatio ad reſtituẽdum ſit quid pœnale, per ſe patet, & hac ratione probabitur quoque. Cùm iudex in conſcientia teneatur parti læſę per ſententiam iniuſtè latam ad omne intereſſe inde paſſum: vt ipſemet Sanctus Doctor docuit implicitè in ſecunda ſecundæ, quæſtione 62. articulo ſexto, in corpore quæſtionis. Vbi concludit, omnes teneri ad ſatisfactionem damni dati: ſi, ergo, vltra incurſam pœnam de ſatisfaciendo parti læſæ ex iniuſta ſententia lata, aut teſtimonio & huiuſmodi prædictis teneretur ad illud, quod illa de cauſa quis accepiſſet: ſequeretur, ipſum fore puniendum duplici pęna, immo forſan triplici: cùm cõtingere poſſet, quòd

Ratio contra intellectũ qui reſultat contra ſonum uerborum S. Thomę, qui, tamen, ere ditur cõformis menti ipſius S. Doctoris.

ſet, quòd rerum inde acceptio iniuſta pro ſententia iniuſtè lata deferretur ad ſupremum tribunal, cui re vera de iure poſt condemnationem debet applicari: vt in præadductis iuribus ciuilibus habetur: & his talibus afflictis adderetur afflictio, quod eſſe non debet: cùm videantur quodammodo illos emiſſe obligationem ad reſtitutionem totius intereſſe illati parti læſæ ratione iniuſtæ ſententiæ pro quantitate pecuniæ receptæ: ſic, ergo, vt huiuſmodi abſurda vitemus, opus erit nobis dicere, Diuum Thomam loquutum fuiſſe de conſilio, cum explicitè non loquatur de caſu noſtro: ſed de ſimoniaco, cuius materia, & ratio longè diſtat à caſu noſtro, vt fuit paulò antè probatum: eò magis quòd dictus textus in capitulo, De hoc. extra de ſimonia, explicitè loquatur de reſtitutione facienda eccleſiæ, & non pauperibus: niſi in caſu, quo omnes de capitulo conſentijſſent tali ſimoniæ.

Idem ad Caietanum reſpondetur, cùm reuera differat acceptio per ſimoniam, & pro iniuſta ſententia ferenda, vt paulò antè probauimus: quapropter dicendum erit, ipſum ibi loquutum fuiſſe de reſtitutione facienda de conſilio, & non de præcepto: cùm explicitè non dixerit ipſum teneri de præcepto: cùm hoc nullo iure explicitè cautum ſit (vt probauimus) immo contrarium. Reſponſio ad Caietanum.

Ad Sotum dicimus idem: eò quòd ipſemet iam conſtituerit regulam generalem, dicens, neminem obligari ad pœnam incurſam pro aliquo delicto perpetrato, in foro conſcientiæ, niſi prius à iudice fuiſſet quis condemnatus: quod & ipſe probat quàm plurimis rationibus, quarum nonnullas ſupra retuli vt palàm fieret veritas & rationabilitas præſentis noſtræ concluſionis: ex quibus (inquam) rationibus nullatenus debebat poſtmodum in quarto libro, vbi ſupra, aliter ſentire: cùm eius ſententia non fundetur (cum reuerentia, tamen, tanti Doctoris) in aliquo iure, neque in aliqua ratione euidenti, & ſit contra communem & ipſummet S. Thom, Pal. Biel. & alios dicentes, iudicem non teneri reſtituere danti: quia malè dedit: licèt ipſe Sotus velit hoc probare per l. mulcta. C. de modo mulctarum, & in capitulo, De hoc, extra de ſimonia, volens æquiparare obligationi de reſtituendo accepta per ſubornationem à iudice pro iniuſta ſententia ferenda, obligationem de reſtituendo accepta per ſimoniam exteriorem, ſeu pactionalem: & vt veritas noſtræ concluſionis, & impugnationis ſententiæ Soti eluceſcat, operæ pretium duxi gradatim reſpondere ad adducta per eum in tutelam ſuæ opinionis: Quapropter dico, legem adductam ab ipſo non facere ad rem: cùm in tex. dictæ l. mulcta. C. de modo mulctarum: hæc habeantur, videlicet. [Mulcta, damnum famæ non irrogat] ex cuius verbis luce clariùs liquet, citationem dictæ l. nihil ad propoſitum. Reſponſio ad Sotum. Reſponſio ad dictā l. mulcta. C. de modo mulct.

Ad auctoritatem (verò) tex. dicti cap. De hoc, iam fuit reſponſum: ſed videtur rationem differentiæ non poſſe aſſignari à Soto, quare potius danti reſtitutio ſit facienda, quàm concedenda retentio accipienti: quoniam, & ſi dicat ipſe Sotus, quòd ideircò debetur danti, tùm quia non fuit translatum dominium ipſius rei ad accipientem (cùm lex ipſum fecerit inhabilem ad illud recipiendum) tùm etiam, quoniam nemo debet priuari re ſua antequàm à iudice in pœnam alicuius delicti, ipſe priuetur: Vtendo eiſdem rationibus, & validioribus, dicemus, iudicem non priuandum fore taliter acquiſitis, vt danti reſtituat: tum quia (vt ſupra probatum fuit) quando turpitudo verſatur ex parte dantis, & accipientis (vt in caſu noſtro) lex declarauit meliorem eſſe conditionem poſſidentis: quapropter taliter accepti danti repetitio a lege non conceditur: ſi, ergo, repetitio de iure non conceditur danti: quomodo accipiens ipſi Reſponſio ad c. De hoc, ext. de ſimonia.

reſtituere

reſtituere tenebitur:cùm illud videatur fuiſſe donatum ſub conditione, vt iniuſta ſententia in fauorem dantis ſequeretur:iniuſta,ergo,ſententia data, ſeu ſequuta, nullatenus ille obligabitur inde acceptum reſtituere, cùm dominiũ translatum fuerit: ſi, ergo,dominium ſtante tali conditionali donatione non fuiſſet translatum,concederetur vtique à iure ipſi danti repetitio:at hæc repetitio ipſi non competit,ergo,dicendum erit,indè trãslatum fuiſſe dominium, (vt etiam faſſus fuit Paludanus,)cum obligatione taliter extorta reſtituendi fiſco, cùm ad hoc condemnatus fuerit:necnon,& ad ſatisfaciendum in ſolidũ parti læſæ ratione iniuſtæ ſententiæ latæ: quod quidem parum non eſt. Nec contra nos illa ratio valet: Nemo debet priuari ſuo, niſi per ſententiam iudicis,ergo,danti debetur reſtitutio talis rei, donec contrarium per iudicis ſententiam fuerit ad illam amittendam adiudicatus: quoniam & hæc ratio fauet quoque iudici accipienti:ad quem(probauimus) fuiſſe translatum dominium talis rei ſibi iure donationis conditionalis.

L.3. ff. ob turpẽ cauſam. Cùm,ergo,melior ſit conditio poſſidentis, & iudex ad taliter accepti non teneatur de iure reſtituendum ipſi danti(vt expreſsè cauetur in l.tertia, ff. ob turpem cauſam)in qua hæc habentur, videlicet.[Vbi autem & dantis,& accipientis turpitudo verſatur,non poſſe repeti dicimus, veluti ſi pecunia detur, vt malè iudicetur.]hæc,in dicta l.Inde ſequitur apertiſſimè optimè fuiſſe Soto reſponſum.

Reſponſio Bieli & Alexan. Gabrieli Biel unà cum Alexan.eadem prorſus reſponſio competit, quam dedimus ſententiæ Diui Thomæ:cùm eadem ſententia ſit amborum: eò magis,quòd illud eorum dictum nullo iuri innitatur, ſi iuxta ſonum verborum interpretaremur dictum ipſorum,cùm cõtrarium veriùs probari in iure,iam probauimus:dicere poſſumus,tamen,ipſos uoluiſſe aſſerere ad hoc teneri de conſilio,ſcilicet,iudices teneri ad talia extorta reſtituenda, vt latiùs diximus in reſponſione ad Sanctum Thomam.

Reſponſio ad Petrum à Palu. Ad Petrum à Palud.vbi ſupra,dicentem, quòd de his,in quibus transfertur dominium,& non competit repetitio,nec retentio,vt ſunt illa,in quib. eſt turpitudo ex vtraque parte:vt in ſimonia.

Hæc,enim,repeti non poſſunt: quia turpiter data ſunt, nec retineri: quia turpiter accepta:Vnde non ſolum poſſunt, ſed debent pauperibus erogari, alias ad fiſcum pertinet ab indignis turpia lucra auferre. l. in hæredum.ff. de calumniat. Sed ſibi non retinebit:ſed pauperibus dabit,ſexta diſtinctione cap. Corrupit iudicem:niſi de bonis eccleſiæ datum eſſet:tunc, enim, illi reddendum eſſet.hæc omnia dixit ipſe Paludanus: quibus non obſtantibus noſtra cõcluſio(vt columna fortiſſima)immobilis permanet adhuc:cùm ex ipſa opinione nihil probatum contra noſtram concluſionem appareat.

Quapropter reſpondendo dictæ ſententiæ,& eius fundamentis dico,in primis ipſum Doctorem non loquutum fuiſſe in caſu noſtræ concluſionis:cùm tantùm exemplificauerit de ſimoniaco,qui longè differt(vt fuit probatum ſupra)à iudice per ſententiam iniuſtam aliquid acquirente, maximè ſtantibus infraſcriptis iuris regulis.[Odia ſunt reſtringenda,& fauores ampliandi]vt in cap.odia.de regulis iuris in ſexto,& in capitulo, In pœnis. de regulis iuris in ſexto,vbi dicit [In pœnis non fit extenſio]cùm,ergo,textus in capitulo, De hoc.extra de ſimonia,ſit pœnalis, patet,ipſum non extendendum fore ad caſum in noſtra concluſione expreſſum.Nec videtur valere quod ſubditur à Paludano.[Vnde non ſolum poſſunt,ſed debent pauperibus erogari, aliàs ad fiſcum

c. odia. de reg. iur.in 6. cap. In pœnis. de regulis iur. in 6.

ſcum pertinent huiuſmodi turpia lucra]tùm quia non omnia turpia lucra ipſi debentur,cùm acquiſitum per ludum,lenocinium,meretricium, & his ſimilia,turpe ſit lucrum:nec tamen ad illud dandum fiſco acquirens,vel reſtituendum aliquo iure cogitur:tùm etiam,quia licèt acquiſitum pro iniuſta ſententia lata de iure in pœnam peccati fiſcus poterit ſibi applicare, non inde ſequitur,quòd ad ipſum ſoluendum fiſco ratione pœnæ incurſæ quis teneatur,ante quàm iuridicè per ſententiam ſit condemnatus (vt latiùs in fine iſtius reſponſionis ad impugnationem factam contra noſtram veriſſimam concluſionem probabitur)licèt benè poſt ſententiam: vt in dicta l. hæredum. ff. de calumniatoribus.

Ad illud,autem,quod in fine dixit Paludanus[quòd ſibi non retinebit:ſed pauperibus dabit,ſexta diſtinctione cap.Corrupit iudicem]dupliciter reſpondebitur.Primò,quòd ipſius generalia verba potius erunt interpretãda ſecundum communem Doctorum ſententiam,dicentium,quòd quotieſcunque in dicitur reſtitutio malè acceptæ rei,& non præcipitur aſſignatio danti illam, facienda erit de conſilio. Secundò reſpondetur,huiuſmodi canonem per ipſum Paludanum citatum non reperiri in rerum natura in corpore iuris clauſum:quapropter patet eius deciſioni non ſtandum fore: cùm non fundetur in aliquo iure,vel ratione fundata,ac indè per conſequens veritas noſtræ cõcluſionis magis eluceſcit.

45 *Regula notanda à confeſſoribus circa reſtitutionem faciendam.*

Reſponſio Ioſ. à Medina.

Ad Ioannem à Medina dicentem(in Codice de rebus reſtituẽdis quæſtione ſecunda,articulo ſecundo,§.ſi ob cauſam turpem)& concludentem,quòd iudex & omnes alij ſupra citati pro iniuſta cauſa ferenda aliquid accipiens: realiter iniuſtè iudicauerit,aut non:ſed iuſtè:ſi primò, tenebitur illud ſic acceptum erogare pauperibus, & non danti: & ratio eſt ſecundum eum: quia qui dedit,ob cauſam illam donauerat: cauſa, ergo, ſubſequuta, viſus eſt à ſe omnino dominium rei datę abdicare:igitur non erit ſibi reddendum.hęc ille: ex cuius dictis patet,ipſum loquutum fuiſſe de conſilio,fore reſtituendum illud taliter acceptum,licèt explicitè hæc nõ dixerit.& ratio eſt: quoniam paulò antè in eodem tamen §.dixerat,quòd(loquendo in foro cõſcientię)leges, quæ in odium turpitudinis ſtatuunt res illas turpiter datas non eſſe dantibus reſtituendas,ſunt pœnales,& ita in conſcientia non obligant antè ſẽtẽtiam latam,iuxta gloſ. communiter receptam in capitulo fraternitas. duodecima quæſtione ſecunda,ex cuius verbis poterit argumentari, quòd nec ipſe accipiens de præcepto teneatur reſtituere:cùm hoc ſit pœnale, ſcilicet, introductum à iure in pœnam peccati:eò magis(vt diximus) cùm ex hac receptione lucri huiuſmodi,ipſe iam incurrerit in maiorem pœnam, ſcilicet, reſtituendi omne damnum,quo affecit eum,contra quem iniuſtè iudicauit:quod erit maioris quantitatis,quàm ſit acquiſitio facta,vt patet ad ſenſum:cùm nemo pro ſententia centum aureorum iniuſtè(pro ſe tamen ferenda) vellet iudici tribuere centum,& decem:ſed ècontra, pro ſententia centum aureorum, quis vix ſolueret decem aureos:ex quibus omnibus adductis patet,Ioãnem à Medina(ſi benè intelligatur)noſtræ non aduerſari concluſioni, licèt prima fronte hoc appareat:eò magis,quòd ipſemet (in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione vigeſima,§.Secundò idem patet argumento)dixerit,quòd ex ſententia Diui Auguſtini in epiſtola ad Macedonium. numero 34. canonizata in capitulo,Non ſanè.14.quæſtione quinta,habetur,ipſum Sanctum dixiſſe, pretium pro iniuſto patrocinio, & pro iniqua ſententia receptum,eſſe reſtituendum,

tuendum, nec tales in foro conſcientiæ deobligari, etiam ſi leges ciuiles ſint, quæ contra illos actionem negãt: quia (vt ait Auguſtinus) pecunia malè à ma lis habetur, & à bonis tantò meliùs habetur, quantò minus amatur. ſed inter hæc tolleratur iniquitas male habentium. hæc ille Sanctus ibi.

Attamen ipſi dupliciter fas erit reſpondere. Primò, ipſum apertè non ſine cauſa voluiſſe aſſerere huiuſmodi ſub præcepto teneri ad reſtitutionem: licèt forſan tacitè vtendo illis verbis, videlicet, eſſe reſtituendum, nec tales à reſtitutione deobligantur in foro conſcientię: etiam ſi leges &c. dixi, forſan, tacitè: quoniam ex illis poterit etiam elici, ipſum iudicem teneri de conſilio in foro conſcientiæ: ſicut & vnuſquiſque ratione turpis lucri.

Secundò hoc idem probatur auctoritate Diui Auguſtini citati ab ipſo, in dicto canone. cap. Non ſanè: ex cuius quidem verbis elici non videtur, iudicẽ teneri ad reſtitutionem eorum (de præcepto) quæ accepit pro iniuſta ſententia ferenda, ipſa ſequuta: quod & patet per contextum verborum ipſius Diui Auguſtini ſententiæ: cùm infraſcriptis verbis fuerit vſus, videlicet.

Qui, verò, pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, niſi timeret, vel puderet emiſſe, hæc ille Sanctus, qui nullum prorſus verbum fecit de reſti tutione facienda de præcepto.

At poſſet rurſus quis inſurgere contra noſtram interpretationem: dicendo, immò apertè videtur Diuum Auguſtinum hoc inſinuaſſe paulò poſt, cũ vſus fuit verbis illis (in fine prædicti canonis collocatis, videlicet.) [Qui verò contra ius ſocietatis humanæ, furtis, rapinis, calumnijs, oppreſſionibus, inuaſionibus abſtulerit, reddenda potius quàm donanda cenſemus:] hęc ille Sanctus, ex quibus videtur voluiſſe aſſerere, huiuſmodi iudices appellandos fore fures, & raptores: ac per conſequens ſub præcepto teneri tanquàm fures ad reſtitutionem taliter acceptorũ: ad quod quàm facillima erit reſpõſio. & primò dico, ipſum non loquutum fuiſſe in caſu noſtræ concluſionis: cùm exemplificet in furtis, rapinis, calumniis, &c. eò quòd quàm apertiſſimè patet diuerſitas caſuum: cùm furtum, & huiuſmodi de quibus Sanctus Auguſtinus loquitur, fiunt per iniuriam, & iniuſtitiam irrogatam ei, à quo quis aliquid ſuſcepit: vt patet per diffinitionem ipſius furti: quod non poterit dici in caſu no ſtro, cùm nulla iniuſtitia, vel iniuria facta ſit ei, qui aliquid dedit pro iudice corrumpendo: eò quòd voluntariè, ſaltem, voluntate cõditionata, illud iudi ci dederit (vt fuit probatum per adducta in probationem cõcluſionis noſtræ) & ſic patet, neque Ioannem de Medina, nec Diuum Auguſtinum, vel ſaltem ipſum Diuum Auguſtinum nunquàm aſſeruiſſe, huiuſmodi iudicem, & reliquos (vt in concluſione) ſub præcepto ad talium reſtitutionem teneri: quàmuis benè ſub conſilio, tanquam turpe lucrum.

Reſponſio Hadriano.

Ad Hadrianum, verò, qui dixit, iudicem, & reliquos citatos in concluſione omnino teneri ſub præcepto ad reſtitutionem accepti pro iniuſta ſententia lata: quod & nixus fuit probare nonnullis rationibus, ac auctoritatibus. & primò ait, quòd accipiẽs premium (vt iuſtè iudicet) obligatur reſtituere: quia capit id, quod ob illam cauſam eſt indebitum: ſed multò magis donum ipſum eſt indebitum pro iniuſta ſententia: ergo pari ratione obligabitur illud ſic acceptum reſtituere: & videtur (inquit) de hoc expreſſa ſententia Diui Auguſti ni ĩ epiſtola ad Macedoniũ, loquẽtis de aduocatis, qui eorũ cauillationib. aſſequuntur (contra iuſtitiam) victoriam in aliqua cauſa, cui ipſi iniuſtè patrocinantur. ex cuius Sancti ſententia, dicentis, ipſos teneri ad reſtitutionem, ipſe

Hadrianus

Hadrianus Papa arguit,ſic dicens:Cùm,ergo,non ſit potior conditio in accepto,vt iudex iniquè pronunciet, quam aduocati, vt ad ſententiam iniquam impetrandam patrocinetur; manifeſtum eſt quicquid etiam &c. vt ſupra.

Ratio Hadriani contra concluſionem.

Nec releuat: quomodocunque humanum ius contra hoc, quod à contrario induci poſſet:quàmuis expreſsè neget actionem, & conceſſerit retentionem,vt ff.de condictione ob turpem cauſam.§.Item ſi dederit fur,& l.praeceden.de pecunia data,vt malè iudicetur,quia dicit Auguſtinus,vbi ſupra. Sed inter hæc toleratur iniquitas malè habentium,& quædam inter eos iura conſtituuntur,quę appellantur ciuilia,non quòd hinc fiat quòd benè vtētes ſint, ſed vt malè vtētes minùs moleſti ſint donec fideles,& pij quorum iura ſunt, omnia perueniant ad illam ciuitatem, ubi hæreditas eſt æternitatis. hæc Hadrianus:ad cuius ſententiam reſpondebitur gradatim, & primò ad primum eius argumentum reſpondetur,conſequentiam illam veram non eſſe: cùm à diuerſis fieri non poſſit illatio,& vbi eadem ratio non eſt, neque idem ibi ius eſſe poterit:& quòd ſint diuerſi caſus,& diuerſa ratio, quam facillimè probatur:quoniam in primo caſu(ab ipſo Hadriano adducto)qui dedit aliquid iudici pro iuſto iudicio faciendo,voluntariè non dedit,ſed redimendo vexationem iniuſtam,quam timebat ſibi a iudice inferri:quod licitum eſt: In ſecundo caſu:qui dedit,nullam iniuſtam uexationem,ſed iuſtam timebat,cui ſubiacere voluntariè tenebatur,conformando propriam voluntatem iuſtitiæ,ac diuinæ voluntati,cùm illicitum fuerit ei hac via quærere, vel non ſoluere alienum,vel illud retinere contra eiuſdem domini voluntatem, quod ad furtum pertinet. Secundò probatur argumenti nullitas ex eo quod ipſe Hadrianus dicit hoc expreſsè elici ex auctoritate Diui Auguſtini dicentis teneri ad reſtitutionem aduocatum:ad quam auctoritatem tripliciter reſpōdetur,& primò quòd(vt dixi)diuerſi ſint caſus(vt patet ad ſenſum)& a diuerſis fieri non debet illatio:Secundò,quod illa uerba Auguſtini non ſunt intelligenda in caſu noſtræ concluſionis:quod utique quàm apertiſſimè ex uerbis eius elicitur, cùm infraſcriptis utatur uerbis,ubi ſupra,uidelicet,Quis tandem aduocatus, aut ex aduocatis ita uir optimus facilè reperitur,qui ſuſcepto ſuo,dicat,recipe quod mihi(cùm tibi malè adeſſem)dediſti: & redde aduerſario tuo quod me agente iniquè,abſtuliſti:& tamen, quem prioris non rectæ uictæ rectiſſimè pęnitet,etiam hoc facere debet:ut ſi ille, qui iniquè litigauit,non uult admonitus corrigere iniquitatem ſuam:eius tamen,iniquitatis nolit iſte habere mercedem: niſi fortè reſtituendum non eſt alienum, quod per furtum clanculò auſertur: & reſtituendum non eſt alienum, quod in ipſo foro ubi peccata puniuntur decepto iudice, & circumuentis legibus obtinetur. hæc ille Sanctus:ex cuius contextu uerborum arguitur contra Hadrianum ſic:ſi enim voluiſſet Diuus Auguſtinus dicere, omnino iudicem, uel aduocatum teneri ad reſtitutionem accepti illo prauo modo:non dixiſſet, quis uir optimus &c. cùm optimus uocandus ſit ille,qui non tantùm præcepta,uerùm etiam conſilia obſeruat: quàpropter patet,ipſum Sanctum loquutum fuiſſe de conſilio, & non de præcepto, aduocatum ipſum teneri ad reſtitutionem taliter accepti:ſed ſi quis ècontrà dixerit, quòd immò contrarium ipſe Sanctus docuerit,ut elicitur ex uerbis ipſius paulò antè recitatis: cùm uideatur, ipſum uoluiſſe æquiparare huiuſmodi lucrum lucro facto per furtum clanculo perpetrato.Ad quod reſpondetur,ipſum Sanctum nullatenus loquutum fuiſſe de lucro facto per aduocatum iniuſtè patrocinantem:ſed de lucro rei alienæ facto

Reſponſio ad primum argumentum Hadriani.

ćto per clientulum ratione huiuſmodi patrocinij iniuſtè facti: ac per conſequens de intereſſe iniuſtè illato parti læſæ vt elicitur ex eiuſdem Sancti uerbis: quibus vſus fuit ibidem, dicendo, [& reſtituendum non eſt alienum quod in ipſo foro, vbi peccata puniũtur decepto iudice &c.] quoniam per ſe patet, ipſum per hyroniam loquutum fuiſſe, ac ſi dixiſſet, immò omnino reſtituendum erit ab aduocato damnum illatum contrariæ parti ratione iniuſtæ ſentẽtiæ obtẽtæ ſuis cauillationib. ac fraudibus in iudicio latę qđ & nos ſemper faſſi fuimus, negantes ſolùm ipſum aduocatum, ac iudicem teneri ad reſtitutionem lucri accepti pro iniuſto iudicio, vel patrocinio, ſi quod accepiſſet ab eo, qui voluntariè vel volebat tueri cauſam iniuſtam, vel ſententiam in ſui fauorem proferri iniuſtam, & hoc modo obtinere in iudicio iniuſtè: cùm videatur donaſſe iudici ac aduocato illud ſub tali conditione, vt ſupra latiùs probauimus.

Attamẽ poterit dici etiam, ipſum Sanctum loquutum fuiſſe de aduocato, qui contra voluntatem clientuli, uel ipſo ignorante, iniuſtitiam cauſæ, fraudibus in iudicio obtinuit victoriam litis cum graui intereſſe eius, contra quem fuit lata ſententia: & idem prorſus dicendum erit de iudice. Ex his, ergo, patet veritas noſtræ concluſionis & impugnationis prædictæ debilitas.

Impugnatio Couarruuias contra concl.

Ad Didacum Couarruuias, vbi ſupra, nitẽtem probare, iudices, & alios citatos in concluſione noſtra præſenti, ſub præcepto teneri ad reſtitutionem eorum, quæ ipſi acceperunt vt iniuſtè iudicarent contra aliquem: qui primò adducit ſententiam Diui Thomæ in ſimili caſu (dicit ipſe) qui Sanctus Doctor (in ſecunda ſecundæ, quæſtione 77. articulo primo, in reſponſione ad primũ) infra dixit, videlicet. Lex humana populo datur, in quo ſunt multi à virtute deficientes: non autem datur ſolùm virtuoſis.

Et ideò lex humana non potuit prohibere quicquid eſt contrà virtutem: ſed ei ſufficit vt prohibeat ea, quæ deſtruunt hominum conuictum: alia, verò, habeat quaſi licita: non quia approbet, ſed quia ea non punit.

S.Thomas.

Hæc ille Sanctus ex quibus Couarruuias concludit, vbi ſupra, dicens, igitur quoties tractabitur de obligatione ipſius recipientis ad reſtituendum ea, quæ ob maleficium acceperit, apud iudicem interioris iudicij res erit ita examinanda, ac ſi humana lex, quæ repetitionem danti ob parem turpitudinem negauit, quidquam hac in re non ſtatuiſſet. Niſi aliqua ex lege probatum ſit, aut probari iuſta ratione queat per denegationem actionis in pœnam turpitudinis, dantem priuatum eſſe lege humana, eò quòd dedit. Secundò ipſe Couarruuias paulò poſt circa finem dicti §. ſecundi. hoc modo diſtinguens ait: Aut pactio fuit iniqua ex eo quòd materia vendibilis non ſit, nempè in crimine ſimoniæ: cùm res ſpiritualis (cuius vẽditio ſimoniam inducit) æſtimari, aut vendi non poſſit: & in pactione, qua aliquid promittatur, ut iniqua ſententia detur, vel iuſtitia miniſtretur: in his caſibus recipiens tenebitur omnino reſtituere: quippe qui nihil dederit, aut fecerit quod ex propria natura ſit pretio æſtimabile. hæc ille.

Reſponſio ad impugnationẽ Couarruuias.

Ad primam, ergo, rationem adductam, & ad auctoritatem reſpondetur primò, quòd ſententia Diui Thomæ noſtræ non aduerſatur concluſioni, cùm ipſe Sanctus loquatur de eo, qui per iniuſtitiam aliquid acquiſiuit: iniuſtitiã (dico) factam ei, à quo illud accepit: quod vtique in caſu noſtræ concluſionis non erit dicendum: Vnde mihi videtur, ipſum Didacum malè dixiſſe (cum reuerentia tamen) dicendo, Diuum Thomam loquutum fuiſſe in caſu ſimili, dũ

loquutus

loquutus fuit de venditione facta cariori iuſto pretio, & de emptione facta viliori iuſto pretio: & quòd maxima ſit differentia inter vtrumque caſum, ſcilicet, inter acceptum à iudice pro iniuſta ſententia ferenda (ipſa ſequuta) ab eo, qui voluntariè illud tale obtulit, ſub illa conditione:& inter acceptum ab emptore, vel venditore vltra iuſtum rei pretium:patet:quoniam in primo caſu nulla fit iniuſtitia, aut iniuria irrogatur danti per receptionem talis rei, eò quòd conſentienti, uel danti aliquid conditionatè nulla fiat iniuria, vel iniuſtitia ſi ſeruata fuerit conditio requiſita à dante (vt patet ad ſenſum.)

Quapropter ei non debebit reſtitui illud taliter datum, & licèt iniuria per talem acceptionem irrogetur parti læſæ per iniuſtam ſententiam, & legiſlatori hoc prohibenti per leges ſuas: quoniam (vt diximus ſupra,) ipſe iudex, & ſimiles ſatisfacient parti læſæ reſtituendo damnum illi illatum ratione talis ſententiæ, ad quam reſtitutionem iam diximus ipſum teneri, & legiſlatori ſatisfiet in pœnam peccati aſſignando quod accepiſſet ratione iniuſtæ ſententiæ latæ, quandocumque fuerit ad hoc per ſententiam condemnatus, cùm nemo ad pœnam ſoluendam teneatur, antequàm fuerit ad ipſam ſoluendam condemnatus in iudicio, ut paulò poſt probabitur: quod quidem non poterit dici in ſecundo caſu: cùm venditor cariori, uel emptor uiliori iuſto pretio uendendo, uel emendo iniuſtitiæ crimen incurrat contra proximum: eò quòd emptor, vel uenditor grauetur, & commodum nullum ſentiat uerum: quod in primo caſu non reperitur: & ſic patet non obſtare noſtræ concluſioni ſententia Diui Thomæ, & Couarruuias illatio illa.

Non obſtat etiam quod ipſemet paulò poſt ſubintulit, dicendo iniuſtam ſententiam inuendibilem, & iccirco (inquit) eius pretium reſtituendum fore: cùm nihil dederit, uel fecerit, quod ex propria natura ſit pretio æſtimabile: & ideò meritò dixi non obſtare hoc: quoniam Sotus, ubi ſupra. in uerſiculo. *Sotus.*

Secundus, ergo, modus. infraſcripta protulit uerba, uidelicet. Secundus, ergo, modus dationis iniuſtæ ſumitur ex parte utriuſque, ſcilicet, tam dantis, quàm recipientis: non quidem quia actio pro qua munus offertur, non ſit natura ſua pretio æſtimabilis: ſed quia habet annexam iniuriam contra iuſtitiam, ut ſi litigator, & cætera. Ex quibus patet, non uſquequaque uerum fuiſſe quod dixit Couarruuias: Niſi dicamus ipſum Doctorem voluiſſe intelligere de iudice, & huiuſmodi accipientibus pro iniuſta ſententia, ſi ipſa poſtmodum non fuerit ſubſequuta (ut paulò antè diximus, & probauimus) quoniam reuera in tali caſu maxima iniuria afficeret dantem ipſe iudex, cùm donatio fuerit facta ſub illa conditione, cùm non intendiſſet illud ei donare, niſi ſubſequuta iniuſta ſententia. ex his omnibus, ergo, enituit ueritas noſtræ concluſionis.

Decima nona concluſio.

Vſurarius tenebitur reſtituere quicquid per uſuram extorſit ab eo, qui illud tale acquiſierat per furtum, rapinam, uſuram, & huiuſmodi: non ei, à quo illud acceperat: ſed uero dño ipſiuſmet rei ſic aquiſitæ, à quo fuerat priùs iniuſtè ſublata res ipſa, concurrentib. tamen, tribus conditionibus: quib. ceſſantibus reſtitutio facienda eſſet ei, à quo uſurarius ipſe extorſerat illud tale. Prima, ergo, conditionum harũ eſt hæc: ut ipſi uſurario (qui reſtitutioni talis rei eſt obnoxius) citrà ullam dubietatem conſtet rem ipſam (quã per extorſionẽ 46 *Vſurarius extorquens per vſurã aliquid à fure, & ſimilibus, cui reſtituet.*

Prima cõditio iuſtificans præſentem concl.

uſurarum acquiſierat)non eſſe eius,à quo illam extorſit, ſed alterius de iure, licèt per iniuriam,atque iniuſtitiam illa re fuiſſet ſpoliatus, puta, Petrus:Nam ſi hoc eſſet dubium,tunc(cùm melior ſit conditio poſſidentis) eidem , à quo res ipſa ſic extorta per vſuram fuit,reddẽda erit,& non alteri:vt ipſe poſtmodum videat,ac inquirat,cuius res illa realiter ſit:quandoquidem in foro iudiciali,niſi quis planè probauerit rem nõ eſſe illius,à quo ipſe abſtulit,compelleretur ei reddere:quapropter conſultò dixi.[Non eſſe illius]puta, quia nunquàm habuit eius dominium : Secunda conditio præſentis concluſionis eſt : vt vſurarius poſſit abſque magno ſcandalo;ac detrimento , taliter acceptum vero domino reſtituere:quoniam ſi meritò latronem vel raptorem vel vſurarium repetentem taliter ab vſurario extortum,ipſe vſurarius timeret indè ſe incurſurum aliquod notabile detrimentum,niſi ei redderet,tunc non teneretur cum tali ſuo incommodo reddere vero domino:quoniam in tali caſu conſulendo ſibi poſſet illud reſtituere ei, à quo per vſurarum extorſionem acceperat iuxta ordinem charitatis.Tertia conditio eſt.Vt vſurarius reſtituens vero domino rei extortæ ab ipſo per vſuram teneatur admonere tam latronem quàm etiam verum dominum rei , dixi [admonere latronem] ne ipſe poſtea pœnitentia ductus iteratò reſtituat id,quod ſemel reſtitutum fuit. Dixi [admonere dominum]ne alia via procuret illud taliter extortum recuperare.

Conditio ſecunda.

Cõditio tertia.

c.cum tu.extra de vſur.

Hæc,ergo,concluſio probatur triplici medio.Primò,enim,per arg.in c.cũ tu.extra de vſur.in quo[Alex.3.præcepit vſurarijs vt reſtituerent extorta per vſuras eis,à quib.extorſerunt,vel eorum hæredib.vel(ipſis non ſuperſtitibus) reſtituerent pauperibus.]hæc ibi.Sed notandum,quòd dixi cõcluſionem probari per arg.in d.c.quoniam:& ſi explicitè canon ipſe mentionem non faciat de noſtra concluſione,benè,tamen,implicitè: cùm luce clariùs ex ipſo eliciatur,reſtitutionem faciendam fore dominis veris rerum reſtituendarum, cùm reſtituere ſit in priſtinum ſtatum ſtatuere:ſi,ergo,reſtitutio ſemper ſit facienda vero domino rei,indè ſequitur,vſurarium reſtitutioni obnoxium non liberari ab obligatione reſtituendi taliter extorta concurrentibus præadductis cõditionibus,niſi reſtituerit vero rei huiuſmodi domino, vt clariùs,& expreſſiùs elicitur ex textu in capitulo , ſicut dignum. §. Eos inſuper.extra de homicidio,in quo[Idem Alexander Tertius,præcepit quibuſdam,qui elargiti fuerant pauperibus quod occupauerant ex ſpoliis,ac bonis(Sancti Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi ,) vt non obſtante tali elargitione talium rerum facta pauperibus omnino reſtituere teneantur veris dominis:cùm potuiſſent à principio reſtituere veris dominis.]Idem probatur per argumentum in capitulo,ea tè.extra de iureiuran.in quo Innocentius Tertius infrà protulit uerba,videlicet.[Ea te credimus diſcretione vigere , vt intelligas per te ipſum , quòd onus non remittitur , ſed augetur:cùm cuiquam improuidè ſoluitur, quod alij ex debito eſt præſtandum.] Idem probatur per argumentum in capitulo,tua,el 2.extra de decimis.vbi dicitur[Decimas prætextu nequitiæ clericorum nequeunt(niſi quibus ex mãdato diuino debentur) pro ſuo arbitrio erogare:cùm nulli ſit licitum , aliena cuiquam concedere præter domini voluntatem.]Idem per argumentũ in l.Inuito. C. de ſolutionibus. Vbi dicitur : [Inuito , vel ignorante creditore,qui ſoluit alijs,ſe non liberat obligatione.] Idem per argumen.in capitulo,reintegranda.tertia quæſtio.1. in quo dicitur [bonis ſuis epiſcopo,vel clerico ſpoliato reſtituenda ſunt bona ipſa.] Et clariùs idem probatur per arg.in c.ſæpe contingit. extra de reſtitutione ſpoliat.

capit. ſicut dignum.extra de homici.

c.ea te. ext. de iureiuran.

c.Tua.el 2.extra de decimis.

l. Inuito. C. de ſolutionib.

c. Reintegranda. 3.q.1.

in quo

in quo Innocentius Tertius,in cōcilio generali infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet,[ſæpe contingit,quòd ſpoliatus per ſpoliatorem in alium re tranſlata,dum aduerſus poſſeſſorem non ſubuenitur per reſtitutionis beneficiū ſpoliato,commodo poſſeſſionis amiſſo, ꝑ difficultatē probationū iuris,ꝓprietatis amittit effectū.Vnde nō obſtāte iuris ciuilis rigore, ſancimus , vt ſi quis de cætero ſciēter rē talē receperit,cū ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium (eò ꝙ nō multū interſit quoad periculū animæ,iniuſtè detinere, ac inuadere alienum)contra poſſeſſorem huiuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur]hæc ibi.Idem probatur per arg.in l.rogaſti.§.fin.ff.de rebus credit.ſi cer.pet.in qua dicitur,quòd[ſi ſeruus fugitiuus,vel alius ſeruus contra voluntatem domini ſui crediderit alteri pecuniam, non ſibi reſtituendam fore, ſed eius domino.]Idem probatur per arg.in l.nam & ſi fur.ff.de reb. cred. ſi cert. pet.vbi dicitur, quòd [ſi fur animo credendi dederit, accipientis non facit] hęc ibi.

c.ſæpe contingit. extra de reſtit. ſpol.

l.Rogaſti. ff. de rebus credit. ſi cer.pet.

l.Nam & ſi fur. ff. de rebus credit.ſi cer.pet.

Sed animaduertendū,quòd dixi probari noſtram concluſionem per argumentum prædictorum iurium,& non per dicta iura.& ratio eſt:quoniam nulla fit explicita mentio in ipſis de contentis in noſtra concluſione: licèt benè implicitè:cùm ex illis eliciatur,reſtitutionem extortorum per vſuram regulariter faciendam fore veris dominis ipſorum:& non ijs,qui (licèt dediſſent illa)veri tamen domini eorum non erant (vt dictum fuit latiùs in cōcluſione.) Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate:& primò Diui Thomæ in 2.2.q.62.art.5.in reſp.ad 5.Vbi loquens vtrum prælati teneantur reſtituere ea,quæ ab eccleſia ſurripuerunt:dixit.Si quis rem eccleſiæ non ſibi deputatā,ſed alteri,ſibi vſurparet: puta, ſi Epiſcopus vſurparet ſibi rē capituli,& tunc planum eſt,quòd debet reſtituere illam,ponendo (vt verbis ipſius Sancti vtar) ad manus eorum,ad quos de iure pertinet : hæc ille Sanctus ibi:ex quibus patet eum voluiſſe,quòd reſtitutio regulariter ſit facienda uero domino rei,ut paulò antè inſinuauerat in corpore eiuſdem quæſtionis,utens his uerbis,uidelicet.Per reſtitutionem ſit reductio ad ęqualitatem commutatiuæ iuſtitiæ,quæ conſiſtit in rerum adæquatione.Huiuſmodi autem rerū adęquatio fieri non poſſet niſi ei,qui minus habet , quàm quod ſuum eſt,ſuppleretur,quod deeſt.Et ad hanc ſuppletionem faciendam neceſſe eſt,ut ei fiat reſtitutio , à quo acceptum eſt.hęc ille Sanctus: per quem patet ueritas noſtræ concluſionis,ut peroptimè docuit Caietanus in Commentarijs ibidem,utēs his uerbis,uidelicet.Nota in corpore articuli illa uerba, [Niſi ei,qui minus habet,quàm quod ſuum eſt,ſuppleretur]ex hac ſiquidem radice , quòd , ſcilicet,ideò reddendum eſt ei,à quo acceptum , quia ſuum eſt. Habetur , quòd qui accepit ab aliquo rem alienam,uel furto,uel uſura, uel aliàs occupatam , non tenetur reſtituere illi,à quo accepit:quia non minus habet quàm ſuum eſt:ſed debet facere quantum poteſt,ut reddatur domino.Debet, tamen,ſignificari per aliquam bonam uiam illi,qui occupauerat,quòd non tenetur ſatiſfacere tali pro tali re:ne contingat(ſi fortè ueniat ad pœnitentiam)bis fieri reſtitutionem,& damnificare pœnitentem.hæc Doctor egregius: Petrus à Palud.in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quęſtione 2.articulo quarto,explicitè ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni.idem Ioannes à Medina in Codice de rebus reſtituendis,quæſtione ſecunda,articulo ſecundo,§.primo, idem fecit Dominicus à Soto.in libro quarto, de iuſtitia,& iure.quæſtione ſeptima,art. 1.colum.2. in ver. Conſultò quippe dictum eſt reſtitutionem fieri

S.Thomas.

Caietanus.

Pal.

Ioannes à Medina.

Sotus.

Gabriel Biel. Ioſeph Angles. debere vero domino: Gabriel Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda, dubio tertio, in ver. Dicitur notanter ſi iuſto titulo. Frater Ioſeph Angles in ſuo opuſculo inſcripto, Flores Theologicarum Quæſtionum, in quæſt. Cui reſtitutio facienda, articulo primo, tertia difficultate: in concluſione vnica & appendicibus duabus.

Probatur inſuper Canoniſtarum auctoritate noſtra concluſio, licèt nō ita explicitè, cùm ſolùm ipſi loquantur de acquiſitis per furtum. Attamen cùm eodem præcepto prohibitum fuiſſe à domino vſuram exercere, iu præcedentibus quæſtionibus pluries per nos fuerit probatum: patet, ipſos Doctores ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni eò quòd eadē militet ratio in vſurario, quæ in fure. Gloſ. Gl. ergo in dicto cap. ſicut dignum. §. eos inſuper. extra de homicidio, in ver. Non, tamen, aliena: infraſcriptis verbis oſtendit ſe nobiſcum ſentire, videlicet: quia non remittitur debitum, ſed augetur: ſi alij ſoluatur, quod alij ex debito eſt ſoluendum. hæc illa glo. Si, ergo, non remittitur tale debitum: indè ſequitur, quam apertiſſimè ipſum vſurariū teneri reſtituere (extorta per vſuram à non vero domino eorum) dominis eorum veris. Idem prorſus replicat Gloſa in cap. ea te. extra de iureiuran. in ver. Quod alij: & vt breuitati ſtudeā, dico idem Gloſas omnes aſſerere in omnibus præadductis iuribus in probationem præſentis concluſionis: Innocen. Innocen. quoque in dicto cap. ſæpe contingit. de reſti. ſpol. numero primo. cùm ibi ſtatuat hanc regulam, dicēs. Ego autem intelligo hanc decretalem planè ſicut iacet, vt quicunque rem raptam ſciens eam raptam à quocunque ceperit, conditione ex hac decretali tenetur, etiam Ant. de But. ſi per multas manus res rapta fuerit. hæc ille. Anto. de But. in dicto cap. Cùm to. Vbi dicit, ſemper reſtitutionem faciendā fore regulariter ei, à quo res ablata fuit, (ideſt, vero domino) quod & apertiùs dixit (in cap. ea te. extra de iureiuran. in ver. oppono, quòd alteri ſoluendo) quòd alteri quàm vero domino rei, ipſam ſoluendo non liberatur ab onere ſoluendi, quando impruděter, vel improuidè ſoluit, ideſt, in fraudem: vel vt alius iure ſuo priuetur, vel contra iura ſoluit. Ex cuius dictis elicitur veritas noſtræ concluſionis, eo quòd ſi reſtitutio fieret ab vſurario ei, à quo ipſe extorta accepit (qui eius rei dominus verus non erat) priuaret, quantum in ſe eſſet, ipſe vſurarius (niſi hoc rationabiliter omitteret vt diximus) verum dominum illius rei, ipſa re ſua: & rurſus, idē Ant. tacitè ſe noſtræ concluſioni ſubſcripſit in d. c. tua. el 2. not. 4. in quo dicit non excuſari à ſolutione decimæ eum, qui non ſoluit eccleſiæ, cui debet, uolens huiuſmodi debitum conuertere in alium vſum pium. hæc ille, quaſi dixerit, quòd ratio ſit: quia ſemper vero domino rei erit faciēda reſtitutio eius: & non alius, niſi de conſenſu domini illius rei? Dominicus quoque à S. Geminiano in d. c. reintegranda. el 1. co. 3. in ver. Nec obſtabunt iura vr̄ aſtipulatū fuiſſe præſenti noſtræ concluſioni: cùm ibi dicat. Nec obſtabunt iura dicentia, quòd iſtud competat, (ſcilicet, poſſe repetere rem ſuam) contra ſpoliatorem: quia tales occupantes latè dicuntur ſpoliatores: Ioannes quoque de Anania Panor. in dicto capitulo, ſicut dignum. §. eos inſuper. Vbi dixit. Et pondera benè, quibus ſint reſtituenda bona ſcelere quęſita, quia illis, à quibus ſunt extorta: nec de illis erogatio facta pauperibus liberat inuaſorem. hæc ille: ex quibus elicitur, ipſum tacitè ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni. Cùm non ſit dicēdum, extortas fuiſſe res (propriè loquendo) niſi de manu veri domini earum, licèt ad ipſum vſurariū per manus furum, vel uſurariorum, vel huiuſmodi res ipſę per vſuram extortæ deueniſſent: cùm huiuſmodi donare non poterant quod

alienum

alienum erant pleno iure. Panormitanus quoque implicitè ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in capitulo, ſæpe contingit. extra de reſtitutione ſpoliatorũ, columna ſeptima, in ver. Sed ego formo aliam quæſtionem. Vbi concludit, quòd ſi raptor fuiſſet ſpoliatus ab aliquo re inuaſa, ſeu iniuſtè ablata, non poterit à tertio illa ſcienter retineri: ſed tenebitur ille vero domino, ſpoliato iniuſtè, rem illam reſtituere, licèt qui fuiſſet malæ fidei poſſeſſor (non uiolentus, tamen, haberet actionem contra eum, qui illa re ſpoliaſſet eum: cùm il le eam retinere tuta conſcientia, non poſſet: eò quòd interſit ſua, illam rem re cuperare, ſaltem, vt reſtituat uero domino. Bartolus quoque idem docet implicitè in citatis legibus: ac noſtræ ſe ſubſcripſit concluſioni, cùm dicat in dicta l. Nam & ſi fur: pone, quòd ego qui numeraui pecuniam alienam, fui ſtipulatus, & ago ex ſtipulatione: Dominus vendicat antequam ſit conſumpta, an ille, cui mutuaui, mihi reſtituere teneatur. Videtur, quòd ſic, quia ille, cui mutuaui, tenetur mihi in genere, ab eo autem vendicatur in ſpecie: ergo illud, ad quod tenetur mihi, non vendicatur: Veritas eſt, quòd ipſe eſt tutus exceptione doli. Bartol.

Nam certum eſt, quòd illam eandem pecuniam ſoluendo, debitor liberatur. ex cuius dictis elicitur, ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtræ concluſioni, Didacus autem Couarruuias in relectio. tertiæ partis, §. primo, numero ſecundo, in ver. Cæterum Ioan. à Medina in ver. Nam & ſi fur. Vbi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. Nam & ſi fur pecuniam accipienti tradiderit, ea quidem traditione, & conſumptione furis, non transfertur pecuniæ dominiũ in accipientem, nec à priori domino diſcedit, tex. inſignis eſt in l. rogaſti. §. vltimo, ff. de rebus creditis ſi cer. pet. quo in loco apertiſſimi iuris eſt, in his rebus, quæ functionem recipiunt & conſumptionem, transferre dominium earum, cùm facta fuerit bona fide: alioquin, ſi mala fide facta ſit, poſſe rem apud quemcunque extantem, à domino vendicari: Item & contra dolo conſumentem dominus agit actione ad exhibendum, quæ dominium agẽtis præmittit, & realis eſt. Sic denique Bartolus & Doctores iuriſconſulti reſponſum interpretantur: Idem probatur & in l. Nam & ſi fur. ff. ſi certum petatur. Vbi conſtat, tunc demum pecuniam furto ablatam effici recipientis à fure, cùm eam is bona fide conſumpſerit. Didac. Couar. Ioſ. à Medina.

At ſi recipiens à fure pecuniam furto ablatam, adhuc, & ſi bona fide recipiat, pecuniam alienam recipit, profectò nullo iure probari poteſt, quòd is ratione rei, quæ aliena eſt, non teneatur ad reſtitutionem. Immò tenebitur planè pecuniam illam extantem domino reſtituere: & ea cõſumpta mala fide, ad eius reſtitutionem: quantò fortius tenebitur is, qui ab initio ſciens pecuniam furto ablatam fuiſſe, eam receperit? Sed & ratione iniquæ acceptionis, & hic tenebitur: quippe qui nummos alienos, atque ita rem alienam inuito domino contrectauerit, ideoque furtum commiſerit, vt in l. Qui vas. §. ſi ego tibi. ff. de furtis. quæ probat, contrectantem mala fide rem alienam furtum committere, etiam ſi eam furto non habuerit: cui deciſioni maximè locus eſt, ubi qui contrectat, ſcit rem illam furto, aut rapina habitam fuiſſe: hæc Couarruuias: ex cuius dictis patet ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtrę concluſioni: cùm æquiparetur ſimul acquiſitio aliquarum rerum facta per furtum, rapinam & vſuram: eò quòd & uſura eodem pręcepto fuerit prohibita, vt ſępius fuit per nos probatum in pręcedentibus quęſtionibus. Idem fatetur Syluester in verbo, vſura, 4. §. 1. his verbis ſe ſubſcribens pręſenti concluſioni, videlicet. Si verò ipſe; Syluest.

cui res nunc ſublata eſt, furatus erat eam, non ſibi, ſed domino reſtituēda eſt, vel ei, cui prior fur ſurripuerat, ex cauſa honeſta: cautè tamen, ne perſona furis prodatur. Itaque regulariter reſtitutio facienda eſt ſpoliatis: quod intellige: primò ſpoliatis principalibus, vel eorum hæredibus, ſi inueniantur: aliàs pauperibus: vt in capitulo, Cùm tu. extra de vſuris, & nouiſſimè explicitè Nauarrus in ſuo manuali. capitulo decimo ſeptimo, numero 28. præſenti ſe ſubſcripſit concluſioni.

Nauarrus.

Ratio concluſ. S. Thomas.

Reſtitutio quid ſit.

Probatur & tertiò præſens concluſio. Hac ratione, videlicet. Cùm (vt docet Diuus Thomas in 2.2. quęſtione 62. articulo primo, in corpore quæſtio.) reſtituere nihil aliud ſit, quàm iterato aliquem ſtatuere in poſſeſſionem, vel dominium rei ſuæ, eò quòd in reſtitutione attendenda ſit æqualitas iuſtitiæ ſecundum recompenſationem rei ad rem. Huiuſmodi autem rerum adæquatio fieri non poſſet, niſi ei, qui minus habet, quàm ſuum eſt, (vt docet idē Sanctus Thom. vbi ſupra, articulo quinto, in corpore quæſtionis) ſuppleretur, quod deeſt. Et ad hanc ſuppletionem faciendam neceſſe eſt, vt ei fiat reſtitutio, à quo acceptum eſt. Cùm, ergo, vſurarius ad reſtitutionē extortæ rei per vſuras teneatur de præcepto: inde ſequitur, ipſum teneri omnino (concurrentibus tribus cōditionibus in concluſione adductis) reſtituere vero domino illius rei, à quo per iniuriam, vel iniuſtitiam, res illa ablata fuerat: & non ei, à quo ipſe vſurarius recepiſſet, cùm ille talis eam retinere nullatenus de iure poſſit, vt patet ad ſenſum.

Ad argumentum, verò, adductum pro parte affirmatiua in principio quæſtionis præſentis, quàm facillima erit reſponſio. Negando maiorem ita latè acceptam ac intellectam: & ad authoritatem Diui Thom. qua videbatur probari, reſpondetur, ipſum Diuum Thomam ibi loquutum fuiſſe de reſtitutione facienda ei, qui iniuſtè ablatam rem iuſtè poſſidebat, quod & apertiſſimè innuit illis verbis quibus ibidem vſus fuit, dicendo: Huiuſmodi autem rerum adæquatio fieri non poſſet, niſi ei, qui minus habet, quàm ſuum eſt, ſuppleretur quod deeſt. per quæ verba patet, ipſum voluiſſe faciendam reſtitutionem fore regulariter ei, qui ſuum non habet: quod non poterit dici de fure, raptore, vel uſurario, à quo illud tale vſurarius, qui modò vult reſtituere, aſſequutus fuiſſet: cùm huiuſmodi homines non dederint vſurario illi quod ſuū erat, ſed quòd alienum: quapropter luce meridiana clariùs patet, verum non fuiſſe maiorem propoſitionem ipſius argumenti, cùm ipſa non tantùm probata non fuerit auctoritate Diui Thomæ benè librata, ac intellecta, immò (tanquam continens in ſe falſum) reprobata, vt patuit: Vnde circa præſentis quæſtionis examen ac abſolutionem, opus erit nobis tenere iuxta concluſiones præadductas, quas ad maiorem lectorum piorum commodum, ac utilitatem, quàm breuiſſimo epilogo procedendo per nonnullas diſtinctiones omnia tenenda circa ipſam quæſtionem perſtringam infraſcripto modo, videlicet.

Epilogus eorū, quæ tenenda erant circa quæſtionem vigeſimam nonā fue runt probata.

Aut vſurarius per uſuras extorſit aliquid ab eo. Primò, qui illud acquiſierat iuſto titulo: ita quòd rei illius acquiſitio, & cauſa iuſta, & honeſta fuit: Aut ſecundò ab eo, qui licèt illius rei verus dominus non fuiſſet, tamen, ad eum illud peruenerat iuſto titulo, ſeu contractu, & illud ſine peccato tenebat, vt ſunt ij, qui detinent rem alienam titulo accommodati, locati, depoſiti, impignorati, & huiuſmodi. Aut tertiò ab eo, qui ab illo acquirendo nulla lege prohibitus fuerat, licèt cauſa, ſeu modus acquiſitionis fuiſſet prohibitus: vt eſt illud, quod acquirit leno per lenocinium,

meretrix

meretrix per meretricium tam publicum, quàm occultum, vel per quodcunque opus peccaminoſum, & huiuſmodi: in quo nulla iniuria, vel iniuſtitia in acquirendo, illata fuit danti. Aut quartò ab eo, qui illud acquiſiuiſſet turpiter ex parte ſua tantùm, ita quòd ipſa acceptio fuerit illicita, licèt cauſa propter quam ſibi illud datum fuerat, fuiſſet licita; vt puta, ſi ipſi illud tale (quod poſtea dederat vſurario) donatum fuiſſet, ne peccatum aliquod commiſiſſet. Aut quintò ab eo, qui prohibitus non fuiſſet illud acquirere ratione ſui, ſed ratione dantis ſibi, vt eſt illud, quod quis acquiſiuit per donationem factam ſibi ab eis, qui de iure donare non poterant: vt ſunt furioſi, pupilli, regulares non habentes adminiſtrationem, & prælati indebitè alienantes bona eccleſiaſtica: filijfamilias, ſerui, ſeu mancipia, & alij huiuſmodi, quibus de iure eſt interdictum donare. Aut ſextò ab eo, qui tale quid acquiſiuerat per turpe lucrum tam ex parte ſua (qui illud recepit) quàm ex parte dantis, vt ſi illud acquiſiuiſſet per ſimoniam: vel pro iniuſta ſententia ferenda, vel teſtimonio falſo ferendo, vel huiuſmodi. Aut ſeptimò ab eo, qui illud tale acquiſierat per iniuſtitiam, vt puta, per furtum, rapinam, vſuram, dolum, & huiuſmodi. Sic, ergo, in propoſito breuiter dicendum erit, quòd vſurarius, qui aliquid per vſuras extorſit ab eo, qui notatur in primo modo, tenebitur omnino ei reſtituere, à quo ipſe accepit, vel (ipſo mortuo) legitimis eius parentibus, vel hæredibus quibuſcunque; At ipſis non ſuperſtitibus, vel non cognitis, pauperibus: vt inde ſpoliatus re ſua iniuſtè, denuò illa induatur, corporalem ſentiendo vtilitatem, vel ſaltem ſpiritualem; licèt ſi ſit æquè pauper vſurarius ipſe, poterit etiam ſibi cum conſilio cõfeſſoris illud tale reſtituendum applicare, non cognitis vel repertis veris dominis poſt diligentem inquiſitionem illorum, cùm ipſe non ſit peioris conditionis, quàm reliqui pauperes, quibus in tali caſu reſtitutio huiuſmodi facienda eſſet. In ſecundo, verò, modo vſurarius quoque tenebitur omnino reſtituere tale illud extortum ei, à quo accepit, licèt ille verus dominus ipſius rei non ſit; ſufficit, enim, ipſum iuſto titulo poſſediſſe. In tertio modo vſurarius quoque tenebitur omnino reſtituere taliter extortum per vſuras ei, à quo illud tale extorſit, cùm illud effectum fuiſſet illius, à quo ipſe accepit titulo non tantùm donationis, ſed etiam venditionis. In quarto modo, ſeu caſu, tali diſtinctione vtendum erit, quòd, aut ab eo, qui dederat illud vſurario, repetijſſet illud tale is, qui primò dederat, ne tale ſcęlus committeret, (cùm ipſi liceat illud repetere) aut non repetijſſet adhuc: ſi primò, vſurarius non tenebitur reſtituere ei, qui ſibi dederat: ſed ei, à quo is, qui ſibi dederat, accepiſſet: ſi ſecundò, vſurarius tenebitur illud reſtituere ei, à quo acceperat. In quinto caſu vſurarius non tenebitur reſtituere illud taliter extortum illis, à quibus ipſum extorſiſſet per vſuras, ſed ſuperioribus eorum, ſine quorum conceſſione illi tales donare prohibiti ſunt de iure. In ſexto caſu diſtinctione tali vtendum erit, ſi vſurarius extorquens à ſimoniaco id, quod ille acquiſierat per ſimoniam exteriorem mediante pacto expreſſo, vel tacito ſignificato aliquo ſigno exteriori indubitabili, tenebitur illud omnino reſtituere non ei, à quo acceperat, ſed pauperibus, vel illi eccleſiæ, in cuius iniuriam illud tale ſimoniacus ille receperat. Vſurarius autem extorquens à ſimoniaco per vſuras illud, quod ille acceperat à ſibi dante coactè, vt redemiſſet propriam vexationem iniuſtè ſibi factã, tenebitur illud tale reſtituere non ſimoniaco illi (à quo ipſe acceperat) ſed ei, à quo ſimoniacus extorſerat. Vſurarius, qui aliquid extorſit

torſit

torſit per vſuram ab eo, qui illud acquiſierat per ſimoniam mentalem, tenebitur illud tale reſtituere ſimoniaco, à quo accepit. Vſurarius extorquens aliquid à iudice, vel teſte, vel huiuſmodi, illud tale, quod ipſi acquiſierant mediante iniuſta ſententia, vel falſo teſtimonio, tenebitur ipſiſmet reſtituere, & non alijs, licèt illi ad omne intereſſe ſatisfaciendum parti læſę teneantur. In ſeptimo caſu abſolutè dicẽdum erit, quòd vſurarius tenebitur non reſtituere eis, à quibus ipſe extorſerat, ſed veris dominis earum rerum, à quibus illi per iniuſtitiam acceperant, tribus tamen conditionibus concurrentibus. Prima quarum eſt, vt ipſi vſurario conſtet illud tale eſſe taliter acceptum à tali, vel tali, ſecus ſi eſſet dubium: quoniam in tali caſu ei, à quo ipſe accepiſſet, illud teneretur reſtituere. Secunda, quòd vſurarius poſſit illud reſtituere vero domino abſque graui ſcandalo, vel ſuo detrimento, quoniam aliàs non teneretur ipſi domino, ſed ei, à quo acceperat. Tertia, vt poſt reſtitutionem factam admoneat eum (à quo acceperat) de reſtitutione per ipſum facta vero domino, ne ille talis aliquando pœnitentia ductus idipſum reſtituat vero illi domino, credens non fuiſſe idem ab alio reſtitutum. Et hæc omnia fuerunt probata per allata in dictæ quæſtionis examine.

QVAESTIO XXX.

Vtrum vſurarius proprijs expenſis ſub præcepto teneatur reſtituere ei, à quo vſuras extorſit, ſuiſque expenſis eas illi dirigere, ſi diſceſſiſſet à loco, in quo ipſe eas extorſit ab illo, nec ne; vel ſufficiet ei ſi in eodem loco in quo vſuras extorſit, reſtituerit, illi ſignificando vt mittat pro illis recipiendis.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius diſcedens à loco extorſionis vſurarum proprijs expenſis dirigere tenetur extorta per vſuram ei, à quo extorſerat.*
2 *Vſurarius, an proprijs expenſis vſuras extortas dirigere teneatur ſpoliato, ſi ille talis diſceſſiſſet à loco extorſionis, quando ille talia ſecum detuliſſet ſine expenſis.*
3 *Dies interpellat pro creditore.*
4 *Vſurarius an teneatur dirigere extorta per vſuram ei, qui illa ſecum detuliſſet cum aliquibus expenſis, ſuis ſumptibus.*
5 *Vſurarius ad quid tenebitur, ſi ſpoliatus extorta per vſuram ab eo vendidiſſet illa in loco extorſionis.*
6 *Vſurarius, an loco ſpoliati ab eo, iam recepti in remotis, poſſit reſtituere pauperibus taliter extorta.*

CIRCA præſentem quæſtionem difficillimam videtur primò dicẽdum, quòd huiuſmodi vſurario ſufficiat reſtituere vſuras ei, à quo ipſe vſurarius extorſerat in loco, in quo illas exegiſſet: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet:

Maior propoſ. Qui iniuſtè aliquem ſpoliat re ſua, illi reſtituere tenetur in eodem loco, in quo illum ſpoliauerat, & non alibi.

At vſura-

At vſurarius extorquens ab aliquo aliquod per exactionem vſurarum, illum re ſua iniuſtè ſpoliat. *Minor propoſ.*

Ergo vſurarius extorquens ab aliquo aliquod per exactionem vſurarum tenetur illi reſtituere in loco, in quo illum ſpoliauerat, & non alibi. *Concluſio.*

Maior propoſitio veriſſima eſt, & probatur per argumentum in cap. Reintegranda, 3.q.1. in quo inter alia [Ioannes Papa ſcribens Zacharię Archiepiſcopo, ait: Reintegranda ſunt omnia expoliatis, vel eiectis Epiſcopis pręſentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco, vnde abſceſſerant, funditùs reuocanda] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in dicto c. Reintegranda. arguendo ab identitate rationis: cùm enim ratio huiuſmodi conſtitutionis fuerit, vt iniuſtè ſpoliato fiat reſtitutio in loco, in quo ſpoliatus fuerat, patet idem dicendum in caſu noſtro, cùm eadem ratio militet: eò quòd & ille, à quo vſurarius per vſuras extorſit aliquid, fuerit ab ipſo vſurario iniuſtè ſpoliatus re ſua, vt patet ad ſenſum, vt in ſuperioribus quæſtionibus abundè ſatis fuit probatum. *c. Reintegranda, 3.q.1.*

SED CONTRA eſt textus apertiſſimus (ſi benè ponderetur) in cap. cùm tu. extrà de vſuris. in quo inter alia fuit infraſcriptis vſus verbis Alexander III. ſcribens Archiepiſcopo Salernitano, videlicet [Siue antè, ſiue poſt interdictum noſtrum vſuras extorſerint, cogendi ſunt per pœnam, eas his, à quibus extorſerunt, vel eorum hæredibus reſtituere.] hęc ille. ex cuius verbis patet, Papam voluiſſe, reſtitutioni obnoxium obligare ad taliter extortum integrè reſtituendum ei, à quo quis extorſit vbicunque reperiatur, ſine expenſis illius, cui facienda eſſet reſtitutio: quoniam aliàs integra reſtitutio taliter extorti non fieret, ſi expenſis illius eſſet facienda, à quo extorſiſſet (vt paulò poſt patebit) contra communem Doctorum opinionem.

Reſpondeo præſenti quotidianæ, ac difficillimæ quæſtioni nonnullis concluſionibus more ſolito: illis tamen præmittendo Doctorum varias ſententias circa ipſam: vt clariùs veritas cognoſcatur, & faciliùs percipiatur à lectoribus pijs.

Prima ergo opinio eſt dicentium, quòd licèt regulariter ſemper ſit facienda reſtitutio ei, à quo quis aliquid iniuſtè abſtulit: tamen ſi is, cui facienda eſt reſtitutio, eſt abſens, & non in loco, in quo eſt is, qui reſtitutioni eſt obnoxius, & tranſmiſſio rei reſtituendæ ſine maximo incommodo, ac expenſis fieri non poſſet, non tenebitur dirigere debitor etiam vſurarius, vel fur, vel alius malæ fidei poſſeſſor illud tale ad ſpoliatum huiuſmodi: ſed poterit dare parentibus illius, ſi in loco illo adſint, vel in pios vſus alios: & ratio, quæ ad hoc illos adduxit, eſt: quoniam ſecundum rationem charitatis ſpoliatus non deberet velle illum compellere ad tale damnum ſubſtinendum, nec quòd magnis expenſis taliter ſpoliati res talis reſtitutioni obnoxia tranſmitteretur ad eos. Quapropter talis debitor, qui ratione furti, aut vſuræ, vel doli mali reſtitutioni huiuſmodi obnoxius eſt, poterit illud erogare pauperibus, vt ſic conferant bonum ſpirituale, cui non poteſt conferre bonum temporale ſuum: & huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt nonnulli ex Theologis, & Canoniſtis, & ſunt infraſcripti, videlicet, Scotus in 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 2. artic. 4. §. De quarto, ſcilicet, cui. Riccardus de Mediauilla in 4. ſent. diſt. 15. artic. 5. quæſt. 4. in reſponſione ad primum. Nicolaus de Orbellis in quarto ſent. diſt. 15. quæſt. 2. §. 19. titulo, de reſtitutione. Gabriel Biel in 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 2. concl. 2. §. Ad tertium caſum. licèt addat, quòd in tali caſu expectanda erit præſentia creditoris: *Scotus. Riccardus. Nic. de Orbel. Gabriel Biel.*

creditoris, ſi quandoque credatur: ſed ſi non credatur haberi, nec nuncius cũ tali re reſtitutioni obnoxia mitti poſſit ſine nimijs ſumptibus, tunc erit pauperibus eroganda. hæc ille. huic etiam ex Canoniſtis patrocinatur Gloſ. in dicto c. cum tu. extrà de vſur. in ver. non ſuperſtitibus. Attamen (pace tantorum virorum erudiſſimorum dixerim) hæc ſententia ſi intelligatur (vt iacet in litera) bona non erit, eò quòd non videatur fulciri aliquo iure, aut ſenſata ratione: cùm videatur falſum quod aſſeritur, quòd is, qui per vſurarum extorſionem, aut furtum fuit ſpoliatus re ſua, ex vi charitatis teneatur non compellere vſurarium, aut furem ad tale intereſſe ſuſtinendum ex tranſmiſſione rei (taliter iniuſtè obtentæ) ad ipſum ſpoliatum: eò magis quòd videatur (& meo iudicio) ſic ipſum ad hoc compellere (iuxta diſtinctionem afferendam in concluſionibus) ſecundum ordinem charitatis: eò quòd prima charitas incipere debeat à ſemetipſo, vt in l. Præſes. C. de ſeruitu. & aqua: de quo latiùs diximus in probatione primæ concluſionis quæſtionis primæ.

Gloſ.

Impugnatur prima opinio.

l. Præſes, C. de ſeruit. & aqua.

Patet, ergo, quòd homo non teneatur ex præcepto charitatis nolle ſibi ſuum reſtitui cum proprio damno, ne reſtitutioni obnoxius incurrat aliquod damnum in ſuis bonis: tum quia talis damni auctor, & cauſa non ſit ipſe, ſed fuerit vſurarius, aut fur ipſe, qui iniuſtè alienum occupauit: tum etiam, quia aliàs rarò contingeret aliquem poſſe condemnari ad talium rerum reſtitutionem faciendam: cùm (vt in pluribus) hoc fieri nequeat ſine reſtituentis aliquo detrimento: & tertiò inde ſequeretur, quòd eſſet iniuſtum, quod præcepit Cęleſtinus III. in cap. grauis, extrà de reſtit. ſpoliat. [pręcipiendo ſpoliatori reſtituere rem ſpoliatam vnà cum omni damno, & intereſſe, & fructibus illius perceptis ab ipſo, vnà cum alijs, qui percepti fuiſſent à ſpoliatore ſuo, ſi res illa fuiſſet ab eo poſſeſſa: ex his, ergo, patet, noſtram impugnationem veriſſimam eſſe. Nec valet quod ipſi Doctores ſubdunt dicẽtes, ꝙ in tali caſu reſtituant pauperibus, quia inde veri domini recipient, ſaltem, emolumentũ ſpirituale: Non valet (inquam) hoc dictum ipſorum: cùm contrarium ſtatuerit Alexander III. in c. ſicut dignum. §. eos inſuper. extra de homicid. in fine. infraſcriptis verbis vtens, videlicet: [in integrum reſtituere: quia licèt quædam ex his, quæ occupauerunt, fateantur ſe pauperibus erogaſſe: non tamen aliena (cùm ipſa potuiſſent eis, quorum fuerant, reſtituere) debuerunt pauperibus erogare.] hæc ibi. Adeſt, & alia ratio hoc idem probans. Nam ſicut nullus alteri facere (propriè loquendo) damnum dicẽdus erit, qui vtitur iure ſuo: ſic & is, qui re ſua ſpoliatus iniuſtè illam vendicare vult, & non intendit illa priuari nec ad momentum, etiam ſi ex hoc per accidens iniuſto detentorī damnum aliquod in bonis eueniat: Quapropter inde elicitur, quòd ſpoliatus iniuſtè re ſua ab vſurario, veſtiri debeat ab ipſo, etiam ſi hoc fieri nequeat ſine ipſius vſurarij damno, cùm hoc ſibi aſcribat, & imputet, & non illi miſerrimo ſpoliato, vt latiùs dicetur, & probabitur in concluſionibus.

c. Grauis, extrà de reſtit. ſpol.

c. Sicut dignũ, extra de homicidio.

Secunda opin.

Secunda Doctorum ſententia fuit dicentium: quòd primò aut vſurarius, ſeu fur ipſe vnà cum re extorta per vſuras diſceſſit à loco, in quo tale quid extorxerat, ibidem permanente eo, qui ſoluit vſuras ipſas. Secundò, aut vſurario permanente in eodem loco, in quo vſuras extorſerat ipſe: & is, qui illas ſoluerat, ab illo loco receſſiſſet: ſi ergo primò, tunc vſurarius expenſis ſuis tenebitur taliter extorta per vſuras dirigere ei, à quo extorſerat. ſi ſecundò, tunc vſurarius non teneretur, niſi haberet fidum nuntium, qui gratis illud extortum ſic, deferret: aliàs erogare tenebitur pauperibus. & huic ſententiæ ſe

ſubſcri-

ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores, Petrus à Pal.in 4.ſent.diſt.15.quæſt.2. art.4.in ver.quintò abſens. Sotus in lib.4.de iuſt.& iure,quæſt.7.art.1.col.8. in ver. ſi autem per iniuriam, (qui tamen nihil ibi dixit, ſi à loco exactionis vſuræ,vel furti diſceſſiſſet is,à quo fuit extortum aliquid per furtum,vel vſuram) Hoſtienſis in dicto c.cùm tu. extrà de vſuris. quem ſequuntur ibidem Ioannes And. Ant.de Butrio, Panorm. Ioannesq́; de Anania: qui Doctores hanc ſententiam nituntur probare per tex. in l.cùm res. ff.de legat.primò, in qua hæc habentur,videlicet [Sed ſi res relicta eſt,alibi autem ab hęrede dolo malo eius tranſlata, niſi ibi præſtetur vbi petitur, hæres condemnabitur doli ſui nomine. Cæterum ſi ſine dolo,ibi præſtabitur quò tranſtulit] hæc ibi. ſed nec bona horum ſententia mihi videtur in ſecundo eius membro, eò quòd dicat, vſurarium non teneri proprijs expenſis rem extortam per vſurã tranſmittere ad eum, à quo extorſit, ſi ille talis diſceſſiſſet à loco extorſionis: ſed in tali in caſu dabit huiuſmodi rem pauperibus. Non (inquam) videtur talis ſententia (vt iacet in litera)tuta vſquequaque, cùm includat,ac concedat id, quod eſt iniuſtum,ac contra ea, quę attulimus paulò antè in impugnationem primæ opinionis: cùm nemo debeat puniri nulla propria culpa præcedente, vt in cap. ſine culpa, de reg.iur. in ſexto. & tamen quis negabit, quòd ſi vera eſſet hæc ſecunda opinio, inde ſequeretur, quòd is, à quo vſurarius extorſit vſuras,ſine ſua culpa grauaretur,ſi opus eſſet ei proprijs expenſis ſuum recipere,quod (forſan) ſecum detuliſſet ſine expenſis,vel non cum tantis:vt peroptimè ponderauit Caietanus loco paulò poſt citando.Nec obſtat tex.in dicta l.cùm res. quoniam non ſumus in caſu ſimili: cùm illa loquatur in materia legati: nos autem maleficij, ratione cuius quis tenetur etiam de leuiſſima culpa,& indemnem ſeruare quem læſit: quod facere nequit vſurarius, niſi ei reſtituendo ſine expenſis, vel ſaltem ſine maioribus (vt in concluſionibus latiùs) immò poſſumus dicere id etiam elici ex mente dictæ legis: cùm ibi dicatur,quòd ſi legati exequutor dolo malo tranſtuliſſet,quòd teneatur tranſmittere proprijs expenſis. & hoc dico,cùm conſtet,vſurarium dolo malo acquiſiuiſſe, ideſt per iniuſtitiam, vnde & fictione iuris videtur tranſtuliſſe taliter extortum à loco vſurarum exactionis,eò ipſo quòd impediuit dominum illius à ſecum deferendo,vt latiùs infrà.

Paludanus. Sotus. Hoſtienſis. Ioan.And. Ant.de Butrio. Panor. Ioan. de Anan. l.Cùm res ff.de legat. primo. Impugnatur ſecunda opinio.

Tertia opinio eſt Caietani in Commentarijs 2.2.q.62.artic.5. in ver.Mihi autem videtur eſſe diſtinguendum de cauſa reſtitutionis, An, ſcilicet, fuerit acceptio iniuſta: vt furtum,rapina,vſura, & huiuſmodi: vel ſine iniuſtitia,vt inuentio,ſucceſſio,mutuum,depoſitum, & huiuſmodi. Nam ſi tenetur ad reſtitutionem ratione furti, & ſimilium, tenetur ad expenſas etiam in quadruplum,ſi aliter non poteſt facere,quòd res reddatur domino. & ratio eſt,quia dominus rei ex eò quòd paſſus eſt furtum,nõ debet damnificari. Conſtat autem, quòd damnificaretur, ſi proprijs expenſis deberet recuperare rem ſibi ablatam. Cùm,ergo, ipſe non teneatur ad expenſas,& fur teneatur ad iteratò ſtatuendum dominum rei in poſſeſſionem: conſequens eſt, quòd fur teneatur per accidens, ſcilicet, propter accidentem diſtantiam ad plus damni ſuſtinendum, quàm intulerit alteri. Nec propterea concedendum eſt, quòd tenetur ad aliud,quàm ad reſtitutionem: ſed quia tenetur ad cõſumatam reſtitutionem,quæ per accidens requirit expenſas:ideò tenetur ad ſubeundum damnum. Nec refert in propoſito: An fur,an paſſus furtum ſe abſentauerit à loco furti: ſed ſibi imputet fur,qui furando effecit ſe debitorẽ ad ponendum

Caietanus.

dominum

dominum in poſſeſſionem rei ſuæ: non in hoc, vel in illo loco, ſed ſimpliciter. Nec debet dominus, qui non potuit rem ſuam ablatam ferre ſecum, pati: pateretur autem ſi ſine eius voluntate res ſua pauperi alteri daretur. hæc omnia Caietanus vbi ſupra.

Interpretatio ſententiæ Caietani.

Hęc Caietani ſententia bona eſt, tamen indiget limitatione: quoniam aliàs contineret iniuſtitiam, quæ quidem limitatio nõ videtur eſſe contra mentem eius, licèt explicitè de ipſa nullam faciat mentionem: limitatio, ergo, erit hęc, ſcilicet, quando ſpoliatus re ſua per vſurarum, aut furti extorſionem ſecum detuliſſet rem illam ſine proprijs expenſis: & in hoc caſu locum habet ſententia Caietani, non autem quando ſecum detuliſſet cum expenſis, vel vendidiſſet in loco extorſionis, vt latiùs dicetur in concluſionib. afferendis: quod probatur & hac ratione, videlicet: ſicut enim non decet vſurarium lucrari cum aliena iactura: ſic nec conuenit ſoluenti vſuras, illas recuperare cum lucro, cùm ſufficere ſibi debeat reſtitutio earum cum omni intereſſe inde paſſo: quapropter patet veritas noſtrę aſſertionis, cùm in tali caſu lucrarentur, & ſibi fieret reſtitutio rei extortæ cum lucro, ſi ſibi dirigeretur expenſis vſurarij in dictis caſibus (vt patet ad ſenſum) & latiùs patebit in concluſionibus.

Quarta opinio fuit dicentium, quòd aut is, qui ſoluit vſuras, vel paſſus eſt furtum, rem ipſam, qua ſpoliatus fuit iniuſtè, ſecum detuliſſet quò abijt, recedendo à loco, in quo hæc paſſus fuit: aut ſecum non detuliſſet. ſi primò, tunc ſubdiſtinguendum erit, quòd aut ipſe potuiſſet ſecum deferre ſine expenſis, aut cum expenſis. ſi primò, & tunc tenebitur fur, vſurarius, & ſimiles, proprijs expenſis ad ipſum ſpoliatum rem talem ſaluam dirigere: ſi ſecundò, & tunc ipſe, qui ſuum directum ad ſe expenſis vſurarij recepit, tenebitur illi vſurario reſtituere illud, quod realiter expendiſſet, ſecum illam rem deferendo: ſed ſi ipſe non detuliſſet ſecum taliter extortum per vſuram, ſed vendidiſſet in loco extorſionis vſurarum, tunc vſurarius tenebitur ad expenſas omnes, quæ neceſſariæ erunt ad reſtituendum taliter extortum vero domino (à quo extorſit): vnde tenebitur certiorem facere ſpoliatum de tali re reſtituenda: & an velit ad ſe rem illam tranſmitti, vel pretium eius: & idipſum vſurarius exequatur, quod ille voluerit. & huic ſententiæ ſpecialiter ſe ſubſcripſit

Couarruuias.

Didacus Couarruuias in fine primæ par. Releƈt. nu. 7. fol. 530. Et ratio iſtius opinionis (vltra adducta à Caietano paulò ante) eſt: quoniam perfecta reſtitutionis executio ad hoc tendit, vt creditori nullum damnum ſequatur ex

Reſtituere qd ſit.

iniqua occupatione rei alienæ: hoc enim verè eſt reſtituere: nec tamen eidem debetur lucrum aliquod, ſicuti manifeſtiſſimi iuris eſt: qua ratione ſi creditor nullas facturus fuiſſet in aſportandis ſecum rebus, quibus expoliatus fuerat, vel quia abſque vllis expenſis ſecum detuliſſet: vel antè diſceſſum (niſi damnum ei illatum per iniuſtitiam fuiſſet) eas vendidiſſet, vel ſi eis priuatus fuiſ-

S.Thomas.

ſet. & hoc modo interpretandum (ait) fore Diuum Thomam, qui in 2.2.q.62. art. 5. in reſp. ad tertium dixit. ſi verò ille ſit multùm diſtans debet ſibi tranſmitti quod ei debetur: & præcipuè ſi ſit res magni valoris, & poſset commodè tranſmitti: alioquin debet in alio loco tuto deponi, vt pro eo conſeruetur, & domino ſignificari. hæc ille Sanctus. Hæc ſententia optima eſset ſi ei addi-

Interpretatio ſententiæ Couarr.

diſset Couarruuias aliam particulam, quam implicitè illum voluiſse addere mihi videtur: particula, ergo, talis eſt, quòd vſurarius non teneatur ad dirigendum extortum per vſuras, proprijs expenſis, quando ſi non fuiſset extortum, à domino fuiſset venditum in loco extorſionis: benè, tamen, teneretur

vſurarius

vſurarius(arbitrio boni uiri)ad intereſſe paſſum ab eo,qui ſoluit vſuras, ſi verè pretium illius rei extortæ implicaſſet negotiationi,& aliquid lucratus fuiſſet:tenetur etiam ad dirigendum pretium talis rei extortæ, proprijs expenſis:ſi ille ſuiſſet aliàs delaturus ſecum ſine expenſis:Quæ omnia implicitè uoluit nos docere idem Couarruuias quando dixit (vt ſupra.) Niſi damnum ei,& cæt.

Quinta opinio fuit Syluestri in ſumma in verbo,reſtitutio.quarto.§.quarto in fine,qui poſt relationem prædictæ ſententiæ Panormitani infraſcriptis utitur verbis,videlicet:Limita primò dictum Panormitani. Niſi adeſſet fidus nuncius deferens ſine expenſis,vel minoribus,argumentum in capitulo,ſignificante.extra de pignor.Et ſecundò in conſcientia, niſi dominus ſine expenſis,aut minoribus,rem ſuam ſecum detuliſſet,quia tenetur de tali damno:ſi ex delicto tenebatur.hæc ille.Hæc ſententia, nec plenè ſatisfacere quæſito videtur,cùm non tangat omnia membra quęſtionis,vt puta,quid eſſet dicendum, ſi is,qui ſoluit uſuras,vel paſſus eſt furtum, illud taliter à ſe extortum ſecum non detuliſſet,ſed in loco extorſionis vendidiſſet. Syluest.

Opinio ſexta eſt Ioannis à Medina in Codice de rebus reſtituendis,quæſt. ſecunda,articulo incip.Ad id,quod tertio loco quærebatur. §. Verùm aliter diſtinguendum eſſe.Vbi breuiter procedendo per diſtinctionem,loquẽdo de malæ fidei poſſeſſore(vt in caſu noſtro)dicit ipſe Ioannes: aut debitor à loco contracti debiti receſſit,aut ipſe creditor:ſi primò, tenebitur expenſis ſuis ad locum debiti dirigere:ſi ſecundò,ſubdiſtinguendum erit ſic, aut creditor, ſeu ſpoliatus re ſua iniuſtè,illam ſecum detuliſſet,aut non:ſi primò,rurſus ſubdiſtinguendum erit,aut cum expenſis,aut ſine.Si primò, & tunc etiam ſubdiſtinguendum erit,quòd aut ſperet recuperare quicquid expenderit in illud taliter extortum dirigendo,aut non:ſi primò,tunc tenebitur rem illam taliter extortam dirigere.ſi ſecundò,non:ſed ſolùm ad ipſum certiorandum, vt diſponat quid velit de re ſua diſponere:ſi uerò ſine expenſis ſpoliatus rem ſuam ſecum detuliſſet, tunc debitor proprijs expenſis illam rem ad creditorem dirigere tenebitur.hæc ille.(qui,tamen,de membro illo propoſito, ſcilicet, ſi ſecum non detuliſset, nihil dixit) cui ſe ſubſcripſit Frater Ioſeph Angles in ſuo opuſculo inſcripto,Flores Theologicarum Quæſtionum,ſuper quartum ſententiarum,in quæſtione de reſtitutione,difficultate decima,ſexto dubio,in appendice concluſionis·ſed,& in concluſione breuiter dicit, quòd ſi non detuliſſet ſecum illud ſpoliatus ille, non tenebitur ſpolians ad illud ſibi dirigendũ proprijs expenſis:cùm nullum indè damnum ei intulerit.Horum Doctorum ſententia bona eſt,licèt explicitè non faciat mentionem,quid ſit ſentiẽdum, quando ſoluens extortum per uſuram,illud tale vendidiſſet in loco extorſionis:licèt poſſimus dicere,illos hoc explicitè non dixiſſe, cùm videatur clarè elici poſſe ex dictis ſuis. Ioã. à Medina.

Septima opinio eſt ipſius Nauarri,in ſuo manuali.c.17.nu.43.dicẽtis, ꝙ ſi reſtitutio ob delictũ,vel quaſi delictũ debeť,facienda eſset in loco,in quo,ipſa facta,nullũ dãnũ is,cui fieri debet,accipiat,ſiue reſtituať vbi acceptũ fuit,ſiue vbi eſt dñs,ſiue ĩ alio loco,ad quẽ dñs trãſtuliſſet: ita ut dãnificatus nulla impẽſa,vel alio onere grauetur,quã ſi dãnũ datũ nõ fuiſſet,quia reſtituere eſt in primũ ſtatũ reponere,& reddere rẽ integrè in ſtatu eo, in quo dñs ſeruaſſet,ſi ab eo ablata nõ fuiſſet.vt in l.reſtituere.el 1.& el 2.ff.de verb.ſign.ex quo colligitur,cuius impenſis ſuo domino ſuum ſit mittendum.hæc ille Doctor. Nauarrus. Reſtituere qd ſit. l.Reſtituere. el primo, & el 2. ff.de verb.ſign.

Gg Hæc

Hęc vltima opinio optima eſt, licèt obſcurata, ac denigrata aliquatenus breuitate ſermonis, quæ, (tamen, in concluſionibus) adducendis amplianda erit, vt deciſionis veritas ipſa, luce meridiana clariùs, eluceſcat.

Expoſitio primæ opinionis

Pro concordia, tamen, iſtarum ſententiarum poſſet dici, quòd prima opinio implicitè dicat ſicut, & tertia, & reliquæ: & quòd loquuta fuerit ſolum de eo, qui pauperibus illud erogat, ſpem ponens ſub ratihabitione proprij domini illius rei: quod elicitur ex uerbis eius dicentis, quòd ſecūdum rationem charitatis, hoc uero domino placere debet: non autem ipſi Doctores loquuntur de vſurario, qui nullum ſignum huiuſmodi ratihabitionis veri domini percepit: immo credit ipſum uelle ſibi omnino reſtitui rem ſuam in loco, ubi tunc reperitur.

Expoſitio ſecūdę opinionis.

De ſecunda opinione dicitur, ipſos Doctores intelligendos fore in caſu, quo ſpoliatus ſecum non detuliſſet, ſed in loco vſurarum extorſionis, uel furti vendidiſſet, necnon & ſi ſecum detuliſſet, cum expenſis detuliſſet: nō autem de eo, qui ſine expenſis detuliſſet, cū benè ſciuerunt præaddućta iura ipſi (qui ſunt lucernæ fulgentes ipſius iuris canonici) quib. præcipitur, reſtitutionē rei ſpoliatæ fieri cum omni intereſſe indè paſſo per ſpoliatum, vt in dicto capitulo, Grauis, & niſi taliter reſtitutio ei fieret, non reſtitueretur intereſſe, ſi ſuis ex penſis opus eſſet recuperare ſuum, quod ſecum ſine expenſis detuliſſet: & ſic patet, ipſos Doctores non aduerſatos fuiſſe tertiæ, quartę, & aliis opinionibus.

Expoſitio tertiæ opinionis.

Idem dicendum erit de tertia, cum implicitè hoc ipſe Doctor annuerit: cū dicat, reſtituere eſſe in priſtinū ſtatū ſtatuere uerum dominum: ſi, ergo, in primo ſtatu exiſtenti opus fuit expenſas aliquas facere indè ferendi ſecum rem ſpoliatam, patet, quòd dicetur reſtitutio etiam perfectè facta, licèt dirigatur res illa expēſis ſpoliati: explicitè autem ſolum loquutus fuit de eo, qui ſecum detuliſſet ſine expenſis taliter à ſe extortum per uſuram.

Expoſitio quartæ opinionis.

De quarta opinione dici poterit, ipſum Doctorem voluiſſe loqui de pretio dirigendo: quod aſſequutus fuiſſet ex venditione talis rei, cùm in deferendo illud ſecum, rarò ſubiaceat dominus illius aliquibus expenſis, & iccircò cautè loquutus fuit dicens, ſi vendidiſſet in loco furti, vel uſuræ exactæ, tunc fur & uſurarius tenebitur ad expenſas, quæ neceſſariæ ſunt ad reſtituendum extortum vero domino, ideſt, pretium eius: cùm pateat, quòd ex venditione rei pretium ipſe venditor aſſequatur: & iccircò non dixit ad expenſas, quę neceſſariæ ſunt ad reſtituendam rem ipſam extortam, ſed extortum, ideſt, ualorem, ac pretium eius: cùm ex tali reſtitutione facta ipſe reſtituatur priſtino ſtatui ſuo.

Expoſitio quintæ opinionis.

De quinta, dicendum etiam erit, ipſum Syluest. implicitè hoc docuiſſe: ſed breuitatis cauſa, explicitè idem non dixiſſe: cùm per ſe pateat veritas ipſa.

Expoſitio ſextæ opinionis.

De ſexta opinione dicitur quoad Medinam, ipſum non poſſe dici (propriè loquendo) defeciſſe: cùm non addiderit quid ſentiendum ſit, quando ſecum non detuliſſet illud extortum per uſuram ſpoliatus ipſe, quia per ſe patet, quòd tunc tenebitur ad ipſam rem ibi reſtituendam, cùm indè nullum incurrat ſpoliatus ipſe intereſſe.

Et ſic (Deo dante) reconciliatis Doctorum opinionibus, quæ prima fronte videntur inter ſe diſſentiri, & aduerſari, ad deciſionem pręſentis quęſtionis, nonnullis concluſionibus mediantibus, me accingam.

His

His ergo præmiſſis ſatisfaciemus quæſtioni nonnullis concluſionibus, quarum prima erit hæc, videlicet.

Prima concluſio.

Vſurarius, qui poſt uſuras exactas diſceſſit à loco, in quo illas extorſit, etiã ſi longinquas regiones petiiſſet, tenebitur proprijs expenſis (dirigendo illas ei, à quo extorſerat) reſtituere. 1

Vſurarius diſcedens à loco extorſionis vſurarum, proprijs expenſis dirigere tenetur extorta per vſuram ei, à quo extorſerat.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim per arg. in cap. reintegranda. c. 5. q. 1. in quo Ioannes Papa infra ſtatuit dicens. Reintegranda ſunt omnia exſpoliatis præſentialiter ordinatione Pontificum; & in eo loco vnde abſceſſerant, funditus reuocanda, hæc ibi. inter alia, ſed notanter, dixi probari noſtram concluſionem per arg. ſcilicet, à ſimili. quoniam licet in dicto iure non fiat mentio de reſtitutione facienda per vſurarium, tamen, ibi fit mentio de reſtitutione facienda ab eo, (qui aliquem ſpoliauit re ſua iniuſtè) ipſi ſpoliato: at quoniam eadem ratio militat in ſpoliatore per furtum & uſurario, cùm ambo iniuſte dicantur ſpoliare & ſpoliari per furtum, & per uſuram dicantur iniuſte ſpoliati, eò quod ambo huiuſmodi peccata contineantur ſub præcepto negatiuo [Non furaberis vt quam ſæpiſſimè fuit per nos probatum in præcedentibus quæſtionibus: Inde ſequitur (arguendo ab identitate rationis) noſtram concluſionem probari quàm apertiſſimè per argu. in d. c. reintegranda. Idem probatur per arg. in c. Grauis. extra de reſti. ſpoliat. in quo Cæleſtinus III. Papa noſtram implicitè approbauit cõcluſionem. Præcipiendo, ibi, cuidam, qui ſpoliauerat iniuſte quendam re ſua, reſtituere non tantùm rem ipſam unà cum fructibus ex ipſa re per ipſum illuc vſque ſuſceptis: verùm etiam vnà cum fructibus, quos ſpoliatus ipſe percepiſſet (ſi ea re non fuiſſet ſpoliatus) & quod omnia damna inde paſſa reſarciret, & pro iniuria illata ſatisfacere teneretur,] hæc in dicto canone: ex cuius verbis patet veritas noſtræ concluſionis, cũ ex ipſo canone bene eliciatur, quod ſpoliato ſit facienda reſtitutio a ſpoliatore, non tantùm in loco furti, ſeu cuiuſcunque ſpoliationis iniuſtè factæ, verùm etiam vbicunque ille talis ſpoliatus reperiatur ſine re ſua, nulla eius culpa præcedente: cùm per dictum canonem præceptum fuerit ſpoliatori, vt ſatisfaceret de omni intereſſe ex ſpoliatione indè paſſo: quoniam ſi hic talis vſurarius, qui iniuſte ſpoliauit re ſua eum (qui uſuras ſibi ſoluit) vellet transmittere taliter extorta ad ipſum ſpoliatum eius expenſis: ſequeretur, quòd indè non teneretur ſpoliator ad omne intereſſe illatum ipſi ſpoliato ex vſurarum extorſione: quod eſſet contra prædictos canones: & (vt in ſubſequentis concluſionis probatione clariùs probabitur) præſens noſtra concluſio inſuper probatur per argumentum in l. cùm res. ff. de legatis primo, in qua hæc habentur, videlicet. Sed ſi relicta res eſt, alibi autem ab hærede dolo malo eius translata, niſi ibi præſtetur, ubi petitur, hæres condemnabitur doli ſui nomine. Cæterum ſi ſine dolo, ibi præſtabitur, quò tranſtulit. Hęc ibi. dixi probari per argumentum, arguendo, ſcilicet, ab identitate rationis, cùm ſicut dolus eſt in cauſa, vt hæres qui tranſtulit rem alteri relictam, ſuis expenſis illam reducere teneatur, & legatario aſſignare: ſic in caſu noſtro extorſio vſuræ (quæ ſemper fit cum dolo, ſeu iniuſtitia, ut patet ad ſenſum,) & quòd in uſuræ exactione adſit dolus, patet cùm dolus ſit ſpecies iniuſtitiæ, ergo, qui iniuſtitiam committit, & dolum videtur facere, eò quòd ſicut fur furando dicendus eſſet, ipſum eſſe in dolo, vel dolo contrectaſſe rem alienam inuito domino. ſic & vſurarius ipſe,

c. Reintegranda. 3.q.1.

Exod.c.20.

c.Grauis, extrà de reſtit.ſpol.

l.Cum res.ff.de leg.1.

cùm uſura contineatur ſub furto,& prohibita fuerit per præceptum. [Non furaberis ;vt ſæpius in præcedentibus quæſtionibus abundè fuit per nos probatum ;] ergo,fur dicetur doloſus,ac eſſe in dolo, donec restituerit quicquid contra iuſtitiam à proximo abſtulit:eodem modo,dicetur vſurarius uſuras extorquendo,dolum committere: cum dolus ſit ſpecies furti ;vt per ſe patet.)Idem probatur per argumentum in l.reſtituere,la 2.ff.de verborum ſignificat.in qua hæc habentur,videlicet.[Reſtituere videtur is,qui id reſtituit, quod habiturus eſſet actor,ſi controuerſia ei facta non eſſet ;hæc ibi.Dixi probari noſtram concluſionem per argumentum in dicta l.reſtituere,eò quod licèt in dicta l.nulla fiat mentio explicitè de caſu propoſito in noſtra concluſione,benè tamen,ex ipſa elicitur veritas ipſius concluſionis,quoniam ſi uſurarius non reſtitueret in loco,in quo per vſuram illud tale extorſit, ſed vbi ipſe pro tunc reperitur:tunc poſſet verè dici ipſum non plenè reſtituere(propriè loquendo,vt in dicta l.reſtituere dicitur)eò quod reſtituere is dicitur, qui id reſtituit,quod habiturus eſſet actor,ſi controuerſia ei facta non eſſet.

I.Reſtituere. ff. de verb.ſig.

At cùm controuerſia,ideſt,vſurarum extorſio contra uoluntatem ſoluentis vſuras fuerit in cauſa, quod in loco exactionis huiuſmodi: ille , qui ſoluit vſuras,rem taliter extortam deſijt habere, quam aliàs ibi habuiſſet : & quòd is,qui ſoluit vſuras,ſit actor,patet:quoniam tàm in foro poli,quam in foro iudiciali habet actionem repetendi ab vſurario id , quod coactè ei tradidit. Vt patet per totum titulum de vſuris:quoniam,ſi hoc non eſſet verum, ſequeretur,quòd ipſe uſurarius non poſſet obligari ad vſuras exactas reſtituendas: vt patet ad ſenſum.

Probatur inſuper & ſecundò præſens noſtra concluſio explicitè Doctorum omnium auctoritate,qui adducti fuerunt in relatione ſecundæ , tertiæ , quartæ,quintæ,ſextæ,& ſeptimæ opinionis: quoniam in hoc conueniunt ipſi explicite,& implicite Doctores adducti in relatione primę opinionis,eorum ſeutentiam interpretando iuxta intellectum ſupra adductum pro concordia Doctorum,necnon,& Gloſ.in dicto capitulo,reintegranda,in ver.in eo loco, quæ dixit,ad hoc ſpoliantem teneri ètiam ſi vltra mare ipſe fuiſſet : Ioannes quoque Andr.in capitulo,quoniam.§.quod ſi ſuper. extra.vt lite non conteſtata.ibi Gloſa vera:noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſit dicens:Si malæ fidei poſſeſſor eam rem, de qua agebatur rei uendic. tranſtulit alio loco,ibi reſtituere debei,unde ſubtraxit ſumptibus ſuis.hæc ille,quem ſequitur Dominicus à S.Geminiano in dicto capitulo,reintegranda.in ver. An iſte vltimus poſſeſſor, & in ver.Nota,quòd ſpoliatus.Vbi dixit Nota,quòd ſpoliatus debet reſtitui non tantum ad poſſeſſionem bonorum:ſed etiam ad poſſeſſionem loci:& Archidiaconus in dicto capitulo,reintegranda,qui interpretando verba illius canonis:ſic ait ver.loco,ideſt,ad eundem ſtatum,abſceſſerant, ideſt , ablata fuerant,funditùs,ideſt,ex toto,ita quod nihil deſit.hæc ille,ex quibus verbis elicitur,ipſum implicitè,ſeu tacitè ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtræ concluſioni.

Ioan.Andr.

Geminianus.

Archid.

Ratio concluſ.

Probatur & tertiò præſens noſtra concluſio hac ratione,videlicet.

Antecedens.

Cùm non dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, (vt in capitulo, Peccatum,de regulis iuris in ſexto ,) inde ſequitur veritas noſtræ concluſionis, quòd ,ſcilicet , uſurarius diſcedens a loco extorſionis uſuræ vel cum re extorta,ad ipſam reſtituendam vero eius domino in loco maleficij (ſi ibi moretur)tenet : conſequentia hæc probatur duplici medio: Primo,quoniam , ſi inde ipſe vſurarius damnificaretur,ſibi imputare debebit, & non alteri : tum

Conſequentia.

quia,

quia,vel à loco illo diſceſſit ipſe,in quo vſuras extorſerat) tum quia antè diſceſſum ſoluentis vſuras,debuerat & poterat ſine proprijs expẽſis rẽ per uſuram extortam eius domino reſtituere:quod ſi non fecit,imputet ſibi,& ſubſtinet patienter in pœnam peccati perpetrati quodcunque intereſſe indè patiendum: Secundò, quoniam ſi concluſio noſtra vera non eſſet, ſequeretur hoc abſurdum,quòd quis eſſet pœna plectendus pro peccato alieno: quod vtlque rationi conſentaneum non eſt:immo prohibetur à iure,vt patet per iuris regulas has,videlicet,in capitulo,Non debet.& in capitulo, ſine culpa: in quorum primo hæc habentur,videlicet.[Non debet aliquis alterius odio prę grauari]& in ſecundo capitulo, dicitur[ſine culpa,niſi ſubſit cauſa,non eſt aliquis puniendus] ex quibus regulis elicitur, quòd maximũ abſurdũ eſſet, ſi non concederetur conſequentia noſtræ rationis, qua probari di ximus concluſionẽ præſentem:quoniam aliàs grauaretur ſpoliatus odio ſpoliatoris, & ſine culpa ſubiaceret pœnæ duplici:prima,enim,fuit,quando tale quid uſurarius ab eo extorſit.Secunda pœna eſſet, ſi opus ei eſſet ſuum recuperare non integrum:Nam ſi vſurarius per uſuras extorſiſſet pallium valẽtem decem aureis,& pro directione,ſeu illorum reſtitutione ipſi ſpoliato facienda ſolueretur deferenti aureus unus,ſequeretur,quòd ſi ſpoliator non teneretur ad expenſas prædictas pro delatione talis pallij extorti per vſuras faciendas ad ipſum ſpoliatũ ſed ipſe: ſpoliatus(qui ꝓ vſuris ipſum pallium tradidit)ꝙ (vltra iniuſtitiã paſſam ab vſurario) ipſe ſpoliatus pro decẽ aureis, reciperet ſolùm nouẽ aureos: qđ quidẽ eſſe impium,& à rõne prorſus alieniſſimum patet ad ſenſum.Quapropter,vt hæc abſurda vitentur, dicendum erit, præſentem noſtram concluſionem veriſſimam fuiſſe: & vt talem amplectendam fore ab omnibus.

c. Non debet. de reg.iur.in 6. c.ſine culpa.de reg.iur.in 6.

Secunda concluſio.

2 Vſurarius,qui aliquid extorſit per uſuras(ab eo, qui poſt ſolutionem vſurarum in aliam regionem ſe recepit diſcedendo à loco,in quo ſoluit uſuras, qui ſi non illud à ſe fuiſſet extortum per uſuras,ſecum detuliſſet quò abiit ſine expenſis proprijs)reſtituere tenebitur,huiuſmodi extortum dirigendo taliter ſpoliato quocunque pro tunc ille talis reperiretur, expenſis ipſiuſmet uſurarij,& non ſpoliati, ſaltem, vel ipſum ſpoliatum certiorem reddere'ſe uelle reſtituere taliter extortum vbicumque,& qualitercunque ipſi per gratum eſſet ſibi, cum præparatione animi ipſum reſtituendi in loco, in quo ipſemet moratur,vel illud tale quid dirigere proprijs expẽſis ad locum, ad quem ſpoliatus ipſe ſeceſſerat iuxta uoluntatem ipſius,qui ſoluerat vſuras.

Vſurarius an proprijs expenſis vſuras extortas dirigere teneatur ſpoliato, ſi ille talis diſceſſiſſet à loco extorſionis,& talia ſecum detuliſſet ſine expenſis.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per argumentum in capitulo,Cùm tu.extra de vſuris,in quo [Alexander Tertius præcepit uſurarios uſuras reſtituere his, à quibus eas extorſerant,vel eorum hæredibus]nulla facta mentione de loco,de expenſis,ſeu de damno alio incurrendo ab ipſis vſurarijs ratione perfectæ reſtitutionis faciendæ eis,qui per extorſionem uſurarum fuiſſent ſpoliati rebus talibus ab huiuſmodi uſurarijs:quod quidẽ non à caſu ipſe pontifex omittit:ſed quia hoc addere explicitè ſuper fluum ſibi viſum fuerat: cùm quodammodo de iure naturali, & diuino ad id faciendum uſurarios teneri per ſe pateat:eò quòd peccatum non dimittatur, niſi reſtituatur ablatum:vt in capitulo,peccatum.de regulis iuris in ſexto,maximè,cũ talem pontificem alioqui doctiſſimum,non præteribat ethimologia uocabuli reſtituere,eò quòd reſtituere,eſſet rem in priſtinũ ſtatum ſtatuere:quod non

c.Cum tu, extra de vſuris.

cõtingeret, ſi expenſis ſpoliati opus eſſet ei ſuum recipere: cùm minus quidẽ omnino reciperent iuxta quantitatem expenſarum faciendarum in tranſmiſſione taliter extortæ rei per uſuram, ad ipſum ſpoliatum: vt patet ad ſenſum.

c.Grauis. extra de reſti.ſpol. l.Cum res.ff.de leg.1.

Probatur quoque noſtra concluſio per argumentum in capitulo, Grauis. extra de reſtitutione ſpoliatorum: cuius tenorem verborum, & interpretationẽ retulimus in probatione præcedentis concluſionis. Idem probatur per argumentum in l.cùm res.ff.de legatis primo, in qua hęc habentur, videlicet. [Sed ſi res relicta eſt, alibi autem ab hærede dolo malo translata, niſi ibi præſtetur vbi petitur: hæres condemnabitur doli ſui nomine] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in dicta l. non ſimpliciter per tex. quia explicitè, de concluſionis noſtræ materia ibi nulla fit mentio: benè, verò, implicitè: cùm ex talis legis deciſione luce clariùs eliciatur veritas noſtræ concluſionis arguendo ab identitate rationis: Nam ratio propter quam conſtitutio illa hoc mandat, conſtat patentiſſimè quòd ſit duplex: quarum prima eſt, vt pœna illa plectetur, qui voluit ſine cauſa, & cum maxima iniuſtitia lædere proximum ſuum: Secunda eſt, vt legatarius non grauetur in expenſis propter culpam alterius: cũ

c.non debet.de reg.iur.in 6.

nemo debeat grauari odio alterius, vt in capitulo, Nõ debet, De regulis iuris in ſexto.

Quoniam grauaretur vtique alterius odio, ſi culpa hæredis doloſi teneretur aſſequi legatum ipſe legatarius mediantibus expenſis: quando ipſummet (ceſſante dolo hæredis) fuiſſet aſſequutus ſine expenſis. Idem elicitur ex regula

c.ſine culpa.de reg.iur.in 6.

alia iuris in capitulo, ſine culpa, de regulis iuris in ſexto, in qua dicitur [ſine culpa (niſi ſubſit cauſa) nemo eſt puniendus. Puniretur vtique legatarius ſine culpa ſua, & cauſa, ſi opus eſſet ei recipere legatum non ſine expenſis: quod ſibi fuit relictum ſine aliquo onere expenſarum faciendarum in receptione rei ſibi legatæ. Sic, ergo, in propoſito dico in materia noſtra: cùm vſurarius retinens rem extortam per vſuram, ſemper ſit in dolo: & teneatur reſtituere rem taliter non diminutam, ſed integram prout illam extorſit, vt verè reſtitueret: cùm de eſſentia reſtitutionis ſit (vt ſæpe probauimus) rem ſtatuere denuò in loco ſuo, in quo modò reperiretur, ſi illa illuc vſque fuiſſet relicta apud dominum eius: vt in dicta l.reſtituere, la ſeconda, ff.de verborum & rerum ſignif. cùm, ergo, vſurarius retinendo rem taliter extortam impedierit eum, à quo illam extorſit: quominus illam ſecum detuliſſet ſine expenſis: patet ipſum vſurarium ad illam tranſmittendam propriis expenſis ad verum eius dominum obligari, ut illum ſeruet indemnem ab expenſis, quas ſecum illam deferẽdo, non feciſſet: quod & ratio ipſa ſuadet, & verba præadductæ legis innuunt in ſimili caſu: maximè in verbis illis [Niſi ibi præſtetur, vbi petitur] cùm vtique ſemper implicitè petat rem extortam ab vſurario is, à quo extorta fuit, iuxta

3

Dies interpellat pro creditore.

l. In omnibus. ff de reg.iur.

l. Nulla intelligitur.ff.de reg.iur.

regulam illam. Dies interpellat pro creditore: quæ regula videtur elici ex tex. in l.In omnibus.ff.de regulis iuris, in qua hæc habentur, videlicet. [In omnib. obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.] Nec obſtare nobis poterit text. in l.Nulla intelligitur. ff. de regulis iuris, in qua dicitur, [Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt.] Non (inquam) obſtat nobis huiuſmodi textus: quoniam interpretandus eſt, de ijs, qui in retinendo alienum non peccant peccato iniuſtitiæ: vt ſunt ij, qui alienum retinent iuſto titulo, puta locationis, impignorationis, depoſiti, mutui, & huiuſmodi: non autem de ijs, qui alienum retinent per iniuſtitiam, vt ſunt fures, raptores, vſurarij, & huiuſmodi: quoniam hi omnes tenẽtur reſtituere aliena per furtum vſu

ram,

ram,& huiuſmodi obtenta,ſtatim habita facultate reſtituendi, nulla expectata petitione dominorum talium rerum,vt peroptimè docuit quoque Ioannes à Medina in Codice de rebus reſtituendis,quęſtio.2.cap.inci.Ad aliud quod quarto loco quærebatur.§.habet tamen,in verſ. Et procedunt hæc: & latiùs probabitur in ſubſequenti quæſtione trigeſima prima, & rationem iſtius differentię,quàm elegantiſſimè docuit Diuus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione 62.artic. octauo, in corpore quæſtionis,infraſcriptis verbis vtens, videlicet:Sicut accipere rem alienam eſt peccatum contra iuſtitiam,ita etiam detinere eam:quia per hoc,quòd aliquis detinet rem alienā inuito domino, impedit eum ab uſu rei ſuę:&ſic ei facit iniuriā:Manifeſtum eſt autem,quòd nec modicum tempus licet in peccato morari: Sed quilibet tenetur peccatū ſtatim deſerere,iuxta illud Eccleſ. cap. 21. quaſi à facie Colubri fuge peccatum:& ideò quilibet tenetur ſtatim reſtituere,ſi poteſt,ſi non poteſt,vel petere dilationem ab eo,qui habet vſum rei,concedere.hæc ille Sanctus. Deueniendo,ergo,à primo ad vltimum dico per ſe patere veritatem concluſionis, ac probari per illum textum in dicta l.cùm res,cùm eadem ratio prorſus militet in hærede doloſè transferente rem legatam,quæ eſt in uſurario,qui impediuit dominum rei per ipſum extortæ,ne ſecum detuliſſet ſine propriis expenſis ad locum,in quo modo reperitur. Eccleſ.c.21.

Hæc noſtra concluſio probatur quoque per argumentum in l. reſtituere, la ſeconda.ff.de uerborum,& rerum ſignificat. Cuius tenorem & intellectum adduximus in probatione præced.concluſionis.

Probatur & ſecundò explicitè auctoritate omnium Doctorum, qui adducti fuerunt in relatione tertiæ,quartæ,quintæ,ſextæ, & ſeptimæ opinionis, & implicitè auctoritate Doctorum qui fuerunt allati in recitatione primæ, & ſecundæ opinionis,illos interpretando prout interpretati fuimus dum reconciliauimus ibidem dictas ſententias cum præadductis opinionibus tertia, quarta,quinta,ſexta,& ſeptima.

Probatur & tertiò ratione iam adducta paulò antè à Caietano,quam retulimus in relatione ſententiæ ipſius, vltra multa adducta hic pro intelligentia iurium,quibus diximus probari præſentem concluſionem.

Tertia concluſio.

4 *Vſurarius, an teneatur dirigere extorta p uſurameì,(qui illa ſecum detuliſſet cum aliquib. expēſis) ſuis ſumptib.*

Vſurarius,qui extorſit aliquid per vſuras ab eo, qui receſſit à loco in quo ſoluit uſuras(qui aliàs illud extortum ſecum detuliſſet cum nonnullis expenſis)uſurarius ipſe(inquam)non tenebitur,illud ad ipſum ſpoliatum dirigere proprijs expenſis,ſed expēſis ipſius,qui illud ſoluerat:Iuxta qualitatem expēſarum,quas ipſe expoliatus feciſſet,ſi ſecum detuliſſet taliter extortum: nō autem maiores,quas forſan modò opus eſſet uſurario facere: quoniam ad illud plus non tenebitur,dummodo rationabiliter vſurarius credat,ſpoliatum ſibi reſtituturum fore huiuſmodi expenſas factas ab uſurario in taliter extortum ſibi dirigendo;Sed ſi non ſperaret hoc,tunc ei ſufficiet,ipſum ſpoliatum certiorem facere de re ſibi reſtituenda,ipſum interpellādo,ut ſibi notificet quid fuerit faciendum de tali re.Hæc concluſio probatur triplici medio, Primò, per argumentum in capitulo, Grauis.extra de reſtitutione ſpoliatorū,in quo demandatur reſtitutio facienda ſpoliato iniuſtè,unà cùm omni intereſſe paſſo ex ſpoliatione ſibi iniuſtè facta: Dixi per argumentum. quoniam licèt ad verbum ibi non probatur noſtra concluſio,benè,tamen,elicitur ex ipſius verbis: eò quòd ibi præcipitur reſtitutio facienda expoliato iniuſtè, omneque c.Grauis.extra de reſti. ſpol.

damnum

damnum paſſum reſarcire:& non aliud,quàm à ſe vſurarius per vſuras extorſit:Vnde non erit reddenda res talis ſine talibus expenſis : cùm indè nullum intereſſe ſentiret:& per conſequens ad tale quid ſibi ſoluendum non tenebitur vſurarius:cùm ſolùm ad rem ipſam taliter extortam , & ad intereſſe verũ teneatur ſolùm,& non ad dandum ei lucrum aliquod , quod ſequeretur vtique ſi teneretur ad dirigendum huiuſmodi rem , extortam per vſuram , ipſi ſpoliato expenſis proprijs:quod & elicitur quoque ex ipſo tex. quòd ſi opus eſſent in dirigendo tale quid maiores expenſæ nunc , quàm feciſſet ſpoliatus ipſe,ſecũ tũc deferendo,ꝙ ad illud plus tenebiť vſurarius,vt ſeruari poſſit ſpoliatus ipſe immunis ab omni intereſſe iniuſtè patiẽdo:(vt rõ ẽt ipſa ſuggerit) cũ ipſe uſurarius ſolũ ad intereſſe verũ,paſsũ indè à ſpoliato,ꝓ vſurarum extorſionẽ, teneať,iuxta dicti canonis ſanctionẽ:eliciť ẽt ex ipſo canone, ꝙ uſurarius nõ teneať ad expẽſas huiuſmodi ſi credat veriſimiliter ipſi reſtituẽdas non fore à ſpoliato:cùm tantùm ex tex. ipſo teneatur illum ſeruare indemnem ab omni intereſſẽ:non autem,ipſum ſpoliatum ex facultate propria ditare:quod vtique ſequeretur ſi teneretur reſtituere rem ipſam extortam cũ lucro, ideſt,ſine expenſis,quas ille neceſſariò feciſſet: vt patet ad ſenſum : Cùm nemini liceat locupletari cũ aliena iniuria,vel iactura.vt in capitulo , locupletari.de regul.iur.in 6.

c. Locupletari. de reg.iur.in 6.

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate, & implicitè quidem auctoritate Doctorum,qui fuerunt relati in recitatione primæ,ſecundę,& tertiæ opinionis. Iuxta concordiam eorum cum reliquis Doctoribus à me ſupra allatam:& explicitè auctoritate Doctorum,qui adducti fuerũt in relatione quartæ,quintæ,ſextæ,& ſeptimæ opinionis.

Probatur & tertiò ratione adducta in enucleatione præ allati capituli, Grauis.

Quarta concluſio.

5 *Vſurarius ad quid tenebitur ſi ſpoliatus ex torta per uſuram ab eo, uendidiſſet in loco extorſionis.*

Vſurarius,qui extorſit aliquid per vſuras ab eo , qui taliter extortum ſecũ non detuliſſet,ſed in loco extorſionis vendidiſſet,non tenebitur ad dirigendũ tale illud proprijs expenſis taliter ſpoliato: ſed ad ipſam rem ſolum reſtituendam(ſi extet)ſi verò non extat,ad dirigendum proprijs expenſis eius valorẽ, cuius erat talis res tempore extorſionis:necnõ ad omne aliud damnum, & intereſſe,tàm ratione lucri ceſſantis,quàm damni emergentis , quod ex carentia illius rei,ſpoliatus ipſe ſuſtinuiſſet:vt puta,ſi ex pretio eius emiſſet merces, ex quibus lucratus fuiſſet , vel ſi non fuiſſet illa re ſpoliatus , non opus fuiſſet ei,accipere ſub uſuris,æqualem pecuniæ quantitatem , vel aliud ſimile damnum emergens paſſus fuiſſet ex tali ſpoliatione iuxta probata,& allata in quæſtionibus de intereſſe lucri ceſſantis,& damni emergentis.

c.Grauis. extra de reſtitu.ſpol.

l. reſtituere. ff. de verb.ſignifi.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò,enim, per argumentum in dicto capitulo,Grauis.extra de reſtitutione ſpoliatorum,in quo dicitur. [Spoliantem teneri ad reſtituendum rem, de qua quis fuiſſet iniuſtè ſpoliatus , & ad omne intereſſe inde ſequutum:& per argumentum in l.reſtituere, la ſeconda,ff.de verborum & rerum ſignific.ſæpe adducto:ex qua elicitur,. quòd ille dicitur reſtituere,qui in priſtinum locum collocat dominum alicuius rei qua prius ille priuatus fuerat.

Probatur & ſecundò auctoritate Doctorum omnium,qui fuerunt adducti in relatione opinionis quartæ,quintæ,ſextæ,& ſeptimæ.Necnon,& probatur & tertiò,ratione hac,videlicet. Cùm nemo alicui teneatur ad reſtitutionem

Ratio concluſ. Antecedens.

alicuius

alicuius rei, niſi ratione damni, ſeu intereſſe iniuſte illati ipſi, & reſtituere ſit in priſtinum locum dominum conſtituere: Indè ſequitur, quod vſurarius non teneatur ſpoliato vltra intereſſe, vel damnum ſibi aliquo modo illatum & per conſequens, quòd non teneatur ad taliter extortum dirigendum. Sed ſolum ei reſtituere rem taliter extortam. Iuxta pretium, & valorem cuius illa res fuiſſet tempore extorſionis: necnon & ad omne damnum, quod indè paſſus fuiſſet ſpoliatus ille ratione talis extorſionis. Conſequentia

Quinta concluſio.

Vſurarius habens rem extortam (per uſuram) ab eo, qui poſt talem extorſionem paſſim diſceſſit à loco extorſionis, & in locis remotis ſe recepit, non abſoluitur ab obligatione illud ſibi (ſoluenti vſuras) reſtituendum, dando illud tale in eleemoſinam pauperibus, licèt forſan talis rei reſtitutio popoſciſſet, maximas expenſas, etiam maioris pretij, quàm res ipſa taliter extorta ſit, dummodo notum ſit, ubi ſpoliatus, vel hæredes eius ſint: & vbi incolatum faciant: quoniam ſi poſt diligentiſſimam inquiſitionem ab eo factam, prædictos non inueniſſet, tunc poterit taliter extortum elargiri pauperibus, vel ſibi pauperi aſſignare in eleemoſinam (vt latius fuit probatum in præcedenti quæſtione concluſione quarta.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo, enim, per textum apertiſſimum in capitulo, Cùm tu. extra de uſuris, in quo (Alexander Tertius præcepit compellendos fore vſurarios ad reſtituendas uſuras eis, à quibus fuerunt extortæ: vel ipſis defunctis, hæredibus ſuperſtitibus.) Idem probatur per argumentum in capitulo, ſicut dignum. §. eos inſuper. extra de homicidio, in quo dicitur (oportere eos (qui expoliauerant iniuſtè conſanguineos S. Thom. Cantuarienſis Archiepiſcopi (& illa bona erogauerant pauperibus) rurſus ea reſtituere dando ſpoliatis: cum vnuſquiſque ſit moderator & arbiter rerum ſuarum: ſed non alienarum,) ex quibus patet veritas noſtræ concluſionis. Probatur inſuper & ſecundò Doctorum auctoritate. c. cum tu. extra de vſur. capit. ſicut dignum. extra de homici.

Quapropter ſciendum, quòd Diuus Thomas (in ſecunda ſecundæ, quæſtione 62. articulo quinto. in reſponſione ad tertium) infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni, videlicet. Si verò ille (ſcilicet cui facienda erit reſtitutio (de quo loquebatur in dicto articulo) ſit multum diſtans, debet ſibi tranſmitti, quod ei debetur: & præcipuè ſi ſit res magni valoris: alioquin debet in aliquo loco tuto deponi, vt pro eo conſeruetur, & domino ſignificari. hæc ille Sanctus, qui cautè, non dixit, quod in tali caſu liceret obnoxio reſtitutioni illud erogare pauperibus: cùm hoc ſit contra ius ipſum naturale, vt patet ad ſenſum: & probauimus in reſponſione ad primæ opinionis fundamenta. Probatur quoque præſens concluſio auctoritate omnium Doctorum, qui fuerunt citati in ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, & ſeptima opinione adducta: cùm nemo eorum auſus fuerit aſſerere contrarium: ſed ſimpliciter, quòd teneatur omnino vero domino reſtituere. S. Thomas.

Probatur & tertio hac ratione, videlicet. Cùm, enim, reſtituere ſit in priſtinũ locũ ſuũ rem ſtatuere, patet, illum non reſtituere alienum, qui domino inuito rem reſtitutioni obnoxiam dat alteri, cum, ergo, dicendum ſit, ipſum taliter non reſtituere, indè ſequitur vſurarium teneri ad reſtituendum proprio domino (à quo aliquid extorſiſſet per vſuram) id, quod per vſuram extorſerat, non obſtante reſtitutione talis rei, forſan, facta pauperibus ſine uoluntate veri domini: Vt patet ad ſenſum. Ratio concluſ. Antecedens Conſequentia.

Ad argu-

Ad argumentum in principio quæſtionis allatum facillima erit reſponſio, dicendo, illud ſolùm procedere in terminis primæ concluſionis, non autem aliarum: vt ſatis fuit probatum, quando interpretati fuimus canonem, ſeu textum in c. Reintegranda, 3. quæſt. 1. reſpondendo Doctoribus in ſecunda recenſita opinione relatis.

QVAESTIO XXXI.

Vtrum vſurarius teneatur ad ſtatim reſtituenda, quæ per vſuram extorſiſſet ſub pœna peccati mortalis.

S V M M A R I V M.

1 *Reſtitutionis rei alienæ, inuito domino poſſeſſæ, præceptum quæ includat.*
2 *Reſtitutionem faciendam fore ſtatim quomodo capiatur.*
3 *Reſtitutionem non poſſe fieri ſine magno detrimento, tripliciter conſiderari poteſt.*
4 *Vſurarium ſtatim teneri ad reſtitutionem, duplicem retinet ſenſum.*
5 *Detinere alienum quot modis conſideretur.*
In obligationibus dies non appoſita, præſenti die illud debetur.
6 *Vſurarius regulariter tenetur ſtatim reſtituere acquiſita per vſuram.*
7 *Vſurarius quando non poteſt reſtituere ſine magno detrimento, an liberetur à præcepto ſtatim reſtituendi.*
8 *Vſurarius non reſtituens ratione incommodi, an ſit tutus in conſcientia.*
9 *Debitor habens ſolùm inſtrumenta artis ſuæ (quibus victum lucrari poteſt) non erit illis priuandus pro ſolutione debitorum.*
10 *Poſſe, quotuplíciter ſumatur.*
11 *Vſurarius an excuſetur à reſtitutione vſurarum, ſi ex tali reſtitutione efficeretur pauper.*
12 *Bonis cedenti quid opus ſit facere.*
13 *Bonis cedens, quæ retinere ſibi poſſit.*
14 *Vſurarius, an excuſetur à ſtatim reſtituendo pro eo, quòd eius creditor eſt excõmunicatus.*
15 *Monachus an teneatur Abbati excommunicato obedire.*
16 *Vaſalli an teneantur fidelitatem præſtare dominis excommunicatis.*
17 *Res, vt alicui ſit debita, dupliciter poteſt contingere.*
18 *Iuramentũ, & promiſſio de aliquid faciendo, vel omittendo, quam recipiãt interpretationem.*
19 *Reſtituere vſuras eſt de iure naturali, & diuino.*
20 *Vſurarius non valens reſtituere quando ad cautionem præſtandam teneatur.*
21 *Vſurarius excuſatur à ſtatim reſtituendo propter remiſſionem creditoris.*
22 *Reſtitutioni obnoxius ſperans debiti remiſſionem à creditore obtinere quã cautelam ſeruabit.*
23 *Lucrum vſurarium dicitur dupliciter, & quomodo.*
24 *Lucrum vſurarium per ſe, quid ſit, & an ſit reſtituendum, & quid de lucro vſurario per accidens.*
25 *Remiſſio debiti facta à creditore non valet in tribus caſibus.*
26 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
27 *Lucra eroganda pauperibus quot. & quare.*
28 *Tutum non eſſe in conſcientia non ſemper includit reſtituendi obligationem.*
29 *Poſſidere aliquid iniuſtè, & ſine obligatione reſtituendi illud, quando quis dicatur.*
30 *Voluntarium tria tollunt, cauſanturq; inuoluntarium.*
31 *Creditorem remittere debitum ex metu quadrupliciter poteſt contingere.*
32 *Remiſſio debiti facta ex metu incuſſo non ad hoc obtinendum, valida eſt.*
33 *Remiſſio debiti facta ex metu incuſſo iuſtè à magiſtratu, valet.*
34 *Remiſſio debiti facta ex metu probabili damni notabilis ad hoc incuſſo non valet, ſecus ſi metus fuiſſet leuis.*

35 *Remiſſio debiti facta ex metu non lucrandi id, quod ex remiſſione facta ſperatur, eſt valida.*
36 *Remiſſio debiti obtenta propter ignorantiam, quando ſit valida in foro iudiciali.*
37 *Remiſſio debiti propter ignorantiam quando ſit valida in foro conſcientiæ.*
38 *Vſurarius cedens bonis, & poſtea aliquid acquirens, an teneatur reſtituere extorta per vſuram, deducto, ne egeat.*
39 *Detinere iniuſtè alienum, ac inuadere alienum, an differant.*
40 *Conuentus ex maleficio (etiam clericus) cogitur ſoluere debitum incurſum, non habito reſpectu, ne egeat.*
41 *Lex humana neminem excuſat à peccato tranſgreſſionis legis naturalis, aut diuinæ.*
42 *Peccatum quid ſit.*
43 *Adultera quando impunè poteſt occidi à patre, & marito, & quare, & in quo foro.*
44 *Vſurarius quando non teneatur ſtatim reſtituere cum infamia.*
45 *Fama pretioſior auro.*
46 *Famam negligens eſt crudelis.*
47 *Crudelitas eſt probibita ſub præcepto,* Non occides.
48 *Malum an ſit aliquando eligibile.*
49 *Scandalum quando vitandum erit.*
50 *Scandalum quid ſit.*
51 *Scandali diffinitionis ratio redditur.*
52 *Scandalum eſt duplex.*
53 *Scandalum actiuum dupliciter capi poteſt.*
54 *Scandalum actiuum per accidens, quid.*
55 *Scandalum actiuum per ſe, quid.*
56 *Scandali vitandi gratia, quæ non ſint omittenda.*
57 *Veritas vitæ, quid.*
58 *Reſtituere rem alienam dupliciter quis dicitur.*
59 *Vſurarius, an reſtituere teneatur vſuras, ſi inde incurreret damnum in vita, aut libertate.*
60 *Famam negligens eſt crudelis.*
61 *Reſtitutioni obnoxius ſe vendere non tenebitur, vt reſtituere poſſit.*
62 *Seruitus cum bona fama præeligenda eſt potius, quàm vita cum infamia.*
63 *Adultera an teneatur fateri ſuo coniugi, vel legitimis hæredibus viri ſui ſe ſuſcepiſſe filium ex adulterio.*
64 *Teſtis falſus an teneatur ſe prodere vt innocens non puniatur.*
65 *Vſurarius reſtituens vſuras creditori creditoris ſui de eius voluntate, verè reſtituit.*
66 *Vſurarius, inuito vel ignorante ſuo creditore, reſtituens creditori ſui creditoris prædicti in foro fori, non liberatur à reſtitutione facienda.*
67 *Ius idem, vbi eadem ratio.*
68 *Vſurarius prædictus in foro poli ſatisfecit.*
69 *Vſurarius an excuſetur à præcepto reſtituendi vſuras propter ingreſſum religionis.*
70 *Perſona liberi hominis, an aliquando obligari potuerit pro debito pecuniario.*
71 *Iuramentum mutatum in melius non dicitur violatum.*
72 *Seruus monaſterium ingrediens ſine conſenſu domini ſui extrahendus erit.*
73 *Vxor poſt matrimonium conſummatum ingrediens monaſterium, quando extrahi poſſit.*
74 *Debitor poſt ceſſionem bonorum ad quid teneatur.*
75 *Vſurarius, qui non ſolutis vſuris ingreſſus monaſterium fuit, an inde poſtmodum egredi poſſit, vt ſine habitu lucretur, vnde ſatisfaciat creditoribus.*
76 *Promiſſum non infringit, qui illud in melius commutat.*
77 *Vſurarius, an tuta conſcientia poſſit non omnia extorta per vſurã, ſed tantum partem reſtituere per remiſſionem indultam à Papa.*
78 *Res incertæ reſtitutioni neceſſariò obnoxia cuius ſint, & quare pauperibus diſtribuantur.*
79 *Compoſitiones, ſeu remiſſiones prædictæ, quomodo fieri debeant.*
80 *Bona incertorum dominorum pauperibus ſunt eroganda de iure poſitiuo.*
81 *Vſurarius quid faciet ſi poſt remiſſionem partis vſurarum à Papa indultam, adhuc eſt in ſcrupulo.*

Et primo

ET primò videtur dicendum, quòd vſurarius non teneatur ad ſtatim reſtituenda, quæ per vſuram extorſiſſet ſub pęna peccati mortalis: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet:

Maior propoſ. Præcepta affirmatiua non obligant ad ſui obſeruantiam ſemper, & ad ſemper, & per conſequens ad ſtatim.

Minor propoſ. At præceptum de reſtituenda re extorta per vſuram, eſt affirmatiuum.

Concluſio. Ergo præceptum de reſtituenda re extorta per vſurā non obligat ad ſemper, ideſt, ad ſtatim. Si, ergo, tale præceptum non obligat ad ſtatim: inde ſequitur, quòd vſurarius non tenebitur ſub præcepto ad ſtatim reſtituenda extorta per vſuram.

S.Thomas. Maior propoſitio veriſſima eſt, & probatur auctoritate Diui Thomæ in 2. ſecundæ, q. 33. art. 2. in corp. quęſt. & in 2. 2. quęſt. 3. art. 2. in corp. & in prima ſecundę, q. 71. art. 5. in reſp. ad tertium, dicentis: Peccatum omiſſionis contrariatur præcepto affirmatiuo, quod obligat ſemper, ſed non ad ſemper.

Mat.cap.22. ver.21. Minor probatur auctoritate Domini Ieſu Chriſti apud Matt. c. 22. ver. 21. loquentis de reſtitutione facienda veris rerum dominis [Reddite, ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.]

SED CONTRA, eadem ratio militat in præcepto reſtitutionis faciendæ ab vſurario, quæ in alijs reſtitutionibus faciendis reperitur: ſed ille, qui conducit opera mercenarij, nõ poteſt differre reſtitutionem, vt patet per illud præceptum Domini, quod legitur in lib. Leuitici, cap. 19. ver. 13. [Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane]: ergo neque in alijs reſtitutionibus poterit fieri dilatio: & ſic per conſequens vſurarius ſub præcepto tenebitur ſtatim (ſi potuerit) reſtituere extorta per vſuram.

Reſpondeo præſenti quæſtioni ſcitu neceſſariæ decem, & ſeptem concluſionibus, illis tamen præmittendo nonnulla notatu digniſſima pro earum maiori intelligentia.

Notabile primum.

1 *Reſtitutionis rei alienæ inuito domino poſſeſſa, præceptũ quæ includat.*

Primum quorum erit hoc, videlicet: IN pręcepto de reſtituendis acquiſitis per vſuram, vel alijs modis iniuſtis duo clauduntur: Primum eſt, ꝙ animo non detineatur alienum inuito domino: ſecundum eſt, quòd ſecundum actum exteriorem non detineatur alienum inuito domino. Primum, ergo, exigitur ad hoc vt detinens alienum ceſſet à voluntate peccandi, mutando eam, & deliberando reſtituere: ſecundum autem exigitur ad hoc, vt domino ſatiſfiat, cùm ei non ſatisfiat ex deliberatione ſola ſatisfaciēdi, ſed ex hoc, quòd redditur ei, quod ſuum eſt: hoc autem ſecundum oritur ex primo: ſicut actus exterior ab habitu virtutis. At quoniam circunſtantia temporis diuerſimodè ſe habet ad actum reſtitutionis, & ad alios actus virtutis. Nam in multis actibus tam iuſtitiæ, quàm aliarum virtutum, circũſtantia temporis ita ſe habet, quòd prudentiæ determinanda committitur: vt patet in actibus fortitudinis, & in iudicijs, accuſationibus, teſtificationibus, & huiuſmodi. In reſtitutione verò facienda, tempus non relinquitur determinandum prudentiæ, ſed determinatum eſt ad ſtatim: quia omiſſio huius circunſtantiæ contrariatur virtuti iuſtitiæ. Nam niſi reſtitutio ſtatim fiat, detinebitur alienum inuito domino: quod eſt contra iuſtitiam. Omiſſa autem circunſtantia huius certi temporis, puta ſtatim, in alijs actibus non contrariatur virtuti: Non enim contra iuſtitiam eſt, ſi non ſtatim accuſo, ſi non ſtatim iudico, ſi non ſtatim diſpono me mortis periculo, & huiuſmodi: quoniam hęc nõ implicant in ſe aliquod con-

trarium

trarium virtuti. Quod aũt dicimus ſtatim reſtitutionẽ faciendã:non dicimus, ꝙ ſi in media nocte,aut inter miſſarũ ſollẽnia deliberet quis reſtituere, teneatur à lectulo ſurgere,aut miſſam relinquere,& reſtituere : ſed ſtatim dicĩmus fieri qđ nõ differtur,ſed hora negotio cõgrua executioni mandatur. Habet.n. reſtitutio (quatenus aliquid affirmationis exigit) vt prudentiæ aliquo modo in ſua exhibitione ſubiaceat. Hæc aũt intelligenda ſunt regl̃r,& quantũ eſt ex natura actus,& virtutis:quod eſt dictũ: ꝙ hæc ſunt vera,vt in pluribus. Contingit.n.in caſibus particularib. propter impedimenta occurrentia,ꝙ oportet exterioris reſtitutionis actũ ad congruũ tẽpus differre : vt patet in reſtitutione depoſiti,quãdo dominus effectus fuiſſet furioſus, vel inimicus patrię:quia tunc non eſſet ſtatim facienda reſtitutio gladij,vel alicuius rei,qua poſſet nocere ſibi,vel Reipublicæ. Secundum notabile. 2 *Statim reſtitutionem faciendam fore quo capiatur.*

Reſtitutionem vſurarũ extortarum nõ poſſe fieri ſine magno detrimento, tripliciter cõtingere,ſeu conſiderari poteſt. Primò,vt detrimentũ ſit magnũ, quia res reſtituẽda eſt magna,& valde oportuna : & ſic proculdubio non obſtãte tali detrimẽto vſurarius tenebitur ſtatim reſtituere extorta per uſuram. & ratio eſt:qm̃ iſte talis in reſtituendo realiter nullatenus damnificatur;cùm nihil rei ſuæ,vel ſuũ perdat;alioquin melioris conditionis eſſent,qui magnas fecerunt rapinas,& vſuras:q̃ qui modicũ rapuerunt,vel per vſurarũ extorſio nẽ acquiſierunt. Secũdò,vt detrimentũ ſit magnũ ratione lucri ceſſantis. verbi gratia: tenetur mercator vſurarius ad reſtitutionẽ mille aureorũ,quos per vſurã adeptus fuerat:Et ſi illos ſtatim reſtituit(cũ nõ habeat alios,cũ quibus lucraretur,vt viuat conuenienter ſecundũ ſtatum ſuum) magnũ damnum lucri ceſſantis incurrit. Et propter huiuſmodi quoq; detrimentũ nõ excuſatur à ſubita reſtitutione:ſed tenebitur proculdubio ad reſtituendũ ſtatim. Nõ.n. licitũ eſt pro cõſeruatione ſtatus,alienũ detinere : & ratio eſt:quia ratio lucri ceſſantis quãdoq; licitè habetur in rei proprię diſtractione,vt patet in eo,qui nõ erat venditurus res ſuas. Nunquam autẽ habetur in re aliena:quin potiùs detinens rem alienã tenetur reſtituere eius domino nõ ſolùm rẽ ipſam; verũ etiã intereſſe lucri ceſſantis(vt fuit probatũ in ſuperiorib. quæſtionibus) Tertio aũt modo poteſt intelligi, vt detrimentũ magnũ ſit damni emergentis in proprijs,verbi gratia: Detinens uſurarius mille aureos extortos per uſuram, nec habens pecuniã,ſi ſtatim vellet reſtituere, cogeretur vendere agrum proprium,vel domum multò minùs,q̃ ualeat: vel quia nõ inueniuntur tunc emptores,uel quia ultronea uẽditio uileſcit: & ſi differret reſtitutionẽ,non incurreret tale damni emergentis intereſſe: & de huiuſmodi notabili dãno in proprijs loquendo,opus eſt nobis uti ſubdiſtinctione tali, videlicet: Vel talis dilatio reſtitutionis extortorũ per uſuras eſſet cũ notabili damno creditoris , aut cũ modico,aut cũ nullo. ſi primò,& tunc dicendũ (pro nunc) ꝙ cũ uſurarius ſit in mora,& teneatur domino de omni dãno, quod ex tali detentione ſequitur:cõſequens erit, ꝙ uſurarius ſibi ipſi imputet,ſi inde damnum notabile in proprijs bonis ex tali reſtitutione incurreret: ex quo in culpæ & mora reſtituendi alienũ,eſt . Si uerò talis reſtitutionis uſurarũ dilatio in modicum, aut nullum damnum creditoris (qui uſuras ſoluit) cederet: tunc uidetur aliquibus excuſari à reſtitutione ſtatim facienda:ſed de hoc latiùs in concluſionib. habebitur ſermo.& ibi probabitur quid ſentiendũ fuerit circa hãc quęſtionẽ. 3 *Reſtitutionem non poſſe fieri ſine magno detrimento tripliciter conſiderari poteſt.*

Tertium notabile.

Titulus præſentis quæſtionis retinet in ſe duplicem ſenſum. Nam primò

poteſt intelligi,ꝙ quæratur. An vſurarius teneatur reſtituere extorta per vſu-
4 *Quòd vſura-* ram, vt ſic abſoluat à priori peccato,in quo incurrit vſurã exigẽdo.Secundò:
rius ſtatim te- vel quòd ſtatim opus ſit vſurario taliter extorta reſtituere,ne noui peccati ma
neatur reſtitue cula ſe fœdet, ſeu nouo peccati vinculo ſe innodet. Ad cuius intelligentiam
re,duplicẽ reti breuiter erit memorię commendandum,ꝙ communis eſt Theologorum ſen-
net ſenſum. tentia,ꝙ intelligendo titulo quæſtionis primo modo dicetur,vſurarium opor
tere ſtatim reſtituere, vt egrediatur extra fines peccati: (ſi poſſet reſtituere)
c.Peccatum,de cùm iuxta Regulam iuris (in c.Peccatum,de reg.iur.in vj.)Peccatum non di-
reg.iur. in 6. mittitur,niſi reſtituatur ablatum: quoniam aliàs ſemper eſſet in peccato ob-
noxius reſtitutioni. Etenimuerò ſicut qui in propoſito perſiſteret furandi,ſem-
per eſſet in peccato furti: ſic qui ſciens ſe habere alienũ,non ſtatim reſtituere
proponens.Quod indè etiã confirmatur,ꝙ ſi dominus talis rei peteret ſuum,
vſurarius reddere ei teneretur: quoniã aliàs,ſi non ſtatim,eadem ratione,nec
cras,neq; poſtridie,& ſic de ſingulis: cũ non ſit maior ratio in vno tempore,
q̃ in alio(vt patet ad ſenſum).Si ſecundò:breuiter dicetur,ꝙ licèt creſcat gra
uitas peccati propter moram reſtituendi alienum,& propter maius damnum
illatum domino rei ſic acquiſitæ:non tamen nouo peccato omiſſionis regula-
riter peccat non reſtituendo alienũ,licèt perſeueret in actu peccati perpetra-
ti,non proponendo reſtituere ſtatim. Dixi regulariter:quoniam in tribus ca-
Sotus. ſibus,ſecus eſt, (vt docet Sotus in lib.4.de iuſt.& iure,q.7.art.4.col.3.in ver.
ſecundò nihilominus addiderim). Primò quoties vſurarius proponeret non
reſtituere,quoniam ille actus prauus eſt,& de directo contra pręceptum Do-
Matth.c.22. mini, dicentis:Reddite, quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,& alibi:Non furtum facies.
Exodi c.20. Secundò,quoties qui ſoluit vſuras,illas ſibi reddi petierit, cũ peccet peccato
iniuſtitiæ. Tertiò quando vſurarius videret dominũ(rei extortæ per vſuram)
neceſſitate pręſſum, & ei non reſtituit,quod illius eſt. De hoc etiam notabili
latius, & clariùs dicetur in concluſionibus afferendis.

Quartum notabile.

Reſtitutio eſt duplex,ſeu dupliciter fieri cõtingit;alia quę exterior dicitur,
Reſtitutio du- & eſt illa,quę exteriori opere exercetur,& contingit,cum res reſtitutioni ob-
plex. noxia realiter,domino eius reſtituitur.Alia dicitur interior,& dicitur illa,quę
fit interioris hominis affectu, nullo ſequuto exteriori effectu,vel opere.

Quintum notabile.

5 *Detinere alie-* Detinere alienũ dupliciter conſideratur: Vno modo inuito domino illius
num quot mo- rei detentæ,qui nollet ſuum illud detineri ab illo, qui apud ſe illud detinet,&
dis conſidere- rationabiliter vult hoc:vt cùm quis vult ſibi ſolui aliquid ſibi debitum à deti-
tur. nente iniuſtè.Alio modo poteſt intelligi alienũ detinere volẽte domino,non
actu elicito,ſed debito, & eſt quando deberet dominus rei velle illã detineri
ab illo,qui ipſam detinet:quapropter ſciẽdum,ꝙ aliquid detineri volente do-
mino,capitur dupliciter.Vno modo (vt diximus) actu elicito,ideſt,cùm talis
dominus realiter vellet,ꝙ res talis ab illo detineatur. Alio modo,actu debito,
i.actu voluntatis,quẽ verus dominus debeat habere,ꝙ aliquis detineat ſuum.

Prima concluſio.

6 *Vſurarius re-* Vſurarius habens facilitatẽ, actu exteriori, i. effectualiter, ſeu cùm effectu
gulariter tene reſtituendi rem extortam per vſuram, vel æquiualens, tenebitur regulariter
tur ſtatim re- ad ſtatim reſtituendum ei,à quo illud extorſit, vel ab eo inducias reſtituendi
ſtituere p vſu- impetrare: alias ſemper erit in peccato mortali. Dixi, Actu exteriori, pro-
ram acquiſita. pter cõcluſiones ſequentes, in quibus de reſtitutione facienda actu interiori,
ideſt,

ideſt, voluntate, ſermo erit habendus. Hæc cõcluſio probatur quadruplici me dio. Primo, enim, iure diuino, dicẽte Domino [Non morabitur opus mercena rij tui apud te vſq, mane] iuxtà interpretationẽ D. Tho. in 2.2.q.62. art.vlt. & alibi Domino dicente [Non furtũ facies] quod quidẽ eſt præceptũ negatiuum obligans ſemper, & ad ſemper: & ꝙ vſurã exigere, ſit furtum facere, quã ſępiſſimè fuit per nos in præcedentib. quæſtionibus probatũ: quod & rurſus aliquantulũ probabitur in reſponſione ad argumentũ allatum pro parte negatiua. Idẽ rurſus probatur per illa verba Domini, ſuprà relata, [quę ſunt Cęſaris, Cęſari reddite, & quæ ſunt Dei, Deo.] cùm in ipſis verbis inſitũ ſit præceptum affirmatiuũ quoad verba ſolùm, quoad verò ſenſum, ſit negatiuũ pręceptũ: quod & voluit nos docere Apoſtolus quãdo dixit [Reddite ergo omnib. debita: cui tributũ, tributum: cui vectigal, vectigal, &c.] Vnde meritò ſuprà in quæſt. 27. concl. 1. & in probatione concluſ. vnicæ, quæſt. 28. diximus, & probauimus multis medijs, pręceptum de reſtituendis vſuris eſſe contentum ſub præcepto negatiuo [Non furtũ facies] Inſuper & hæc concluſio vr̃ probari (arguendo à ſimili, ſeu ab identitate rationis) verbis Domini dicentis: [Cùm votũ voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illũd dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum] hæc ibi. Dixi probari noſtram concluſionẽ, arguendo &c. quoniã licèt explicitè hanc non probent verba illa Domini, benè, tamen, implicitè, eò ꝙ ſicut præcepto diuino expreſſo in dictis verbis obligamur ad ſtatim illud reddendum Deo, quod ei promiſimus: (cũ virtute promiſſionis, illud quod fuit promiſſum iam effectum fuerit alienũ) meritò, igitur, ſicut alienum effectum ex vi voti tenemur ſtatim reſtituere (iuxta verbum Domini) ſic eodem præcepti vinculo ad ſtatim reſtituendũ id, quod originaliter (quodammodo) eſt alienum, obligamur: ſi noluerimus huiuſmodi moroſam detentionem rei alienæ extortę per vſurã nobis à domino Deo imputari ad peccatũ, vt patet ad ſenſum. Probatur & ſecundò præſens concluſio auctoritate iuris poſitiui: & primò per arg. in c. cùm tu. extrà de vſur. in quo [Alexander Papa III. pręcepit compellendos fore vſurarios ad reſtitutionẽ vſurarũ, necnon & poſſeſſiones emptas pecunia fœnebri vendi, & ipſarũ pretia his, à quibus vſuræ fuerant extortæ, reſtitui. Vt ſic non ſolũ à pœna, ſed etiã à peccato poſſint (quod per vſuræ extorſionẽ incurrerant) liberari. hæc ibi. Dixi probari per argumentũ, quoniam licèt explicitè omnia verba præſentis cõcluſionis in dicto canone non contineantur, benè, tamen, implicitè: cũ ibi præcipiatur cõpelli uſurarios ad reſtitutionem, addendo cauſam, vt (inquit) ſic liberentur à peccato, quaſi diceret ſummus Pontifex: Cũ nemini liceat, nec in momento perſeuerare in peccato mortali ſine interitu ſalutis: & vſurarius, qui poteſt reſtituere, & non reſtituit ſtatim, perſeuerat in peccato mortali: iccircò præcipio compelli vſurarios ad reſtitutionem uſurarum, vt ſaltem coacti ſic egrediantur confines mortis æternæ, & ingrediantur terminos uitæ, liberando animas ſuas à peccato huiuſmodi. Idem probatur per arg. in cap. conſuluit, in fine, extrà de vſuris. in quo hoc idẽ tenuit Vrbanus Tertius infraſcriptis uerbis utens, uidelicet: [Verùm quia, quid in his caſibus tenendum ſit, ex Euangelio Lucę manifeſtè cognoſcitur, in quo dicitur: Date mutuũ, nihil inde ſperantes: huiuſmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cùm omnis uſura, & ſuperabundantia prohibeatur in lege) iudicandi ſunt malè agere, & ad ea, quæ taliter ſunt accepta, reſtituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi] hæc ibi. & notanda

Leuit. cap. 19. ver. 13.
S. Thomas.
Exodi c. 20. ver. 15.
Matt. c. 22.
Rom. cap. 13. uer. 7.
Exodi c. 20.
Deuter. c. 23. uer. 21.
c. cùm tu. extrà de uſur.
cap. conſuluit, extra de vſur.

erunt vltima verba,videlicet [efficaciter inducendi] ideſt, cum effectu erunt
ſtatim à Confeſſore compellendi ad reſtituenda taliter extorta : quoniã aliàs
non efficaciter inducti ad reſtituenda taliter extorta viderẽtur, ſi non com-
pellerentur ſtatim reſtituere, ſi adeſſet facultas. Probatur idem quoque per
c.ſæpe contingit. extra de re ſtit. ſpol. argumentum in cap.ſæpe contingit,extrà de reſtitut.ſpoliat.in quo Innocen-
tius Tertius [præcepit,vt ſi quis de cætero ſcienter rem iniuſtè inuaſam, ſeu
ſublatam (cùm ſpoliatori quaſi ſuccedat iu vitium,eò quòd non multum in-
terſit,quoad piculũ aĩæ,iniuſtè detinere, ac inuadere alienũ)detinuerit,cõtra
poſſeſſorem huiuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficiũ ſuccurratur.] hęc
ibi:ex cuius uerbis elicitur veritas noſtræ concluſionis:cùm per ſe pateat ne-
mini licere rem alienam auferre : quapropter ſtatim, ꝙ quis illam furatur,vel
incipit iniuſtè poſſidere,ſtatim peccat mortaliter:Si,ergo,quoad peccati ma-
teriam,idem eſt furari,& detinere rem furatam ſcienter:& qui furatur,ſtatim
conſtituitur in mortali peccato: inde ſequitur,ꝙ qui ſcienter incipit detinere
rem alienam(licèt à ſe non furatam)ſtatim incipit eſſe in mortali,ibi ſiſtendo
pedem quouſque reſtituerit illam vero domino,emendando quod prius ma-
lè egerat : ſic,ergo,ſi voluerit ille non detineri à peccato,ipſi opus erit ſtatim
reſtituere,vt ſic remoueatur cauſa propter quã in mortale inciderat,& à pec-
cato mortali detinebatur. Idem probatur per arg.in l.in omnibus obligatio-
l. In omnibus obligationibus ff.de reg.iur. nibus,ff.de reg.iur.in qua dicitur:[In omnibus obligationibus,in quibus dies
non ponitur,pręſenti die debetur] hæc in dicta l.& ꝙ in caſu noſtro,noſtręq;
6 concluſionis nõ ſit aſſignata dies particularis,per ſe patet:quoniam non pote
In obligationibus quãdo dies non ſuit appoſita, pręſenti die debetur. rit dari ratio differentiæ,quare potius in hac die, quàm in alia teneatur ſu-
rarius : cùm teneatur ad ſtatim reſtituendum,ſi voluerit derelinquere ſtatum
damnationis,in quo permanet donec reſtituerit.Idem probatur per arg.in L.
eum,qui calendis,§.quotiens,ff.de verb.oblig. in qua hęc habentur,videlicet:
L.eum, qui calendis.ff.de verbo.oblig. [Quoties in obligationib.dies non ponitur,præſenti die pecunia debetur,niſi
locus adiectus ſpatiũ temporis inducat,quo illò poſſit perueniri.Verum dies
adiectus efficit,ne præſenti die pecunia debeatur] hæc ibi:ex cuius verbis no-
ſtrę cõcluſionis veritas elicitur:cùm (vt paulò ante dixi)nulla lex,vel præce-
ptum alicuius conſtituit aliquẽ diem præfixum ad reſtituenda, quę ſunt iniu-
Mat.cap.22. ſtè occupata contra voluntatem domini,dicente domino Ieſu [Reddite quę
ſunt Cęſaris,Cęſari.] Probatur inſuper & tertiò auctoritate Doctorũ Theo-
logorum,Canoniſtarum,Legiſtarum,& Summulariorum. Quapropter ſcien
dum , ꝙ præſenti noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores,
S.Thomas. videlicet D.Thom.in 2.2.q.62.art.fin.in corp.quęſt.Scotus in 4.ſent.diſt.15.
Scotus. q.2.art.4.§.de quinto,ſcilicet,quando. Ricear.de Mediauilla in 4.ſent.diſ.15.
Riocardus. Pet.a Paludẽ. art.5.q.4.in corp.quęſt.in fi.Pet.à Pal.in 4.ſent.diſt.15.q.2.art.6.concl.1.Tar-
Tartaretus. taret.in 4.ſent.diſt.15.q.2.§.quo ad quintũ.quando debet fieri reſtitutio.Ga-
Gabriel Biel. briel Biel in 4.ſent.diſt.15.q.2.concl.2.Hadrianus in 4.ſent.tit.de reſtitut.ca-
Io. de Medina. pit.incip.Aggredior caſus ſpeciales.§.ſeptimò dubitatur quid faciet cõfeſſor
Caietanus. fol.50.col.4.Caiet.in Cõmen.2.2.q.62.art.fin.Ioã.à Medina in Codice ti.de
Sotus. rebus reſtit.q.2.cap.Ad aliud,quod quarto loco quærebatur. Domin.à Soto
Ioſeph Angles. in lib.4.de iuſt.& iure,q.7.ar.4.cõcl.vnica.F.Ioſeph Angles in trac.inſcripto,
Flores Theologicarũ quæſt.in 4.ſent.q.de reſtit.art.2.concl.1.& ex Canoni-
Couarruuias. ſtis Doctorib.explicitè ſe ſubſcripſit pręſenti cõcluſioni Did.Couar.in 1.par.
Syluest. Relect.nu.1.& reliqui Doctores implicitè in dictis iuribus.Syl.in ver.reſtitu-
Nauarrus. tio v.§.1.& Nauarrus in ſuo Manuali,c.17.nu.54.Implicitè,verò,auctoritate

omnium

omnium Doctorum in dictis citatis iuribus. Probatur & quartò, duplici ratione: Sicut, enim, accipere rem alienam eſt peccatum contra iuſtitiam, ita etiam detinere eam (vt docuit Cœleſtinus Papa Tertius in cap.contingit,extra de reſtitut.ſpoliatorum, ſuprà relato). quia per hoc, quòd aliquis detinet rem alienam inuito domino, impedit eum ab vſu rei ſuæ: vnde ſic ei facit iniuriam. Manifeſtum eſt autem, quòd nec modicum tempus licet in peccato morari: ſed quilibet tenetur peccatum ſtatim deſerere ſecundum illud Eccleſiaſtici cap.21.ver.2. Quaſi à facie colubri fuge peccatum. Inde ſequitur, ꝙ quilibet teneatur ſtatim reſtituere ſi poteſt, alienum, à ſe iniuſtè detentum.

Ratio prima concluſionis. Antecedens. c. ſæpe contingit, extra de reſtit.ſpol.

Eccleſ.cap.21. Ver.2. Conſequentia. Ratio ſecunda.

Secunda ratio eſt, quam adducit S.Thom.in 2.2.quæſt.62.art.fin. in reſp. ad tertium. Cùm omiſſio cuiuſcunq; circunſtantię iuſtę contrarietur iuſtitię, iccirco pro determinato erit habendum, quòd oporteat hominem illam circũſtantiam obſeruare: Et quia per dilationem reſtitutionis committitur peccatum iniuſtæ detentionis (quod iuſtitiæ opponitur) ideò neceſſe eſt tempus eſſe determinatum, vt ſtatim reſtitutio fiat.

Secunda concluſio.

7 *Vſurarius quãdo non poteſt reſtituere ſine magno detrimẽto, an liberetur à præcepto ſtatim reſtituendi.*

Vſurarius, qui non poteſt ſtatim reſtituere extorta per vſuram ſine magno eius detrimento primo, ſecundo, & tertio modo, in ſecundo notabili interpretato, non iccircò liberatur à præcepto ſtatim reſtituendi extorta per vſuram ſub pęna peccati mortalis, niſi dilationem petierit, & obtinuerit ab eo, cui reſtitutio huiuſmodi facienda eſſet: licèt non ſtatim ꝙ recordetur ſe obnoxium reſtitutioni eſſe, actualiter reſtituere teneatur: vt puta, Si hoc memorię ſuę occurreret media nocte, dum in lectulo ſoporaturus requieſceret, vel dum miſſarum ſolẽnijs intereſſet, vel comederet, & huiuſmodi: ſed bono modo, idest, quàmprimùm ab his occupationibus (quaſi neceſſarijs) abſolui contingeret. Vt puta, ſurgendo mane à lectulo ſtatim habita facultate ad reſtituendũ tale quid extortum per vſuram, pergat. Cùm omnia ſint intelligenda, & exequutioni mandanda cum grano ſalis. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, quàm apertiſſimè per tex.in c.cùm tu.§.fi.extrà de vſur.in quo Alexander III. ſcribẽs Archiepiſcopo Salernitano infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: [Poſſeſſiones verò, quæ de vſuris comparatæ ſunt, debẽt uendi, & ipſarum pretia his, à quibus vſuræ ſunt extortæ, reſtitui: vt ſic non ſolùm à pęna, ſed etiã à peccato poſſint (quod per vſurarum extorſionẽ incurrerant) liberari] hæc ibi. ex cuius verbis patet, non poſſe excuſari vſurarium à reſtitutione facienda pro magno damno proprio vitando: cùm maximum damnum fiat vſurario, ſi opus ſit ei vendere poſſeſſiones per vſuras acquiſitas, emptas, vt patet ad ſenſum: & tamen ad hoc detrimentũ magnum ſuſtinendum compellitur à ſummo Pontifice. Probatur etiã per arg.in c.grauis, extrà de reſtit. ſpol.in quo [præcipitur ſpolianti iniuſtè reſtitutio non tantũ rei ſpoliatæ, verùm etiã reſtitutio omnis intereſſe paſſi à ſpoliato reſpectu priuationis illius rei iniuſtè paſſæ, vnà cũ ſatiſfactione facienda illi pro iniuria illata. Dixi probari noſtram concluſionem per argumentum, quia licèt explicitè ibi non fiat ſermo de noſtræ concluſionis materia: benè, tamen, implicitè arguendo ab identitate rationis: eò ꝙ eadem prorſus militet ratio in ſpoliante aliquẽ re ſua per furtũ, vel aliam iniuſtitiæ ſpeciem, quæ militat in ſpoliãte aliquem re ſua per extorſionẽ uſurarũ, cùm vterq; peccato iniuſtitiæ prohibito per Domini præceptũ [Non furtum facies] detineatur, vt quàmſæpiſſimè fuit probatum in pręcedentibus quæſtionibus. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate.

c.cum tu.extra de vſur.

c.Grauis.extra de reſti. ſpol.

Exod.c.20.

S.Thomas. Diuus,enim,Thom.in 2.2.q.62.art.fin.in reſponſione ad ſecundum.infraſcriptis uerbis ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni,uidelicet: Quando aliquis non poteſt ſtatim reſtituere, ipſa impotentia abſoluit eum ab inſtanti reſtitutione facienda: ſicut etiã totaliter à reſtitutione abſoluitur,ſi omnino ſit impotens. Debet tamen remiſſionem,uel dilationem petere ab eo, cui debet,aut per ſe, Caietanus. aut per alium.hæc ille Sanctus.Caietanus quoq; in comment.2.2.ubi ſuprà, in uer. mihi autem diſtinguendũ uidetur: Necnon auctoritate omnium Doctorum, qui ad probandam præcedentem concluſionem fuerunt adducti. Ratio concluſ. Probatur & tertiò hac ratione: Si, enim, uera non eſſet noſtra concluſio, ſe- Antecedens. quereretur,quòd nullus teneretur rem alienam reſtituere: cùm ipſa reſtituta, Conſequentia. pauperior euaderet: ac per conſequens, quòd unicuique liceret locupletari cum aliena iactura: quod utique nec cogitare quidem,rationi eſſe conſen- c. locupletari. taneum, luce clariùs apparet: cùm nemini locupletari liceat cum aliena ia- de reg.iur.in 6. ctura, ut in cap. locupletari, de reg.iur. in 6.

Tertia concluſio.

8 *Vſurarius non reſtituens rõne incommodi, an ſit tutus in conſcientia.* Vſurarius, reſtitutioni rei extortæ per vſuram obnoxius, habens voluntatem reſtituendi (cùm adfuerit commodum)non valens ſtatim reſtituere ſine ſuo incommodo(etiam ſi nobilis ſit)tenebitur ad ſtatim reſtituendum extorta per vſuram,etiam cum ſuo incommodo,licèt huiuſmodi reſtitutionis dilatio nihil,aut parum lædat eum,cui de iure fieri debeat reſtitutio: & ſi ipſa reſtitutio ſtatim facta vſurarium notabiliter in bonis damnificaret: hoc tamen non procedit in vſurario artifice,qui nihil haberet,niſi inſtrumenta artis ſuæ, quibus, (vt cumque) alimenta lucratur, quia illa non tenebitur vendere, vt vſuras reſtitueret,nec aliqua iuſta cauſa (ex recenſendis in ſequentis concluſionis probatione) excuſaretur. Hæc concluſio probatur triplici medio. Pri- c.cùm tu.extrà mo,enim,per argum.in c.cùm tu.extra de vſur.in quo (Alexander III. ſim- de uſur. pliciter præcepit compellendos fore vſurarios ad reſtitutionem eorum, quæ extorſerunt,dummodo habeant in facultatibus vnde poſſint reſtituere: cùm c.Peccatum,de iuxta verbum Auguſtini (& habetur in c.Peccatum,de reg.iur.in ſexto) Non reg.iur. in 6. remittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatum:Illi autem,qui non habent in facultatibus vnde uſuras ualeant reſtituere, nõ debent vlla pęnà mulctari, cùm eos nota paupertatis euidenter excuſet.Poſſeſſiones verò,quæ de vſuris comparatæ ſunt,debent vendi,& ipſarum pretia his,à quibus vſuræ ſunt extortę, reſtitui:ut ſic non ſolùm à pœna; ſed etiam à peccato poſſint (quod per uſurarum extorſionem incurrerant)liberari.) hęc in dicto canone.ex quibus elucet veritas noſtræ concluſionis:cùm ipſe ſummus Pontifex præceperit abſolutè reſtitutionem uſurarum faciendam ex bonis vſurariorũ, ſi quę habeant, Gloſ. nullo habito reſpectu,ne inde egeãt nec ne:vt Glo.ibidẽ docet rationabiliter in ver.In facultatibus.cùm re uera,licèt ex tali reſtitutione uſurarius incurrat magnum detrimentũ, hoc ſibi accidit in pœnam peccati, ad quod patienter ſuſtinendum illum compellendum fore declarauit ſummus Pontifex ibi,reddendo rationem in fine canonis illius, dicens, ut liberetur non tantũ à pœna (ſcilicet, imponenda à iudice) verùm etiam à peccato, quod incurrerat per vſurarum extorſionem,quaſi diceret: iccircò uolo illum cõpelli ad reſtituendum,ut abſolueretur inde à peccato, in quo perſeuerat non reſtituendo perfectè quod extorſerat per uſuram: cùm hoc poſſit,licèt iacturam patiatur in proprijs bonis: cùm nemini liceat perſeuerare in peccato: ergo patet, talem vſurarium eſſe in mortali,ſi non reſtituerit extorta per vſuram etiam ſi dam-

num

num notabile bonorum ſuorum incurrat. cuius interpretationi aſtipulatur Ioannes à Medina,loco infra citando, dicens, facit pro tali concluſione cap. Cùm tu.extra de vſur.Vbi compellitur vſurarius omnia,quæ per uſuram acquiſiuit,ſuis dominis integrè reſtituere,etiam ſi nihil habeat, præter ea, quæ per uſuram acquiſiuit:non obſtante,quòd in ſumma relinquatur egeſtate.

Idem probatur auctoritate Diui Thomæ in 2.2.q.62.art. fin. in reſp.ad 2. (cuius ſeriem verborum retuli in præcedentis concluſionis probatione)cùm ipſe Sanctus velit omnino,quòd ſi quis non poſſit ſtatim reſtituere, non tenebitur ad ſtatim, ſicut nec ſi quis abſolutè impotens eſset ad reſtituendum: quoniam talis impotentia excuſabit eum.hæc ille Sanctus.ex quibus patet, ipſum ſe ſubſcripſiſse præſenti concluſioni:cùm non poſſit dici impotens ad reſtituendum is,qui cum aliquo ſuo incommodo poſſit reſtituere, ut patet ad ſenſum.Caietanus in Commentarijs 2.2.vbi ſupra.Idem innuit contra Scotum,& ſequaces,& eorum rationes in ver. Aliundè eſt,ubi infraſcriptis uerbis noſtræ ſe aſtipulatum fuiſse concluſioni innuit dicens.Aliunde ergo ſuſtinenda eſt hæc concluſio,(ſcilicet Scoti.) ſi ſuſtinenda eſt.hæc ille: quaſi diceret,reuera ſuſtineri non poterit de iure:tamen,ſiquis vellet aliqualiter ipſam ſuſtinere:poſset dicere:quòd reſtitutor pro tunc ſtante damno tali incurrendo dicatur impotens:cùm impotens non ſolùm dicatur is, qui omnino non poteſt aliquid,ſed is,qui malè poteſt.hæc ille. quapropter optimè ipſius verba interpretans Sotus infraſcriptis uſus fuit verbis(in lib.4.de iuſt.& iur.q.7. art.fin.col.3.in ver.Multa,enim,hic penſanda ſunt antequàm id permittatur, videlicet,& quidem Scotus in 4.diſt.15.& aliorum: plerique pro regula habent,quòd ubi debitor abſque ingenti detrimento ſuo reſtituere nequit differe eam poſſit,

S.Thomas. Caietanus. Sotus.

At verò prudenter quidem in præſentiarum diſtinguere mihi videtur Caietanum de detrimento triplici.hæc ille ibi (cui adde, quòd huiuſmodi notabilis diſtinctio Caietani fuit à me adducta in notab.2.)Addidit autem ibidē ipſe Sotus in col.4.in ver. Animaduertenda: vbi infraſcriptis aureis prorſus verbis vtitur,videlicet. Animaduertenda, enim, in primis eſt,acceptio fuerit ne iniqua,an iuſta.Nam ſi per latrocinium,aut per uſuras, aliaſvè iniurias debitor ille in æræ alieno, profectò qualecunque,citra extremam neceſſitatē patiatur detrimentū,tenet illicò reſtituere,ēt ſi ſtatū perdat: Hoc.n.non eſt de ſuo ſtatu cadere,imò in ſuū ab illo deſcēdere,qui non erat ſuus. Hęc Dñicus à Soto,vbi ſup.Cui aſtipulatus fuerat Caiet.in Cōmēt.2.2.vbi ſup.& clariùs in ſummula.in ver.relect.c.6.Quādo reſtitutio fieri debet.col.3.in ver.Qñ verò aliquis ex propria iniquitate,infraſcriptis verbis vtitur,videlicet.Quando verò ex propria iniquitate aliquis tenetur ad reſtituendum,quia ſe ipſum poſuit in tali caſu ſibi damnoſo,ſibi imputet:multum, tamen, æquitati inniti uidetur dilatio reſtitutionis etiam in hoc ad tantum damnum vitandum.hæc ille,ex cujus verbis apertiſſimè elicitur,vſurarium ſtatim teneri ad reſtituenda taliter extorta,licèt ex talium reſtitutione ſtatim facienda magnum in bonis detrimentum incurreret:deberet, tamen, de æquitate, non ex aliqua obligatione creditor dilationem reſtituendi ſibi indulgere uſurario,non,tamen,(ut dixi)ad hoc tenebitur, vt latiùs probabitur per afferenda in reſponſione ad Scoti motiua,& in reddenda ratione noſtræ cōcluſionis. Riccardus quoque à media villa noſtræ aſtipulatus fuit concluſioni in quarto ſententiarum, diſtinctione 15.articulo quinto,quæſtione quarta, in corpore quæſtionis,infra

Caietanus. Riccardus.

ſcriptis

ſcriptis verbis utens,videlicet.Ille, qui tenetur reſtituere, obligatur quàm ci tiùs poteſt bono modo,niſi differat de voluntate illius expreſſa, vel præſumpta probabiliter,cui reſtitutio facienda eſt.quod probatur auctoritate. Dicitur,enim,in l.in omnibus obligationibus.ff.de regulis iuris.In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur,præſenti die debetur. Hoc idem probatur ratione:Quia ſicut contra iuſtitiam eſt,rem alienam inuito domino accipere,ita & retinere,ergo,ſicut pro ſemper tenetur quis nõ accipere,ita pro ſemper tenetur non retinere.hæc ille. qui loquitur de reſtitutione ſtatim facienda, bono,tamen,modo,ideſt,quòd non teneatur media nocte ſurgere à lectulo,vt ad ſtatim reſtituendum pergat,vel diſcedere ab audientia miſsæ, ſi (dum intereſt miſſarum ſolemnijs)recordaretur ſe obnoxium reſtitutioni alicuius rei,vt docuerunt explicitè Caietanus & Sotus,vbi ſupra, Archidiaconus in capitulo,ſi res.14.quæſtio. ſexta,& Rayn.Veruecus,& alij in ſuis ſummulis.Hadrianus Papa Sextus ſe præſenti concluſioni ſubſcripſit in quarto ſententiarum,ſub titulo,Pro ſacramento pœnitentiæ.de reſtitutione. fol. 51. §.Sextò dubitatur,ſuppoſita obligatione ex rapina,vſuris,& alijs.

Archid. Hadrianus.

Gloſ.

Probatur inſuper noſtra concluſio auctoritate Canoniſtarum de quorum numero ſunt infraſcripti, videlicet: Gloſa in dicto capitulo, cùm tu.extra de vſur.in ver.In facultatibus.in fine,dicens,Nec habetur ratio, Ne egeat: licèt aliàs dicat lex, quòd qui bonis cedit,non conuenitur poſtea. & ibidem paulò antè dixerat,licèt amiſerint vſuras,nihilominus,tamen, tenentur propter moram,quæ illis nocere debet:Vndè omnia refundere debent, ſi aliàs facere poſſunt:ſed ſi nihil habent,liberantur ex toto.hæc Glo.cui ſe ſubſcripſit Glo. in capitulo,quanquam.in ver.facultates.de vſur.in 6.

Ioan.And. Hoſtienſis. Goffreda. Ioan. de Anan. Ant. de Butrio. Panor.

His gloſis ſe ſubſcripſit Ioannes Andreas ibidem qui citat in hoc & Hoſt. Vincentium,& Goffredam,Ioannes quoque de Anania in dicto capitulo, cũ tu.extra de vſuris,ſuper dictam Gloſ.noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſit. Idem facit ibidem Antonius de Butrio. Panormitanus quoque noſtræ ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in dicto capitulo, cùm tu.columna tertia, in ver. In glo.in ver.In facultatibus.infraſcriptis verbis vtens,videlicet.Nota gloſ.in eo, quod dicit,quòd etiam ſi vſurarius ceſſit bonis, tenetur ad reſtitutionem in integrum, nec habebitur ratio,ne egeat:quod intellige in foro pœnitentiali: quod valde notabile eſt: vndè licèt in foro contentioſo debeat haberi ratio ne egeat poſt ceſſionem bonorum,vt notatur in capitulo ſecundo,extra de pignoribus,tamen,ſecus in foro pœnitentiæ. Item nota aliud ex Gloſa: quòd vſurarius tenetur reſtituere vſuras,etiam ſi poſt reſtitutionem integram remaneat pauper:quia non debet viuere de alieno.hæc Panormitanus. Henrichus Boich in dicto capitulo,cùm tu.numero 17. Hoſtien.in ſumma titu.de pœniten.& remiſſio.§.vltimo, ver.quid. Auguſt. Berous in dicto cap. cùm tu. numero 32.uſque ad 42.qui peroptimè noſtram concluſionem probat multis medijs, Archidiaconus in capitulo,quanquam.de vſuris,in ſexto, in verſ.Sed nunquid.& Goffreda in ſumma.in titu.de vſur.columna quarta,§.Item in iudicio animæ.Petrus de Ancharano in regula,peccatum.in capitulo, peccatũ. de regulis iuris in ſexto,columna nona,in ver.vlterius quæro.

Ezech.cap.33. ver.13.

Animaduertendum, quod præſens concluſio aliis mediis vltra præ allata media quoq; probatur iure diuino.Primò,ergo,iure diuino:Dominus,enim, per os Ezechielis Prophetæ dixit(etiã ſi dixero iuſto quod vita viuat, & confiſus iniuſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur,&

tur,& in iniquitate ſua,quam operatus eſt,in ipſa morietur: Si autem dixero Ver. 14.
impio,morte morieris,& egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudi- Ver. 15.
cium & iuſtitiam,& pignus reſtituerit ille impius,rapinamque reddiderit, in mandatis uitæ ambulauerit,nec fecerit quicquam iniuſtum,vita uiuet,& non morietur]hæc ipſe Dominus per Ezechielem Prophetam: ex quibus elicitur veritas noſtræ concluſionis,cùm opus ſit vſurario, qui per extorſionem vſurarum iniuſtitiæ peccato ſe maculauit (vt fuit ſæpiſſimè probatum in præcedentibus quæſtionibus,)vt vita viuat & non moriatur æternaliter,vt reſtituat rapinam,ſeu extortum per uſuram non ſolùm quoad affectum animi,verùm etiam quoad effectum exterioris reſtitutionis, opere ipſo perficiendę Noſtra concluſio probatur inſuper per argumentum in capitulo,ſi quis. extra de furtis,in quo hæc habentur,videlicet. [Si quis propter neceſſitatem famis, aut nuditatis,furatus fuerit cibaria,veſtem,vel pecus, pęniteat hebdomadas tres: & ſi reddiderit, non cogatur ieiunare] hæc ibi:ex cuius verbis elicit Medina (loco paulò poſt citando) quòd etiam aliquid accipiens in neceſſitate compellitur reſtituere(licèt reincidat in eandem neceſſitatem: &, vt optimè docent Glo.& Doctores ibidem,textus non loquitur de eo, qui in articulo neceſſitatis eſtremæ poſitus,furatus fuiſſet aliquid ſibi neceſſarium,vt tali neceſſitati occurreret:ſed de eo,qui aliquam neceſſitatem patiebatur, licèt non extremam.Pro noſtra concluſione facit quod elicitur ex ca. exijt. de verborum ſignific.in 6.vt docet Ioannes à Medina(loco citando)infra dicetis, quòd ibi in ſententia dicitur.Nemini licitum eſſe de alieno,etiam nec in extrema neceſſitate,ſi liberali oblatione,humili mendicatione,vel manuum labore poſſit vitæ neceſſaria acquirere.hæc ille.cui concordat præceptum, ſeu maledictio data à Domino ipſi Adæ progenitori noſtro: quando dixit, [In ſudore vultus tui veſceris pane tuo,donec reuertaris in terram,de qua ſumptus es.]Probatur noſtra quoque concluſio per argumentum in capitulo, ſi res aliena. 14. quæſtione ſexta,in quo refertur ſententia Diui Auguſtini in epiſtola 54. ſcribentis ad Macedonium,& infraſcriptis verbis vtentis,videlicet:[ſi res aliena, propter quam peccatum eſt,cùm reddi poſſit,non redditur, non agitur pœnitentia,ſed fingitur:Si autem veraciter agitur,non remittitur peccatū ſi non reſtituatur ablatum.]Sed(vt dixi)cùm reſtitui poteſt:(& in fine dicti canonis hæc habentur,videlicet.) Nolentes autem reddere,quos nouimus malè abſtuliſſe,& unde reddant habere,arguimus,increpamus,obteſtamur] hæc ibi: ex cuius verbis patet,Sanctum Doctorem ſe ſubſcripſiſſe noſtræ concluſioni: cùm res extorta per uſuram dicatur res aliena, propter quam quis incurrit peccatum:nec dictus Sanctus reſpexit ad commodum,vel incommodum,vel intereſſe maius,aut minus incurrendum per vſurarium, ſi ſtatim reſtitueret, eò quòd dixerit,cum non reſtituendo, (cum poteſt) perſeuerare in peccato. idem probatur per argumen.in cap.ſi quid inueniſti. 14.quæſtione quinta, in quo refertur ſententia Diui Auguſtini (in libro homiliarum 50, homilia nona,& in ſermone 21.de verbis Apoſtoli)dicentis [ſi quid inueniſti,& nō reddidiſti,rapuiſti:quantum potuiſti feciſti.Quia plus nō inueniſti,ideò nō plus rapuiſti.]hæc Sanctus ille. ex cuius verbis elicitur veritas noſtræ concluſionis·cùm idem ſit retinere aliquid contra uoluntatem domini, & illud furari, ſeu rapere,quoad periculum animæ vt utar uerbis Cœleſtini Tertij in c. ſępe contingit.extra de reſti.ſpol.

c.ſi quis. extra de furtis.

c.exijt. de ver. ſignific. in 6.

Geneſ.cao. 13. ver. 19.

c.ſi res aliena. 14.q.6.

c.ſi quid inueniſti.14.q.5.

c.ſæpe contingit. extra de reſtitut. ſpoliato.

Probatur noſtra concluſio aliorum Doctorum auctoritate. Hoſtien.enim, in ſumma. Hoſtienſis.

in ſumma.titu.de vſur.§.Quæ pœna uſurariorum,in ver.licèt etiam vſurarius. & in ſequenti ver. Vbi dicit,quòd licèt in foro contentioſo excuſetur vſurarius,a reſtitutione,ſi nota fuerit eius inopia,vel ceſſerit bonis,& quòd ſatisfacere teneatur,ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, ideſt, habita ratione ne egeat.vt in l.In condemnatione.ff.de regulis iuris,& in capitulo.Odoardus.extra de ſolutio.In foro pœnitentiali, verò,dicetur ei,quod totum reſtituat,ita, quòd nec retineat obolum,quia non dimittitur peccatũ,niſi reſtituatur ablatum.vt in capitulo,cùm tu.§.ſuper his.extra de vſur.& in capitulo, ſi res. 14. quæſtione ſexta,dico(inquit Hoſtien.ibidem) ſiue per rapinam, ſiue per furtum,ſiue per vſuram.hæc ille.Ioannes de Medina,quàm elegantiſſimè noſtrã concluſionem probat veram in Codice de rebus furtiuis integrè reſtituendis.quæſtione quinta,articulo primo, Didacus Couarruuias in prima parte relectionis.numero primo.§.Primùm conſtat.in fine ſuper regul. Non dimittitur peccatum:poſt relationem ſententiarum diuerſarum Doctorum, ſe ſub ſcripſit ſententiæ Soti utendo his verbis, videlicet.Legito, tamẽ,Dominicum Soto libro quarto,de iuſtitia,& iure,quæſtione ſeptima,articulo quarto, qui hoc ipſum diſtinctiùs explicat.

Ioã. à Medina. *Couarruuias.*

Ratio prima concluſionis. *Antecedens.*

Probatur & quartò præſens concluſio quinque rationibus.Prima quarum eſt,videlicet.

Sicut vſurarius fuit illarum rerum (quas per uſuram extorſit) occupator iniuſtus,dum vſuras extorſit: ita modò eſt iniuſtus detentor: eò quòd apud ſe retinet creditore non conſentiente actu elicito,nec debito: De actu elicito ſuppono,ſcilicet, quòd is, cui reſtitutio facienda eſſet,nollet vſurario concedere dilationem ſolutionis talium rerum ſibi faciendæ: De non conſentiente actu debito.probo ſic.Primò,cùm dominus illarum rerum per vſuram extortarum iuſtè poſſit velle res ſuas,aut ſibi debitas,ſibimet reddi, & non ab alijs detineri:indè ſequitur ipſum neceſſariò non teneri conſentire detentioni per vſurarium faciendæ. Antecedens indè apparet,quia iuſtè poteſt ſibi, & familiæ ſuæ egeſtatem timere,& alia mala incurrere, quæ ex egeſtate prouenire aſ ſolent:fortuna,enim,varia eſt,& quos hodie exaltat, cras deprimit & humiliat:quod & probatur oratione,quam Salomõ fuſit ad Dominum(licèt filius regis eſſet & præ diues,egeſtatem,tamen, ſibi euenire poſſe animaduertens à Domino petijt) Prouerb.ca.30.ver.8.& 9.dicens.[Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi:tribue tantùm victui meo neceſſaria, (& cauſam huiuſmodi petitionis ſubdidit)Ne forte ſatiatus illiciar ad negandum,& dicam.Quis eſt Dominus? Aut egeſtate compulſus,furer,& periurem nomẽ Dei mei.]Igitur etiam in caſu noſtro dicendum erit, quòd & ſi creditor ad præſens diues ſit, poterit idem quod Salomon,ſibimetipſi timere.Neque,enim,ſatis iuſta videretur præfata Salomonis petitio, niſi diues poſſet iuſtè egeſtatem timere, ac proinde in caſu noſtræ concluſionis iuſtè poterit is,qui ſoluit vſuras, velle à ſe extorta per vſuram ſibi reſtitui ab uſurario:licèt ex huiuſmodi ſubita reſtitutione, per accidens,maximum detrimentum proueniat vſurario ipſi. Cùm non teneatur is,qui ſoluit uſuras,conſentire actu debito, vt res ſuæ ab vſurario extortæ detineantur,& conſumantur ab ipſomet uſurario.

Conſequentia.

Prouer. ca.30. ver. 8.& 9.

Secunda ratio concluſionis.

Ratio ſecunda concluſionis.

Eſto, quòd in caſu iſto is, qui ſoluit uſuras,ex reſtitutione ſibi non facta ſtatim,non timeret egeſtatem ſibi euenturam,poteſt,tamen, res ſuas iuſtè uelle habere,& eis frui,ut poſſit ſuis domeſticis, propinquis, & conſanguineis (ſi

forte

fortè indigent)prouidere,ad quod eum charitas magis obligat, quàm ad res ſuas extraneo relinquendas, qualis eſt ille(nobilis forſan) vſurarius. & quòd hæc ratio ſit bona, probatur ſententia Diui Pauli 1. Timoth.cap.5. ver.8.dicentis.[Siquis autem ſuorum,& maximè domeſticorum curam non habet,fidem negauit, & eſt infideli deterior.] Non igitur debet (in caſu propoſito in concluſione)is,qui vſuras ſoluit,in rerum ſuarum alienationem,ſeu detentionem,(contra charitatem ad ſuos habendam)conſentire.Cùm ordo,ac præceptum compellat eum ad hoc faciendum, eò quòd ordinata charitas incipiat à ſeipſo: quapropter datis paribus nemo tenetur magis diligere aliū, quàm ſeipſum vt in l.Præſes.C.de ſeruitu.& aqua. & ibi explicitè per gloſam iuxta illud quod ſcriptum eſt. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

1.Timot. ca.5. ver.8.

Charitas ordinata incipit à ſeipſo.

l.Præſes, C.de ſeruit.& aquâ. Cāt.c.2.ver.4.

Tertia ratio.

Eſto quòd is,qui ſoluit vſuras præ diues ſit,& conſanguineos inopes non habeat:ſunt adhùc multi alij pauperes(quamuis extranei) & viduæ, & virgines innuptæ, quibus ex charitate poterit ille creditor de rebus ſibi debitis prouidere:Cùm magis ad id ex ordine charitatis teneatur, quàm ad res ſuas vſurario(quàmuis nobili)relinquendas:Nam inter extraneos præferēdi ſunt meliores,& boni malis:Iuxta illud conſilium.Eccleſiaſt.cap.12.verſic.5. & 6. [Dà bono,& non receperis peccatorem: Benefac humili,& non dederis impio:Prohibe panem illi dare:ne in ipſis potentior te ſit.Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quæcunque feceris illi. Quoniam & altiſſimus odio habet peccatores,& impijs reddet vindictam] hæc ille.ex cuius ſententia elicitur quoque rationabilitas noſtræ concluſionis: Cùm extorquens aliquid per uſuram ſit impius,& iniuſtus,ac peccator: vt quàm ſæpiſſimè probatum fuit in præcedentibus quæſtionibus.

Ratio tertia concluſionis. Eccleſ.cap.12. Ver.5.& 6.

Quarta ratio noſtræ concluſionis.

Demus prætereà,non adeſſe alios pauperes meliores illo vſurario nobili, cui alios in eiſdem ſubueniendo debeat creditor præferre:Non,tamen, indè ſequitur,quòd is,qui ſoluit vſuras,teneàtur illi nobili uſurario alioquin pauperi,(vel in egeſtate conſtituendo ratione reſtitutionis ſtatim faciendę ab ipſo)prouidere,quòd ex toto eum ab egeſtate præſenti,vel futura liberet,familiamque,& ſtatum eius ſuſtentet:hoc,enim,onus non illi creditori ſolùm,ſed etiam cæteris diuitibus incumbit.Ac proinde,eſto quòd creditor ille debeat cōſentire in hoc,quòd nobilis vſurarius præfatus de ſuis bonis retineat, erit hoc ad ſummum verum in ea,& tanta quantitate, quantam in eleemoſinam illi erogare teneretur,non autem ea omnia,quæ nobilis ille vſurarius perperam vſurpata tenet,debeat creditor ille relinquere:& ita dempta parte, quā teneretur ei in eleemoſinam dare,omnium aliorum bonorum erit iniuſtus detentor:ex quo in omnium aliorum detentione creditor nec actu conſentiat, nec conſentire debeat:& quòd reliqua omnia ſine dilatione ſtatim uſurarius reſtituere teneatur,quis ſine rubore audebit negare, ſtantibus prædictis firmiſſimis rationibus.

Ratio quarta concluſionis.

At quoniam caſus in præſenti concluſione propoſitus eſt de vſurario,qui habet facultatem reſtituendi,& per conſequens is,qui ſoluit vſuras,ad ei elargiendas eleemoſinas non teneatur:cùm non ſit conſtitutus in extrema neceſſitate, licèt ex tali reſtitutione præſuppoſuimus ipſum vſurarium incurſurum in maximum detrimentum bonorum, & non omnino omnibus

bonis

bonis ſpoliandum fore dixerimus: de quo, tamen, in ſequenti concluſione ſermo copioſus erit habendus.

Quinta ratio concluſionis.

Antecedens. Cùm non liceat alicui per vſurarum extorſionem aliquid acquirere etiam pro vita captiui redimenda:(Vt in cap. ſuper eo. extra de vſur.) Inde ſequitur Conſequentia. quàm apertiſſimè quòd non liceat vſurario nec ad momentum pro vitando aliquo detrimento detinere rem extortam per vſuram, cùm vtrunque ſit prohibitum præcepto negatiuo[Non furtum facies] vt quàm elegantiſſimè docuit Cœleſtinus Tertius in cap. ſæpe contingit. extra de reſtitutione ſpoliat. [dicens quoad periculum animæ non differre, Auferre rem alienam, vel detinere contra uoluntatem domini rem alienam.]

c. ſæpe contingit, extra de reſtit. ſpol.

Ratio quinta concluſionis. Attamen licèt veriſſima ſit præſens noſtra concluſio: Cùm & multis medijs illam probauerimus. Nihilominus quoniam poſſet quis inſurgere contra illam, aſſeuerando ipſam falſam tanquàm repugnantem charitatis præcepto: & hoc probando triplici medio: Iccircò operæ pretium duxi contra noſtram veriſſimam concluſionem in medium afferre nonnullas auctoritates, & rationes: vt deinceps ipſis reſpondendo luce meridiana clariùs veritas noſtræ concluſionis omnibus ſtudioſis innoteſcat, & ne ipſa non obſeruata confeſſores pij, tanquàm cæci turpiſſimæ maculæ mortalis peccati ſe fœdent.

Prima impugnatio conclu. c. quoniam. 16. q. 1. Adducitur, ergo, primò contra noſtram concluſionem textus in cap. Quoniam. 16. quæſt. 1. [in quo Diuus Hieronymus ad Damaſum Papam ſcribēs ſuper decimis quas laici per aliquot annos detinuerant: ait, quod de conſenſu epiſcopi traditæ huiuſmodi fuiſſent monachis, tunc illi poſſent firmiter retinere] ergo arguendo ab identitate rationis videtur dicendum, quòd huiuſmodi vſurarius non teneatur ſtatim reſtituere extorta per vſuram, cōcurrēte conſenſu epiſcopi, cùm ſicut licet alteri, quàm læſis cum conſenſu epiſcopi reſtituere: ita videtur poſſe retineri huiuſmodi res extorta ſine læſi conſenſu, apud ipſum vſurarium pro aliquo tempore, arguendo à fortiori: quoniam, ſi licet alijs, quàm dominis tribuere decimas (cùm decimæ regulariter ſoluendæ ſint eccleſijs cathedralibus, & parochialibus pro alimentandis clericis, populo exhibentibus ſacramenta, vt elicitur ex tex. in cap. cùm homines. extra de decimis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm homines de Hortona de frugibus, nouem partibus ſibi retētis, decimam eccleſiæ (cuius parochiani ſunt) ſine diminutione ſoluere teneantur &c.] Inde ſequi videtur, quòd eodem modo epiſcopus poterit diſpenſare cum vſurario habente vnde totum ſoluere poſſet: licèt cum detrimento propriæ facultatis & ſine damno eius cui facienda eſſet reſtitutio.

c. cùm homines. extra de decimis.

Reſponſio impugnationi primæ. Reſpondetur vnà cum Ioanne de Medina vbi ſupra, textum huiuſmodi canonis non eſſe contra noſtram concluſionem: quoniam licèt regulariter decimæ ſint ſoluendæ dictis parochialibus, vel cathedralibus eccleſijs, non iccircò ſequitur hoc ſemper contingere: immo dato, & non conceſſo quòd prædicti debebant decimas talibus eccleſijs, tamen, quis negabit, cum conſenſu epiſcopi, quem poſſe reſtituere alteri, ſi decimæ illæ non fuiſſent ſoluendæ alicui particulari eccleſiæ, ſed cuicunque indifferenter? quoniam ſi huiuſmodi decimæ ſolui debuiſſent alicui particulari eccleſiæ, non auſus fuiſſet dicere Diuus Hieronymus, huiuſmodi reſtitutionem valere: cùm ipſe doctiſſimus vir & ſanctiſſimus benè ſciuerit ius acquiſitum tertio, ipſi non conſentienti nunquàm auferēdum fore, ſtante deciſione eccleſiæ (in cap. ſicut dignum. §. eos inſuper.

extra

extra de homicidio, quòd reſtitutio facta pauperibus non conſentiente domino rei nulla ſit: ac per conſequens ſit reiteranda omnino. Diuus, ergo, Hieronymus non dixit, quòd laici ob egeſtatem poterãt decimas retinere. Cùm intentum quæſtionis, quæ illic tangitur, longè diuerſum ſit à præſenti caſu: Intenditur, enim, illic quæri. [An ſit licitum laicis (ſiue diuites ſint, ſiue pauperes) decimas accipere, & accepta apud ſe retinere. Et dicitur, quòd non: ſi, tamen, ſit retenta, & monachis, & ſpiritualib. uiris conferantur, ſi epiſcopo conſentiente id fiat, tenebit factũ.] Adde ꝙ bona ſic malè per laicos retenta poterant indigentibus auctoritate epiſcopi erogari: cùm non fuiſſent alicui certo domino perſonaliter debita: vt in caſu noſtræ concluſionis: Itaque cùm non militet eadem ratio, neque erit idem ius in vtroque caſu.

Secundò, adducitur contra noſtram concluſionem tex. in c. ſicut ij. 47. diſtinct. & eſt Diui Ambroſij ſuper verba euangelij. Hominis cuiuſdam diuitis ager vberes fructus attulit. in quo ipſe Sanctus docet, quòd ſuperflua diuitũ ſunt pauperum: ex cuius ſententia arguitur ſic: ſi, ergo, ſuperflua diuitum ſunt pauperum: Indè ſequitur, quòd huiuſmodi extorta per vſuram ab eo, cui dilatio reſtitutionis non nocet, vt puta, quia eſt præ diues; vſurarius non tenebitur ei reſtituere ſaltem ſtatim, ſed tanquàm pauper poſſet ſibi retinere, donec adueniat tempus, in quo ſine notabili detrimento reſtitutio fieri poſſit. cap. ſicut ij. diſtin. 47. Impugnatio ſecunda concl.

Reſpondetur, Diuum Ambroſium illic intendiſſe diuitum auaritiam reprehendere, qui ea, quæ illis ſuperſunt, pauperibus communicare nolunt: non, tamen, intendit dicere, quòd ſuperflua, quæ diuites habent, ſint de dominio pauperum: quapropter argumentum fundatum ſuper eius ſententia nullum eſt. Reſponſio impugnationi ſecundæ.

Tertiò adducitur contra noſtram concluſionem ſententia Domini, dicentis in libro Exodi. c. 22. ver. 26. & 27. [Si in pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddes ei, ipſum, enim, eſt, ſolùm, quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud, in quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum. & in libro Deuteronomij, capite 24. verſ. ſexto, [Non accipies loco pignoris inferiorem, & ſuperiorem molam: quia animam ſuam appoſuit tibi:] hæc ibi: ex quibus videtur elici, rationem prohibitionis huiuſmodi fuiſſe, quia illa ſunt inſtrumenta vitæ illius neceſſaria. Vnde idem iudicium erit de alijs utenſilibus, (vt & nos ſuppoſuimus in noſtra concluſione) igitur pari forma, in præſenti caſu, non poterit is, qui ſoluit vſuras, iuſtè petere ab vſurario paupertate oppreſſo, vel ex reſtitutione ſtatim facienda detrimentum maximum incurrente, ea, quæ ab eo debet exigere: ſed quandiu indiguerit ipſis rebus ad euitandum tam maximum detrimentum, tenebitur is, qui ſoluit vſuras, ea relinquere vſurario. Exodi cap. 22. ver. 26. & 27. Impugnatio tertia concl.

Reſpondetur negando conſequentiam: cùm longè diſtet caſus propoſitus in antecedenti, à caſu ꝓpoſito in noſtra concluſione, licèt pro ſimili, caſus ille adductus ſit. Nã in caſu illorũ textuũ præadductorum, illa pignora erant ipſorum debitorum, vt patet ad ſenſum: erant etiam ad vitam illorum neceſſaria: ac proindè non erant propter debita à creditoribus rebus illis priuandi, ſi nihil aliud illis relinqueretur, vndè victum, & veſtitum habere poſſent. In caſu, autẽ, propoſito in noſtra concluſione, omnia, quæ per vſurã vſurarius extorſerat, aliena ſunt, & nõ ſua: ſed ꝑ ipſum iniuſtè occupata, & detẽta, nec ad victũ & veſtitũ neceſſaria oĩno: cũ nõ fuerit in extrema neceſſitate cõſtitutus Reſponſio impugnationi tertiæ.

(vt ſuppoſuimus)ergo,nec poterit ſe excuſare uſurarius talis,& ſe tueri con-
9 tra creditorem petentem ſibi reſtitui ſtatim extorta ab ipſo per vſuram, au-
ctoritate dicti iuris diuini adducti. Quàmuis fateamur verũ eſſe id,quod com
muniter Doctores dicunt,quòd ſi debitor habeat inſtrumenta artis ſuæ,ſine
quibus ſibi,& ſuis neceſſaria ad victum,& veſtitum prouidere non poſſit,non
teneatur in conſcientia,illa inſtrumenta vendere, aut ea creditori loco debi-
torum ſuorum reddere:ſecus, tamen, ſi illis datis aliqua via honeſta viuendi
illi relinqueretur: quod, tamen, non militare in caſu noſtræ concluſionis per
ſe patet:cùm vſurarium facultatem habere reſtituendi extorta per vſuram
præſupponatur, vltra ea, quæ ad neceſſitati extremæ ſuccurrendum, ſunt
neceſſaria.

Debitor habẽs ſolum inſtrumẽta artis ſuæ quibus uictum lucrari poteſt, nõ erit illis priuandus pro ſolutione debitorum.

Impugnatio quarta concl. Scotus.

Adduci etiam poterit contra noſtram concluſionem veriſſimam ſententia
Scoti in 4.ſent.diſt. 15.q.2.art.4.§. De quinto,ſcilicet, quando:dicentis,huiuſ
modi creditorem debere magis velle, quòd vitetur magnum incommodum
proximi reſtituentis,quàm modicum ſuum,vel nullum in illa modica dilatio
ne reſtituentis: Et ſi obijcitur:reſtituere eſt actus præcepti negatiui, quia non
tenere alienum:ad obſeruationem,autem,præcepti negatiui tenetur quilibet
ſemper,& pro ſemper. Reſpondeo(inquit Scotus)tenere alienum iniuſtè, id
eſt,inuito domino,eſt ſemper prohibitũ:& ideò ſemper,& pro ſemper opor-
tet non tenere iſto modo: ſed quando aliquis habet voluntatem reſtituendi
pro tempore opportuno,ex tunc tenet domino volente,& ſi nõ actu elicito:
tamen,actu debito:quia dominus debet velle,quòd qui ſuum habeat, teneat
quouſque poſſit reddere illud opportunè. Quòd ſi dicas,dominus hic eſt in-
uitus,quia non vult,quòd per quantumcunque tempus teneatur ſuum. Re-
ſpondeo,quòd domino malè,& inordinatè volente ſtatim rehabere ſuum, &
per conſequens,inordinate nolente proximum ſuum illud tenere:non eſt te-
nẽs iniuſtus,quia etiam depoſitum,de cuius redditione eſt lex ſtrictiſſima, po
teſt teneri domino inuito,voluntate inordinata. Hęc omnia Scotus ad verbũ:
ex quibus breuiter elicitur,quòd ipſe Scotus probet ſuam ſententiam,dicen
do,illi licere non ratione volũtatis creditoris elicitæ,& realis,ſed debitę, quia
ſtante tali impedimento,ſeu periculo incurrendi pro tunc maximũ detrimen
tum,creditor ille deberet dilationem concedere,& arguit à fortiori afferẽdo.
exemplum de depoſito: & Scoto aſtipulantur infraſcripti Doctores, videli-
cet,Gabriel Biel in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtio
ne ſecunda,concluſione ſecunda, Tartaretus in 4.ſent.diſt. 15.q.2.§. Quantũ
ad quintum quando debet fieri reſtitutio. Ioſeph Angles in tracta.inſcripto,
Flores Theologicarum Quæſt.ſuper 4.in quęſt.de reſtitu.arti.2. prima diffi-
cultate,append.3. Archiepiſcopus Flor.2.par.c.8.tit.2. col.4. Syluest. in ver.
reſtitutio.5.§.1.& 3. Nauarrus in ſuo Manuali.cap.17.nu.56.& 57.addens,ꝙ
dicatur non poſſe reſtituere non ſolùm eum, qui eſt in extrema neceſſitate,
aut nullo modo poteſt:ſed etiam eum,qui cõmodè non poteſt.l. Nepos Pro-
culo.la 2.ff.de verb.ſig.& in c.faciat homo.22.q.2.

Gabriel Biel. Tartaretus. Ioſeph Angles Archiepiſ. Flo. Syluester. Nauarrus.

Reſpondetur Scoto & prædictis ſequacibus præterquàm Nauarro (cui
ſpecialiter reſpondebo paulò poſt)ſciendum igitur(vltra ea quàm plurima,
quæ attulimus ſupra in rationib.noſtræ cõcluſionis)ꝙ his omnib.elegantiſſi-
mè rñderũt Caiet.in Cõment. 22.vbi ſup.& Sotus loco p̄citato. Rñdeť,ergo,
ad Scotũ ſic. Hęc Scoti ſententia, & ſequaciũ(cũ reuerẽtia,tñ,tãtorũ Doct.)
nõ cõcludit cõtra nr̃am concluſionẽ:& rõ eſt: qm̃ ſicut nullus damnũ alteri
facit,

Reſponſio impugnationi quartę a Scoto & ſequacibus actæ.

facit,eò quòd vult vti iure ſuo : ita nullus damnum alteri vult, qui vult uti iure ſuo(vt patet ad ſenſum) quoniam aliàs innumerabilia abſurda indè orirentur,quę enarrare longum eſſet,& ſuperfluum(cùm vnuſquiſque de per ſe illa animaduertat.)Conſtat autem,ꝙ dominus rei extortæ à ſe per vſuram licitè poteſt velle vti nunc re ſua: cùm vnuſquiſque ſit dominus rei ſuæ:nec debet eſſe deterioris conditionis(quia detenta eſt res ſua ab alio)eo,qui rem ſuã apud ſe habet.Non,igitur,tenetur dñs rei ad non velle vti re ſua,propter dãnum, quod ſequitur in vſurario detentore.Nam ipſe,qui vtitur iure ſuo, non infert damnum illud per ſe,licèt per accidens:Non tenetur,igitur, voluntate elicita,aut debita malle vitare id,quod vr̃ vergere in proximi magnũ incommodum,quã ſuum paruum,aut nullũ:cùm non teneat̃ velle impediri à libero vſu rei ſuæ:Cũ pateat,ꝙ tale impedimentum ei neceſſariò inferat talis dilatio.Vnde concludendũ erit,dictum vſurarium habentẽ facultatem reſtituẽdi extorta per vſuras ei,à quo extorſit illa, licèt non ſine magno reſtituentis detrimento,ad hoc teneri ſub præcepto,tum quia aliàs nec volũtate elicita, nec debita,huiuſmodi rei dñs deſinit eſſe inuitus in talis rei detẽtione, cõtra eius voluntatẽ vſurario rem ſuam detinente,cũ nullo iure quis teneatur renunciare iuri ſuo,ad euitandũ alterius damnum, niſi in caſu extremæ neceſſitatis(vt diximus,& infra apertiùs probabitur)aut tã graui,vt deberet id,quod habet, ei porrigere eleemoſinaliter: quod non præſupponitur in caſu noſtræ cõcluſionis,& iccircò graue debitoris detrimentum incurrendum ex ſubita reſtitutionè non liberat ipſum à reſtitutione ſtatim facienda.Nouiſſimè ſatisfaciendum fore operæ pretium duxi auctoritati prædictorum iurium, quæ Nauarrus in ſuæ ſententiæ tutelam adduxit:cũ ſi benè dicta iura ponderentur, per potius noſtra concluſio probetur,quã reprobetur,vt patebit ex relatione eorum,quæ ibi notantur.Sciendũ,ergo,ꝙ in d.l.Nepos Proculo,la 2.ff.de verb. & rerum ſign. duo dicuntur,videlicet: Primum, qñ ſolutio dotis fuit promiſſa hoc modo.[Cũ commodum erit,dotis filiæ meę tibi erũt centũ aurei.]Secundum,ꝙ vſus fuit his verbis,videlicet.[Cùm potero,dabo centũ aureos.de primo caſu dicitur ibidẽ,ꝙ promiſſio facta,vt in ſecundo caſu, interpretanda erit,deducto ęre alieno potero,licèt & ſecundo modo poterit interpretari,cũ ſalua dignitate mea potero,& ſubdit tex.ibidẽm, ꝙ hæc interpretatio ſecũda accipiẽda eſt, qñ ita promiſſum eſt(.i.primo modo)cũ commodum erit, hoc eſt cùm ſine incommodo meo potero.] hæc ſunt verba expreſſa illius legis, quæ profectò contra ipſum Nauarrum,quã apertiſſimè faciũt(meo iudicio) cũ ex ipſis eliciatur,illum dici aliquid ſoluere poſſe, qui deducto ære alieno ſoluere poterit.i.qui de ſuo ſoluere poteſt,licèt non ſine incommodo: quod nos ſuppoſuimus in concluſione,cũ dixerimus,vſurarium,qui habet facultatem reſtituendi per vſuras extorta:licèt cum aliquo ſuo detrimento, & intereſſe,teneri.Ergo pro me facit dicta lex notabilis:cũ deducto ære alieno.i.extorto per uſuram,ſibi retinere noſcitur vſurarius etiam & aliam facultatẽ ꝓ neceſſarijs vitæ,cùm ex tali lege declaretur nemini licere dotem promiſſam non ſoluere pro ſua dignitate conſeruanda,qñ fuiſſet ſoluere ꝓmiſſũ ſub verbis illis:cũ potero, quãuis aſſerat,ſolũ licere dotẽ promiſſam non ſoluere pro dignitate ſeruanda,quando promiſiſſet ſub hac forma verborum(dotem ſoluam cùm commodè potero)& ſic patet non eſſe regulam generalẽ, & verã, quam Nauarrus pro tali, vbi ſupra attulit, dicens, illum aliquid facere non poſſe diceudum fore, qui illud commodè non poteſt:eo quòd in ſpectantib.

Reſponſio ad Nauarrum, & ad iura per ipſum citata in tutelã ſuæ ſententiæ.

l.Nepos Proculo.ff.de verb.& rerum ſignif.

quàm elegãtiſſimè Sotus quoque docuit(loco citato ſupra,) quem ſequutus
fuit Couarruuias vbi ſupra,quorum prædictorum Doctorum talẽ eſſe men-
tem elicitur ex verborũ contextu,quo,vbi ſupra,ipſi vſi fuerunt, ſi benè pon-
derabuntur,eò quòd ipſi Doctores poſtquàm prædicta docuerunt,exempli-
ficauerunt in vſurarijs,furibus,& raptoribus & huiuſmodi alijs acquirentib.
aliquid per iniuſtitiam,& illud tale per iniuſtitiam detinentibus:& quòd Sco
tus,& reliqui citati loquuti fuerint de eo,qui poſſedit alienum ſine iniuſtitia,
manifeſtatur ex uerbis Fratris Ioſephi Angles vbi ſupra, qui poſtquàm ſe
ſubſcripſerat prædictæ ſententiæ Scoti,paulò poſt,in eodem art.2. dubiõ 4.
nona difficultate,In omnibus concluſionibus,& appẽdicibus ibi allatis dicit,
quòd vſurarius,& alius iniuſtus detentor rei alienæ ſtatim teneatur reſtitue-
re,etiam ſi indè ſibi immineat intereſſe tam lucri ceſſantis,quàm dãni emer-
gentis,& ſibi opus ſit mendicare,vel cadere alias à ſtatu ſuo:& hoc probat ra
tionibus à nobis ſupra allatis.Debitores,verò,ex iuſta acceptione,quod non
teneantur reſtituere ſtatim cum ſuo tam magno detrimento : licèt teneantur
ſatisfacere ſuo creditori quodcunq; damnũ quod inde illi intulerũt:ex his,er
go,omnibus patuit veritas noſtræ concluſionis,veruſque intellectus ſenten-
tiarum prædictorum Doctorum,& quòd ipſi non aduerſentur præſenti con-
cluſioni,immo aſtipulati fuerint.Pro concordia Nauarri, Gabrieliſque cũ no
ſtra concluſione,dicemus,ipſos Doctores loquutos fuiſſe in caſibus, in quib.
iuſtè excuſarentur à reſtituendo ſtatim,quos in ſequentis concluſionis pro-
batione enumerabimus:quod videtur poſſe elici ex verbis ipſorummet Doc.

Quarta concluſio.

Vſurarius tenebitur in vtroq; foro reſtituere extorta per uſuram ei, à quo 11 *Vſurarius an excuſetur a re ſtitutione,ſi ex reſtitutione ef ficeretur pauper.*
ille extorſit ea,licèt ex huiuſmodi reſtitutione integrè facta,ita efficeretũ pau-
per,quòd opus eſſet ei,vel mendicare,vel labore manuum acquirere ſibi, &
familiæ ſuæ alimenta,ſi bonis ſuis non ceſſiſſet:ſed ſi ceſſiſſet, dicendum erit,
(vt in ſequenti octaua concluſione præſentis quæſtionis) niſi eum alia cauſa
excuſaret, pro ut in ſubſequentibus immediatè concluſionibus latiùs, Deo
dante,erit dicendum & probandum. Hæc concluſio probabitur quatruplici
medio poſt vnũ notabile adducendũ pro intelligentia illius termini in conclu
ſione adducti,videlicet:cedere bonis:Sciẽdũ,igitur, ꝙ ei, qui voluerit cedere bo
nis,opus erit manifeſtare oĩa bona ſua,nec ſibi reſeruare aliquid pro alimen-
tis,& licèt gl.in l.qui cedit.ff.de ceſſione bonorũ,dicat eũ non poſſe, nec obu Gloſ.
lũ quidem reſeruare:ex cuius dicto dixit Bar.ibidẽ,ꝙ debeat denudari etiam Bartol.
proprijs veſtib.ſecundũ gloſam illã:tñ,Dyn.& Pet.eius ſententiã reprobant, 12 *Bonis cedenti quid opus ſit facere.*
quib.& ipſe Bar.ibidẽ in fine ſe ſubſcripſit,dicens,ꝙ debent ſibi concedi pan
ni,quib.tegat corpus eius:cũ ẽt dãnatis ad mortem veſtes relinquantur(vt ipſa
met experientia quotidiana docet)vt in l.Diuus.ff.de bonis dãna.qui Bar. do l. Diuus. ff. de bonis damna.
cet,in l.Bonis.ff.eo.tit.ꝙ ſufficit,ꝙ fiat per epiſtolam, licèt modò conſuetudo
ſibi vendicauerit,quòd fiat modo vituperabili:Cedens bonis,verò, retinebit 13 *Bonis cedens quæ retinere ſibi poſſit.*
omnia illa bona,quæ alienare ſibi eſſet prohibitum:vt feudum,emphyteuſim,
& vſumfructum,& ſimilia,ſecundum Bal.in l.prima,C.de ceſſione bonorum:
quod credo verum quoad alienationem : non autem quoad fructus talium
bonorum:cùm non ſit maior ratio in ipſis,quàm in ſuſceptione aliorũ bono-
rũ talis cedẽtis bonis ſuis. Cedẽs,ergo,bonis tenebiṫ dimittere creditori ſuo
omnia ſua bona,quæ tunc temporis habet,præter veſtes,quibus tunc indui-
tur,necnon & inſtrumenta artis ſuæ, quibus victum, & veſtitum acquirere

 fas ſit

faſ ſit ei.præſtabit etiam cautionem de ſoluendo huiuſmodi extorta per uſuram, cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit: cautionem (inquam) iuratoriā: cùm eo in ſtatu aliam dare non valeat. Et his omnibus dictis de ceſſione bonorum ſe ſubſcripſerunt Doctores præadducti, & Baldus in l. vltima, C. qui cedere bonis poſſunt. columna penultima, Cynus in l. prima, ff. eod. quæſtione quarta, Petrus Iacobus. in rubrica, ff. de ceſſione bonorum, Panormitanus in capitulo, Odoardus. extra de ſolutionibus, Hoſtien. Ioan. And. Henricus. in dicto cap. Odoardus. & notandum erit, quòd huiuſmodi bonorum ceſſio fieri poterit etiam ſolo verbo, abſque ſolemnitate aliqua. Vt in l. In omni ceſſione. C. de ceſſione bonorum.

Baldus. Cynus. Petrus Iacob. Panor. Hoſtienſis. Ioan. And. Henricus.

Inſuper probatur modò præſens concluſio quatruplici medio, ſcilicet, iure diuino, poſitiuo, & Doctorum auctoritate & rationibus, quib. probaui precedentem concluſionem, cùm ferè eadem ſit.

Prima impugnatio concl.

Attamen quis inſurgere poſſet contra noſtram concluſionem, ipſam probando falſam: cùm contrarium ſtatuerit textus in l. In condemnatione. ff. de regulis iuris. in qua hæc habentur, videlicet: [In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum eſt, ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeat] hæc in dicta l. Rurſus idem videtur probari per textum in §. vltimo, Inſtitutio. de action. in quo dicitur: [In humanum eſſe ſpoliatum fortunis ſuis inſolidum condemnari.]

l. In condemnatione. ff. de reg. iur. Inſti. de actio. §. vltimo.

Impugnatio ſecunda concl.

Præterea: contra noſtram concluſionem quis poſſet inſurgere auctoritate textus in l. qui bonis. ff. de ceſſione bonorum, in quo dicitur, [quod bona denuò acquiſita ab eo, qui ceſſerat bonis, non erunt rurſus vendenda: quia non debet fraudari alimentis:] hæc omnia habentur in dictis iuribus.

Reſpōſio ad l. In condemnatione. ff. de regul. iur.

His non obſtantibus dicimus rurſus concluſionem veriſſimam eſſe: eò quòd primò eius veritati non obſtat dicta l. In condemnatione. quoniam interpretanda erit vera in eo, qui fuit condemnatus ad pœnam pecuniariam pro aliquo ſcelere perpetrato, non autem in caſu noſtro (ſcilicet) ad reſtituendum aliena: cùm in noſtro caſu ſint quam apertiſſima iura, vt in legib. paulò ante adductis, in quibus præſupponitur vſurarium ceſſiſſe bonis ſuis omnibus: nos autem in noſtra concluſione ſuppoſuimus vſurarium non ceſſiſſe bonis ſuis: quapropter patet veritas noſtræ concluſionis, & obſtare ei dicta l.

Reſponſio ad prædictum §. fin.

Ad textum in §. fin. præadductum, facilis erit reſponſio: cùm ex contextu verborum eius pateat eò quòd hæc ibi habeantur, videlicet.

[Cum eo quoque, qui creditoribus ſuis bonis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſierit, quod id [illegible] emolumentum habeat, ex integro in id, quod facere poteſt creditores experiuntur. inhumanum, enim, erat ſpoliatum fortunis ſuis inſolidum damnari.] hæc ibi: ex cuius textus verbis patet ipſum non loqui in caſu noſtro: cum ſupponat ceſſionem bonorum præceſſiſſe: Nos autem ſecus.

Ad l. qui bonis, eadem deſeruit reſponſio, vt patet ad ſenſum.

Animaduertere, tamen, ſummopere expedit confeſſori, & conſultori, quod idcircò fuit dictū in cōcluſione, quod vſurarius teneat reſtituere ſtatim, ét ſi ei [illegible] eſſet poſt reſtitutionē mendicare (niſi aliqua iuſta cā eum excuſet) ꝓp ſi [illegible] quētes cauſas: Nā hic breuiter hoc dico, in ſubſequentib. vero, concluſi [illegible].

la[illegible]

latiùs dicam. Prima cauſa, ergo, erit ſi vſurarius aliena retinens non poſſit ſtatim omnibus creditoribus (ſuis, à quibus per vſuram extorſerat) reſtituere, etiam non deducto ne egeat, cum realiter facultas eius non ſuppetat, vt omnibus ſatisfaciat: & veriſimiliter credat, ac ſperet paulatim omnibus ſe ſatisfacturum fore, ſi tempus aliud ſibi concedatur: quoniam tunc videtur ob huiuſmodi ſpem poſſe vſurarium reſtitutionem differre: vt fatetur quoque Ioannes de Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſt. 5. §. Eſt iam dubitatio. in verſ. dixi notanter. vbi (licet ipſe Ioannes de Medina non addat rationem ſuæ ſententiæ) tamen mihi videtur hoc ei licere: quoniam, primò ſicut ſi non haberet vnde ſolueret huiuſmodi extorta, tutus eſſet in conſcientia (vt probabitur) ita ſi non poſſit omnibus creditoribus læſis per extorſionem vſurarum: cum non appareat maior ratio in reſtituendo potius vni, quàm alteri. Secundò, cum nemo ſe reddere impotentem debeat ad reſtituenda omnia aliena, quæ reſtituere poſſet ſi proprio labore, & induſtria reſtituere poſſet. inde ſequitur, quod ſi vſurarius prædictus differendo paululum reſtitutionem, quam hoc modo poſſet facere (licet non totam ſtatim, ad quam teneretur) & ex tali parte reſtitutionis ſtatim facta redderetur inhabilis ad reliquam partem reſtituendam, grauiter erraret. Quapropter patet, quòd in tali caſu non tenetur ſtatim reſtituere, cum dicendus eſſet conſtitutus in ſtatu eius, qui non poteſt reſtituere, nec iniuriam alicui irrogaret, ipſi non reſtituendo, ſed alteri: non tantum modo, ſed pro ſemper: cùm aliàs nõ credat, aut ſperet omnibus ſe poſſe ſatisfacere: eo quòd licet per opus exterius non reſtituat extorta per vſuram, tamen benè reſtituit affectu, & opere interiori, nec ipſum vſurarium in tali caſu videtur mihi teneri ad reſtitutionem alicuius damni, quod inde eius creditores incurrerent. & ratio eſt in promptu, cùm nemini debeat imputari id, quod per ſe non ſtat quin adimpleat ea, ad quæ tenetur, vt in c. imputari, de reg. iur. in ſexto, in quo hæc habentur, videlicet [Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eum faciendum eſt] hæc ibi. maxime ſtante alia regula in c. ſine culpa, de reg. iur. in ſexto. in quo hæc habentur, videlicet [Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus] hæc ibi. & quòd vſurarius puniretur ſine culpa, niſi in caſu propoſito excuſaretur à mortali incurrendo ratione dilationis ſolutionis vſurarum extortarum, per ſe patet ex iam allatis rationibus.

13 *Vſurarius excuſatur à reſtituendo ſtatim nonnullis de cauſis, & primò excuſatur.*

Medina.

cap. imputari, de reg. iur. in 6.

Secundò excuſaretur, ſi in dilatione reſtitutionis rem creditoris vtiliter gerat, in hoc enim caſu vſurarius differre poterit reſtitutionem, ſi dilatio durabit paruo tempore: quoniam aliàs non excuſaretur, niſi hoc faceret ſub ratihabitione veri domini rei per vſuram extortæ.

Tertiò, ſi vſurario nulla alia via licita pateat, qua poſſit ſuæ naturæ ſubuenire, niſi in toto, aut pro parte non reſtituendo vſuras extortas.

Quartò, ſi vſurarius tam neceſſarius ſit Reipublicæ, quòd ſi omnia reſtitueret, indè graue damnum Reſpublica sufferret.

Quintò, ſi ex tali reſtitutione ſtatim facta rationabiliter timeret ſe incurſurum aliquam infamiam.

In his ergo caſibus, & ſimilibus vſurarius erit immunis à peccato tranſgreſſionis præcepti de ſtatim reſtituendo aliena, ipſis, tamen, perſeuerantibus in ſuo robore: quoniam alias ſecus. cum remota cauſa, remouetur effectus. Hæc peroptime docuit Ioannes de Medina vbi ſuprà in dicto verſ. dixi notanter.

Concluſio

Concluſio quinta.

14

Vſurarius an excuſetur à ſtatim reſtituẽdo pro eo ꝙ eius creditor eſt excõmunicatus.

Vſurarius tenebitur ſtatim reſtituere exorta per vſuram ei, a quo ille extorſerat, licèt ille talis incidiſſet in excommunicationem maiorem, & fuiſſet nominatim excõmunicatus, ſi huiuſmodi rem extorſiſſet ab eo antè, vel poſt incurſum illius in excommunicationem (cùm ſit eadem ratio in vtroq; caſu) ratione radicis huiuſmodi obligationis, eò ꝙ ipſa procedat à iure nat[illegible] & diuino: (vt fuit probatum non bis) Non, tamen, uſurarius poterit tuta conſcientia manu propria talia illi reſtituere, cùm ſic participaret ſecum contra Eccleſiæ prohibitionem: ſed debebit taliter extorta deponere apud epiſcopum, per ſe, vel per alium: procurando, ut hoc ſecretè denuntietur illi per perſonam, cui alloqui ipſum excommunicatum liceret: vt hunc reſtituendi modum ſeruando morem gerat naturali, diuino, atque pontificio iuri. Hæc

c. quoniã multos, 15. q. 3.

concluſio probatur triplici medio: Primò, enim, per argum. in cap. quoniam multos, 15. quæſt. 3. in quo Gregorius ſeptimus (& habetur in libro quinto Regeſti in Concilio Romæ habito) [conceſſit participare cum excommunicatis illis omnibus, qui illis ſeruire, vel aliter quoquomodo cum ipſis participare fuerant obligati ante excommunicationem incurſam] Dixi, probari concluſionem per argumentum in dicto c. (quoniam licèt noſtra concluſio apertè non probetur per dictum canonem iuxta ſonum literæ) benè, tamen, probatur iuxta mentem, & intellectum verum ipſius. Cùm ex dicto canone eliciatur apertiſſimè, ꝙ per ſuperuenientem excommunicationem quis non priuetur iure ſibi prius acquiſito ſuper aliquem de iure naturali, aut diuino, ſeu poſitiuo: & ꝙ illud, ꝙ uſurarius ſtatim teneat̃ reſtituere ipſi excõicato extorta per uſuram, ſit de iure naturali, ac diuino: fuit ſuprà probatum in quæſtione ſecũda, tertia, & quarta, in quibus fuit probatum, uſuram exigere eſſe prohibitum à dictis iuribus, & latius melius in quæſtione 29. concluſione prima, & rurſus in concluſione prima præſentis quæſtionis. Cùm ergo eadem ratio militet in obligato ipſi excõmunicato ratione iuris diuini, vt in uxore, patet: ratione iuris naturalis, vt in filijs: ratione iuris poſitiui: vt in famulis, ſeruis, & mercenarijs, quorum operæ iam excommunicato fuiſſent locatæ ad longum tempus, puta, per annum, & huiuſmodi: ſic & ratione iuris poſitiui in obligato ratione contracti iuris, ac obligationis ex maleficio: cuius ſatisfactio eſt præcepta de iure naturali, & diuino. Sicut, ergo, per ſuperuenientem excommunicationem vxor, filij, ſerui, & omnes alij mercenarij ipſius excommunicati maiori excommunicatione, & pro tali denunciati, qui ante talis excommunicationis incurſum ei obſequium præſtare tenebantur, non abſoluuntur à tali obligatione, ſed tenentur omnino idem exequi quod prius exhibere tenebantur: ſic & in propoſito debitores ex maleficio, vt puta, ratione uſuræ extortæ, ad quam reſtituendam vnumquemque ſtatim teneri de iure naturali, & diuino fuit probatum ſub pœna mortis æternæ, habita facultate reſti-

c. Inter alia, extra de ſent. excomm.

S. Thomas

tuendi. Idem videtur probari per textum in c. inter alia, extra de ſent. excommunic. In quo idem fuit præceptum, quod & in dicto cap. quoniam multos. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate: Diuus, enim, Thomas in quarto ſent. diſt. 18. artic. 4. in corp. quæſt. his uerbis uſus fuit, videlicet: De illis autem, qui non ſunt filij, uel uxores, &c. intelligitur ꝙ licet excommunicato communicare, ſi ante excommunicationẽ ſe ei ſubdiderunt. [illegible] Sanctus. At quoniam patet uſurarium ſe ſubdidiſſe ante [illegible] ei, a quo extorſit uſuras (vt ſupponimus) ratione inde contractæ obligationis ad illas

eidem

eidem reſtituendas: Inde, ergo, ſequitur Diui Thomę etiam auctoritate fuiſſe probatam præſentem concluſionem: Petrus à Palude in 4. ſent. diſtin. 18. queſt. 6. art. 4. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Qui autem debitor eſt, quia bona fide ſoluere tenetur quadam neceſſitate morali cum excommunicato participans ſoluendo, excuſatur, licèt in iudicio contra ipſum agentem poſſet excipere: quoniam debitor debet ſoluere pecuniam debitam, vel ponere in loco vbi alius poſſet accipere: nec excommunicatio debitoris dat ſibi dilationem: hæc ille. cuius ſententiæ ſimilis eſt opinio Riccardi à Mediauilla in 4. ſent. diſtin. 18. artic. 10. quæſt. 1. in corp. quæſt. Ioannes à Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſt. 3. capitulo, nona cauſa eſt, per totum. Syluester in Summula, in ver. excommunicatio quinto. §. 12. qui ſequitur ſententiam Diui Thomæ vbi ſuprà. Innocentius quoque ſubſcripſit ſe pręſenti concluſioni in c. veritatis, extrà de dolo, & contumacia. Archid. in c. nos ſanctorum, 15. q. 6. qui ſe ſubſcripſit ſententiæ Innocentij loco citato. Idem ſentijt Cardinalis à Turre cremata in dicto cap. nos ſanctorum. artic. 2. dicens talem eſſe ſententiam Hugonis. Idem ſentijt Didacus Couarruuias ſuper reg. Peccatum, num. 8. in principio ipſius regulæ.

Pet. à Palude. Riccardus. Ioſ. à Medina. Syluest. Innocen. Archid. A Turrecrem. Couarruuias.

Probatur præſens concluſio & tertiò triplici ratione: prima quarum eſt: Cùm obligatio prior, & maior per poſteriorem, & minorem non tollatur: indè ſequitur, obligationem contractam per vſurarium de ſtatim reſtituendo vſuras, non impediri à ſubſequenti obligatione incurſa de non communican do cum excommunicato per excommunicationem ipſius creditoris. Antecedens veriſſimum eſſe probatur, quoniam obligatio rem alienam, aut debitam (vt eſt res extorta per vſuram) reſtituendi, eſt prior, & maior, quàm ſit obligatio vitandi excommunicatum, cùm vitare excommunicatum de iure humano, ſeu pontificio ſit pręceptum: reſtituere verò rem alienam extortam per vſuram de iure naturali, & diuino: & quamuis radicaliter, ſeu ſi radicem huius præcepti de vitando excommunicatum ponderabimus, animaduertemus tale pręceptum eſſe diuinū (iuxta illud Domini apud Matthęum c. 18. ver. 17. [Si te non audierit, dic Eccleſiæ, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tãquàm Ethnicus, & publicanus) tamen quòd hic creditor iſtius vſurarij ſit excommunicatus, & per nos vitandus, non iuris diuini, ſed humani eſt: quemadmodum præceptum iuris diuini eſt prælatis obedire, iuxta Domini verba, apud Matthęum cap. 23. ver. 2. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribę, & Phariſęi, quæ dicunt facite, quæ faciunt, facere nolite: & apud Lucam cap. 10. ver. 16. [qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem ſperuit me, ſpernit eum, qui me miſit:] vnde licèt ieiunium fundamentaliter & in ſe, ſit de iure diuino, hodie tamen ieiunare tali, & tali die, eſt iuris humani Pontificij, & non diuini: cùm hoc ſit ex ſtatuto Eccleſiæ.

Ratio prima concluſionis. Antecedens. Conſequentia. Matth. cap. 18. ver. 17. Matth. c. 23. ver. 2. Luc. c. 10. ver. 16.

Præterea: Non eſt minor obligatio pecuniarium debitum ſoluendi, quàm ſit obligatio debitum vxorium ſoluendi marito, & filiale, patri, & debitū ſeruorum reddendi eorum dominis: ſed hæc debita non expirant, nec ſuſpenduntur per ſuperuenientem excommunicationem in huiuſmodi creditoribus: vt fuit probatum per adducta iura: Idem ergo erit dicendum in caſu concluſionis præſentis.

Ratio ſecunda.

Præterea: Contractus cum excommunicato celebratus non eſt ipſo iure nullus, & debita inde contracta ſunt adimplenda: ergo à fortiori arguendo, dicendum erit, cōtractum antè excommunicationem celebratum, per ſuperuenientem

Ratio tertia.

uenientem excommunicationem non annullari, nec per conſequens debita inde contracta extingui: etiam ſi ipſis excommunicatis actio ad repetitionem

c. ſi verè, extra de ſent. excõ.

in iudicio non detur: vt in c. ſi verè, extrà de ſent. excomm. in quo in ſententia dicitur, quòd illi cruce ſignati, qui cum Venetis antequam in excommunicationem inciderent, conuenerant, poſſint cum eiſdem excommunicatis, & in communi naui ſimul nauigare, ſecundum quod cum illis anteà conuenerant, aut tunc conuenirent.

Et quibuſuis veriſſimam eſſe noſtram concluſionem iam fuerit probatum, tamen poſſet quis inſurgere contra eandem, ipſamque dicendo falſam nonnullis de cauſis, arguendo ab identitate rationis. Sic

Primum arg. contra concluſionem.

c. ſacerdotes. 2.q.7.

15

Monachus an teneatur abbati excommunicato obedire: & an clericus epiſcopo excõmunicato.

Monachus, qui Abbati obedientiam ſe præſtiturum promiſit, non tenetur eam illi reddere, ſi Abbas ipſe poſtmodum excommunicetur: vt colligitur ex c. ſacerdotes, 2.q.7. [Vbi ab obligatione obediendi Epiſcopis, & Prælatis, excipitur, niſi in fide errauerint: nam ex tunc quia in excõmunicationem incidunt, cum illis communicare non licet. Vnde nec clerici tenentur Epiſcopo excommunicato debitam ſoluere obedientiam.] ergo arguendo ab identitate rationis, idem dicendum erit in caſu propoſito, ac per conſequens videtur vſurarium non teneri reſtituere extorta per vſuram ei, qui poſtmodum incidit in excommunicationem quouſque ab excõmunicatione abſolutus fuerit.

Secundum argumentum.

16

Vaſalli an teneantur fidelitatẽ præſtare dominis excõmunicatis.

Præterea: Vaſalli, qui iureiurando ſe aſtrinxerunt ad fidelitatem præſtandam eorum domino, non tenentur eam reddere in hæreſim, vel excommunicationem incidenti, vt in c. nos ſanctorum, & c. iuratos, 15.q.6. in quibus habetur [ſubditos non teneri ad obediendũ huiuſmodi ſuis dominis vſquequo pœnitentiam egerint] ſi ergo (non obſtante vinculo iuramenti) vaſalli obſequia dominis ſuis præſtare non tenentur, quantò minus debitores uſurarij (vt in concluſione) qui non iurauerunt uſuras reſtituere (vt ſupponitur) non tenebuntur ipſas reſtituere ſtatim creditoribus excommunicatis.

cap. nos ſancto rum, & c. iuratos, 15.q.6.

Tertium arg.

Pręterea in cap. quod in dubijs, & in cap. inter alia, extra de ſenten. excommunic. notantur qui poſſunt licite obſequia, & debita obſequia exhibere excommunicatis: & tamen inter eos non recenſentur debitores pecuniarij, cùm ibi non excipiantur, niſi ij, quos exceperat Gregorius in c. quoniam multos, 11.q.3. ergo vſurarij non tenebuntur reſtituere extorta per vſuram

c. quod in dubiis, & c. inter alia, extrà de ſent. excom.

ipſis excommunicatis, cum in hoc caſu non fuerit conceſſum participare cum excommunicatis, & ſolutio debiti ſine participatione fieri non poſſit, quæ tamen ſibi prohibita eſt ab Eccleſia.

c. quoniã multos, 11.q.3.

Quartum argumentum.

c. quemadmodum, extrà de iure iur.

Præterea: arguendo à ſimili, ſicut ſi quis alteri obligatione, aut iuramento, ſeu promiſſione tenetur aliquid facere, vel ſoluere, ſubintelligendum omnino erit eum ſe uoluiſſe obligare ad illud exhibendum, ſi alter talis permanſerit, cui communicare liceat: vt colligitur ex c. quemadmodum, extra de iureiur. vbi dicitur, quòd [ſi quis vxori ſuæ iurauit ſe illam perpetuò uxorem habiturum, aut ſi quis iurauerit ſe cum aliqua contracturum matrimonium, & illa poſtmodum cum alijs fornicetur, abſolutus eſt vir à debito iuramenti] & eadem ratione debitor abſoluitur ſaltem pro tempore, quo creditor ſuus eſt excommunicatus: & hæc quatuor roborantur communi ferè Canoniſtarum ſententia. Cum omnes infraſcripti Doctores vnica uoce dicant, q̃ ſi quis iurauit aliquid ſoluere alicui infra certum tempus, ſi interim ille incidat in excommunicationem maiorem, & ſit nominatim denunciatus excommunicatus, qui iurauit, non erit periurus, [illegible] non ſoluens quod promiſerat ſub

iuramento,

iuramento, ſed die promiſſo adueniente debebit, & eſt bonum conſilium, ipſam pecuniam reponere in ædem ſacram nomine creditoris: ita quòd ei ſoluatur, dum fuerit abſolutus, & non antè, & ſic non incurrit aliquam excommunicationem propter huiuſmodi factum: & ratio eſt in promptu; quoniam tale promiſſum recipit hanc limitationem, videlicet: ſi perſeuerauerit creditor ille in ſtatu, in quo potero ei ſoluere. argumento capitu. Quemadmodum, extra de iureiuran. At ſoluere aliquod debitum eſt ſecum participare (quod eſt ab eccleſia prohibitum:) ergo ſoluere non tenebitur vſurarius quouſque eius creditor abſolutus fuerit ab excommunicatione. & ex hac Doctorum ſententia videtur ſequi, quòd nõ ſemper quis ſtatim tenebitur reſtituere, uel ſoluere vſuras: ſed excuſabitur à tali præcepto ſtatim reſtituendi ratione excommunicationis incurſæ à creditore: & huic ſententiæ, & rationi allatæ pro tali opinione ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores, videlicet, Gloſ. in capitulo, Nos ſanctorum. 15. quæſtione ſexta, in ver. Conſcripti, Hoſtienſis in ſumma. titu. de ſententia excommunicationis. §. & quæ ſit pœna participantiũ. in ver. Quid ſi teneor ſacramento certam pecuniam. Antonius de Butrio in dicto capitulo, Inter alia. extra de ſententia excommunicationis. in ver. Secundò Abbas per decretum. & in capitulo, veritatis. columna quarta, in verſi. An autem ſuſpendantur. circa finem. extra de dolo & contumacia, qui poſtquàm retuliſſet prædictam ſententiam Hoſtien. ipſi ſe quoque quàm libentiſſimè ſe ſubſcripſit. Idem fecit Ioannes Andreas in dicto capitulo, Veritatis. columna tertia, & quarta, adhærens ſententiæ Hoſtienſis, Panormitanus in dicto capitulo, Veritatis. columna decima ſeptima, ver. Ad tertium argumentum Hoſtienſis, ſe ſubſcripſit ſententiæ Hoſtien. Idem fecit Ioannes de Anania in capitulo fin. in fine. extra de hæretic. Baldus in dicto capitulo, veritatis. in verſi. Quæro utrum excommunicato. Idem aſſerit. Dominus Felynus in cap. Inter alia. extra de ſententia excommunicationis. Idem aſſeruerunt Petrus à Palud. & Riccardus, vbi ſupra. Et licèt Innocentius, & Abbas antiquior in dicto cap. veritatis, & Archidiaconus in dicto cap. Nos ſanctorum, & Syluester in ſumma, vbi ſupra, dicant, debitorem ratione iuramenti omnino teneri ſuo creditori ſoluere pecuniam promiſſam, licet tempore præfixo ſolutionis adueniente, ipſe reperiretur ligatus vinculo maioris excommunicationis: cum quo alias nemini liceret communicare.

c. Quemadmodum, extra de iureiuran.

Gloſ. Hoſtienſis.

Ioan. And. Panor. Anania. Baldus. Felyn. Pal. Riccardus.

His non obſtantibus noſtræ concluſionis veritas adhùc perſeuerat inconcuſſa, vt ex adducendis latiùs patebit: Quapropter vt ſatisfaciamus auctoritatibus adductis, diſtinctione hac nobis utendum erit. duplici ex cauſa alicui aliquid debemus, ſcilicet, aliquando ex parte rei debitæ ipſis excommunicatis. Nam res debita aliquando debetur alicui iure naturali, aut diuino dictante: aliquando non ex parte rei, ſed ratione verborum, quib. quis tenetur aliquid alicui ſoluere, ſeu dare: loquendo, ergo, de debito naturali, aut diuino iure contracto, & per uiam reſtitutionis ſoluendo, ut puta, (exempli gratia) ſi quis ſit reſtitutioni obnoxius ratione furti, rapinæ, vel uſuræ exactæ, aut mutui, ſeu commodati, uel huiuſmodi accepti, quo facto, obligatio tantundem creditori reddi, non ex voluntate naſcitur debitoris, nec humani legiſlatoris, ſed ex iure naturali, & diuino. De huiuſmodi debito contracto loquendo, ueriſsima erit noſtra concluſio, quòd ſuperueniens excommunicatio creditoris nõ liberet debitorem vſurarium à reſtitutione ſtatim facienda eorum, quæ extorſit per uſuram, quominus ſoluere teneatur. & hoc probatur triplici eadem ratione, qua

17 *Vt res debita alicui ſit, dupliciter poteſt contingere.*

ne, qua

ne,qua fuit probata ipſamet noſtra concluſio,& de huiuſmodi debito contra
Cócordia Doctorum qui uidentur aduerſari noſtrę q̃ntra concl. ctó non loquuntur Doctores,nec iura adducta contra noſtram concluſionē,
vt ex diligenti eorum examine luce clariùs apparebit:Sed ſi loquamur de de
bito non ex re ipſa contracto,ſed ex verbis contracto, puta, ex ſtipulatione,
promiſſione,aut iuramento de dando aliquid alicui,cui de iure naturali & di
uino ſimul non teneamur:ſed ſolùm de iure poſitiuo,vel diuino recipiente in
terpretationem:in hoc caſu ſemper ſubintelligenda erit,niſi caſus occurrat,in
quo ſit prohibitum illud ſeruare,vt in cap. ſi verò.extra de iureiurando.de hu
iuſmodi,ergo,debito loquendo,veriſſima erit ſententia Doctorum prædicto
rum(vt diximus)dicentium,quòd tale debitum ſuſpendatur, quoad ſolutio-
nem faciendam manualiter ipſi creditori, licèt non quoad depoſitionem ta-
lis rei faciendam,vt poſt abſolutionem obtentam aſſignaretur illi,ut dixerunt
Doctores præadducti(licèt hoc non placet Ioanni à Medina, vbi ſupra, & ſi
poſſet etiam eius ſententia ſaluari(ipſum interpretando)quòd intendebat di-
cere ipſe Ioannes,ad hoc non teneri debitorem huiuſmodi,aliquo præcepto:
cùm & idipſum inſinuauerint Doctores prædicti ſequentes Hoſtienſem, vbi
18 *Iuramentū & promiſſio de aliquid faciendo, vel omittēdo quam recipiant interpretationem.* ſupra. Tu teneas ſanum, & tutum eſſe conſilium deponere &c. cùm uerba
promiſſiua,etiam iuramento firmata,iuris interpretationem admittāt: & etiā
quia promiſſio & iuramentum intelliguntur, ſalua ſeu excepta ſuperioris au-
thoritate.Nec promiſſio,aut iuramentū de re illicita,& prohibita valida ſunt:
ideo ſi ſuperueniat caſus,in quo licitum non ſit cum creditore communica-
re,iure etiam humano id prohibente, promiſſio, aut iuramentum præſatum
ad talem caſum non venit extendendum,quia is,qui iurauit,uel talem nō ha-
buit intentionem,vel ſi habuit, incautum fuit tale iuramentum, & non obli-
gatorium.

His præmiſſis, quàm facillima erit reſponſio ad argumēta adducta contra
noſtram concluſionem.

Ad primum,& ſecundum argumentum de clericis, qui epiſcopo excom-
municato,& de monachis,qui Abbati excommunicato,& de vaſallis,qui do-
mino excommunicato obedientiam,& fidelitatem reddere non tenentur: di-
citur,ideò eſſe,quia in illis maioribus per excommunicationem expirat iuriſ-
dictio,& poteſtas dominandi:& etiam quia debitum, quo præfati ſuis maio-
ribus tenebantur parere,non naturale, nec diuinum erat ſimpliciter: ſed hu-
manum,canonicum,ſeu ciuile(niſi originaliter) vt diximus, dum reddidimus
primam rationem noſtræ concluſionis: Ideo per humanum ius potuit per ta-
19 *Vſuras reſtituere eſt de iure naturali. et diuino.* le quid ob cauſam legitimam extingui.Non ſic in caſu noſtro, in quo debitū
pecuniarium,nec iuriſdictionem in creditore præſupponit(vt docet Ioannes
à Medina, vbi ſupra, nec humanum eſt, ſed potius naturali & diuino iu-
re debitum.

Ad tertium,fateor illic non excipi expreſsè debitores pecuniarios, ſed nec
opus fuit eos excipere:cùm ſufficiēter iure neceſſariò ſint excepti in his,quæ
neceſſitatis ſunt,quale eſt,reddere vnicuique quod ſuum eſt.Nec etiam Gre-
gorius illic gratiam facere intendit ſuper communicatione(alioquin) neceſſa
ria cum excommunicatis:Vt quod uxor debitum viro excommunicato petē-
ti reddat,quòd filius parentib.in neceſſitate ſubueniat. Et ita de alijs,in qui-
bus gratia locum non habet, ſed declaratio, ut in caſu noſtræ concluſionis:
ſuper alia verò communicatione,quæ iuri naturali, & diuino non innititur,
niſi originaliter(vt diximus ſupra)locum habet beneficium iuris, ac pro indè
nec

nec decretum Gregorij, nec decretales citatæ quicquam contra cōcluſionem noſtram faciunt.

Ad quartum. Dicendum, quòd ratio illa procedit de obligatione, quę non re, ſed verbis contracta eſt. Et quàmuis obligatio, qua vir tenetur uxori, ſit re ipſa contracta virtute coniugalis contractus, & per uxoris fornicationem ſub ſequentem tollatur: non, tamen, per excommunicationem, eò quòd ex Dei inſtitutione, (vndè uinculum coniugale ſuam habet firmitatem) in caſu fornicationis, ſaltem quoad thorum, extinguitur.

Sexta concluſio.

Vſurarius, qui non ceſſit bonis, nec penitùs habet facultatem, qua omnia extorta per vſuram, vel partem eorum reſtituere poteſt, excuſatur à reſtituendo ſtatim taliter extorta: tenebitur, tñ, ad præſtandum in foro iudiciali (ſi huiuſmodi extorſio ad ipſum fuiſſet cōuoluta) ſaltem iuratoriam cautionem de illa reſtituendo dominis earum, cùm ad pinguiorē fortunā deuenerit, & poſſit in totum, vel in partem extorta per vſurani reſtituere, tenebitur ſtatim reſtituere: etiam non deducto ne egeat. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per arg. in c. Odoardus. extra de ſolutionib. in quo Lucius III. infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet; [Mandamus quatenus ſi conſtiterit, ꝙ prædictus Odoardus in totum, vel pro parte, non poſſit ſoluere debita ſupradicta, ſententiam ipſam ſine difficultate relaxetis, recepta priùs ab eo idonea cautione: vt ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, debita prædicta perſoluat] hæc ibi. Sed notandum, ꝙ dixi concluſionem probari per arg. in d. c. qm. licèt ibi ad verbum non probatur veritas noſtræ concluſionis, benè, tamen, tacitè, cū eadem militet rō in caſu præſentis cōcluſionis, & in caſu prædicto ſummo Pontifici propoſito: cùm vterque detineat rem alienam inuito domino, ſaltē actu uoluntatis elicito, ſi non debitō, eò ꝙ in tali caſu debeant conſentire creditores vſurarij. Probatur quoque & ſecundò auctoritate omnium Doctorū, qui allati fuerūt in cōcluſione tertia, cū huic concluſioni indiſcriminatim oēs Doct. ſe ſubſcripſerint locis ibidē ꝑnominatis. ꝓbaī, & rōnibus ibi adductis.

20 *Vſurarius nō ualens reſtituere, ad quā cautionem præſtādā tenebitur.* ca. Odoardus. extra de ſolut.

Septima concluſio.

Vſurarius liberaī à ꝑcepto ſtatim reſtituēdi extorta ꝑ uſurā: ſi hm̄oi extorta ab eo (cui reſtituēda erāt, & ipſe potuiſſet donare de iure) fuiſſent ei remiſſa, ſeu donata: dico, tñ, hoc quoad obligationē illā reſtituēdi extorta ꝑ uſurā dicto mutuatario, & quoad peccatū uitādū, ſi vſurarius ipſe ꝓpoſuiſſet oīno reſtituere, ſi illi ſibi remiſſa ſeu donata nō fuiſsēt: ſed ſi nō ꝓpoſuiſſet reſtituere (licèt in foro fori, & in foro cōſciētiæ nō remaneat reſtitutioni taliū obnoxius) tñ, donec ꝑdurauerit in ipſo hm̄oi peſſimū ꝓpoſitū nō reſtituēdi, (vel ꝙ noluiſſet reſtituere ſi ſibi cōdonata illa nō fuiſsēt) ſꝑ noxa mortalis culpę cōſtringeī: & loquor de eo, qui in actu exteriori nō reſtituiſſet illa: & tñ, is cui faciēda fuerat reſtitutio, uſurario ipſi illa donauit: qua, ergo, remiſſione, ſeu donatione taliū ſpōtè facta ſtāte: nō tenebiī hm̄oi uſurarius taliter extorta actu exteriori reſtituere ei, à quo extorſit, nec pauperib. aliquib. ſed ad pagēdā ſolū pęnitētiā de tali ſuo peſſimo, ꝓpoſito, ſi uoluerit liberari à dn̄o Deo à ſtatu peccati, in quo illùc vſq; ꝑmanſerat. Hęc concluſio probaī triplici medio, (ultra ea, quæ fuerunt allata in q. 17. concluſ. 4.) Primò, enim, per argumen. in c. Accepta cō quæſtione. ext. de reſti. ſpol. in quo Alex. III. ꝑcepit imponi ſilētiū ꝑpetuū ei, qui petebat quoddā beneficiū eccleſiaſticū, qđ priùs ſpōtè reſignauerat.] Dixi ꝑ ar. cū meritò poſſim⁹ arguere ab idētitate rōnis: cū eadē rō

21 *Vſurarius excuſatur à ſtatim reſtituendo propter remiſſionem creditoris.*

c. Accepta con quæſtione. extra de reſti. ſpoliatorum.

militet in caſu noſtræ concluſionis(vt patet ad ſenſum:)quoniam ſicut ille ad reſtituendum beneficium non fuit compulſus , imò roboratum fuit ius in eo, acquiſitum per reſignationem ſibi factam : & ſic declaratum fuit quòd tuta conſcientia,illud poſſidebat:ſic in caſu noſtro , uſuras extortas ſibi condonatas.

l.ſi rem alienã. ff.de pig. act.

Idem per arg.in l.ſi rem alienam §.omnis.ff.de pign.act. Vbi inter alia hæc habenẽ,videlicet:[Satisfactum aũt accipimus , quemadmodum voluit creditor]hæc ibi:ex cuius verbis elicitur veritas noſtræ concluſionis,cùm indè habeatur dicendum fore vſurarium reſtituiſſe,eò ipſo,ꝙ per remiſſionem, & donationem talis rei reſtitutioni obnoxiæ factæ vſurario à mutuatario, ipſi mutuatario(qui vſuras ſoluerat)hoc modo fuerit ſatisfactum.

l.item liberaretur.ff.quib. modis pignus, vel hypotheca ſoluitur.

Idem probatur per arg.in l.Item liberaretur.in princ.ff.quib.modis pignus,vel hypotheca ſoluiẽ. Vbi hæc habentur, videlicet. [Item liberaretur pignus , ſiue ſolutum eſt debitum , ſiue eo nomine ſatisfactum eſt] hęc ibi. ex cuius verbis elicitur veritas concluſionis noſtræ.

S.Thomas.

Probatur & ſecundò præſens concluſio auctoritate Doctorum infraſcriptorum,videlicet S.Thom.in 2.2.q.62.art.8.in reſp. ad 2.qui Doctor Sanctus poſtquã in d.art.probaſſet, vnumquemq; reſtitutioni obnoxium teneri reſtituere ſtatim,ſi põt:addidit, vbi ſup. ꝙ ſi ſit impotens ꝑ ſtatim,petat remiſſionẽ,vel dilationẽ ab eo (cui debet) aut ꝑ ſe,aut ꝑ aliũ, hæc Sanctus ille.ex cuius verbis eliciẽ apertiſſimè ipſum Sanctũ Doctorẽ ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni,qm̃ aliàs non dixiſſet,ꝙ ad euitandum peccatũ incurrendum ꝑ detentione rei alienæ:ſufficeret petere remiſſionem.

Caietanus.

Caietanus idem probat multis medijs,in Commentarijs 2.2.q,62.art.6.§ In eadem reſponſione,ad tertiũ eiuſdẽ ſexti articuli(in quo loco S.Thom. his verbis vſus fuerat,videlicet:ꝙ quia reſtitutio principaliter ordinatur ad remouẽdum damnum eius,à quo eſt aliquid iniuſtè ablatum.Ideo poſtquã ei reſtitutio ſufficiens facta eſt ꝑ vnũ:alij non tenẽtur ei reſtituere vlterius : ſed magis refuſionẽ facere ei, qui reſtituit,quod,tñ,põt condonare.hæc ille Sanctus.Ex quib.patet apertiùs ipſum Sanctũ ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni.)

S.Thomas.

Caietanus.

Idẽ Card.Caiet.aſſeuerat in Cõment.2.2.q.78.art.1.in reſp.ad 4.in §. Ad euidentiã.Idẽ Caiet.in 2.tom.opuſc.trac.8.q.3.& in ſua sũmula, in ver. vſura mẽtalis.§.ſi aũt claudicat intẽtio ex parte mutuãtis.

Scotus.

Idẽ Scot.in 4.ſent. diſ.15.q.2. art.2.§.de vltimo cõtractu.in ver.ſine pacto ẽt licet,ſi verba ipſius Scoti bñ libraręnẽ,vt fecit Caiet.in opuſc.vbi ſup.

Riccardus. Nic. de Orb. Pal.

Riccar.de media uilla di.15.art.5.q.5. in corp.quæſt.(vt eũ interpretaẽ Caiet.loco citato opuſc.)Nic.de Orbel.in 4. ſent.d.15.q.2.§.7.iuxta ea,quæ attulimus in q.17.Pet.à Pal.in 4.ſent.diſ.15. q.2.art.2.concl.5.vbi infraſcriptis vtiẽ verbis,videlicet.Si aũt eſſet res iniuſtè acqſita,& iuſtè detẽta,puta,qa dñs priùs noluit,& mõ vult , vel qa quis rem ſuã furatus eſt,nõ ſubiacet reſtitutioni,licèt peccauerit in mõ.hęc ille. ex quibus, patet ipsũ ſe ſubſcripſiſſe pñti cõcluſioni.

Ioſ. à Medina.

Idẽ fateẽ Io.à Med.ĩ C.de reb. reſti.q.3.c.inci.Scđa cã eſſet remiſſio partis.qui Doctor, ibi acuratiſſimè hãc qõnẽ examinat,& cõcludit vt in nr̃a cõcluſ.

Sotus.

Idẽ fateẽ Sotus in lib.7.de iuſ.& iur.q.1.art.4.col.8.

Hadrianus. Gabriel Biel. Syluest. Ioſeph Angles. Hoſtienſis. Paul.de Eleaz. Card.Zab. Goffreda. Geminianus.

Hadrianus Papa.ſup 4.ſent.tit.de reſti.c.inci.Agredior caſus ſpãles.§.Prætereà dico ſcđo.circa fi.f.50.col.1.Gabr.Biel in 4.ſent.diſ.15. q.2.conc.2.§.His addenẽ duo.Syluest.in verſ.reſtitutio.5.§.1. Ioſeph Angles in trac.ſup 4.ſent.in q.de reſti.art.2.dub.4.concl.vnica.Hoſt.in ſumma,tit.de vſur.§.Quę pęna.in ver.Quid ſi fenerator partẽ.Paulus de Eleazar.in clem.1. de vſur.Card.Zab.in cle.1.de vſur.§.ſanè.in 10.q.Goffreda in ſumma titu.de vſur.col.5.§.Quid ſi vſurarius partẽ.Cui aſtipulatur Dñicus à S.Gem.in c.2. de vſur.

de vſur.in 6. Pet.de Anchar.in reg.peccatū. de reg.iur. in 6.col.23.§.Quæro ſeptimò.& idē in c.quāquā.col.8.§.Tertiò quæro.de vſur.in 6.& rurſus in c. ſtatutū.§ ſi quid aūt.de reſcr.in 6.Gl.2.in c.peccatum.de reg.iur.in 6.Ant.de But.in c.cū tu.col.3.in ver.Reſpondet,ꝙ ſi ille, Feder.de Sen.in conſil.22. & conſil.18.Panor.in c.cùm tu.extra de vſur.in finali notab.Io.And.in Mercur. in c.peccatum.de reg.iur.in 6.in Gloſ.poſt Dynum in eodem c. peccatum. in ver.Quæri autem ſolet. Vbi ipſe Dynus docet, ꝙ liberetur debitor à reſtitutione,qñ res reſtituenda erat reſtitutioni parata,& tunc fiat remiſſio, quia tūc habetur perinde,ac ſi res eſſet reſtituta,& poſtea per eum, cui reſtitutio facta fuit,donata ſit reſtituenti:aliàs non poteſt intelligi propriè facta reſtitutio;cū quantum ad propriam ſignificationem verborum,aliud ſit remittere,aliud re ſtituere.hæc ſunt verba ipſius Dyni. Cuius verba ad uerbum referre operæ pretium duxi:eò quòd maxima admiratione me affecerunt: Didacus Couar. (loco infra citando) vir alioquin eruditiſſimus,& Io.Baptiſta Geminianus Lupus,loco infra citando, & nonnulli alij Doctores aſſeuerantes,dictum Dynū dictis verbis uoluiſſe docere,ipſum uſurarium(pro ut in concluſione) habendum fore adhuc obnoxium reſtitutioni,qui Doctores & addunt,eiuſdem ſententiæ fuiſſe Io.And.& Panor.locis citatis & Io.de Anan.in c.cùm tu.col.11. extra de uſuris:quod quidem neſcio quo fundamento dixerint, & ut ueritas præſentis noſtræ aſſertionis pateat, referam eadem met verba,q̃b.ipſi vſi fuerunt Nā neuter eorum loquutus fuit de obligatione reſtituendi,ſed de peccato,cuius uinculis adhuc ꝑſeuerat vinctus ipſe,qui non reſtituiſſet, ſi remiſſio facta non fuiſſet,& adhuc poſt remiſſionem ſibi factā perſeuerat in tali ꝑuerſo animo & propoſito,qđ utiq; non eſt ſiue peccato mortali iniuſtitiæ: ſicut & ille ēt mortaliter peccat,& non eſt reſtitutioni obnoxius, qui credens ſe furatū fuiſſe alienū,furatus fuit ſuum,aut ſibi de iure debitum,qđ nō vult reſtituere,credens tanq̄ non ſuū ad reſtituendū ſe teneri:quap p hoc idē elicit̄ ex verbis ipſius Dyni:qui Doctor ubi ſupra, nō ꝓpoſuit qōnem de obligatione reſtituēdi,ſed de peccato:Nā infraſcriptis vſus fuit uerbis,videlicet.Quęri autē ſolet,ſi fur,uel raptor,uel uſurarius hēt facultatem rei reſtituendę,ēt ſi fiat eius remiſſio,abſq; eo ꝙ reſtituat rē,an intelligat̄ à peccato abſolutus.hæc ille.qui in decidēdo talē qōnē uſus fuit uerbis ſupra à me relatis. Itē Io. And. vbi ſupra,infraſcriptis uerbis vtit̄,videlicet.Illud aūt in Gl.2. & ibi liberaliter remitteret. Hoc intelligit Dyn. cū res eſt reſtitutioni parata, quaſi tūc fingat̄ reſtituta,& poſtea reſtituēti donata:aliàs nō remittit̄ peccatū ei,qui reſtituere pōt,ꝑ rōnem,quæ ſequitur in glo.multum puto in his animū ponderandum,nec tutū puto illū, qui gerit in mēte non reſtituere remiſſione nō facta. hæc ille.Io.aūt de Anan.in d.c.cū tu.loco citato poſt multa cōcludit,infraſcriptis uerbis utens,videlicet.Adde prædictis,Dūs Laur.in 2. part. ſui operis,in q.6.& plenius in q.7.Vbi dicit,ꝙ fuit opinio inter Theologos, quia aliqui dicebant,ꝙ ſufficit ꝙ pecunia ſit reſtitutioni parata, alij ꝙ non ſufficit:ſed eſt neceſſaria obligatio,de quo etiam remittit ad not.per Io. And. in addit. Specul. ad finem in eodem titulo,ſcilicet, de vſuris. Vbi dicit ſe commiſiſſe unà cum ſuo adoptiuo, & eſt illud conſilium, de quo ſupra fuit facta mentio. Refert etiam dicta Federici,dicta Archidiaconi, & dicta Lapi Caſti. in repetitione capituli. In ciuitate. infra eodem. Et concludit,ad hoc, ut tollatur omnis dubitatio: Vtrum ſit liber, uel non liber, animus remittentis: & per conſequens:an ſit clara conſcientia vſurarij:ut inducatur faciliùs ad contritionem,

Anchar. Gloſ. Ant. de But. Panor. Ioan.And. Dynus. Ioan.de Anan.

ꝑterea contingit eſſe voluntarium, ac per hoc non eſſet uſurarium, ſecundum quod lucrum vſurarium eſt ſpecies lucri inuoluntarij. Cùm autem reſtitutio ex natura lucri naſcatur, quod ſecundum ſe alteri debitũ eſt, vt reddatur (quia 24
eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ: cuius terminus, & obiectum eſt id, quod ſecũdum ſe eſt iuſtum: quod opponitur iniuſto ſecundum ſe, non ſecundum accidens.) Conſequens eſt, quòd lucrum vſurarium per accidens, non ſit reſtitutioni obnoxium, ſed ſolùm lucrum vſurarium per ſe: ex his, ergo, omnib. allatis elicitur veritas noſtræ concluſionis. & ratio eſt patentiſſima: quia in caſu propoſito in noſtra concluſione, lucrum uſurarium perceptum non poterit dici lucrum vſurarium per ſe: habendo relationem ad ipſum reſtituendum: cũ illud (vt ſupponitur) non remittatur coactè, ſed ſpontè, ac per hoc in ipſo retinendo nulla fiat iniuſtitia, vel iniuria ei, qui illud tale ſoluerat uſurario: licèt benè dici poſſit eſſe lucrum uſurarium per accidens, propter intentionẽ corruptam, in qua lucrum tale ex mutuo quis obtinuit, & modò retinet, cùm in ipſa adhuc perſeueret uſurarius ille, cui, tamen, facta fuit ſpõtè remiſſio dicti lucri uſurarij (vt fuit dictum.) Conſequens, ergo, erit, quòd huiuſmodi lucrũ vſurarium per accidens nõ permaneat reſtitutioni obnoxium: & ratio eſt: qm̃ dictum lucrum vſurarium per ſe, eſt effectus ipſius prauæ intentionis concomitantis mutuum: quod & datum fuit à mutuatario non omnino voluntariè, immo coactè. Quod autem dono datur, quamuis ex praua intentione ſuſcipientis lucrũ ſit & uſurariũ per accidẽs appelletur (vt ſupra fuit dictũ) nõ tñ eſt effectus illius prauæ intentionis, ſed effectus gratuiti affectus illius, qui illud ſpontè donauit: quapropter (cùm nullam contineat in ſe iniuſtitiam) patet ipſum reſtitutioni obnoxium non eſſe.

Lucrũ uſurarium per ſe, quid ſit & an ſit reſtituendũ & quid de lucro uſurario p accidens.

Ratio tertia.

Tertia ratio eſt. Cũ obligatio reſtituendi ſuſpendat̃, & ceſſet ex libero, ac ſpontaneo conſenſu elicito, aut debito creditoris: vt ſi actu liberè conſentiat, ꝙ res ſua apud debitorẽ per menſem, aut ꝑ annũ retineat̃, tutus erit debitor vſurarius illo tp̃e rem illam detinendo: Inde ꝙ̃ apertiſſimè ſequit̃, ꝙ ſi creditor vſurarij liberè conſentiat, ꝙ vſurarius taliter rẽ extortam ꝑ vſuram, & ſibi debitam ad ſemper detineat, erit tutus in cõſcientia, ẽt ſi rem debitã nunꝙ̃ reſtituat. & ꝙ hoc ſit verũ, confirmat̃ hac euidentiſſima rõne, videlicet: Cũ.n. non minùs operet̃ dñi cõſenſus, vt uſurarius rẽ ſuam extortam ꝑ vſuram, detineat, quàm vt rem ſuam alter accipiat: ſed ex conſenſu domini libero poteſt alter rem ſuam occupare, igitur, & detinere, vt (arguendo à contrario ſenſu) docuit Cęleſtinus III. in c. ſæpe contingit. extra de reſti. ſpol. dicens [quoad periculum animę parùm differre, alienum rapere, & alienum detinere.] Vnde patet, quòd in furto, rapina, & uſura, (quoad obligationem reſtituendi incurſam) indè purgatur vitiũ furti, rapinæ, & vſuræ, ſi res furata, rapta, & per vſuram extorta, apud furem, raptorem, & vſurarium permaneat de conſenſu, & ſpontanea voluntate eius, qui talis rei dominus eſt.

Antecedens.

Conſequentia.

c. ſæpe contingit. extra de reſtit. ſpol.

Ratio quarta. 25

Cùm nullibi reperiatur in iure cautum, vſurarium teneri pręſentialiter, vel corã creditore extorta ꝑ vſurã reſtituere ad hoc, vt indè remiſsio facta à creditore ipſum eximat à ꝓcepto reſtituẽdi ſtatim: ſed nec, ꝙ remiſſio facta à creditore debitori de iure non valeat, niſi in tribus ſolũ caſib. in quib. remiſſio facta à creditore debitori, ipſum nõ liberat à ꝓcepto reſtituẽdi. Primꝰ caſus eſt expreſſus in c. ſtatutũ. §. Inſuꝑ vt gratis, de reſcr. in 6. in quo ꝓhibetur iudici-

Remiſſio debiti facta à creditore non valet in tribus caſibus. Primus caſus. ca. ſtatutum. de reſcrip. in 6.

 bus de

quæſtionis primæ concluſionibus) & tunc non poſſumus erogare res iniuſtè acquiſitas,(quæ de iure ſunt alienæ,& vt tales,dominis earum veris reſtituendæ erunt) dictis pauperibus: ſed eas, quæ pleno iure ſunt noſtræ, iuxta ſanctionem Alexandri Tertij in c.ſicut dignum,§.eos inſuper.extrà de homicid. Conſequens erit, ergo, ex his omnibus: vt de iure naturali, aut diuino reſtitutio talium pauperibus non ſit facienda: ſicut etiam docuerunt Ioannes à Medina,loco citato ſupra, Didacus Couarruuias, loco citato ſupra, Caietanus,Sotus,& ferè omnes Doctores præcitati (qui ſe ſubſcripſerunt pręſenti concluſioni)& alij,quos citat Couarruuias,vbi ſuprà.ſed & quòd huiuſmodi vſurarius mentalis ad taliter ſibi remiſſa reſtituenda minimè teneatur pauperibus lege humana: poteſt elici ex dicto §. eos inſuper. & probatur hac ratione: Cùm,enim,vſura mentalis ſit peccatum omnino occultum cordis (de quo eccleſia, ac lex humana aliqua neminem iudicat,& puniat: & reſtitutio eſt quædam pœna conſequens peccatum) indè ſequitur, quòd lex humana huiuſmodi reſtitutionem demandare non poteſt,eò quòd,vt diximus, eccleſia,ac lex humana non iudicat de occultis, vt habetur in cap.cogitationis, de pęnit.diſt. 1.vbi dicitur: [Cogitationis pœnam nemo patitur.] Indè, ergo,ſequitur quòd nec huiuſmodi vſurarius (de quo in concluſione præſenti ſit ſermo) iure humano pauperib. erogare teneatur taliter extorta per vſuram, & poſtea ſibi remiſſa.

c. Sicut dignũ, extra de homicidio.

c. cogitationis. de pęnit. diſt. 1.

Sexta ratio noſtræ concluſionis (quoad eandem particulam, quòd non teneatur erogare pauperibus) eſt:quoniam (ſecundùm omnes Doctores) duo ſunt genera lucri illiciti pauperibus erogandi: Alterum quorum dicitur prohibitum ſecundùm ſe, vt eſt lucrum ſimoniacum:alterum prohibitum ſecundum ſuam cauſam tantùm: vt eſt lucrum meretricium. Conſtat, autem, lucrum propoſitum iam remiſſum, nec eſſe prohibitum ſecundum ſe, quia datio illius non fuit iniuſta: (cùm ſit libera donatio) Nec ſecundùm ſuam cauſam, quia ſupponitur ſpontè, & liberè tale quid fuiſſe donatum, & non ex obligatione incurſa propter mutuum acceptum: vndè ſequitur apertiſſimè quòd ad huiuſmodi lucrum reſtituendum pauperibus non teneatur dictus vſurarius.

Ratio ſexta.

27

Lucra eroganda pauperibus quot.

Septima,& vltima ratio noſtrę concluſionis eſt:ſi reſtitutio huiuſmodi lucri vſurarij iam remiſſi eroganda eſſet pauperibus: hoc non contingeret niſi propter iniuſti vſurarij intentionem: ſed ex hoc non ſequitur obligatio neceſſariò reſtituendi: ergo, nullatenus tenebitur vſurario lucrum illud reſtituere. Conſequentia patet: quoniam intentio furandi ſine iniuſtitia furti ſequuta, ſicut verè neminem obligat ad reſtituendum aliquid (cùm ex ſola furandi intentione nulli fiat iniuria, aut iniuſtitia aliqua) ſic & in caſu noſtræ concluſionis,vt ſæpiùs fuit probatum, & patet ad ſenſum.

Ratio ſeptima.

Et licèt veriſſimam eſſe noſtram concluſionem multis medijs probauerimus, tamen poſſet quis multis medijs contra ipſam inſurgere: & primò ſic procedendo. Res quælibet per eaſdem cauſas diſſoluitur, per quas naſcitur. At obligatio reſtituendi naſcitur ex actuali alienæ rei acceptione. ergo obligatio reſtituendi incurſa per vſurarium, ſine actuali rei ablatæ reſtitutione, auferri non poteſt. Maior probatur per textum in l.quemadmodum. ff. de acquirenda,vel amitt.poſſeſ.in quo habetur, quòd [Ea, quæ ſunt neceſſaria ad acquirendum,ſunt etiam neceſſaria ad perdendum.]

Prima impugnatio concluſionis.

Præterea: Idem videtur probari auctoritate Auguſtini Epiſcopi (& habetur

Secunda impugnatio.

betur

betur in c.peccatum,de reg.iur.in ſexto.) dicentis [Peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum] ex cuius ſententia videtur ſequi neceſſariò,ꝙ vſurarius (etiam ſtante remiſſione illius, à quo ipſe extorſit per vſuram) teneatur talia extorta reſtituere cum effectu.

Impugnatio tertia.

Præterea: quàmuis ſpoliatus re ſua per extorſionem vſurarum ab vſurario factam, in fauorem ſpoliantis,iuri ſuo renunciando, ipſam dicto vſurario remittat, non iccircò ipſe vſurarius liber remanebit à debito reſtituendi: vt expreſsè habetur in cap. ſolicitè, extrà de reſtitut.ſpoliat. in quo Alexander Tertius ſcribens Vigomienſi Epiſcopo,ibi infraſcriptis verbis vſus fuit,videcet, [Solicitè cures perquirere H. quo tempore renunciauit eccleſiæ:& ſi tibi conſtiterit, eum ſpoliatum (cùm eidem eccleſiæ renunciauit) contra eum teſtes alterius partis, de iuramento, & renunciatione ſpontè facta,antequàm reſtitutus fuerit, non admittas: quia non eſt veriſimile, quòd ſpontè iure ſuo renunciauerit,qui renunciat ſpoliatus. hæc ibi: ſic ergo in propoſito, remiſſio facta ab eo, qui ſoluit vſuras in fauorem uſurarij poſt exactionem vſurarum, vſurario non proderit, cùm is qui renunciauit, poſt ſpoliationem renunciauerit, vt patet ad ſenſum.

c. ſolicitè, extrà de reſtitut. ſpoliat.

Impugnatio quarta.

Præterea: Dato, & non conceſſo, quòd remiſſio liberè facta per creditorem liberet uſurarium debitorem ab obligatione reſtituendi extorta per uſuram: Nihilominus hoc intelligendum erit de remiſſione facta poſtquam vſurarius debitor actu obtuliſſet creditori id, quod illi debet ratione extorſionis vſurarum ab ipſo vſurario factæ:quòd ſi actu non offerret,remiſſio huiuſmodi vſurarium non liberaret ab obligatione reſtituendi taliter extorta per uſuram.& ratio eſt in promptu: Cùm,enim,remiſſio ſpontè, & liberè non facta ſit nullius valoris ad liberandum vſurarium ab obligatione reſtituendi extorta per uſuram: indè ſequitur,ꝙ quando creditor vſurarij ad preces eius (vel alterius pro ipſo) non oblata in promptu pecunia debita debitum remittit, non ſpontè fit remiſſio: eò ꝙ ſi pecunia in promptu eſſet oblata,fortè remiſſio, ſaltem, in toto non fuiſſet facta à creditore: quæ ſit, ea non in promptu creditori ipſi oblata: cùm videatur ꝑ creditorē ex importunitate vſurarij debitoris,aut deſperatione recuperādi talem rem à ſe per vſurā extortam fieri.

Antecedens.

Conſequentia.

Impugnatio quinta.

Præterea: Dato,& non conceſſo, quòd facta huiuſmodi remiſſio à creditore ipſi uſurario ſit ualida: licèt actu uſurarius prius non obtuliſſet ſuo creditori extorta per vſuram: tamen nullatenus erit negandum dictum uſurarium tutum non eſſe in conſcientia, ſi non fuiſſet paratus: (quoad animi præparationem) extortas vſuras reſtituere in caſu quo creditor remittere nollet ſibi debitum. Cùm videatur mala conſcientia rem alienam retinere (etiam huiuſmodi remiſſione obtenta) eò ꝙ detinere videtur adhuc alienum,vt alienum eſt, & non vt ſibi donatum. & huic rationi ſe ſubſcripſit Panormitanus in cap.conſuluit, extrà de vſur.in ver. Et ſingulariter facit iſte textus (infraſcriptis verbis vtens) videlicet. Et ſingulariter facit iſte textus, quod remiſſio vſurarum etiam liberaliter facta ab eo, qui ſoluit, non prodeſt ipſi uſurario habenti mentem corruptam, & propoſitum non reſtituendi remiſſione non facta: quod eſt contra Gloſ.in regula, peccatum, de reg.iur. in ſexto, & contra Federicum, vt ſaltem tempore pœnitentiæ habeat hoc propoſitum: de quo dic vt dixi in c.cùm tu.extrà de vſur. Idem aſſeruerunt Hoſt.in dicto c.conſuluit.& Gloſ.cap.fin.de ſimonia,in ver. Affectu animi,& Ioannes And. in Mercurialibus,in regula, Peccatum, loco ſuprà citato.

Panor.

Cùm

Cùm omne lucrum vſurarium ſit lege vtriuſque Teſtamenti prohibitum, (vt in c.ſuper eo.extrà de vſur.) & reſtitutioni omnino obnoxium (vt in cap. conſuluit,extrà de vſur.) Indè ſequitur,quòd ab vſurario,huiuſmodi lucrum vſurarium ex prauitate intentionis acquiſitum etiam (ſtante huiuſmodi remiſſione) omnino reſtitutioni obnoxium ſit. Antecedens probatum fuit per auctoritates iam adductas in præcedentibus quæſtionibus, & præcipuè per tex.in c.ſuper eo. & in c.conſuluit,& in c.cùm tu.extrà de vſur. Conſequentia per ſe patet. Impugnatio ſexta. Antecedens. Conſequentia

Neceſſe eſt, quòd contractus à principio vitioſus effectum ſortiatur vitioſum. At contractus talis mutui factus: (prout fuit ſuppoſitum in concluſione) fuit vitio malæ intentionis à principio deprauatus, cùm factus ſupponatur,vt dixi,ex ſpe lucri conſequendi. Indè ſequitur,quòd effectus indè ſequutus,ſcilicet, lucrum dono datum per remiſſionem vſurario factam ab eo, qui illud ei exhibuerat, vitioſum eſſe neceſſe ſit: & conſequenter reſtitutioni obnoxium tam fructus infectus proceſſus à radice infecta, ſcilicet, à praua intentione vſurarij. Impugnatio ſeptima. Maior propoſ. Minor propoſ. Concluſio.

His argumentis, ac auctoritatibus adductis non obſtantibus, aſſerimus ad hunc veriſſimam eſſe noſtram concluſionem (vt patuit per allata in eius fauorem) & per afferenda in reſponſione ad ſingula argumenta, & auctoritates prædictas gradatim procedendo.

Ad primum, ergo, argumentum

Reſpondeo dicendo, quòd per regulam illam, Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur: nihil probatur contra noſtræ concluſionis veritatem: imò eſt illa ei valde fauorabilis. Cùm obligatio reſtituendi alienum naſcatur ex detentione iniuſta rei alienæ: At tunc iniuſta dicenda erit ſolùm detentio: quando res aliena contra domini ipſius voluntatem detinetur: indè ſequitur,quòd accedente libero conſenſu domini liberè,& voluntariè remittentis vſurario extorta per vſuram ab ipſo, ceſſat iniuſtitia detentionis: & ex conſequenti ceſſat cauſa, ex qua naſcebatur obligatio reſtituendi taliter extorta. Reſponſio ad primam impugnationem allatã contra noſtram concluſionem.

Ad ſecundum

Reſpondeo, quòd dictum Diui Auguſtini in dicto c. Peccatum, relatum: non poterit aliquo pacto intelligi de actuali reſtitutione: quod patet ex eo,ꝙ ſæpe peccatum remittatur, antequàm res iniuſtè ablata actu exteriori reſtituatur: vt, ſi homo de peccato furti, vel vſuræ exactæ doleat, proponens ſe alienum omninò reſtiturum fore, quàmprimùm poterit, vel quandocunque oportuerit. Dicendum, ergo, erit Diuum Auguſtinum loquutum fuiſſe de reſtitutione facienda ſecundum mentis præparationem, & de illa reſtitutione,ad quam tenetur homo ſub præcepto propter iniuſtam rei alienæ (contra voluntatem domini ipſius rei) detentionem: & non de detentione rei alienæ iuſtificatæ propter conſenſum ſubſequutum veri domini, vt patet in caſu noſtro: quoniam domino rei extortæ per vſuram remittente deſinit eſſe iniuſta rei alienæ detentio, vt patet ad ſenſum: quàpropter patet, Diuum Auguſtinum non loquutum fuiſſe in caſu præſentis noſtræ concluſionis, prout impugnatio ſupponebat: licèt non negemus talem vſurarium non abſolui à peccato,ratione ſuæ prauæ obſtinatæ intentionis incurſo, vt in concluſione diximus, & in ſexta ratione prædictæ concluſionis tetigimus. Reſponſio ad ſecundam impugnationem.

Ad tertium argumentum de ſpoliato iuri ſuo renunciante: eſt dicendum, quòd ex ipſo textu nihil eliciatur contra noſtram concluſionem, cùm ipſe procedat Reſponſio ad tertiam impugnationem.

procedat ex præſumptione (vt ex ipſiuſmet canonis contextu apparet) eò quòd ibi dicatur: quia non eſt veriſimile, quòd ſpontè iuri ſuo renunciauerit, qui ſpoliatus renunciat: & quòd vera ſit noſtra interpretatio, probatur per ſubſequentem (ibidem) canonem, incipientem, Accepta conquæſtione. vbi indicitur ſilentium ei, qui petebat ſibi reſtitui quoddam beneficium eccleſiaſticum, quod ſpontè priùs reſignauerat. Ex cuius verbis elicitur veritas quoque noſtræ concluſionis: cùm ad hoc ad probandam dictam noſtram concluſionem citauimus paulò antè dictum textum.

Reſponſio ad quartam impugnationem.

Ad quartum argumentum de offerenda præſentialiter re extorta per uſuram: vt remiſſio facta poſtea proſit uſurario: Reſpondetur, quòd ratio illius argumenti fundatur in præſumptione: concluſio, verò, noſtra ſuper veritate rei: qua exiſtente, ceſſat omnis præſumptio: vndè ſicut verè poteſt dominus alicuius rei illam ſpontè donare cuilibet, & à ſe dominium eiuſdem penitùs abdicare: ita poteſt hoc idem facere de actione, quam habet ad rem ab alio retentam: ſi realiter (vt ſupponimus) faceret.

Reſponſio ad quintam impugnationem.

Ad quintum argumentũ, quòd vſurarius non ſit tutus in conſcientia poſt remiſſionem ſi nõ fuiſſet animi parati ad reſtituenda huiuſmodi extorta, non obtenta remiſſione: Reſpondetur, illud argumentum, & eius rationem nihil contra noſtram concluſionem probare: cùm per ſe pateat, vſurario opus non eſſe paratum animum habere ad reſtituendum extorta per uſuram, ad hoc, vt à debito reſtituendi liberetur: eò quòd non ualeant in probationem argumenti allata: & quòd hoc ſit veriſſimum, probatur ſic: Nam aliud eſt, uſurarium non eſſe tutum, & liberum à peccato (quod & ego quoque fateor) ſi præfatam animi præparationem ad reſtituendum extorta per uſuram non habeat.

28

Tutum non eſſe in conſcientia, nõ ſemper includit reſtituendi obligationem.

Aliud uerò eſt, eum non eſſe tutum, & liberum à reſtitutione facienda: & vt veritas meæ ſententiæ magis, magiſque eluceſcat, exemplo tali vtar: Ego rem meam, quam apud me habeo, liberè, & ſpontè dono Petro, quam tamen Petrus ille erat alioquin paratus furari. Quis negabit, quòd durante hac peruerſa animi intentione in Petro, ipſum non eſſe immunem à peccato furti? & nihilominùs eſſe ab obligatione mihi reſtituendi rem illam (quam ei ſpontè tradidi) immunem, ac liberum. & ratio eſt, quoniam in hoc caſu magis attendenda eſt uoluntas creditoris remittentis debitum vſurario, quàm uſurarij mala diſpoſitio: cùm contrariorum ſit eadem diſciplina: inde ſequitur, quòd ſicut uſurarius habens intentionem reſtituendi extorta per uſuram, ſi non obtineat remiſſionem ab eo, à quo ipſe extorſit: non erit liber ab obligatione reſtituendi, ſi remiſſionem non ſpontè factam ſibi, obtineret: & ratio eſt, propter iniuſtam retentionem rei alienæ: ſic è contrà, liber erit à reſtitutionis obligatione, ſi obtinuerit huiuſmodi liberè factam remiſſionem:

29

Poſſidere aliquid iniuſtè, & ſine obligatione reſtituendi illud, quando quis dicatur.

etiam ipſo perſeuerante in voluntate non reſtituendi, cùm ceſſet obligatio reſtituendi rem alienam: eò ipſo quòd ceſſat peccatum iniuſtitiæ propriè acceptę: cùm nulli ex tali praua intentione fiet iniuſtitia: licèt ipſe uſurarius, donec depoſuerit talem animi prauitatem, dicatur iniuſtè poſſidere, non reſpectu rei poſſeſſæ, ſed animi, quo eam poſſidet: vt patet in eo, qui furtiuè ſuſtulit in domo proximi id, quod iure hęreditario, vel aliqua alia de cauſa, ſuum erat: & ſibi debebatur, ſi reuera tempore acceptionis crediediſſet,

alienum

alienum accipere, & adhuc crederet ſe poſſidere alienum: Nam ſicut hic talis omnino eſt liber ab obligatione reſtituendi illud (licèt ratione conſcientiæ erroneæ, ſeu credulitatis ſuæ perſeueret in peccato mortali per accidés, & non per ſe, ideſt, non ratione acceptionis, & retentionis iniuſtæ) cùm nulla adſit in vtroque iniuſtitia, ſed per accidens, ideſt, ratione ſuæ credulitatis falſæ: ſic in propoſito (vt patet ad ſenſum) cùm animus ſolus detinendi rem alienam non obliget ad illius reſtitutionem, ſed actualis, & realis illius acceptio, vel ſcienter detentio, ſolùm, vt fuit ſæpiùs probatum: cùm inde nulla iniuria, vel iniuſtitia proximo nociua proficiſcatur; Inde ſequitur, ergo, neceſſariò, ad uoluntatem creditoris remittentis uſuras recurrendum fore, & non ad animi vſurarij debitoris præparationem, vt ſi conſtat creditorem vſuras voluntariè remiſiſſe, aut, ſaltem, de hoc rationabilis habeatur pręſumptio: tunc erit liber vſurarius ab obligatione reſtituendi extorta per vſuram: & ratio eſt: quoniam in tali caſu non erit iniuſtus detentor rei alienæ; ſecùs erit dicendum ſi, vel non appareat, vel veriſimiliter non præſumatur de voluntaria remiſſione facta à creditore ipſi vſurario: quia tunc omnino reſtituere tenebitur.

Ariſtot.

30 *Volũtariũ tria tollunt, cauſanturq; inuoluntarium.*

Et vt veritas noſtræ reſponſionis faciliùs percipiatur, ſciendum, quòd ex Ariſtotele in lib. primo magnorum Moralium, cap. 15. habemus tria eſſe, quę tollunt voluntarium, & cauſantur inuoluntariũ, ſcilicet, vim, metum, & ignorantiam: Ac proinde ſi remiſſio ex vi, aut metu, aut ex ignorantia fiat: inuoluntaria erit. vnde ſequitur, quòd talis remiſſio debitorem non liberabit ab obligatione reſtituendi vſuras: poteſt tamen creditor ex multiplici metu remittere. Nam poteſt hoc accidere, vt quis ad hoc ipſum, metum incutiat, vel non ad hoc ipſum procurandum: ſed alia de cauſa.

31 *Creditorẽ remittere debitũ ex metu quotupliciter poſſit contingere.*

Poteſt etiam contingere, ꝙ metus ſit incuſſus à magiſtratu, vel à debitore vſurario, vel ab alio nomine vſurarij: poteſt enim eſſe metus damni maioris, quàm ſi non ſolutio debiti: aut minoris, aut æqualis. & rurſus poteſt eſſe metus probabilis, aut leuis: poteſt denique metus eſſe cauſa principalis huiuſmodi remiſſionis factæ, poteſt eſſe minus principalis. Et iuxta hæc poſſent multi caſus particulares decidi: & primò

Corollarium primum.

32 *Remiſſio debiti facta ex metu incuſſo non ad hoc obtinendũ valida eſt.*

Si facta eſt remiſſio ex metu, non ad id incuſſo, vt remiſſio, vel donatio fiat, videtur valida remiſſio, & donatio: vt ſi quis in naui exiſtens, suborta tempeſtate, metu mortis promittit aliquid alicui Sancto, aut Eccleſiæ; valet promiſſio: ſicut in ſimili caſu valeret uotum emiſſum, ex communi Theologorum ſententia: & idem ſimiliter in eodem caſu valeret remiſſio, ſi fortè contra eccleſiam aliquam quis habuiſſet exigere aliquod creditum aliqua de cauſa honeſta.

Corollarium ſecundum.

33 *Remiſſio debiti facta ex metu incuſſo iuſtè à magiſtratu, valet.*

Si fiat remiſſio ex metu à magiſtratu iuſtè incuſſo, ad id vt remiſſio fiat, valebit remiſſio: ſicut in eodem caſu valeret donatio, aut promiſſionis adimpletio: ſi alioqui homo tenebatur remittere, donare, & promiſſum complere: nam talis metus ad id inducit, ad quod homo alioqui tenebatur: ſicut valet matrimonium contractum ex metu à magiſtratu, vel iudice iuſtè incuſſo, vt ſi fidem dediſſet, ſi corrupiſſet, & ita in alijs ſimilibus caſibus.

Corollarium tertium.

34 *Remiſſio debiti facta ex metu probabili dãni notabilis ad hoc incuſſo, non valet, ſecus ſi metus fuiſſet leuis.*

Si fiat remiſſio ex metu probabili damni notabilis ad id incuſſo à perſona priuata, quando eſſet huiuſmodi metus, cauſa principalis, ſeu cauſa ſine qua

non:

non : remiſſio tunc eſſet inualida : ſicut in eodem caſu eſſet inualida donatio: ſecus ſi eſſet metus leuis, & non probabilis : qui nec matrimonium impediret, nedum donationem, aut remiſſionem.

Corollarium quartum.

35 *Remiſſio debiti facta ex metu non lucrãdi id quod ex remiſſione facta lucrari ſperatur, eſt ualida.*

Si fiat remiſſio, aut donatio ex metu non acquirendi bonum, vel lucrum, quod aſſequi ex remiſſione indulta ſperat, ſiue metus ad id fuerit incuſſus, ſiue non : non uitiatur remiſſio, nec donatio : quia talis donatio non metui, in tali caſu, ſed cupiditati lucri ſperati videtur imputanda. Donatio, autem, ex cupiditate facta non ita uitiatur, ſicut ea, quæ ex metu fit. Hæc dixerim, vt occaſionem ſtudioſis offerrem, rem propoſitam particulariùs, ac exactiùs inueſtigandi, & inter metum, in varijs caſibus diſtinguendi.

Corollarium quintum.

36 *Remiſſio debiti obtenta propter ignorãtiã quando ſit ualida in foro iudiciali.*

De ignorantia, etiam, quæ inuoluntarium cauſat, poſſet multipliciter diſtingui in propoſito caſu: poſſet (inquam) aliquis debitum ſibi, remittere vſurario, credens ſibi nihil deberi, aut non tantum, quantum remittit, & hæc dicitur ignorantia debiti. Poſſet, ergo, fieri remiſſio ex ignorantia perſonæ : vt ſi is, cui remittitur, eſt Petrus, cùm putet ſe Ioanni remittere. Poteſt etiam ex ignorantia qualitatis remiſſio fieri : vt ſi is, cui remittit, nec pauper ſit, nec conſanguineus, nec ſanctus, cùm putet eſſe talem : Poteſt etiam ex ignorantia iuris, ſeu facti remiſſio fieri : vt ſi remittit, quia putat ſe ad id teneri, cùm non teneatur. Poteſt denique remiſſio fieri ex ignorantia, ſeu errore ab ipſo debitore cauſato, aut ab ipſo creditore concepto, vt de metu dicebamus. Poteſt denique remiſſio huiuſmodi extorti per vſuram uſurario fieri ex ignorantia inuincibili, ſeu lata, aut craſſa : & maximè expedit ad ualiditatem remiſſionis, inueſtigare, & memoriæ commendare, ex qua ignorantia, vel errore remiſſio contingat fieri.

37 *Remiſſio debiti obtenta propter ignorãtiã quando ſit ualida in foro cõſcientię.*

Attamen licèt in foro iudiciali poſſit habere locum tam multiplex adducta ignorantiæ diſtinctio : in foro, tamen, conſcientiæ, iuris humani diſpoſitionem præueniendo, illa finalis diſtinctio videtur attendenda, ſcilicet, An remiſſio vſurarum ſit facta ex ignorantia inuincibili, aut ex craſſa, ſeu lata : ſi primum, ſiue ſit de debito, quod remittitur, ſiue de perſona, ſiue de qualitate, aut cauſa principali, ob quam remiſſio uſurarũ, uel donatio fit : tunc uitiatur remiſſio, ſimiliter & donatio. Secùs ſi ignorantia erat de cauſa minus principali : aut ſi de principali erat, tamen lata, & craſſa : quia tunc uoluntariũ non tollit, ita nec remiſſionem, nec donationem inualidat. Exempli gratia: Si Petrus realiter mihi debet centum, & ad tantam inopiam deuenit, quòd notabilem patiatur neceſſitatem, ſi illum compellam, ut mihi reſtituat : Remitto illi ob ſuam inopiam principaliter : quàmquàm minùs principaliter, quia conſanguineum eum eſſe puto, cùm non ſit : aut quia doctum, aut ſanctum eſſe puto, cùm non ſit talis : etiam ſi hæc ignorantia in me ſit inuincibilis, non uitiat remiſſionem : cùm circa principalem cauſam non errem. His omnibus corollarijs ſe ſubſcripſit Ioannes à Medina loco citato in probatione præſentis concluſionis. His, ergo, præmiſſis ad auctoritatem Panormitani, & aliorum Doctor. qui in quinta impugnatione fuerunt citati iuxta Sotum ubi ſuprà, & Couarruuiam (qui putauerunt eos aduerſari præſenti concluſioni) quàm facillima erit reſponſio, dicendo (vltra ea, quę ſuprà attulimus in probatione concluſionis, probando eos ſe ſubſcripſiſſe noſtræ concluſioni) Panormitanum nullatenus aduerſatum nobis fuiſſe in dicto c. cùm tu. de vſur.

cò quòd

eò quòd ipſe loquutus fuerit ſolùm de vſurarij peccato vitando: quod veriſſimum eſt, & nos faſſi fuimus paulò antè: & in concluſione, quòd, ſcilicet, opus ſit vſurario (ſi voluerit eſſe immunis à peccato) reſtituere, ſi remiſſionem non obtineret: necnon, & quòd ipſa etiam obtenta, non poterit pœnitere, niſi dimittat animum, & propoſitum non reſtituendi, remiſſione non obtenta: & quidem non addidit Panormitanus, vbi ſuprà, id quod ipſi Doctores eliciunt ex eius verbis, quòd ſi verè pœnitere cupiant omnino (etiam obtenta remiſſione) teneantur reſtituere taliter extorta per uſuram (iam ſibi remiſſa) vt luce meridiana patet in contextu verborum ipſorum, quibus Panormitanus ipſe vſus fuit in dicto cap. conſuluit. & in capitulo, cùm tu. extrà de vſur. Sciendum igitur, quòd in dicto cap. conſuluit, in ver. Et ſingulariter, inquit, & ſingulariter facit iſte textus, quòd remiſſio uſurarum etiam liberaliter facta ab eo, qui ſoluit, non prodeſt ipſi uſurario habenti mentem corruptam, & propoſitum non reſtituendi, remiſſione non facta, quod eſt contra Gloſam in regula, Peccatum, lib.vj. & contra Federicum, vt ſaltem, tempore pœnitentiæ habeat hoc propoſitum, de quo dic vt dixi in capitulo, cùm tu. ſuprà eod. hæc ille Doctor vbi ſuprà. ex cuius verbis elicitur quàm apertiſſimè, ipſum Panormitanum ibi loquutum fuiſſe de peccato ipſius vſurarij, non autem de obligatione reſtituendi: quod patet per id, quod dicit, quòd remiſſio facta vſurario non prodeſt ipſi habenti mentem corruptam: non prodeſt, ſcilicet, animæ ſuæ, cùm ipſa etiam ſtante ratione prauæ intentionis remaneat in peccato vſuræ, quantum in ſe eſt, eò quòd ſi de obligatione omnino reſtituendi remiſſas uſuras loquutus fuiſſet, non addidiſſet ibidem, vt ſaltem tempore pœnitentiæ habeat hoc propoſitum: quod patet per hoc quòd ad veram pœnitentiam non ſufficiat reſtitutionis rei ablatè iniuſtè remiſſio, vel donatio ſibi facta, ſi adhuc vſurarius permaneat in intentione non reſtituendi: vt quàm optimè docuit Ioannes de Medina vbi ſuprà, & nos retulimus paulò antè: exemplificando in eo, cui donatum fuit id, quod diſpoſuerat omnino ille furari, qui licèt in mortali peccato perſeuerauerit quouſque permanſit in tali intentione: tamen non obligatur indè ad illud ſibi donatum reſtituendum: & quòd Panormitanus hoc modo ſuam ſententiam intelligendam à nobis propoſuerit, patet per ea, quæ ſubintulit ipſe Panormitanus ibidem, dicendo, vt ſaltem tempore pœnitentiæ habeat hoc propoſitum, de quo dic (vt dixi in cap. cùm tu. ſuprà eodem titu. in fine) in quo loco poſt relationem ſententiæ Federici, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Et hæc opinio procedit ſecundùm Federicum, etiam ſi uſurarius continuaret vitium uſuræ, ſed Deo tenetur ſatisfacere per pœnitentiam. ſed non video quomodo poſſit nunc rectè pęnitere, niſi pœniteat ſaltem ſe exercuiſſe vſuras, & habeat propoſitum nunc reſtituendi, ſi aliàs remiſſio non fuiſſet ita facta, quòd ſaltem nunc habeat illud propoſitum, licèt non habuerit tempore remiſſionis factæ. hæc ille. ex cuius verbis luce meridiana clariùs patet, ipſum loquutum fuiſſe de peccato vſuræ incurſæ ratione prauæ intentionis, ſcilicet, non reſtituendi uſuras extortas. & quòd non dicat, remiſsionem ſponte ſibi factam, non ſibi valere quoad extinguendam obligationem reſtituendi taliter extorta per vſuram, quam vſurarius per talem extorſionem incurrerat: patet, eò quòd ibi de peccati vſuræ remiſsione à Deo obtinenda loquatur: cùm dicat, nullam eſſe pœnitentiam, niſi pœniteat, ſe, ſaltem, exercuiſſe vſuras: cùm profectò Panorm.

Ll nemo

nemo ponens obicem peccati mortalis ſit capax remiſſionis peccatorum, vt omnes Theologi probant in quarto ſententiarum. Ex his, ergo, patuit Panormitanum ſauiſſe potiùs quàm aduerſatum fuiſſe noſtræ concluſioni, eò quòd ipſe de peccato abolendo loquatur: nos verò de extinctione obligationis talia reſtituendi contractæ ex vſurarum extorſione loquamur: eò magis quòd maxima differentia ſit inter vtraſque propoſitiones, vt patet ad ſenſum ipſum. Et quòd Hoſtienſis in dicto capitulo,conſuluit. eodem modo ſit interpretandus, (vt interpretati fuimus Panormitani ſententiam, patet per verba ipſiuſmet in ſumma, quorum ſeriem retulimus ſuprà in probatione præſentis concluſionis, eò quòd clariſſimis verbis præſenti concluſioni ibi ſe ſubſcripſerit. Ad auctoritatem Dyni, & Ioannis Andreæ, & Ioannis de Anania ſufficiunt, quæ attulimus ſupra,quando probauimus, concluſionem noſtram probari quoque eorum ſententia: cùm ex ſerie verborum, quibus ibi ipſi vſi fuerunt, luce meridiana clariùs patet,ipſos aſtipulatos fuiſſe præſenti noſtræ concluſioni.

Reſponſio impugnationi ſextæ.

Sexto argumento iam fuit ſupra ſatisfactum auctoritate Caietani in opuſculorum tomo ſecundo, quæſtione tertia, circa finem, per adducta in quinta ratione allata in fauorem præſentis concluſionis: cùm reuera huiuſmodi lucrum (ſtante remiſſione dantis ſpontè) dicatur vſurarium per accidens. Vndè non poterit dici, propriè, vſurarium: cùm diffinitio rei non ſumatur ab accidentibus ipſius, verum potiùs ab eſſentialibus ipſius, vt patet exercitatis in doctrina Ariſtotelis.

Reſponſio impugnationi ſeptimæ.

Ad ſeptimum, & vltimum argumentum reſpondetur falſam eſſe conſequentiam illam, dicendo: lucrum hoc vſurarium proceſſit à praua intentione vſurarij, ergo erit reſtitutioni obnoxium (cùm omne lucrum uſurarium ſit reſtitutioni obnoxium): negatur conſequentia, tum quia non elicitur ab illo antecedenti, tum quia dato, & non conceſſo, falſum eſt, quòd lucrum uſurarium ſic remiſſum proceſſerit à praua intentione vſurarij, imò à pia intentione remittentis vſuras: cùm licèt res illa acquiſita fuerit per vſuram à principio, ratione prauæ intentionis, & iniuſtæ detentionis ipſius vſurarij: tamen, poſtquàm lucrum ipſum uſurario fuit remiſſum ſpontè, non erit appellandum amplius lucrum vſurarium ſimpliciter, ſed lucrum, quod priùs fuerat uſurarium, modò licitum, & iuſtum per ſe, ratione ſubſequutæ remiſſionis: vnde lucrum tale priuabitur nomine illo, vſurarium, ſcilicet, veſtietur titulo donationis, & ſic appellandum erit (poſt remiſſionem ſpontè factam) lucrum ex donatione captum: & ſic lucrum donatum, cùm per donationem, ſeu remiſſionem huiuſmodi ſortitum ſit aliud nomen nobilius.

Nec verùm eſt, quòd in argumento dicebatur, indè ſequi, quòd effectus indè ſequutus, vt pote, à radice infecta &c. quoniam lucrum tale vſurarium, (ſtante prædicta remiſſione) non procedit à radice infecta, ideſt à praua intentione vſurarij: ſed (vt dictum eſt) à bona intentione remittentis uſuras: ſi, ergo, ab ipſa proceſſit; patet quòd effectus ipſe (cùm proceſſerit à cauſa non infecta, ſed optima) bonus, & legitimus erit: & ex hoc patet, lucrum huiuſmodi, quod antè ſpontaneam remiſſionem, dicebatur uſurarium,poſt ipſam dicendum fore lucrum donatum, ſeu ex donatione acquiſitum: ſi, ergo,ex donatione acquiſitum lucrum tale dicendum erit: patet, ipſum reſtitutioni omnino non eſſe obnoxium, ſicut nec cætera titulo

titulo donationis nobis exhibita, ac conceſſa, & per nos pacificè poſſeſſa.

Ex his, ergo, omnibus allatis patuit luce meridiana clariùs noſtræ concluſionis veritas.

Octaua concluſio.

Vſurarius cedens bonis, & poſtea aliquid acquirens, an teneatur reſtituere extorta per vſurã, deducto ne egeat.

Vſurarius, qui vt reſtitueret extorta per vſuram, paratus eſt cedere bonis, vel cum effectu ceſſit omnibus bonis ſuis (præter veſtes proprias, quibus corpus eius tegitur, iuxta notata per nos in concluſione quarta præſentis quæſtionis) ei, à quo vſuras extorſerat, excuſatur à tranſgreſſione præcepti de reſtituendo ſtatim omnia extorta per vſuram, nec erit deducendum à dicta ceſſione, ne ipſe cedens bonis, egeat: nècnon debebit etiam tradere ei (cui reſtituere tenetur) ſaltem iuratoriam cautionem de ſtatim reſtituendo, cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit: Vndè ſi poſt ceſſionem aliqua acquiſiuiſſet, ad illa ei reſtituenda (cui talium reſtitutio debebatur) tenebitur, deducto, tamen, ne egeat, quoad iudicium faciendum in foro fori, licèt quoad forum pœnitentialem, ac poli, teneatur illa reſtituere non deducto, ne egeat: etiam ſi huiuſmodi vſurarius eſſet clericus, & hoc in odium vſurarum. Hæc concluſio probatur triplici medio (vltra quàm plurima allata in probationem tertiæ, & quartæ concluſionis præſentis quæſtionis.) Probatur, ergo, primò per argumentum in l. quarta. ff. de ceſſione bonorum. in qua hæc habentur, videlicet: [Is, qui bonis ceſſit, ſi quid poſtea acquiſierit, in quantum facere poteſt, conuenitur.] Idem per argumentum in l. cùm & filijfamilias, C. de ceſſione bonorum. Dixi probari noſtram concluſionem per argumentum in dictis iuribus; quoniam licèt explicitè nulla habeatur mentio in ipſis iuribus de contentis in præſenti concluſione, benè, tamen, implicitè, arguendo ab identitate rationis, eò quòd indè apertiſſimè eliciatur, quòd ſicut quilibet debitor cedens bonis, poſtea ſi acquiſierit aliquid, in quantum facere poteſt, conuenitur, ideſt, in ius vocatur, & ad illud ſoluendum condemnabitur: ſic & vſurarius, cùm & ipſe debitor ſit ratione rei alienæ iniuſtè acceptæ, & poſſeſſæ: quàpropter & ipſe etiam ſi poſt bonorum ceſſionem aliquid acquiſierit, tenebitur uſuras extortas reſtituere iuxta vires facultatis acquiſitæ poſt ceſſionem: dummodo ab huiuſmodi acquiſitis deducatur, ne egeat: quæ conditio probatur apertiſſimè per textum in l. Qui bonis ſuis. ff. de ceſſione bonorum. In qua hæc habentur, videlicet: [Qui bonis ſuis ceſſit, ſi modicum aliquid poſt bona ſua uendita acquiſiuit, iterum eius bona non veneunt. Vnde ergo modum hunc æſtimabimus? Vtrum ex quantitate eius, quod acquiſitum eſt, an verò ex qualitate? Et putarem ex quantitate id æſtimandum eſſe eius, quod quæſiit: dummodo illud ſciamus, ſi quid miſericordiæ cauſa ei fuerit relictum, puta meſtruum, vel annuum alimentorum nomine, non oportere propter hoc bona eius iteratò venundari: nec erit fraudandus alimentis quotidianis. Idem & vſusfructus ei conceſſus, vel legatus, ex quo tantùm percipitur, quantum ei alimentorum nomine ſatis eſt.] & quòd uſurarius deueniens ad pinguiorem fortunam, etiam poſt bonorum ceſſionem teneatur reſtituere, non deducto ne egeat: Probatur per argumentum in capitulo, ſæpe contingit, extrà de reſtitutione ſpoliatorum. in quo traditur illud optimum axioma, dicente Cœleſtino Tertio: [Non multùm intereſt, quoad periculum animæ, iniuſtè detinere, ac inuadere alienum. Dixi probari per argumentum,

38

l. 4. ff. de ceſſione bonorum.

l. qui bonis ſuis. ff. de ceſſ. bon. l. cùm & filijfamilias. C. de ceſſione bonorũ.

c. ſæpe contingit, extrà de reſtit. ſpol.

39

Detinere iniuſtè alienum, & inuadere alienum, an differant.

cùm reuera veritas noſtræ concluſionis eliciatur ex dicto textu, eò quòd ſicut non licet ei, qui non eſt in extrema neceſſitate conſtitutus (qui vel mendicando, vel artificiolo ſuo laborãdo poteſt ſibimet alimenta miniſtraro) furtum committere, licèt ſit in aliquali neceſſitate (vt in cap. ſi quis propter neceſſitatem, extrà de furtis, in quo hæc habentur, videlicet [Si quis propter neceſſitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres: & ſi reddiderit, non cogatur ieiunare.] hęc ibi, cuius canonis verba interpretantur Gloſ. & alij Canoniſtæ ibidem non de neceſſitate extrema laborante, ſed de patiente aliqualem neceſſitatem: & ratio eorum eſt in promptu, quoniam in extrema neceſſitate omnia ſunt communia, ſaltem, quoad vſum præſentaneum pro tunc. ſic in propoſito, cùm vſurarius deuenerit (poſt ceſſionem bonorum) ad ſtatum talem, quòd non reperiatur in extrema neceſſitate, & habeat vnde alienum, vel in totum, vel in partem reſtituere poteſt, neſcio quo iure poſſit in foro conſcientiæ excuſari, cùm nec ad momentum poſſit retinere, vel accipere alienum, quod & verificatur quoque ſententia Sancti Auguſtini (& habetur in capitulo, ſi quid, decimaquarta quæſt. 5.) dicentis, [Si quid inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti.] vt ſæpius fuit probatum in ſuperioribus concluſionibus, & præcipuè in tertia præſentis quæſtionis, & in quæſtione quarta. Idem & clariùs probatur per textum in capitulo, cùm tu. extrà de vſur. in quo ſimpliciter, & abſque conditione præcipitur (in pœnam vſurariorum) vſurarijs ipſis vendere omnes facultates, & ex illarum pretio reſtituere vſuras. & tamen nec habuit reſpectum ne egerent: & rationem huius conſtitutionis ipſemet Alexander Tertius ibidem intulit dicens, [Cùm peccatum non dimittatur, niſi reſtituatur ablatum]: quàpropter ad illas reſtituendas compellendi erunt: vt ſic non ſolùm à pœna, ſed etiam à peccato poſſint (quod per vſurarum extorſionem incurrerant) liberari.] Cùm, ergo, ratio differentiæ quoad forum animæ dari non poſſit, quare antè ceſſionem teneantur extorta per vſuram reſtituere, non deducto ne egeant, & poſt ceſſionem deducto, ne egeant: eò magis quòd iure naturali, & diuino ſemper teneatur vnuſquiſque reſtituere ſtatim id, quod poteſt de re aliena per ipſum iniuſtè poſſeſſa, vt latiùs fuit probatum in concluſione tertia præſentis quæſtionis. quàpropter meritò in vtroque caſu vſurarius tenebitur reſtituere etiam, non deducto, ne egeat: hæc tamen omnia intelligenda ſunt cum grano ſalis, vt recipiant exceptionem, & limitationem ſuprà per me allatam in concluſione quarta præſentis quæſtionis, in qua recenſuimus nonnullas cauſas excuſantes vſurarium à ſtatim reſtituendo: vide, ergo, omnino ibi. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate: Hadrianus, enim, Papa in quarto ſententiarum, titulo de reſtitutione, capitulo, Aggredior caſus ſpeciales, §. ſextò dubitatur, per totum. fol. 50. col. prima, ſecunda, & tertia. Ioannes à Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione quinta. §. Eſt iam dubitatio. per totum. & in quæſtione tertia. §. Tertia cauſa eſt, ceſſio per totum. Hoſtienſis in Summa titu. de vſur. §. Quæ pœna vſurariorum, in ver. Hoc in iudicio contentioſo. Panormitanus in dicto cap. cùm tu. in ver. in facultatibus. Gloſ. ibidem. Ioan. And. in dicto cap. cùm tu. in ver. In Gloſ. & licet. Goffreda in Summa col. 4. §. Quæritur an vſuræ. in ver. Item in iudicio animæ. Archidiac. in cap. quamquàm. in ver. ſed nunquid in hoc caſu. de vſur. in 6. Petrus de Anchar. in reg. peccatum. in cap. peccatum. de reg.

cap. ſi quis propter neceſſitatem, extrà de furtis.

c. cùm tu. extrà de uſur.

Hadrianus Papa Sextus.

Ioſ. à Medina.

Hoſtienſis.
Panorm.

Gloſ.
Ioan. Andr.
Goffreda.
Archid.
Anchar.

de regulis iur.in ſexto,col.9. in verſ.In uſurario vtrum. Antonius de Butrio
Ant.de Butrio.
in dicto capit. cùm tu. col. 4. in ver. Quærit Gloſ. ſuper ver. facultatibus.
Ioannes de Anania in capitu. cùm tu. col. quarta, in ver. In Gloſ. facultatis.
Ioan. de Anan.
& rurſus idem Panormitanus in capitulo olim, el ſecundo. extrà de reſti-
Panor.
tutio. ſpoliatorum, in fine dicens, quòd nec in clerico habeatur reſpectus, ne
egeat, quando conuenitur ex maleficio, (vt in caſu noſtro) cùm maleficium
ſit exactio vſurarum (vt patet ad ſenſum) Sylueſter in ver. ceſſio bonorum.
Sylueſter.
& in ver.Reſtitutio 7.§.6.particula ſecunda. & Raynerius citatus ab Hadria-
Rayn.
no vbi ſuprà. Probatur & tertiò hac ratione: Cùm non magis liceat pro vi-
tæ ſuſtentatione detinere alienum, quàm auferre, eò quòd vtrunque eodem
præcepto ſit prohibitum, videlicet: [Non furtum facias.] Sed certum eſt,
Exodi c.20.
quòd non licet pro ſuſtentatione vitæ aliena ſurripere, niſi in extrema ne-
ceſſitate: Vbi, ſcilicet, alia via non poteſt quis viuere. Inde ſequitur neceſſa-
riò veritas præſentis noſtræ concluſionis, cùm in ipſa ſupponamus, eum, qui
bonis ceſſit, acquiſiuiſſe facultatem aliquam, vltra neceſſaria ei ad vitam ſu-
ſtentandam, & extremæ neceſſitati ſuccurrendum.

Et licèt ſit veriſſima præſens noſtra concluſio, tamen contra ipſam poſ-
Impugnatio præſentis concluſionis iuriũ auctoritate.
ſet quis inſurgere, eam falſam probando triplici medio. Primò, enim, per
textum in l.in condemnatione.ff.de reg.iuris. in qua hæc habentur, videlicet:
[In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnan-
l. in condemnatione.ff.de reg. iur.
tur, non totum quod habent, extorquendum eſt, ſed & ipſarum ratio ha-
benda eſt, ne egeant.] hæc ibi. quò circa videtur dicendum, quòd falſa
fuerit propoſita concluſio, cùm expreſsè contrarium in prædictis legibus
Impugnatio noſtræ concluſionis auctoritate Doctorũ.
ſit cautum: probatur quoque contrariam ſententiam falſam, Doctorum au-
ctoritate. Sotus, enim, in libro quarto de iuſtitia, & iure, quæſtione ſepti-
ma, articulo quarto, in fine, in ver. Ac ſubindè poſſunt. vbi infraſcriptis vti-
tur verbis, videlicet: Ac ſubindè poſſunt licitè illa retinere, quæ ſibi leges
Sotus.
permittunt, puta inſtrumenta ſuæ artis, quotidianaque alimenta, & men-
ſtrua, atque annua: vt habetur in l. qui bonis, ff. de ceſſione bonorum. Eſt
enim habenda ratio ne egeant: vt ſanctè cauetur in l. in condemnatione.
ff. de regulis iuris. Quocirca & ſi bona aliqua poſtea lucrentur, quæ quo-
tidiano victui ſibi ſunt neceſſaria, retinere illa poſſunt: quandoquidem ea-
dem l.qui bonis, iubet non eſſe vendenda. hæc Sotus vbi ſupra. Didacus
Didac. Couar.
Couarruuias quoque in libro ſecundo, capit.primo, num.ſexto. & in prima
parte relect. ſuper regulam iuris, Peccatum, num.primo, §.Hinc etiam, & il-
lud intelligendum eſt: licèt fateatur noſtræ concluſioni Panormitanum,
Rauenn. & Cardinalem in capit. cùm tu. extrà de vſuris, ſe ſubſcripſiſſe di-
centes, huiuſmodi priuilegium datum à lege, his, qui præ inopia bonis ceſ-
ſerint, citra deductionem alimentorum, cùm deuenerint ad pinguiorem for-
tunam, in conſcientiæ iudicio non obtinere: imò ipſos teneri ad reſtitutio-
nem talium rerum ſic acquiſitarum: ipſe, tamen, concludit contrarium te-
nendum fore: cùm iuſtè à lege humana id conceſſum fuiſſet: videtur quo-
que idem poſſe probari auctoritate Ioſeph Angles (in libro inſcripto Flo-
Ioſeph Angles.
res Theologicarum quæſtionum, quæſtione de reſtitutione, articulo ſecun-
do, difficultate decimatertia, vnica concluſione) dicentis, perſonas priui-
legiatas poſſe vti beneficio legum priuilegia concedentium, in foro con-
ſcientiæ: quia cùm ipſæ leges ſint iuſtæ, ius in vtroque foro concedunt: Re-
ſpublica, enim, cùm ſit domina bonorum particularium, indè poterit pro

communi vtilitate, talibus perſonis applicare illa, & tunc quod ſuum non eſt, retinere minimè dicuntur. hæc ille. Idem poterit & probari tali ratione, videlicet:

Maior propoſ. Omne id, quod fit lege permittente, iuſtè fit.

Minor propoſ. At quòd quis poſt ceſſionem bonorum non teneatur reſtituere quod acquiſiuit, niſi prius deducto ne egeat, à lege fuit permiſſum.

Concluſio. Ergo vnuſquiſque poſt ceſſionem bonorum non tenetur reſtituere poſtea acquiſita, niſi deducto, ne egeat.

Maior per ſe patet, quoniam ſi vera non eſſet, ſequeretur neceſſariò hoc abſurdum: quòd id, quod iure fieret, eſſet peccatum. quod conſequens falſum eſſe pateat ſtante ſententia Diui Auguſtini (vt habetur in c. qui peccat. 23.q.4.) dicentis, [Qui peccat, non peccat auctoritate legis.]

Minor propoſitio probatur præ adductis legibus quàm apertiſſimis.

His non obſtantibus adhuc aſſeritur veriſſimam eſſe noſtram concluſioné, quod & palàm fiet ſatisfaciendo, & reſpondendo præ adductis auctoritatibus contra ipſam noſtram concluſionem. Et primò reſpondendum erit ad leges, quæ facere videntur contra noſtram concluſionem, dupliciter reſpondendo, & primò, ꝙ dictæ leges non loquantur in caſu noſtræ concluſionis, ſ. quando quis conuenitur ex maleficio, ſeu quando quis reſtitutioni eſt obnoxius propter aliquod maleficium: ſed quando alia de cauſa, puta propter caſum fortuitum, quo amiſit bona ſua (vt elicitur ex tenore dictarum ll. in quibus nulla fit mentio de maleficio:) & ſic propter inopiã ceſſit bonis, vt etiam optimè docuit Panorm. in c. olim, el 2. extrà de reſtitur. ſpoliat. dicens, quòd etiam nec in clerico habeatur reſpectus, ne egeat, quando conuenitur ex maleficio, & hoc reſponſo quoque ſatisfaciam Soto, qui realiter hoc idem dixerat paulò ante loco citato, in ver. Vltimum autem miſerorum, infraſcriptis verbis utens, videlicet: Vltimum, autem, miſerorum remedium (quod leges miſerabile, ac flebile vocant) eſt, bonis cedere. De quo ſciſcitatur quis forſan: Vtrum tuta conſcientia poſſit quiſque bonis cedere: idque à Republica permitti? Ad hoc cum eadem prorſus diſtinctione reſpondendum eſt. Etenim qui negociationes ſubdolè, & vafrè, vel ingrediuntur, vel exercent, reuera non eſſent permittendi. Hoc profectò peſtilentiſſimum eſt latrocinij genus; neque eſſent iſti à Republica ferendi, ſed ceu latrones plectendi. Qui autem, bona fide negotiant, ſed calamitosè ſunt in pauperiem reiecti, optima conſcientia poſſunt legum beneficio vti. hæc ille. ex cuius verbis patet, ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtræ concluſioni. Idem reſpondetur Ioſeph Angles, cùm ipſe nullam mentionem faciat de eo, qui ratione maleficij eſt reſtitutioni obnoxius: ſed ſimpliciter: vndè interpretanda erit eius ſententia iuxtà diſtinctionem Panormitani, & Soti.

Reſponſio prima ad iura allata cõtra concluſionem.

40

Conuentus ex maleficio, etiã clericus cogitur ſoluere debitum incurſum, non habito reſpectu, ne egeat.

Reſponſio ad Sotum, ipſum concordãdo cũ concluſionis tenore.

Reſponſio ad Ioſeph Angles, ipſum concordãdo cum concluſionis tenore.

Secundò reſpondetur ſic ad leges adductas. Dato, & non conceſſo, quòd ipſę leges loquantur etiam de eo, qui ceſſit bonis ratione contractus maleficij, quo reſtitutioni obnoxius effectus fuiſſet quis: non indè ſequitur, illas procedere in foro conſcientiæ: ſed tantùm in foro exteriori, in quo videtur illis ſuffragari tantùm: ne, ſcilicet, per iudices compellantur inſolidum ſimul reſtituere, quæ debent, ſed retinere permittantur (ſi bonis ceſſerunt) quę illis neceſſaria fuerint, ne egeant: In foro, autem, conſcientię videtur ꝙ tales tuti non ſint huiuſmodi beneficio legis utentes, ſed tenentur inſolidũ reſtituere, niſi cauſa aliquà eos ab integra reſtitutione excuſet. Et ꝙ ita ſit, apparet,

Reſponſio ſecunda ad leges prædictas allatas contra concluſionem præſentem.

41
Lex humana neminem excuſat à peccato tranſgreſſionis legis naturalis aut diuinæ.
Exodi.c.20.

paret, quia leges humanę neminem in conſcientia contra legem naturalem, & diuinã excuſant. Diuina, autem, & naturalis lex hæc eſt, vt quicquid homo alteri debet, reſtituat. Tum ex eo, ꝗ præceptũ eſt [Non furtum facies.] In quo, (vt diximus) non minùs prohibetur rei alienæ detentio, quàm acceptio, vt in cap. ſæpe contingit. extra de reſtitutione ſpoliatorum. Cùm, ergo, pro ſuſtentanda natura, aut ſtatu, non liceat aliena, inuito domino, auferre: vbi aliter poſſet homo ſuæ indigentię prouidere: indè euidentiſſimè, & veriſſimè ſequitur, quòd nec ob eandem cauſam, poterit aliena retinere: quod elegantiſſimè elicitur ex verbis Diui Pauli Apoſtoli (Rom. cap. 13. ver. 7. & 8. [Reddite, ergo, omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: Nemini quicquam debeatis: niſi vt inuicem diligatis:] per quam ſententiam Sancti Apoſtoli docemur, vnicuique debere inſolidum reddi: quod illi noſcitur eſſe debitum: ne dum ſi ablatum fuerit. Quod & confirmatur ex Ezechiele Propheta. cap. 33. ver. 14. 15. & 16. Vbi Dominus impio viam, qua viuere poſſit, demonſtrans, ait. [Si autem dixero impio. Morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium, & iuſtitiam: & pignus reſtituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum, vita viuet, & non morietur: omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium, & iuſtitiam fecit, vita viuet.] ex quib. verbis, quàm apertiſſimè elicitur, huiuſmodi uſurarium non poſſe ſaluari via ordinaria, niſi reſtituat non deducto ne egeat: etiam poſt bonorum ceſſionem, vt in concluſione dictum fuit.

Rom.c.13.

Ezech.cap.33.

Reſponſio ad rationẽ & auctoritatẽ Diui Auguſtini allatam contra cõcluſionem.

Ad rationem adductam in fauorem impugnationis præadductæ modò, quàm facillima erit reſponſio, dicendo, ſententiam Diui Auguſtini, in probationem maioris propoſitionis allatam, intelligendam fore de legis diuinæ auctoritate: quoniam eſſet contradictio maxima aſſerere actum aliquem fuiſſe conceſſum, & fuiſſe prohibitum: cùm peccatum (vt docuit ipſemet Diuus Auguſtinus, quem plerique omnes ſacri Theologi ſequuntur) ſit dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, vt patebit clariùs ex ſequentibus: cùm vtriuſque diuerſus ſit ſcopus: Nam leges imperiales reſpiciunt bonum publicum: pro quo conſeruando aliquando concedunt aliquid tolerando nõ puniendo illud quod eſt contra Dei præceptum, vt impunè maleficiũ à Deo prohibitum fiat, vt patet in conceſſione facta vxoricidij, in caſu quo vir coniugem propriam, vel pater filiam (etiam coniugatam) reperiret in adulterio. Nã ſecundum leges ciuiles, vt patet in l. patri. & in l. marito. ff. ad l. Iuliam de adulterijs, & hoc primò vt bono publico conſulatur, ſecundò incertitudini prolis tertiò honori conſanguineorum ſuccurrañ. quartò compatiendo furori zelotipiæ, & quintò vt ſic compeſcatur effrenata libido mulierum. In foro autem poli, ſiue conſcientiæ adulteram occidere, non ſolùm impunè non licebit, immo propter hoc ſcelus quiſquis talia perpetrauerit mortale peccatum committet: eò quòd indè tranſgrediatur præceptum diuinum, in quo habetur. [Non occides] & per conſequens niſi pœnitentia ſalubri abolitum fuerit hoc ſcelus, tale peccatum perpetrans addicetur pœnis æternis: inſuper vir coniugem talem interficiens priuabitur iure contrahendi cum alia (vt apud omnes Doctores eſt in cõfeſſo) & quòd ſit prohibitum hoc iure pontificio: audi non me, ſed tenorem cap. Inter hæc. 33. quæſtione ſecunda, & eſt Nicolai Papæ ſcribentis Albino Archiepiſcopo in hæc verba, videlicet: [Inter hæc ſanctitas veſtra addere ſtuduit: ſi cuius vxor adulterium perpetrauerit, vtrum marito

42
Peccatũ quid ſit.

43
Adultera quãdo impunè poteſt occidi à patre, & marito, & quare, et in quo foro.
l. patri. & l marito. ff. de adult.

illius

illius liceat ſecundum mundanam legem, eam interficere: ſed ſancta Dei eccleſiá mundanis nunquàm conſtringitur legibus: gladium non habet, niſi ſpiritualem: non occidit, ſed viuificat.] hæc ibi, & ibidem docetur idē per gloſam. Ad rem, igitur, noſtram regrediendo, dico ſecundò, quòd licèt nemo peccet legis auctoritate, multis, tamen, eſt peccatum vti ipſa legis impunitate: cùm illis non tribuat lex ipſa humana (vt probauimus) auctoritatem ea vtendi ſine mortali peccato. Vt patebit, & hoc alio exemplo. Vnicuique tuta conſcientia licebit propter inimicitiam, & aliam rationabilem cauſam, iudicem proprium (vti ſuſpectum declinare per appellationem:) tamen, ſi quis hoc agere uellet in liquido debito (vbi nullum ſibi imminet grauamen) vt dilationem ſolutionis debiti per hunc modum, & per terminorum multiplicationē extorqueat: certum eſt ipſum peccare, non legis (appellationem legitimam concedentis,) auctoritate: quæ ad publicam vtilitatem iuſtiſſimè ſtatuta fuit: ſed propria iniquitate. Sic, ergo, in propoſito caſu. Et per hæc omnia patet quoque reſponſio ad Didacum Couarruuiam, necnon, & veritas præſentis noſtræ concluſionis.

Reſponſio ad Couarruuiam.

Nona concluſio.

44 *Vſurarius quando non teneatur ſtatim reſtituere cum infamia.* Eccleſ. cap. 41. Ver. 15. Prouerb. c. 22. ver. 1.

Vſurarius regulariter abſoluitur à præcepto ſtatim reſtituendi extorta per vſuram, ſi vſurarum reſtitutio ſtatim fieri non poſſet ſine iactura propriæ famæ.

Hæc concluſio probatur quatruplici medio. (Dixi regulariter propter ſubſequentes concluſiones afferendas paulò poſt.) Primò, enim, probatur de iure diuino, per argumen. in cap. 41. libri eccleſiaſtici. Vbi dicitur [curam habe de bono nomine, hoc, enim, magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi, & magni.] & in libro Prouerb. cap. 22. ver. 1. Vbi dicitur [Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.] Dixi, probari concluſionem per argumentum: quoniam ex dictis ſententiis luce meridiana clariùs elicitur, eſſe maioris valoris famam occulti uſurarij reſtitutioni obnoxij cunctis opibus quas ille per uſuras extorſit, & per conſequens, quòd non teneatur ratione reſtitutionis uſurarum, hoc proprij honoris maius diſpendium ſubire. Probatur & ſecundò iure poſitiuo, per argumen. in capitulo, nolo, 12. quæſtione prima, in quo refertur Diui Auguſtini ſententia (infraſcriptis verbis utentis in ſermone de communi uita clericorum, videlicet:) [Propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis, propter vos fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in uobis: tenete quod dixi, atque diſtinguite: Duæ res ſunt, conſcientia & fama. Conſcientia neceſſaria eſt tibi, fama proximo tuo: qui fidens conſcientiæ ſuæ, negligit famam ſuam, crudelis eſt] hæc ibi. Dixi probari concluſionem per argumentum dicti cap. quoniam, licèt explicitè in dicto canone ſermo non fiat de materia noſtræ concluſionis, tamen, benè implicitè: cùm ex ipſo eliciatur crudelem eſſe eum, qui aliquid facit, vndè fama eius denigretur: & cùm crudelitas ſit prohibita ſub præcepto illo negatiuo. [Non occides.] Indè ſequitur, regulariter nemini licere uſuras reſtituere cum detrimento propriæ famæ. Idē probari uidetur per argumentum in cap. Nerui. §. eſt autem. diſtinctione decima tertia, (in quo refertur ſententia beati Gregorij Papæ in libro moralium. cap. 40. Iob libro 32. cap. 18. 19. & 20.) Vbi hęc habentur, videlicet. [Eſt, tamen, quod ad deſtruendas Beemoth verſutias, ſubtiliter fiat, ut dum mens inter minora, & maxima peccata conſtringitur: ſi omnino nullus ſine peccato aditus euadendi patet: minora ſemper eligantur: quia & qui murorum undique

45 *Fama pretioſior auro.* c. Nolo. 12. q. 1.

46 *Famam negligens eſt crudelis.*

47 *Crudelitas eſt probibita ſub præcepto, Non occides.* c. Nerui. diſt. 13.

que ambitu(ne fugiat)clauditur,ibi ſe in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur.] Hęc ibi.& notandum eſt,quòd iccircò dixi concluſionem probari per argumentum,quia licèt explicitè nulla fiat mentio ibi de materia noſtræ concluſionis,benè,tamen,implicitè:cùm ex ipſo doceamur minora mala nos poſſe eligere:inde ſequitur veritas noſtræ concluſionis,cùm minus malum ſit detinere aliena ad tempus,quàm illa reſtituēdo propriæ famæ diſpendium incurrere:quod videtur docuiſſe Innocentium Papam Tertium in cap. officij.extra de pœniten.& remiſſ. [dicendo non fore denegandam ei pœnitentiam, quæ ſuppoſuit ſibi partum, vel ſuſcepit filium ex adulterio,& tamen ſibi timens hoc non vult reuelare marito,licèt ex hoc(vtique) ſequatur maximum detrimentum legitimis hæredibus viri ſui, cùm inde priuentur aliqua parte hæreditatis ſine eorum culpa.] Vnde, ergo, patet idem fore dicendum in caſu noſtræ concluſionis:quod & probat auctoritate dicti canonis arguendo ab identitate rationis.Idem videtur probari per argumentum in capitulo, Duo mala.diſtinctione decima tertia,in quo refertur ſtatutum Concilij Toletani octaui capitulo ſecundo.Vbi hæc habentur,videlicet. [Duo mala licèt ſint omnino cautiſſimè præcauenda:tamen,ſi periculi neceſſitas ex his unum perpetrare compulerit,id debemus reſoluere, quod minori nexu noſcit obligare:Quid autem ex his leuiùs,quidvè grauius,puræ rationis acumine inueſtigemus.]hæc ibi inter alia.Vbi Gloſ.eiuſdem canonis dicit fore intelligenda de eo,qui perplexus eſt,credēs omnino ſe teneri ad aliquod malum opus, quod euitare non poſſit ſine alio peccato,licèt malum nūquàm ſit eligibile: ex his, ergo,videtur probari concluſio noſtra arguendo à fortiori, ſic. Cùm malum ſit de per ſe conſideratum, retinere rem alienam inuito domino, & maius malum ſit prodere ſemetipſum,& infamem ſe reddere, eò quòd, (vt fuit probatum)melius eſt nomen bonum,quàm diuitię multæ: indè ſequitur, nos poſſe differre reſtitutionem vſurarum, ne infamiam talis ſceleris occulti incurramus,licèt omnino ſtatim eas reſtituere teneamur tranſacto tali articulo.Probatur & tertiò præſens concluſio Doctorum auctoritate.Diuus,enim, Thom.licèt explicitè ſe non ſubſcripſerit præſenti concluſioni,benè,tamen, implicitè:eò quòd in ſecunda ſecundæ, quæſtione 62. articulo ſexto, in reſponſione ad ſecundum,dixerit[& ſi homo non teneatur crimen ſuum detegere hominibus,tenetur,tamen,crimen ſuum detegere Deo in confeſſione & ita per ſacerdotem(cui confiteatur)poteſt reſtitutionem facere rei alienæ. Hæc ille Sanctus:quaſi diceret, reſtitutio facienda rei alienæ erit, eo meliori modo,quo fieri poterit. Quapropter ipſa poterit differri quouſque facultas reſtituendi rem alienam ſine periculo infamiæ occurrerit:quod & clariùs faſſus fuit Caietanus ibidem. §. In reſponſione ad ſecundum: Sotus in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtione ſecunda, §. De quinto, ſcilicet,quando debeat fieri reſtitutio,in ver.Debet etiam velle non fieri.Tartaretus in quarto ſententiarum,diſtinctione decima quinta,quæſtio. circa finem,in ver.Sextò arguitur.Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione tertia,capitulo.Quarta cauſa,damnum.& ibidem in quæſtione ſecunda,capitulo.Ad aliud,quod quarto loco.§.Habet,tamen,hoc ſuam. Gabriel Biel in quarto ſententiarum,diſtinctione 15.quæſtione ſecunda,concluſione prima, in ver.ſimiliter quoad ſecundum caſum particularem. Dominicus à Soto. in libro quarto,de iuſtitia,& iure, quæſtione ſeptima, articulo ſecundo, columna quinta,§.In reſponſione ad primum igitur argumentum, in ver. Attamen

iudicio

c. officij. extra de pœnit.& remiſſ.

cap. Duo mala. diſt.13.

Gloſ.

45 *Malum an ſit eligibile.*

S.Thomas.

Caietanus. Tartaretus. Scotus. Ioannes à Medina.

Gabriel Biel.

iudicio meo,loquens ipſe in perſona adulteræ,quæ ſuſcepiſſet filium de adul

Ioſeph Angles. terio.Ioſeph Angles,vbi ſupra,in titulo de reſtitutione,articulo ſecundo,difficultate nona,concluſione ſeptima.& ex Canoniſtis Glo.in cap.ſuam. in ver.

Gloſ. Moleſtiæ.extra de pœnis.dicens,præferendam eſſe exiſtimationis opinionem pecuniario commodo,& idem dicit Glo.in extrauag. Ioannis. 22. incipiente.

Couarruuias. Ad conditorem.§.Rurſus.de verborum ſignific.in ver.honori. Didacus Couarruuias ſuper regulam.Peccatum, in prima parte relectionis.nu.1.§.ſecundo ferè ab eadem ratione,in ver.Præterea ex duobus malis:& ibidem. numero ſexto,§.Quartum.in hac diſceptatione:& rurſus in epitome de ſponſalib.

Syluest. prima parte,capitulo quarto,numero nono,in fine, Syluester in verbo, reſtitutio.quinto,§.tertio,partic. tertia. Tertiò ſi redundaret.

Nauarrus. Nauarrus in ſuo manuali.capitulo decimo ſeptimo,numero 89.& 90.Petrus de Anchar. in regula prædicta,peccatum.de regulis iuris, in ſexto,columna nona,§.ſed reſtat dubium qualiter:ſequens Hoſtienſem in ſumma.titu.de pœnit.& remiſſ.§. Quibus & qualiter.in fine primæ columnæ,& omnes Canoniſtę in dicto capitulo, officij.extra de pœniten.& remiſſ.licèt ipſi Doctores loquantur ibi de adultera,& non de vſurario ſpecialiter,attamen Couarruuias locis citatis regulam hanc optimam deducit ex dicto cap.officij,& Doctoribus ibidem, quòd vnicuique licebit differre reſtitutionem rei alienæ ne patiatur detrimentum in corpore,aut fama: & hoc ipſe Doctor probat in dicto numero ſexto, §.Decimò,ut ad propoſitam,& ibidem in dicto §.Quartum in hac diſceptatione.

Ratio concluſ. Probatur præſens concluſio,& quartò hac ratione,videlicet. Cùm ex duobus malis(quorum alterum neceſſariò imminet) minus malum omninò eligendum

Antecedens. ſit,ut in dicto cap.duo mala:Inde ſequitur regulariter vſurarium nõ teneri ad reſtitutionem ſtatim faciendam,ſi ex reſtitutione ſtatim facta reſtituens ſe redderet infamem.Quapropter potius poterit tuta conſcientia eligere alienarũ rerum per uſuram acquiſitarum detentionem: quàm reſtitutionẽ ſtatim faciendam cum infamia.& ratio eſt, quoniam cùm maior ſit lęſio famę,quàm diuitiarum,ſicuti maius malum eſt,famam proximi,quàm illius diuitias rapere:Indè ſequitur,quòd quemadmodũ quis magis tenetur ſe quã proximum ſuum diligere,ſic,& magis propriam famam quàm bona temporalia proximi:cùm ipſa ſint longè inferioris dignitatis,valoris,ac pretij, & nemo teneatur ad reſtituendum plus quàm acceperit: ſed ad ęquiualens: cùm, ergo,fama ſit pręſtantior cunctis bonis temporalibus,quę per vſuram vſurarius extorſit:Indè ſequitur,ipſum ad huiuſmodi reſtitutionem non teneri,donec pertranſierit periculum de incurrenda infamia per reſtitutionem faciendam.

Impugnatio concluſionis probatur auctoritate. c.Qui ſcandalizauerit. ext. de reg.iur. Et ſi veriſſima ſit noſtra concluſio,poſſet quis nihilominus contra illam inſurgere,nitens ipſam triplici medio probare falſam. Primò per argumentum in cap.Qui ſcandalizauerit.extra de regulis iuris, in quo hęc habentur, videlicet:[Vtiliùs ſcandalum naſci permittimus,quàm veritas relinquatur.] Dixi per argumentum:quoniam,licèt noſtra concluſio explicitè, (Vt iacet in litera)non reprobetur per dictum canonem,benè,tamen, implicitè. Cùm reſtituere ſtatim rem extortam per uſuram pertineat ad ueritatem uitę,& ad principia moralia.Vndè quemadmodum non liceret à diuitibus clam auferre pecuniam,vel quid ſimile,animo,& intentione elargiendi illam pauperibus,qui veriſimiliter penurię impatientes latrocinijs,furtis, & alijs nefandis ſcelerib. ſe ſe exponerẽt:conſimiliter,nec licebit retinere aliena, vt vitetur in proximo

ſcandalum:

ſcandalum:cùm paria ſint alienum auferre & ablatum non reddere:Tutè,igitur, ſeipſum infamando alteri reſtituere tenetur,ſi ſine infamia,reſtitutio fieri non poſſit.

Probatur & ſecundò auctoritate Hadriani in quarto ſententiarum, titu.de reſtitutione,capitulo.Quia prius eſt ceſſare à peccato.§. Sed reſtant duo dubia.per totum: loquentis, tamen, in perſona adulteræ ſuſcipientis filium de adulterio:Idem probari & tertiò hac ratione videtur, videlicet. Cùm ſtatim homo teneatur de neceſſitate ſalutis ceſſare à peccato mortali iuxta ſententiam Eccleſiaſtici.ca.21.ver.2.dicentis.[Quaſi à facie colubri, fuge peccatū] & tamen, patet,quòd vſurarius extorta retinens inuito domino, perſeuerat in furti peccato(Vt ſæpius fuit probatum):indè ſequitur,ipſum teneri ad ſtatim reſtituendum taliter extorta,non obſtante,quòd ex tali reſtitutione,infamiam incurreret:cùm ſibi ipſemet fuerit in cauſa talis infamiæ,& nō is,à quo extorſit vſuras:nam aliàs ille puniretur pro culpa aliena:vt aſſolet dici à Doctoribus de eo,qui lædit innocentem falſo ſuo teſtimonio:quoniam,& ipſe tenebitur illum eripere à malo, ſe ipſum infamando, & confitendo ſe falſum dixiſſe.

Hadrianus.

Ratio contra concluſionem.

Eccleſ. c.21.

His non obſtantibus, adhùc veriſſimam dicimus noſtram concluſionem: quod, & probabitur per adducenda in reſponſionem huiuſmodi impugnationis.

Et primò. Ad dictum cap. Qui ſcandalizauerit,reſpondendo,dico, quòd licèt verum ſit,quòd ipſe canon ſit interpretandus de veritate vitæ omnium, & non,(vt dixerāt Hoſtien.Innocentius,& Panormitanus in cap.officij.extra de pœniten.& remiſſ.)quòd,tantùm, procedat in teſte & iudice, vt patet ex contextu verborum venerabilis Bedæ presbyteri in dicta regula c. Qui ſcandalizauerit:allegati,vt notat Gloſ. ſuper euangelium Marci cap.9. his verbis, videlicet:Nota,quòd in bono opere noſtro aliquando cauendum eſt ſcandalum proximi,aliquando pro nihilo habendum(inquantum ſine peccato poſſumus)vitare proximorum ſcandalum debemus.Si autem pro veritate ſcandalum ſumitur,vtiliùs naſci permittitur,quàm veritas relinquatur. Vbi manifeſtum eſt(vt docuit Hadrianus,vbi ſupra,& Couarruuias,& Medina(loco citando.)Bedam de veritate ibi intellexiſſe,quę ſine peccato non relinquitur, quæ eſt ueritas vitæ,ideſt,conformitas actionum noſtrarum,ad primam veritatem,Deum ipſum obligantem nos ad aliquid faciendum,vel omittendum: Attamen pro maiori dilucidatione veritatis noſtræ veriſſimæ concluſionis.

Reſponſio ad impugnationē & primò ad c. Quis ſcandalizauerit.

Gloſ.

49 *Scandalū quādo uitandum erit.*

ſciendum, quòd iuxta doctrinam Diui Thom.2.2.quæſt.43.articulo primo, in corpore quæſtionis,excerptam à Diuo Hieronymo: Scandalum dicitur, Grecè id,quod nos latini dicimus,offenſionem, ſeu ruinam, vel impactionē pedis.Contingit,enim, quòd quandoque aliquis ob ex ponitur alicui in uia corporali,cui impingens,diſponitur ad ruinam, & talis obex dicitur ſcandalum:& ſimiliter in proceſſu viæ ſpiritualis, contingit aliquem diſponi ad ruinam ſpiritualem,per dictum,vel factum alterius:inquantum, ſcilicet, aliquis ſua admonitione,vel inductione,vel exemplo alterum trahit ad peccandum: & hoc propriè dicitur,Scandalum:& ideò,ſcandalum dicitur dictum, vel factum minus rectum præbens occaſionem ruinæ: & in reſponſione ad ſecundum reddens idem Sanctus rationem,quare dixerit,minus rectum, vt comprehendantur(inquit)tam illa,quæ ſunt ſecundum ſe peccata,quàm illa,quę habent ſpeciem mali,iuxta doctrinam Apoſtoli,Theſſalonicen.cap.5.ver.22. dicentis.

S.Thomas.

50 *Scandalum quid ſit.*

51 *Ratio diffinitionis ſcandali redditur.*

Theſſal. c.1. dicentis. [Ab omni ſpecie mala abſtinete vos] Scandalum,igitur, eſt duplex
52 *Scandalum eſt duplex.* (iuxta Diuum Thomam,vbi ſupra, articulo ſecundo,) ſcilicet, paſſiuum, &
actiuum:paſſiuum in eo,qui ſcandalizatur:& actiuum in eo, qui ſcandalizat,
proximo dans occaſionem ruinæ.Scandalum,ergo,paſſiuum ſemper erit pec
catum in eo,qui ſcandalizatur:non,enim,quis ſcandalizatur, niſi inquantum
aliqualiter ruit ſpirituali ruina,quæ eſt peccatum,licèt non ſpeciale: ſcanda-
53 lum,verò,actiuum poteſt accipi dupliciter,per ſe,ſcilicet,& per accidens:per
Scandalũ actiuum dupliciter capi poteſt. accidens,quidem,(vt docet S.Thom.vbi ſupra, in tertio articulo,in corpore
quæſtionis,)quando eſt præter intentionem agentis, vt puta, cùm aliquis fa-
ĉto ſuo,vel verbo inordinato non intendit alteri dare occaſionem ruinæ, ſed
54 ſolùm ſuæ ſatisfacere voluntati:& ſic non erit ſpeciale peccatum: quia quod
Scãdalum per accidens quid. eſt per accidens,non conſtituit ſpeciem:Actiuum ſcãdalum,autem,per ſe,eſt,
55 quando aliquis ſuo inordinato dicto,vel facto intendit alium trahere ad pec-
Scandalũ actiuum per ſe q͞d? candum,& ſic ex intẽtione ſpecialis finis ſortitur rationem ſpecialis peccati.
His,ergo,præmiſſis, ſciendum fore ſupereſt,quòd id,quod docuit venerabi-
56 lis Beda præsbiter(& habetur in dicto cap.Qui ſcandalizauerit,dicens. [Vti-
Scandali uitandi gratia, quæ non ſint omittenda. liùs ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur]quæ regula om-
ninò accipienda in eum ſenſum eſt:vt de triplici veritate eam intelligamus,
videlicet,vitæ,iuſtitiæ,& doctrinæ.Nec,enim,veritas vitę,nec iuſtitiæ omittẽ-
da eſt propter vitandum ſcandalum proximi:lex,namque,charitatis, quæ di-
ctat,vt plus te, quàm proximum ames:eadem præcipit,vt plus in te quàm in
proximo peccatum vites.Peccaret,autem,quis omittens veritatem,vel uitæ;
vel iuſtitiæ,vel doctrinæ.(Vt latiùs docet Couarruuias ſuper regulam. Pecca
tum,columna ſeptima, §. in hoc tandem ſcandalo,) quapropter oportet præ
notare quod veritas dictat, & intendit adæquationem rei ad intellectum:Om
ne,quidem,illud,quod intellectui recto,ſeu rationi conforme eſt,& adæqua-
57 tum,dicitur verum:Adæquatum item dicitur intellectui,omne id,quod eſt ta
Veritas uitæ quid? le,quale debere eſſe ratio ipſa dictat. Sic ſanè rectitudo operis procedentis
ab anima, veritas uitę appellatur: & ideò ueritas vitę, ideſt, quicquid in pro-
pria ſpecie eſt conforme rationi,& adæquatũ intellectui recto, propter ſcan-
dalum,omittendum eſt.Quia vtiliùs ſcandalum naſci permittitur, quã quòd
veritas relinquatur.Cùm,ergo,dicta regula in dicto cap. Qui ſcãdalizauerit,
non ſit intelligenda(vt cum Didaco Couarruuias,vbi in parte prima, relect.
numero ſexto,§.Decimò,vt ad propoſitam.in ver.Tandem ad formalem)di-
cam,quòd ex virtute eius,huiuſmodi vſurarius non teneatur ad talem reſti-
tutionem,ſtante periculo infamię: cùm huiuſmodi reſtitutio in tali caſu non
pertineat ad veritatem vitæ,aut iuſtitiæ,aut doctrinę: de quibus regula illa lo
quitur:non ad veritatem uitę pertinet (inquam)tum quia ſupponimus vſura-
rium velle reſtituere,& per conſequens reſtituiſſe animo,& affectu;iuxta Do
mini doctrinam,non autem effectu per accidens,ne tranſgrederetur Domini
pręceptum de non infamando ſeipſum contra pręceptum charitatis. neq; ad
iuſtitię veritatem pertinet:cùm is,cui facienda eſſet reſtitutio,conſentiat hu-
iuſmodi retentioni rei ſuę per vſurarium extortę,voluntate elicita, uel debi-
ta:cùm debeat regulariter,ſe uelle potius (iuxta ordinem charitatis) ſpoliari
nonnullis ſuis facultatibus per aliquod tempus,quàm proximum propria fa
ma,cùm maioris pretij illa ſit.Neque pertineat huiuſmodi reſtitutio ad ueri-
tatem doctrinæ:cùm ex tali reſtitutione procraſtinata nihil falſum,& irratio-
nabile doceatur:ſed nec aliquid neceſſariò docendum abſcõditur.& ſic patet
reſponſio

reſponſio ad præallatam auctoritatem c. qui ſcandalizauerit: necnon ad au-
ctoritatem Hadriani, vbi ſupra.

Ad rationem adductam in fauorem impugnationis, quàm facillima erit re
ſponſio, diſtinctione hac vtendo, videlicet. Reſtituere rē alienā, pōt dupliciter
contingere, vel quoad effectum, & opus exterius, vel quoad affectum, & ani-
mi præparationem. Ratio, ergo, illa vera eſt, ſi vſurarius neutro modo reſtitue 58
re vellet, de quo nihil in noſtra concluſione dicitur, cùm ibi ſupponamus ip-
ſum reſtituere affectu, & animi præparatione, licèt non effectu, ſtante tali peri
culo infamiæ. Sed nec contra noſtram concluſionem eſt id, quod ibi ſubdi-
tur: cùm retineat illud contra uoluntatem domini: ergo, furti reatu, ac noxa
ipſe tenebitur donec reſtituerit, quoniam dicitur fur is qui alienum retinet
inuito domino: non autem qui aliquid retinet cum uoluntate domini elicita,
vel debita: & quòd hic vſurarius non reſtituendo ſtatim ſtante tali periculo,
ſe infamē reddendo ex reſtitutione, illud retineat cū uolūtate dñi debita, iam
fuit probatū in probationē concluſionis p̄ſentis: & ſubſequentis immediatè.

Reſtituere alienam rem dupliciter quis dicitur.

Decima concluſio.

Vſurarius, qui aliqua extorſit per vſuram, nō tenebitur ſtatim illa reſtitue- 59
re, ſi ex tali reſtitutione ſtatim facta incurreret damnum vitæ, aut libertatis,
aut famæ: licèt id, quod reſtitutioni eſt obnoxium, ſit maximi valoris: tamen,
tali impedimento tranſacto tenebitur ad ſtatim reſtituendum. Sed ſi extremā
neceſſitatem pateretur is cui reſtitutio huiuſmodi de iure eſſet facienda: tunc
ſtatim reſtituere teneretur. Hæc concluſio probaī triplici medio. primo, enim,
per argumentum omnium iurium, quæ allata fuerunt in probationem præce
dentis concluſionis: nec non per arg. in c. officij. extra de pęnit. & remiſſ. ſecun
dum verum, & communem ipſius intellectum: in quo dixit Innoc. III. quòd
ſ metus, quem habet adultera, vel ea, quæ ſuppoſuit ſibi alienum partum, reue
landi marito, ipſam excuſat à reuelatione huiuſmodi facienda, licèt indè veri
hæredes remaneāt ſine eorū culpa, ꝓpria hr̄ditate denudati] & hoc dixit Pa-
pa, nō diſtinguēdo īter hr̄ditatē magnā, vel paruā, & rō deciſionis hm̄oi fuit,
q̄a fama, libertas, & uita ſunt maioris ualoris, q̄ bona tꝑalia, & nemo teneī ad
reſtōnē minoris boni cū diſpēdio maioris (vt fuit ꝓbatū in p̄ced. cōcl.) Dixi
ꝓbari ꝑ arg. cū licèt explicitè cōcluſio nō ꝓbeī ꝑ d. tex. in c. officij. cū ibi nō
fiat mentio de vſurario reſtōni obnoxio rōne dāni tertio illati ex extorſione
vſurarū, trāſgrediēdo p̄ceptū [Nō furaberis] bn̄, tn̄, implicitè: cū adultera ex
vi eiuſdē p̄cepti teneaī reuelare adulteriū, vt ſatisfaciat dāno iniuſtè ꝑ ipſam
allato veris hr̄dib. ꝑ ſuſceptionē ꝓlis ꝑ adulteriū occultū ab ipſa ꝑpetratum.
Probaī, & ſcd̄ò Doct. auctoritate, q̄ fuerūt adducti in p̄cedēti cōcluſione, prę
ter Sotū (cuius ſn̄ia, & fundamēta poſt adduceņ,) & Hadrianū, & Ioſeph An
gles, & Couar. q̄ vr̄ ſe ſubſcripſiſſe (poſt multa hinc indè adducta) Soti ſn̄iæ.
Probaī nr̄a cōcluſio & tertiò nōnullis ꝓbabilib. rōnib. quarū prima eſt: cū re
ſtōnis obligatio ceſſet (vt ſæpe fuit ꝓbatū) qn̄ is cui faciēda eſt, cōſentit actu
elicito, vel debito: aut qn̄ nō eſt rōnabiliter inuitꝰ, in rei ſibi debitę detētione:
indè ſequiī aptiſſimè, ꝙ qn̄ reſtō fieri nō pōt ſine maiori diſpēdio, & dāno,
& cōtra ordinē charitatis, q̄ ſit rei reſtituendæ iactura: non eſt dicendus rōna
biliter inuitus is, cui res debeī, ſi ſibi non fiat reſtitutio (vt ſupponitur in caſu
præſentis concluſionis.) Nam ſi ſtante tali periculo incurrendi infamiā, vel li-
bertatē, vel uitā amittendi, uſurarius reſtitueret (in caſu, in quo nō adeſſet ſibi
facultas ſtatim reſtituendi extorta per uſuram, ſine incurſu alicuius ex præ no

Vſurarius an reſtituere teneatur, ſi inde incurreret dānum in uita, aut libertate.

c. officij. extra de pęnit. & remiſſ.

Exodi. c. 20.

Ratio prima concluſionis.
Antecedens.
Conſequentia

 minatis

minatis damnis, vtique tranſgrederetur prçceptum, ac ordinem charitatis (vt
60 *Famam ſuam negligens eſt crudelis.* c.Nolo.12.q.1.
paulò poſt latiùs probabitur) nec non appellandus talis reſtitutor eſſet crude
lis, & non iuſtus, ac timens Deum, iuxta Diui Auguſtini ſententiam canoniza
tam in capitulo, Nolo, ſecunda, quæſtione prima. Sic, ergo, ſtante tali pericu-
lo is, cui reſtitutio vſurarum exactarum facienda eſſet voluntate ſi non elicita,
ſaltem, debita, conſentire dicetur retentioni rerum ſuarum ad tempus: ne
tranſgredi velle comprehendatur ordinem, ac præceptum charitatis: & ſic di-
cetur, reſtitutionem procraſtinari in tali caſu, conſenſu, ac voluntate domini
elicita, vel debita.

Secunda ratio. cap.Duo mala. c.Nerui.diſ.13.
Præterea: de duobus malis (quorum alterum neceſſe eſt, eligere) minus eſt
eligendum, vt in capitulo, Duo mala. & capitulo, Nerui teſticulorum. diſtin-
ctione decima tertia. Modò, minus malum eſt non reſtituere ſtatim rem ex-
tortam per vſuram, & ipſa re verum dominum ad tempus priuare, quàm ma-
lum poſitiuè cauſare: in caſu autem præſentis concluſionis rem per vſuram
extortam reuelando reſtituere, poſitiuè malũ infamiæ cauſat (quæ quidem fa-
ma pretioſior cunctis opibus eſt) tacendo, & non reſtituendo exteriori opere:
icircò ad tempus permittitur retentio rei alienæ, quia hoc minus ma-
lum eſt.

Tertia ratio. S.Thomas.
Præterea: libertas, fama, & honor (cùm reſtitui non poſſint) eiuſdem ordi-
nis eſſe videntur iuxta doctrinam Diui Thomæ (in ſecunda ſecundæ, quæſtio
ne ſexageſima ſecunda, articulo ſecundo, in reſponſione ad primum, & ſecun
dum.) Nam idem Sanctus eodem modo loquitur de reſtitutione famæ, quo
de reſtitutione membri abſciſſi, vel uitæ, quando reſtitui non poteſt. Nam in
vtroque dicit par rependi non poſſe, & in utroque compenſandum fore: &
ſpecialiter in reſponſione ad ſecundum, vbi de compẽſatione famę loquitur,
ſe remittit ad prædictam reſponſionem ad primum, vbi loquitur de compen-
ſatione vitæ, aut membri abſciſſi, dicens, in famæ reſtitutione, idem eſſe facien
dum, quod de uita ablata, & membro abſciſſo dixerat, per quod ipſe Sanctus
apertè ſignificauit famam æſtimari non poſſe: indè ſequitur, quòd ſicut uita
61
non poteſt æſtimari pretio, ſic nec & fama: & ſicut homo liber non tenetur ſe
Nemo pro reſtitutione facienda tenetur ſe vendere. l. Illud. ff. ad l. Aquiliam.
vendere, vt reſtituat alienum: ſic nec ſe infamare licebit, quàmuis poſſit com-
penſari, ac ſolui aliquid pro damno ex iactura ſequuto. & quòd nemo ſe uen
dere teneatur, vt reſtituat alienum, probatur per argumentum in l. illud. ff. ad
l. Aquiliam. ex qua elicitur regula illa celebratiſſima. Vbi eadem eſt ratio,
idem ius, vt docet ibidem Gloſ. in verſ. exiſtimari. & apoſtilla in margine di-
61 *Ratio eadem vbi idem ius.* Ratio quarta. Antecedens.
ctæ legis dicit, quòd textus in dicta l. illud. allegatur, quòd vbi eſt eadem ra-
tio, vel æquitas, idem ius ſtatui debet: concordat textus in §. pari ratione. Inſti
tu. quibus modis ius patrię poteſtatis ſoluitur. textus in §. ſi igitur. in fin. Inſti.
Quod cum eo, qui in ali. po. t&c.

62 *Seruitus cum bona fama prę eligenda eſt potius, quàm uita cũ infamia.* l. iſti quidem. ff. de eo qđ metus cauſa. Conſequentia. Ratio quinta.
Præterea. Cùm homo, qui probatæ vitæ, & conſcientiæ habetur, potiùs de
beat ſeruitutem cum bona fama, quàm uitam cum infamia eligere, (arg. in l.
iſti, quidem. §. fin. ff. de eo ꝙ met. cau. Vbi dicitur. [Quòd ſi dederit, ne ſtuprũ
patiatur vir, ſeu mulier, hoc edictum locum habet, cùm viris bonis iſte metus
maior, quam mortis eſſe debeat. At pro reſtituendis extortis per uſuram pro
priã uitam in diſcrimine exponere, nulli unquam præceptum fuit, nec aliquo
iure cautũ. Inde ſequitur, uſurarium non teneri ad ſtatim reſtituẽdũ extorta
per vſuram cum iactura propriæ famæ, quando ex tali reſtitutione pro uſura-
rio haberetur.

Præterea.

Prȩterea. Cùm reſtitutio (vt ſępe fuit probatum) ſit actus commutatiuę iuſtitiæ, quæ æqualitatem inter accipientem, & eum, à quo accipitur, conſtituit: & reſtituere debitum cum iactura propriæ famæ, eſſet reddere debitum, & perdere famam pro ſolo debito, quod longè minoris valoris eſt: Inde ſequitur, uſurarium non teneri reſtituere ſtatim, ſi indè incurreret infamiam. Antecedens. Conſequentia

Ratio ſexta.

Præterea. Vbi eadem ratio idem ius ſemper erit: vt in l. illud. ff. ad l. Aquiliam. At eadem ratio militat in reſtitutione facienda ab vſurario (qui probatæ uitæ habetur) quæ in muliere, quę reſtitutioni eſt obnoxia ratione prolis ſuſceptę ex adulterio, vel quę ſuppoſuit ſibi partum alienum, cùm in utroq; caſu omnes iſti reſtitutioni ſint obnoxij propter damnum, quod proximis ſuis in bonis eorum intulerunt: Cùm, ergo, Innocentius Papa Tertius in caſu huiuſmodi mulierum, decreuerit illis non denegandam pœnitentiam, id eſt, abſolutionem ſacramentalem fore (vt communiter Canoniſtę, & Theologi aſſeuerant,) ſi timore maritorum nolunt facinus detegere, & ſic reſtitutionem damni illati impedire (ſcilicet) hęreditatis, quę conferretur indè non legitimo hęredi, & auferretur indè à vero hęrede, nec ſummus Pontifex diſtinguere uoluit, nec communiter Doctores (niſi pauci aliqui) inter hæreditatem magnam, aut paruam, qua fraudantur veri hęredes: iccircò idem dicendum erit (arguendo ab identitate rationis) de vſurario, qui ne incurrat infamiam, quę apud bonos non minus, quàm mors æſtimatur (vt paulò ante probauimus:) non ſtatim reſtituit extorta per uſuram: vnde concluditur, neceſſariam, non eſſe diſtinctionem illam, an facultas aliena reſtituenda pretioſior ſit fama vſurarij, necne: cùm ſemper fama (vt fama) ſit pretioſior cunctis opibus temporalibus: vt fuit ſupra probatum latiùs.

Septima & vltima ratio concluſionis noſtræ eſt hęc.

Præterea. Si noſtra concluſio falſa eſſet, & contraria vera: ſequerentur infraſcripta abſurda. Primum quorum eſt, quòd nullum inter reſtitutionem debiti, famę, & pecunię diſcrimen eſſet: ac per conſequens, quòd ſemper fama per ęquiualens reſtitui poſſet, contra ſententiam Diui Thomę allatam in tertia ratione, eo quòd ambo ſint abſurda, per ſe patet: cùm ſicut inter bonorum temporalium valorem, & famę ualorem maxima eſt differentia, ſic maiori uinculo quis ad vnum, quàm ad aliud reſtituendum aſtringitur: ſecundum quoque abſurdum eſſe quis ambigat, cùm fama ſit inęſtimabilis aliquo pretio temporali, eò quòd valor famę omnes opes excedat, vt fuit probatū. & ſic ex adductis patuit veritas noſtrę concluſionis.

21 Attamen contra prȩſentem veriſſimam concluſionem inſurrexerunt nonnulli Doctores, quorum primus fuit Hadrianus Papa Sextus in tractatu de ſacramentis, titulo de reſtitutione, capitulo de ſacramento pœnitentiæ. §. Sed reſtant duo dubia. qui Doctor loquens de caſu ſimili (quoad præceptum reſtituendi) in perſona adulteræ, quæ conceperat ex adulterio, an ſcilicet, ex cuſtodirà peccato, non procurando reſtitutionem damni (indè dati uiro) propter timorem incurrendi infamiam: concludit ipſe Doctor, ubi ſupra, folio 45. columna quarta, in verſic. Tutè, igitur, poteſt aſſeuerari, quòd quis poteſt tutè ſeipſum infamando alteri procurare ſuum patrimonium, quemadmodum, ſi quis pro falſo teſtimonio perhibito contra innocentem, tenetur ſeipſum infamando, liberare in noxium etiam ubi ſubeunda foret capitalis ſententia. & paulò poſt in verſ. Ad ſecundum. utitur his uerbis, videlicet: dico, quòd, & ſi regulariter non teneatur homo extra

Prima impugnatio contra concluſionem ex auctoritate Hadriani.

63 *Adultera an teneatur fateri ſuo coniugi, vel legitimis hæredibus uiri ſui ſe ſuſcepiſſe filium ex adulterio.*

 confeſſionem

confeſſionem ſe prodere: vtique, tamen ad hoc tenetur, cùm aliter non poteſt à peccato ceſſare, vt eſt hic de cauſali detentione alieni. hęc ille Doctor & Papa, vbi ſupra.

64 *Teſtis falſus an teneatur ſe prodere vt innocens non puniatur.* Reſponſio ad impugnationē Hadriani.

Ad quem reſpondetur, dicendo, primam rationem non inniti alicui vero fundamento, cùm exemplum per ipſum adductum longè diſtet à caſu propoſito, eò quòd fama longè prætioſior eſt cunctis opibus terrenis: ergo, non ſumus in ſimili: ſi verò quis ſuo falſo teſtimonio infamē reddiderit proximum ſuum, tenebitur vtique cum læſione proprię famæ illi famam reſtituere, eò quòd eſſemus in ſimili. Nec valet quod ſecundo loco dicit, quòd in tali detentione, ratione non reuelationis quis perſeueret in peccato: quoniam verè dicere poſſumus (in tali caſu) ipſum non tenere alienum inuito domino, immo uoluntate domini, ſi non elicita, ſaltem, debita: vt ipſemet Hadrianus paulò antè ibidem innuerat in §. difficultas, igitur, eſt principaliter in ver. Cùm, ergo, nemini: & ſic patet, huiuſmodi vſurarium non eſſe in mortali, dummodo vellet realiter reſtituere, ſi non adeſſet periculum incurrendi indè infamiam, & habeat modo propoſitum ipſo periculo amoto, reſtituere actu ipſo exteriori.

Secunda impugnatio contra concluſionē ex Soto.

Sotus etiam inſurgit contra noſtram concluſionem implicitè loquendo in perſona adulteræ, dicens (in lib. 4. q. 7. ar. 2. col. 6. in ver. Attamē iudicio meo) libranda eſt adulteræ fama, cùm iactura, quam verus hæres facit. Si, enim, pretioſior eſt multò fama mulieris, aliàs nobilis, & honeſtę, quàm hæreditas, quę, fortè, tenuis eſt, conſulendum illi eſt, vt taceat. Si autem hæreditas contra maioris ęſtimatur: nempè ſi eſt illuſtris maioritas, & illa non eſt tanti nominis, detegere ſe tenetur (ſaltem) ſub mortis articulo, vt periculum homicidij non ſubeat: cæteris, tamen, paribus melior eſt conditio legitimi hæredis. hæc Sotus, vbi ſupra, & in eodem lib. 4. q. 6. art. 3. col. 14. in ver. Profectò non eſt: Infrà aſſeruit, videlicet: Profectò non eſt, quòd ambigi poſſit, quin pecunia debeat, nonnunquàm cum detrimento famæ, reſtitui. Primùm, enim, nemini fas eſt, cum detrimento & iniuria alterius ſuum protegere honorem, & famam: neq; alter, qui læſus eſt, tenetur iuri ſuo, etiam pecuniario, cedere, vt qui iniuriam intulit ſuam protegat famam: ſi ſuffuratus es amplam pecuniam, haud dubium, quin debeas omnem adhibere diligentiam, vt ſecretò reſtituas. Si, tamen, neutiquàm ſine famæ, & honoris periculo potes, non ideo debet alter ſua denudari ſubſtantia: maximè, cùm damnum illius graue eſt.

Non, enim, negamus, quin debeat reſpectus haberi famæ, & pecuniæ: ſed, tamen, cæteris paribus, maius eſt ius innocentis, qui à te iniquè læſus eſt. Secundò, quàmuis metaphyſicam inire velimus: & ſi fama genere ſuo præſtantior ſit, quàm pecunia, tamen, poteſt tantùm æris accumulari, vt cumulus ille multò prætioſior fama tua ſit. Eſt quidem aurum ſuo genere argento prætioſius: ſed, tamen, tantum eſſe poteſt argenti pondus, ut multò æſtimetur pluris, quàm minus auri. hęc Sotus, vbi ſupra, cuius dicta colligendo dico, ipſum Sotum in ſumma voluiſſe quempiam teneri ad reſtitutionem rei alienę etiam cum propria infamia, quando res reſtituenda eſſet maximi momenti: & per conſequens non eſſe attendendam diſtinctionem Caietani in commentarijs ſecunda ſecundę, quęſtione ſexageſima ſecunda, articulo ſecundo, dicentis, neminem teneri ad reſtitutionem rei inferioris ordinis, cum detrimento ſuperioris ordinis. ſ. bonorum temporalium, cū detrimēto famę: nec famę cum detrimento uitę: At qm̄ iam ipſi Soto fuit ſatisfactum

Caietanus.

Reſponſio Soto & Couarr.

per

per adducta in allatis rationibus ſeptem, quibus probauimus noſtram concluſionem veriſſimam:iccircò ſuperfluum videtur modò rurſus eadem repetere, cùm ex illis luce clariùs appareat, eius ſententiā non inniti alicui ſtabili fundamento, cum reuerentia, eò quòd contra ipſum ſint tot iura, Doctorum ſententiæ, ac rationes adductæ.

Idem videtur reſpondendum Didaco Couarruuias (qui Sotum videtur ſequi quoad præſentis concluſionis materiam) in prima parte relectionis, nume.6.per totum.

Poſſet rurſus quis inſurgere contra noſtram concluſionem, illam probando falſam infraſcriptis rationibus, quarum prima eſt. Impugnatur rurſus præſens concluſio quatuor argumentis. primum.eſt

Prima ratio contra concluſionem noſtrā, ultra allatas ab Adriano & Soto.

Id, ad quod faciendum iure diuino, & humano præcipimur, omnino à nobis exequendum erit, non obſtante ſi infamiæ, vel mortis incurrendæ periculum inde immineret. Maior propoſ.

At vſurarium reſtituere extorta per vſuras præcipitur iure diuino, & humano, ſcilicet, Pontificio. Minor propoſ.

Ergo vſurarius reſtituere extorta per uſuram tenebitur etiam ſi infamiæ, vel mortis incurrendæ periculum indè immineret.

Maior propoſitio negari non poterit à Chriſtianis catholicis exoptantibus ad uitam æternam ingredi iuxta Domini noſtri doctrinam apud Matth.c.19. ver.17.dicentis, [Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata.] Indè ſequitur nos debere poſtponere uitam, & famam, obſeruationi mandatorum diuinorum. Matt.c.19. Exodi c.20. Ezech.cap.18.

Minor probatur per illud Domini præceptum.[Nō furtum facies] & apertiùs per os Ezechielis Prophetæ cap.18.ver.13. dicente Domino. [Ad uſuram dantem, & ampliùs accipientem, nunquid viuet? Non viuet] & ibidem in ver.17.[Si à pauperis (inquit) ininria auerterit manum ſuam, uſurā, & ſuper abundantiam non acceperit, & in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur: ſed vita uiuet. Idem probatur per textum in capitulo, ſuper eo. extra de vſuris. & quòd uſurarius prædictus teneatur reſtituere, vt emendet peccatū commiſſum per extorſionem uſurarum, prædictis diuinis præceptis, conſtringitur, iuxta doctrinam ſacrorum Theologorum ſupra per me relatam. Cùm reſtitutionis præceptum contineatur (vt latiùs dixi in quæſtione vigeſima ſeptima, concluſione prima,) ſub pręcepto negatiuo illo [Non furtum facies] immo, & expreſſius docuit Innocentius Tertius in capitulo, conſuluit. extra de vſuris, cùm dicat, uſurarium mentalem ad taliter extorta reſtituenda inducendum fore efficaciter, ideſt, cum effectu (vt optimè docuit Panormitanus ibi) in foro animę. Vnde uidetur fuiſſe ab utroque iure diuino, ſcilicet, & Pontificio, pręceptam reſtitutionem uſurarum exactarum. c.ſuper eo.ext. de vſur. c.conſuluit. extra de vſur.

Pręterea: Vtiliùs ſcandalum naſci permittitur, quàm quòd veritas occultetur, ſeu relinquatur. Vt habetur in capitulo, Qui ſcandalizauerit. extra de regulis iuris: Si, ergo, ſcandalum hominum poſtponendū erit veritati uitę (qualis eſt lęſis ſatisfacere) igitur, arguendo à fortiori, indè ſequi videtur, quòd fama, & mors propria poſtponenda fuerit pro ſeruanda eadem veritate uitę: cū ipſa ſit pro uitando ſcandalo poſtponenda, iuxta regulam illam vulgatam: ſi vinco uincentem te à fortiori vincam te. Cùm, ergo, reſtituere alienum, & his (qui per nos lęſi ſunt) ſatisfacere, pertineat ad veritatem uitę. Cùm ſit de principijs moralib. naturalib. & diuinis, inde vr̄ ſequi, ꝙ vſurarius teneatur reſtituere ſtatim extorta per uſurā, licèt per hm̄oi reſtitutionē, infamiam incurreret. Ratio ſecunda contra concl. Antecedens.

Ratio tertia contra concl. Antecedens.

Si quis falſum teſtimonium contra innocentem dixiſſet in foro animæ teneretur dictum ſuum in iudicio retractare,& inſonti ſuam famam reſtituere, licèt ipſe ratione talis reſtitutionis factæ,infamis efficeretur,vel ultra infamiã plectendus foret pœna talionis,& forſan,capitali ſententia.

Conſequentia. Ratio quarta. Antecedens.

Indè ſequitur,quòd infamia, vel mors, quæ procederent ex reſtitutione rerum extortarum per vſuram non liberant hominem à præcepto ſtatim reſtituendi.

Si vera eſſet concluſio propoſita,inde ſequeretur, & hoc aliud abſurdiſſimum,quòd læſus non poſſet tuta conſcientia rem à ſe furtiuè, vel alias iniuſtè ſublatam in iudicio petere,vt ſtatim aſſequi poſſet ſuum: Cùm talis petitio vergeret in infamiam lædentis: immo aliquando in pernitiem propriæ vitæ.

Conſequentia.

At conſequens eſt falſum,ergo,& antecedens:& quòd ſit falſum,patet luce clariùs: quoniam omnibus indifferenter licet ſe lędentes accuſare in iudi-
64 cio:Vndè hoc non tantùm conceſſum à iure reperitur laicis, verùm etiam ipſis clericis(cùm proteſtatione,tamen,præmiſſa,)quòd ipſi intendant illos accuſare citra pœnam ſanguinis(& hoc ne inciderent in irregularitatem) quod quàm apertiſſimis verbis docuit Bonifacius Papa Octauus, & habetur in ca. Prælatis & clericis,de homicidio in 6. Ergo concludendum videtur (ne huiuſmodi abſurdum concederetur) vſurarium ſtatim teneri ad faciendam reſtitutionem,quàmuis ex tali reſtitutione incurreret infamiam ipſe reſtituens.

Clerici accuſantes aliquos criminaliter quid facere debeant,ne incurrant irregularitatem.

ca. Prȩlatis. de homic.in 6.

His adductis rationibus non obſtantibus, aſſeueratur adhùc noſtram concluſionem eſſe veriſſimam. Vt ex reſponſis adducendis contra argumenta allata patebit.

Reſponſio ad primam rationem allatam contra concluſionem.

Ad primam ſyllogiſticam rationem reſpondendo; dico, maiorem falſam ita generaliter intellectam,& ad eius probationem dicitur, quòd adducta auctoritate Sancti euangelij non aliud probatur, niſi, quòd de neceſſitate ſalutis oporteat nos ſeruare Domini mãdata:quod & non negamus:attamen Dominum mandaſſe huiuſmodi reſtitutionem in caſu incurrendæ infamiæ,hoc negamus:tum quia in tali caſu, nec ius naturale, nec diuinum obligat uſurarium ad ſtatim reſtituendum cum tali damno ipſius maximo:& ratio eſt:quia ius naturale,& diuinum obligant ad reſtituendum alienum,& lęſis ſatisfaciendum:tunc,ſcilicet,quando iniuſtè,ſeu iniurioſè alienum retinetur. Quando; autem,ex conſenſu domini elicito, aut debito res alicuius detinetur: non eſt iniuſta,nec iniurioſa detentio: ideò tunc ceſſat obligatio ſtatim reſtituendi: tum etiam, quia hoc clariſſimè elicitur ex textu in capitulo, officij. extra de pœnitentia, & remiſſione.in quo Innocentius Tertius declarauit,non teneri adulteram reuelare ſe ex adulterio ſuſcepiſſe filium (licèt indè verj hæredes priuarentur hæreditate ſibi iuridicè debita) quando à reuelando eam impediret timor, quo ſibi timeret. Cùm, ergo, timor amittendi propriam famam ſit timor iuſtus: patet quòd uirtute dicti canonis, vſurarius à reſtitutione extortorum per vſuram ſtatim facienda eximatur,arguendo à ſimili.

c. officij. extra de pęnit.& remiſſ.

Reſponſio ad ſecundam rationem.

Ad ſecundam dicendum, quòd licèt regula illa procedat, non tantùm de veritate iuſtitiæ,verùm etiam de veritate uitæ:falſum,tamen,eſt, quòd ad veritatem uitæ pertineat reſtituere læſis in caſu concluſionis noſtræ(ſcilicet) cum detrimento propriæ famæ.Dicuntur,enim, ea opera eſſe de ueritate uitæ ſpiritualis,ſine quibus charitas haberi,aut conſeruari in nobis non poteſt, ſeu ſine quib. verè Dei uoluntatem(prout tenemur)non adimplemus.

In caſu,

In caſu, autem, noſtræ cõcluſionis non eſt voluntas Dei conditionata obligatoria (ipſo ſic volente) vt cum infamia vſurarius reſtituat ſtatim extorta per vſuram: & ſic patet falſum eſſe, quod dictum fuit, quòd in caſu noſtro ſtatim reſtituere pertineat ad veritatem vitæ.

Reſponſio ad tertiã rationẽ

Ad tertiam negatur ſimilitudo, cùm is, à quo procuratur reſtitui famam ab ipſo falſo teſte (qui ipſum dicto ſuo infamauerat): requirit, vt lædens æquale diſpendium incurrat, licèt per accidens: ſed is, à quo procuratur reſtitutio vſurarum cum reſtituentis infamia, longè maius diſpendium incurreret, quam intulerat is, qui læſerat illum: & ſic non ſumus in ſimili.

Reſponſio ad quartam rationem.

Denique ad quartam obiectionem dicendum, quòd non valet conſequentia illa ſic dicendo: læſus poteſt accuſare vſurarium in iudicio, & indè ille talis infamiam incurreret, ergo, vſurarius ſua ſponte tenetur ſe infamare, reſtituendo extorta per vſuram, quando alia via ei non pateret: cùm crudelis eſſet tunc negligendo famam propriam (vt docuit Sanctus Auguſtinus, & habetur in c. nolo. 12. q. 1. eò magis, quòd ſic transgrederetur præceptum charitatis de ſe diligendo: quoniam ſicut nemo auderet dicere: Carolus furatus fuit centum: At omnis fur ſuſpendendus eſt (hoc eſt, iuſtitia ſuadente) ergo ſi Carolus voluerit eſſe tutus in conſcientia, tenebitur, vel ſe præſentare iudici, ipſius ſententia ſuſpendendus, vel ſeipſum laqueo necare. Sic, ergo, in propoſito: licèt vſurarius poſſit accuſari de crimine vſuræ, & indè infamiam meritò incurrere, non tamen indè ſequitur, poſſe eum reſtituendo propriam infamiam procurare.

c. nolo. 12. q. 1.

Ex his omnibus patuit veritas prꝫſentis noſtræ concluſionis decimæ, quę, quidem, cùm contineat, & abſoluat difficillimam quæſtionem, erit ſummoperè memoriæ commendanda, & amplectenda ab omnibus.

Vndecima concluſio.

65 *Vſurarius reſtituẽs uſuras creditori ſui creditoris de voluntate eius, verè reſtituit.*

Vſurarius reſtituendo rem extortam per vſuram creditori eius, à quo extorſit de voluntate eius, à quo extorſerat ipſe, liberatur à præcepto ſtatim reſtituendi ei, à quo extorſerat.

Hæc concluſio probatur triplici medio: primò per argumentum in c. qui facit per alium, de reg. iur. in ſexto. vbi hęc pulcherrima regula traditur. [Qui facit per alium, eſt perindè, ac ſi faciat per ſeipſum.] Dixi probari per argumentum, quoniam etſi explicitè concluſio præſens non probetur per illum, tamen benè implicitè: cùm ex illa non tantùm eliciatur, quòd qui ſoluit manu aliena de ſuo, habebitur, ac ſi ipſe manu propria ſoluiſſet: verùm etiam, quòd qui mandauit ſolui alij nomine ſuo, id (quod ſibi ſoluendum erat) exiſtimandum erit, ac ſi ipſi fuiſſet ſolutum. Idem probatur per argumentum in l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pignor. act. vbi hæc habentur, videlicet: [Solutam autem pecuniam accipiendum, non ſolùm ſi ipſi, (cui obligata res eſt) ſed & ſi alij ſit ſoluta voluntate eius, vel ei, cuius hæres extitit.] Idem habetur in l. in uito. C. de ſolutionib. Dixi probari concluſionem per argumentum: quia licèt explicitè ipſa concluſio verbis ipſius legis non probetur, eò quòd ibi ſermo non habeatur de vſurario: benè, tamen, implicitè, cùm loquatur textus de quolibet debitore: eò quòd & vſurarius in terminis præſentis concluſionis, debitor quoque ſit appellandus, vt patet ad ſenſum: ergo concluſio noſtra probatur per dictam l. arguendo ab identitate rationis. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate: Ioannes de Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſt. 3. cap. quinta cauſa. D. Antonius de Butrio, Ioannes

c. qui facit per alium, de reg. iur. in 6.

l. ſolutum. ff. de pignor. actio.

l. in uito. C. de ſolut.

Io. à Medina. Ioan. Andr. Ant. de Butrio.

doli mali creditor remouebitur. Idem eſt, ſi creditori eius numeratam pecuniam ratam creditor non habeat.hæc ibi.Dixi,probari per argumentum à ſimili: quoniam reuera, eadem ratio militat in vſurario, qui ſoluit creditori creditoris ſui ipſo ignorante,vel inuito: quæ militat in omnibus debitoribus erga ſuos creditores: de quibus generaliter emanauit præallata Imperialis conſtitutio. Nec contra noſtram concluſionem eſt textus in dicta l. inuito. quoniam hic non dicimus non remanſiſſe apud creditorem quandam actionem ipſum vocandi in ius,ac ſi non ſoluiſſet penitùs (vt in dicta l.inuito.) ſed ꝙ vſurarius in iudicium uocatus ſtatim exceptione doli mali ſe tuebitur, & à iudice veniet abſoluendus ſtante uera ſolutione facta dicti debiti, quæ vergit in utilitatem ipſius creditoris. Probatur inſuper & ſecundò noſtra concluſio auctoritate Doctorum: nam ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni Bartolus in l.ſolutum.§.ſolutam.ff.de pign.actio.num.2. Gloſ.in dicta l.ſi opera.in ver. Idem eſt.Panorm.in c.ea te.de iureiur.in fine.Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Si vera non eſſet noſtra concluſio, ſequeretur ꝙ vnicuique liceret locupletari cum aliena iactura; conſequens eſt falſum; ergo, & antecedens. ergo fatendum erit ueram eſſe noſtram concluſionem,& ꝙ conſequens ſit falſum,probatur per tex.in c.locupletari.de reg. iur.in ſexto,in quo dicitur[Locupletari nemini licet cum aliena iactura,uel iniuria.]. & ꝙ indè locupletaretur creditor cum aliena iactura, per ſe patet: quoniam is,cui reſtituere tenebatur uſurarius, aſſequeretur bis quod ſuum erat: quod eſſe iniuſtiſſimum per ſe patet.

Bartol.
Gloſ.
Panor.
Ratio concluſ.
Antecedens.
c. locupletari. de reg.iur.in 6.
Conſequentia

Quartadecima concluſio.

Quamuis in foro fori veriſſimæ ſint precedentes concluſiones:In foro,autem, conſcientiæ ueriſſimum quoque eſt, ꝙ uſurarius, uel quicunque alius debitor ſoluens creditori eius,à quo,ipſe extorſerat (etiam eo ignorante,uel inuito) per iniuſtitiam aliquid, liberatur à præcepto illud idem denuò reſtituendi ei à quo ipſe ſic iniuſtè acceperat. Hæc concluſio probatur triplici medio: Primò,enim,per argum.in c.ſine culpa.de reg.iur.in ſexto.in quo hęc traditur regula, videlicet: [Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.] Dixi per argum.in dicto cap. probari noſtram concluſionem,quoniam reuera, ſi uera non eſſet noſtra concluſio, puniendus eſſet uſurarius iſte ſine ſua culpa: cùm oporteret eum debitum ſoluere bis, poſtquam geſſerat negotium ſui creditoris utiliter,maximè ſtante & alia pulcherrima regula iuris in c.bona fides,de reg.iur.in ſexto. in quo hæc habentur,videlicet: [Bona fides non patitur,ut ſemel exactum,iterum exigatur,] ex quibus omnibus palàm fit, uſurarium huiuſmodi, ſaltem, in foro conſcientiæ non teneri rurſus reſtituere, quod iam ſemel reſtituit nomine creditoris ſui in utilitatem eiuſdem, à quo ipſe extorſerat illud per uſuram. Inſuper probatur per argum. in l.ſoluendo.ff.de neg.geſt.in qua hæc habentur,uidelicet:[Soluendo quiſq; pro alio licet inuito, & ignorante liberat eum. Quod autem alicui debetur, alius ſine uoluntate eius non poteſt iure exigere. Naturalis, enim, ſimul & ciuilis ratio ſuadet, alienam conditionem meliorem quidem etiam ignorantis, & inuiti nos facere poſſe,deteriorem non poſſe.] hæc ibi. Idem ferè dicitur in l.ſolutionem.ff.de ſolutionib. Dixi probari noſtram concluſionem per argum. in dictis legibus; quoniam licèt explicitè de materia noſtræ concluſionis non loquantur, benè, tamen, implicitè, cùm ex ipſis luce clariùs eliciatur,unicuiq; licere ſe liberare à debito,ſoluendo tertio,ipſo creditore ſuo

69
Vſurarius reſtituens creditori mutuatarij ſui (à quo ipſe vſuras extorſerat, ipſo inuito,vel ignorante) ipſas uſuras extortas;in foro conſcientiæ liber remanſit ab obligatione illas reſtituendi.
c.ſine cauſa.de reg.iur.in 6.
ca. Bona fides. de Reg. iuris in ſexto.
l.ſoluēdo.ff. de Negot. geſt.
l. ſolutionem. ff. de ſolut.

inuito, vel inſcio: Cùm, ergo, omnibus hoc liceat, patet hoc licere ipſi etiam vſurario: vnde ex his patet, ipſum indè liberari ab onere denuo ſoluendi ei, à quo extorſit, pro quo ſemel ſoluit: cùm ſolutionem hanc teneatur in foro conſcientiæ ille (nomine cuius fuit facta ſolutio) ratam habere: eò quòd indè nullum detrimentum patiatur: & ſi ratam non haberet, & vellet denuo ſibi debitum ſolui, peccato iniuſtitiæ ſe fœdaret: quod bona fides, & rectitudo conſcientię non ſubſtinet, vt patet ad ſenſum: imò eſſet furtum manifeſtũ. Probatur præſens concluſio & ſecundò auctoritate infraſcriptorum Doctorum, de quorum numero eſt Ioãnes de Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſt. 3. capit. quinta cauſa eſt, ſolutio debiti facta creditori creditoris. Gloſæ dictorum canonum, & legum, & Gloſ. in §. primo. in ver. ſolutio fiat. Inſtit. quibus modis tollitur obligatio. Syluеſt. in ver. ſolutio. § 4. partic. 2. & Canoniſtæ in dictis regulis. Probatur inſuper & tertiò hac ratione præſens

Ratio concluſ.

concluſio: Cùm iccircò reſtitutio rei alienę à Deo præcipiatur, vt dominus, à quo iniuſtè aliquid fuerat extortum, reddatur priſtino ſtatui, ſeu ſtatuatur in priſtino ſtatu, eò quòd reſtituere nihil aliud eſt (iuxtà doctrinam D. Thomæ in 2.2. quæſt. 62. artic. 1. in corp. & omnium Doctorum) quàm rem ſtatuere in primo ſtatu. Indè, ergo, ſequitur, huiuſmodi vſurarium fuiſſe abſolutum à præcepto reſtituendi, eò ipſo quòd facta ſolutione (ad quam tenebatur) eius creditor ſtatutus, ac collocatus fuerit in priſtino ſtatu: cùm & ipſi opus fuiſſet de ſuo ſoluere debitum ſuo creditori, niſi ſoluiſſet illi ſuus debitor: quod contigit quando ille ſumpſit ſecuritatem, vel apothecam, ſeu inſtrumentum confeſſionis, fatendo ſibi fuiſſe ſatisfactum pro rata ſolutæ pecuniæ à ſuo debitore per manus ipſius uſurarij: virtute cuius inſtrumenti tutus, ac ſecurus erit creditor uſurarij ſe non moleſtandum fore à ſuo creditore. Ex quibus omnibus patet, omnes hoc modo priſtino ſtatui eorum fuiſſe redditos, ac per conſequens omnibus ſatisfactum fuiſſe.

S. Thomas.

Reſtituere q̃d ſit.

Quintadecima concluſio.

69

Vſurarius an excuſetur à reſtitutione uſurarũ propter ingreſſum religionis.

Vſurarius excuſabitur à reſtitutione uſurarum non ſolùm ſtatim facienda, verùm etiam pro ſemper propter ingreſſum illius in religionem approbatam, emittendo ibi profeſſionem. Primò ſi antè ingreſſum (vel ſaltem antè profeſſionem) ceſſiſſet bonis (ſi quæ habuiſſet) ijs, à quibus ipſe extorſerat uſuras. Secundò ſi (ſalua regulari diſciplina) nihil in clauſtro lucrari poſſet, aut ſpem non haberet aliqua bona hæreditandi. Sed ſi antè ingreſſum eius in religionem, habuiſſet undè ſoluere potuiſſet uſuras: & ſua bona donaſſet monaſterio, vel ex poſtfacto ratione ſui monaſterium hæreditaſſet aliqua bona quocunque titulo (ſine intereſſe, & recompenſatione facienda à monaſterio donatori huiuſmodi.) In his ergo caſibus monaſterium illud iuxta ualorem rerum ſic acquiſitarum teneretur uſuras creditoribus dicti uſurarij ſoluere. Idem ſi dictus uſurarius aliquo artificiolo ſuo aliqua lucraretur: & ratio eſt, quoniam in huiuſmodi caſibus dictus uſurarius non abſolueretur à præcepto reſtitutionis: cùm poſſet indè illas reſtituere, vel ſaltem monaſterium, in prædictis caſibus: aliàs eſſet abſolutus à tali præcepto (vt diximus, & probabimus) Nec aliquo iure talis uſurarius nullo pacto ualens reſtituere extorta per uſuras tenebitur permanere in ſęculo (abſtinendo ab ingreſſu religionis) vt lucrari poſſit aliqua, vt indè poſſet uſuras extortas reſtituere: dummodo ſpiritu Dei ductus fuiſſet ad religionem: & non ut euaſiſſet incommoda, quę in ſęculo permanens, incurriſſet ratione dictarum uſurarum exactarum, &

licèt

licèt vera ſint prædicta de iure communi.& ſecundùm ſententias Doctorum paulò poſt recitandorum:tamen,adhùc limitabitur aſſerendo ipſam ueram: Primò,quando talis ingredi volens religionem principaliter moueatur(vt dixi) ad ingreſſum Spiritu Dei, & non ut effugeret ſeculi ærumnas indè ſuccedentes ſibi. Secundò, quando talis nõ fuiſſet decoctor,aut dilapidator rei ſuæ familiaris,& ſe grauaſſet æris alieni ingenti vi, ſeu debito:aut diſſipaſſet alienam pecuniam ſuæ fidei commẽdatam,& ut effugeret ratiocinia ingredi,modò vellet religionẽ. Quod ex uerbis,& mente legislatoris, ſcilicet, Sixti Quinti,uidetur elici:cuius verba referam,in fine omnium; quæ afferuntur pro defenſione præſentis concluſionis. Quapropter dicerem(remittendo me ſaniori iudicio)ingredi poſſe religionem(non obſtante tali conſtitutione)eum,qui ſine aliqua culpa ſit grauatus ære alieno:& in ſeculo non habeat vnde ſoluat, & Dei Spiritu ingreditur.

Hæc concluſio probabitur triplici medio. Primò, enim,per argumentum in capitulo, Cùm tu,extra de vſuris[in quo Alexander Tertius ſtatuit,uſurarios,(qui habent in facultatibus,vndè reſtituere poſſint) compellendos fore ad reſtitutionem:illos,verò,qui non habent,nulla pęna mulctandos: cùm eos nota paupertatis euidenter excuſet.] Hæc ibi. ex cuius verbis elicitur ueritas noſtræ concluſionis,quoniam ſi vera non eſſet noſtra concluſio: indè ſequeretur, quòd huiuſmodi uſurarij poſſint puniri aliqua pœna:quod patet,quoniã maxima pœnarum eſt, non poſſe ſequi inſtinctum Spiritus Sancti dictantis ſibi ingreſſum religionis:cùm unuſquiſque ad ipſum ſequendum debeat eſſe liber,iuxta Diui Apoſtoli ſententiam, dicentis. [Vbi Spiritus ibi libertas]2. Corinth.cap.3.ver.17.& vt docuit Innocentius Tertius,& habetur in capitulo,licet,extra de regul.& tranſac.ad relig.[Qui Spiritu Dei aguntur,non ſunt ſub lege:]& ex his patet,ergo,quòd hi tales uſurarij acti Spiritu Sancto, tuta conſcientia ingredi poſſunt religionem,arguendo à fortiori:hoc modo: videlicet: Cùm auctoritate dicti canonis vſurarius,qui non eſt ſoluendo,nõ poterit aliqua pœna plecti, vel cogi ad manibus propriis acquirendum, undè extortas vſuras reſtituere poſſit:ſed ſolùm ad reſtituendum extorta per uſuram ſi habet facultatem: Indè ſequitur,quòd à fortiori non erunt moleſtandi huiuſmodi ab ingreſſu religionis,ſi non habent facultatem reſtituendi uſuras extortas:Cùm & effecti religioſi Dei amore ſpoliauerint ſe libertate,quæ cuncto auro pretioſior eſt:eò magis, quòd in tali ſtatu ipſe uſurarius poterit creditores ſuos magis iuuare impartiendo eis bona ſpiritualia: quàm ſi reſtituiſſet temporalia:cùm longè pretioſiora ſint ipſis temporalibus. Inſuper, & idem probatur per argumentum in capitulo ſecundo, extra de pignoribus; in quo Gregorius Tertius dixit:[Lex habet, ut homo liber pro debito non teneatur,& ſi res defuerint, quæ poſſint pro debito addici.]hęc ibi,ex quib. elicitur ueritas noſtræ concluſionis, quoniam aliàs indè ſequeretur, quòd homo liber pro debito poſſit teneri:nec refert,quòd textus loquatur de detentione in carcere:quoniam utique carcer iccircò eſt pœna:quoniam repugnat libertati,ac uoluntati ipſius carceri mancipati:Cùm nihil pœnale ſit, quod ſecundum cor noſtrum eſt:ſic,ergo,in propoſito,ij,qui contra uoluntatem propriam detinentur in ſeculo,dicendi erunt detenti in carcere: quàpropter concludendum eſt,quòd ſicut perſona liberi hominis pro debito detineri non poteſt(ſi non habeat unde ſoluat debitum)ſic uſurarij, qui modo non ſunt ſoluendo,ingredi uolentes religionem, non ſunt contra eorum uoluntates detinendi

c.cum tu.extra de vſur.

2.Cor. c.3.

c licet. extr.de regul. & tranſ. ad relig.

cap.2.extra de pignoribus.

70

Homo liber teneri in carceribus an poſſit pro debito, ſi non habeat vnde illud ſoluat ſuo creditori.

Doctores, & rationes pro ipſis contra præſentem veriſſimam concluſiónem, operæ pretium duxi ad verbum referre ſententias facientes pro noſtra concluſione, & contra noſtram concluſionem, vt veritas eius magis elucéſcat.

Sciendum, igitur, quòd Diuus Thomas, vbi ſupra, infraſcriptis verbis uſus fuit, videlicet: Ille, qui eſt obligatus ad aliquid certum, non poteſt illud licitè prætermittere facultate exiſtente. Et ideò ſi aliquis ſit obligatus vt alicui rationem ponat, vel ut certum debitum reddat, non poteſt hoc licitè prætermittere, vt religionem ingrediatur: ſi, tamen, debeat aliquam pecuniam, & non habeat vndè reddatur, tenetur facere quod poteſt, vt, ſcilicet, cedat bonis ſuis creditori.

Propter pecuniam autem perſona liberi hominis ſecundum iura ciuilia non obligatur: ſed ſolùm res: quia perſona liberi hominis ſuperat omnem æſtimationem pecuniæ. Vndè licitè poteſt (exhibitis rebus ſuis) religionem intrare: nec tenetur in ſeculo remanere, ut procuret unde debitum reddat. hæc ille Sanctus: qui loquitur de eo, qui Spiritu Dei compulſus ingreditur religionem. Caietanus ibidem in commentarijs ſequitur ſententiam Diui Thomę addendo hoc pulcherrimum notabile dicens ſecundò: quanta differentia eſt inter leges noſtri temporis, & antiqui temporis. Caietanus.

Nam apud ueteres, perſona liberi hominis obligabatur, vt patet in libro quarto Regum. capite quarto, verſiculo primo. Vbi mulier uidua conquæritur apud Heliſæum, quòd creditor accepturus erat filios ſuos in ſeruos pro pecunia ſibi debita: Nunc, verò, iura diſponunt, perſonam liberi non obligari pro debito pecuniario. hæc ille. Petrus à Palude, verò, magis explicitè approbat noſtram concluſionem in quarto ſententiarum, diſtinctione trigeſima octaua, quæſtione tertia, articulo ſecundo, concluſione tertia, infraſcriptis uerbis vtens, videlicet: propter debita, ut ſcribendo, vel operando lucretur ad ſoluendum, non debet remanere in ſeculo: quia profitendo cedit bonis, & ſi non creditori, tamen, religioni, vt illa pro ſe ſatisfaciat, quæ tenetur: vnde nec in religione tenetur operari manibus ad ſoluendum: ſicut nec in ſeculo teneretur, ſi ceſſiſſet bonis. Si autem promiſiſſet manibus operari, ſicut propter hoc non prohiberetur ſuſcipere crucem, & ſufficeret tunc tradere intereſſe, vel bonis cedere: ſic non obſtante hoc, poſſet religionem intrare: ſed ſi bona ſufficiunt, debet illi ſolui intereſſe, aliàs inanis eſt actio creditoris, quam excludit inopia debitoris. Si, enim, obligato ad matrimonium, immo etiam poſt matrimonium contractum licet intrare religionem: multò magis poſt omnem áliam obligationem: immo etiam videretur, quòd nec ad intereſſe teneretur: ſicut iura ad nihil reſtituendum obligant couiugem, qui matrimonio non conſummato intrat religionem, altero inſcio, vel inuito, qui, tamen, in multis propter hoc ſæpe damnificatur.

70 Perſona liberi hominis an aliquando obligari potuerit pro debito pecuniario.

Pet. à Palud.

Hæc Paludanus, vbi ſupra, Nicolaus etiam de Orbellis in quarto ſententiarum, diſtinctione trigeſima octaua, quæſtione prima, §. vigeſimo, ſimpliciter ſequens ſententiam Diui Thomæ noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſit: Sylueſter in ſumma, in verbo, religio. ſecundò. Nic. de Orb.

Syluest. Gloſ. Doctores ſexti Specul.

§. quarto, & quinto, Gloſ. & Doctores Canoniſtæ & Iuriſtæ omnes in dictis iuribus eos interpretando, prout interpretati fuimus ipſa iura: ſed ſpecialius, & apertiùs quodammodo ex Canoniſtis infraſcripti ſe ſubſcripſerunt præſenti noſtræ concluſioni, videlicet, Speculator in libro quarto, titulo de ſtatu monachorum. §. Quatrageſimo ſeptimò quæritur. qui dixit, quòd ſi ingreſſus religionem habeat creditores, conuenietur monaſterium nomine ſuo, vel nomine ingreſſi monaſterium, & ſatisfaciet pro quantitate rerum, quæ ſibi obuenerunt: ex quibus patet, ipſum Doctorem uoluiſſe non impediri ingredi volentem religionem ratione debiti, ſed tantùm teneri creditori ſatisfacere eo modo, quo poterit.

Goffreda.

Idem & clariùs dixit Goffreda in ſumma. in titulo de obligatis ad ratiocinia. §. Quæritur de eo, qui iurat. in verſic. In eo antem, qui vult. Vbi infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. In eo autem, qui vult ingredi monaſterium: dico, quòd non obſtante tali obligatione, intrare poteſt, excuſante ipſum zelo religionis, & afflatu Sancti Spiritus, vt in capitulo, Duæ. decima nona, quæſtione ſecunda, (ſupra relato.) Monaſterium autem tenetur ſatisfacere de his, quæ contulit eidem ingreſſus: ſed & is, qui nihil contulit: ſi, tamen, poſt ingreſſum ipſius, monaſterium aliqua quæſiuit ex perſona ipſius, puta, per ſucceſſionem hæreditariam, vel alio modo, in tantum tenetur, quantum illud eſt, quod quæſiuit illi, cui monachus eſt obligatus: argumentum in capitulo, ſi qua, decima nona, quæſtione vltima: Sed ſi non ſatisfaciat, nec monachum defendat, patietur miſſionem bonorum illorum. Vel monachus in monaſterio faciat quod promiſit, dum, tamen, non impediatur obſeruantia regularis: & ex his patet quid dicendum de poteſtate, qui iurauit regimen ciuitatis: De magiſtro, qui iurauit regimen ſcolarum per annum. De capellano, qui iurauit ſeruire in officio capel-
71 laniæ. An iſti poſſunt religionem intrare: Non, enim, iuramentum uiolat, qui in melius illud mutat: ut in capitulo, peruenit. el ſecondo, extra de iureiurando.

Iuramentum mutatũ in melius nõ dicitur uiolatum. ut in ca. peruenit. el 2. extra de iureiurando.

Hoſtien. Innocen. Ant. de Butrio. Ioan. Andr. Panor.

Hæc ille: cuius ſententiæ infraſcripti Canoniſtæ ſe ſubſcripſerunt, videlicet: Hoſtienſis in ſumma. titulo de obligatis ad ratiocin. ordin. uel non. §. Quis obligatus impeditur. in verſ. Quid ſi talis uult intrare. Innocentius Quartus in rubrica tituli. De obligatis ad ratiocinia, vbi concludit, quòd qui nulla fraude ducitur, liberè, & ſecurè ingrediatur religionem. & reliqua ferè addit quæ Goffreda docuit: Dominus Antonius de Butrio, & Panormitanus in capitulo primo, extra de obligatis ad ratiocinia, ſequuntur Innocentium, & Goffredam, ſe ſubſcribendo præſenti concluſioni, Ioannes Andreas in dicto capitulo primo, ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni.

Ratio concluſ.

Probatur & tertiò noſtra concluſio hac ratione, videlicet. Cùm, enim, nulli unquam dubium fuerit, huiuſmodi ære alieno grauatum poſſe tuta conſcientia debito non ſoluto ingredi religionem: indè ſequitur, huiuſmodi uſurarium (de quo quæritur in præſentiarum) tuta conſcientia poſſe ingredi religionem non ſoluto debito, & ſine uoluntate creditoris: Antecedens ab omnibus confirmatur tanquam ueriſſimum: conſequentia probatur: nam licèt creditor non conſentiat ingreſſui religionis actu uoluntatis

Antecedens. Conſequentia

elicito,

elicito, tamen, benè conſenſit actu uoluntatis debito: quoniam patet, unumquemque ex præcepto diuino teneri ad diligendum proximum ſuum, & ei uelle omne bonum, quod ſibi rationabiliter teneretur uelle: At ingredi religionem eſt optimum, ergo, ſi quis uocatus non fuerit, tenebitur uocato non præſtare impedimentum. Si, ergo, tenebitur non præſtare impedimentum, inde ſequitur, ipſum teneri conſenſum uſurario ſuo debitori præſtare de ingrediendo religionem pro ſalute æterna animæ ſuæ: Vnde patet, ei non conſentire in hoc, eſſe iniuſtum, & contra charitatem: præponendo proprium commodum temporale ſaluti æternæ animæ proximi ſui: quam facillimè ingrediendo religionem poterat ille aſſequi.

Et licèt (meo quidem iudicio) noſtra concluſio veriſſima ſit, & multis medijs probata: nihilominus poſſet quis contra illam inſurgere, nitendo illam probare falſam duplici medio. & primò Doctorum auctoritate. Impugnatio cõcluſionis au ctoritate Doc.

Quapropter ſciendum, quòd noſtræ concluſioni aduerſatus fuit Ioannes Gerſon, qui aliàs dicitur Cancellarius Pariſienſis, in ſecunda parte, (cui ſe ſubſcripſerunt multi ex Doctoribus Pariſienſibus) dicens, quòd debitor, qui in ſeculo poſſet creditoribus ſatisfacere, ſi per ingreſſum religionis ſe impoſſibilitat ad ſatisfaciendum, malè agit: nec releuatur poſtea, quominus teneatur (ſi poſſit) debita priùs contracta ſoluere: hæc ille Doctor, cui aſtipulatur Ioannes à Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione tertia, capitulo incipiente. Octaua cauſa eſt, religionis ingreſſus: qui & addit infraſcripta, contra noſtram concluſionem, in §. Ad quintum, videlicet: primò, quòd profeſſio huiuſmodi valeat, licèt per illam impotentem ſe reddat ad debita ſoluenda: & ratio eſt, quia ſi facultates, per quas ſatisfacere poſſit, aliis diuerſis, quibus velit, donet, tenebit donatio, etiam ſi indè debitor ille maneat omnino impotens ad reſtituendum: Ita igitur ſi ſuam perſonam ſponte alteri ſubiiciat, & ſeipſum alteri tradat, tenebit traditio: cùm in hac re non minùs libera ſit perſona illius, quàm res: & ita ſi ſe ipſum per profeſſionem religioni tradat, tenebit traditio: ex quo ipſa perſona non erit ſerua creditorum, nec erat creditoribus debita: ſed res ſunt, quæ in genere debebantur, quanquàm perſona eſſet creditori obligata, ad illi ſatisfaciendum, & ita in hoc tenet uerum, quod Sanctus Thomas pro ſe citabat, ſcilicet, quòd propter pecuniam perſona liberi hominis non obligatur: quia, ſcilicet, liberè poteſt de ſua perſona facere, quod velit: ita vt ſi perſonam tradat, teneat traditio: quàmuis per circunſtantiam poſſit huiuſmodi traditio uitiari. Secundò, religionem, tamen, ita de facto ingreſſus tenebitur, (ſi poteſt) curare, ut creditoribus ſatisfaciat, artem aliquam intra monaſterium exercendo, vndè aliquid lucretur, idque ex conſenſu prælati ſui, qui illi tenetur ad id licentiam dare. Tertiò, vel pro eo debita creditoribus ſoluere: vel quartò, quòd ſi intra monaſterium quicquam lucrari non poteſt, quod poſſet extra: tenetur extra monaſterium id quærere, vnde ſatisfaciat: Idque de licentia ſui prælati, ut ſuprà. Quintò, cauendum, tamen, illi eſt, ne talia exerceat, vnde ſcandalum præſtet, aut religio deriſioni exponatur. Sextò, Nam his inconuenientibus exiſten-

Et confirmatur ex dictis Doctoris Sancti,qui tenet,filiũ non poſſe religionem ingredi;patrem ſuum in extrema,vel quaſi neceſſitate relinquendo,ſi illi poteſt ſubuenire:& non ob aliud, niſi quia ad ſubueniendum patri iure naturæ,& diuino tenetur. Sed eiſdem iuribus tenetur debitor ſuis creditorib. ſatisfacere:idque ex vi præcepti Decalogi.[Non furtum facies.& hæc omnia argumenta adducit Medina contra noſtram concluſionem. Exodi c.20.

Gabriel quoque Biel in 4.ſententiarum,diſt.38.quæſtione prima,dubio ſecũdo,in examine corollarij primi in ver.Corollarium primum non quadrat dictis Cancellarij Pariſienſis.Vbi in fauorem opinionis dicti Doctoris nonnullas rationes affert. Gabriel Biel. Impugnatio Gabrielis Biel contra concl.

Prima quarum eſt:quoniam,ſi ſine licentia creditoris quis voueret religionem, hoc faceret in fraudem ipſius, cùm ſe impoſſibilitet ad ſoluendum debitum. Prima ratio Gabrielis.

Secundò,quia non debet recipi in monaſterium,niſi monaſterium promiſerit ſoluere pro ipſo:quoniam aliàs ipſum fraudulenter ingreſſum recepiſſet monaſterium:etiam iam profeſſum effectum ipſum poſſet monaſteriũ expellere,niſi monaſterium prece,vel pretio ſic obligatum attraxiſſet,velmunus ab eo recepiſſet. Ratio ſecunda

Tertiò. Profitens ſic fraudulenter non ducitur Spiritu Sancto, quia Deo authore nemo fit deterior. Ratio tertia.

Quartò:ſic obligatus debet differre profeſſionem non obſtante religionis voto,donec ſatisfaciat creditoribus.Sic dicitur de habente parentem pauperem,& neceſſitate conſtrictum,quòd priùs tenetur prouidere illi, cùm alius non vult,aut non poteſt:& dehinc monachari. Ratio quarta.

Quintò:ſic obligatus plus impeditur monachari,quàm alteri uoto, aut iuramento ſolo:quia ſi iuraui me uelle ſponte dare alicui decem florenos, poſſum intrare religionem,& iuramentũ in melius commutare non ſoluendo decem florenos:quia commutat iuramentum in melius:ſecus vbi obligatio oritur ex furto,vel pecunia mutuata & fortè ſecundum illam diſtinctionem poſſunt concordari Doctores:in uno etenim ſolum acquiſitum eſt dominium,in alio autem realiter damnificatur proximus. Ratio quinta.

Sextò:ſic obligatus tenetur laborare manibus, vt ſatisfaciat non obſtante, quòd per hoc cogitur ſtare in ſtatu minori,quàm ſit religio. Poteſt, enim,quis eſſe impeditus ritè,& legitimè per minus bonum ab ingreſſu religionis cauſa multiplici.Aliàs non uidetur cur ſerui,aut ratiocinijs grauati non poſſint ordinari,aut monachari. Ratio ſexta.

Septimò:ſi nulla eſt probabilis coniectura,præſumptio, aut ſpes, quòd unquàm quocunque modo honeſto poterit ſatisfacere creditoribus in toto,uel in parte,poteſt de licentia iudicis religionem intrare, & bonis cedere: maximè ſi eſt perſona libera: & ubi non eſt conſuetudo, quòd carens ære luat in corpore:nec impeditur laborando à profectu ſalutis: fortè plus impedietur, & grauabitur in monaſterij rebus. Et dato,quòd ſit perſona libera,iam ſe fecit ſeruum per furtum,quòd poſſet in carcerem trudi, & mulctari pro delicto:quid,enim,aliud eſt ingredi non ſatisfactis creditoribus, niſi ſpoliare creditores rebus ſuis. Quàmuis,enim,cùm quis cedit bonis creditoribus ſuis, omnia dimittat:tamẽ,habet iurare,quòd ſi uenerit ad pinguiorem fortunam, ſoluet in toto,vel in parte debitum. Ita quòd ſi quid poſt ceſſionem bonorũ lucratur,vel acquirit:acquirit creditori.Vndè ſi ſponte ſe reddit impotẽtem, Ratio ſeptima. 74 *Debitor poſt ceſſionem bonorum, ad quid tenetur.*

uidetur peierare,& fraudem iniquam committere.hæc Gabriel Biel. vbi ſup. Reſtat modò,quòd(Deo dante) reſponſum demus præadductis rationibus, quibus dicti Doctores nixi fuerunt probare concluſionem præſentem falſam. & primò aduerſabimur adductis rationibus ac deciſionibus à Ioanne à Medina,deinceps alijs adductis à Gabriele Biele,vt omnia gradatim, & ſigillatim dilucidentur.

Reſponſio ad Medinam.

In primis,ergo,animaduertendum,quòd id,quod dixit Ioannes de Medinà, vbi ſupra, in deciſione præſentis quæſtionis in reſponſione ad quintum: quòd ſi monaſterium ingreſſi non poſſit,vel nolit ſoluere debita taliter ingreſ
75 ſi,& profeſſi: tunc ſi non appareat aliud medium creditoribus ſatisfaciendi: quàm quòd dimiſſo habitu in partes aliquas ſecedat, &c.maxima me admiratione affecit,cum animaduertam tantum Doctorem conſulere id, quod ſine peccato mortali,& incurſu excommunicationis maioris,fieri non poſſe à quo quã poſt profeſſionẽ ſine diſpẽſatione papali, decreuit Bonifacius Octauus, & habetur in capitulo,vt periculoſa.Ne clerici vel monaci,in ſexto, & ibi per omnes Canoniſtas.quapropter mihi eius ſententia non placet,cùm ſit contra animæ ſalutem,& conſulat prohibitum ab eccleſia ſancta: ex quo patet quoque non eſſe benè dictum quod ſubdidit ibidem dicens prælatum teneri huiuſmodi licentiam monacho illi tradere,ſcilicet, morãdi extra monaſterium ſine habitu,vt debita ſoluat,cùm in hoc non poſſit ſecum diſpenſare, niſi Papa,qui condidit canonem ipſum:Indè etiam patet,uerum (cum reuerentia tamen)non eſſe quod idem ſubdidit ibidem dicens, prælatum teneri huiuſmodi licentiam indulgere monacho ſic ære alieno grauato.

Vſurarius, q non ſolutis vſuris ingreſſus fuit religionẽ, an poſt profeſſionem poſſit dimittere habitum & ad ſeculum redire, vt inde aliqd lucretur, ut vſuras exoluat.

c. vt periculoſa. Ne clerici, vel monachi ſexto.

His adductis pro confutatione nonnullorum, quæ ille adduxerat in deciſione huiuſmodi quęſtionis: ſupereſt modo vt reſponſum demus rationibus, quas ipſe Medina contra noſtram concluſionem adduxit.& primò contra primam rationem Ioannis Medinæ,dico,quòd licèt uerum ſit,quem teneri debita ſoluere creditoribus ſuis de iure naturali, & diuino, ſi adſit facultas debita huiuſmodi ſoluendi: Non, tamen, ſequitur indè eundem ad id teneri iiſdem iuribus ad acquirendum aliqua cum periculo animæ, ut indè debita ſoluat: quod ſæpe contingit in ſeculo negotiando: ſed dato, & non conceſſo,quòd huiuſmodi euidentiſſimum periculum non adeſſet,dico, quòd neque in ſeculo hac de cauſa teneretur.& ratio eſt:quia propter debita, ſicut quis non incurrit neceſſitatem ſe uendendi,& ſic ſe propria corporis ſui libertate denudandi(vt fuit ſatis probatum)quod ſequeretur, ſi non poſſet ingredi religionem,& contra propriam libertatem,& uoluntatem morari in ſeculo.Quapropter,cùm pro debito perſona liberi hominis nõ poſſit obligari, ſed ſolùm bona:ſufficiet tali ingredi uolẽti religionem,cedere bonis,vt docuit diuus Thomas,& reliqua iura & Doctores allati,ac citati in probationem præſentis noſtræ concluſionis.

Reſponſio ad primam rationem, qua uſus fuit Io. à Medina contra con tenta in noſtra præſenti concluſione decima quinta.

Reſponſio ad ſecundam rationem.

Ad ſecundam dicitur,quòd non uidetur benè dictum,hoc modo arguendo,non ſunt facienda mala,ergo,obſeruandum eſt id,ad quod faciẽdum præcipimur,ut reddere debita,& c. ad hoc dupliciter reſpõdet. Primò, quòd vbi eadem eſt ratio,idem ius.vt in l.illud.ff.ad l. Aquiliam.At eadẽ ratione aſtringimur ad ſoluenda debita proximo noſtro, qua ad ſeruandum iuramentum factum de aliquid ſoluendo alicui (licèt hoc fiat gratis.) quod, & probatur: Cùm ad iuramenta prædicta ſeruanda teneamur iure naturali, quo præcipimur pacta ſeruare:& iure diuino, quo præcipimur hoc idem facere ſub illis verbis,

uerbis, videlicet, nec iures uana per ipſum:& tamen, textus eſt apertiſſimus in capitulo, peruenit. el ſecondo. extra de iureiurando. in quo traditur illud axioma vulgatiſſimum atque veriſſimum, videlicet: [Propoſitum, aut promiſſum non infringit, qui in melius illud commutat] & quòd vſurarius hic commutet in melius huiuſmodi promiſſum, per ſe patet: cùm melius ſit ingredi religionem non ſoluto huiuſmodi promiſſo, quàm propter ipſum ſoluẽdum morari in ſeculo, vt Gabriel Biel, vbi ſupra, docuit. Secũdò, quoniam, ex hoc, tertio inferiori non fiat iniuria obediendo tertio ſuperiori illius, ideſt, Dei vocationi: maximè cùm omnium bonorum temporalium, & ſpiritualium, ipſe ſit verus, & directus dominus, licèt poſſeſſores ipſorum ſint vſufructuarij, ſeu dicantur vtiles domini, & diſpẽſatores: indè ſequitur, quòd ipſi vſurarij vel debitores alij à Domino vocati ad famulandum ipſi Domino in ſancta religione: videtur tacitè ipſis omne debitum Deum indulſiſſe. Quapropter non tenebuntur pro eius ſatisfactione moram trahere in ſeculo: ſed uocem Domini adimplere ingrediendo illicò religionem: Vnde patet, quòd licèt regulariter ingredi in religionem ſit de conſilio: erit, tamen, de præcepto poſt uocationem Domini: cùm unuſquiſque teneatur Domino omnium præcipienti morem gerere ſtatim.

ca. peruenit, el 2. extra de iure iurando.

76 *Promiſſũ non infringit qui illud in melius commutat.*

Ad tertiam rationem reſpondetur, ipſam procedere in eo, qui habet facultatem reſtituendi, & non reſtituit: non autem in caſu noſtro: in quo ſupponimus ingredientem non habere in bonis, vndè ſoluat creditoribus ſuis, & iam ceſſiſſe bonis, vel cedere paratum eſſe.

Reſponſio ad tertiã rationẽ

Ad quartam reſpondetur, quòd à diuerſis illatio fieri non debeat: & quòd ſint diuerſa, patet: quoniam ſeruus, & uxor (poſt cõſummatum matrimoniũ) non habent poteſtatem corporis proprij: ſed eorum domini, vel mariti: & ſic perſonæ eorum ſunt obligatæ illis, quorum ſunt ſerui, vel uxores: non autem ſic dicitur de perſona liberi hominis ære alieno grauata: quoniam (vt ſupra probauimus) perſona liberi hominis non obligatur pro debitis: ſed tantùm bona ipſius liberi hominis, ſi quæ haberet.

Reſponſio ad quartam rationem.

His, ergo, adductis in reſponſionem eorum, quæ contra noſtram concluſionem Ioannes à Medina, vbi ſupra, adduxerat: Iccircò opus erit inſuper ſatisfacere rationibus adductis à Gabriele Biele, vt veritas noſtræ concluſionis palam fiat omnibus.

Ad primam, ergo, rationem allatam à Gabriele, dico, nihil concludere illã contra noſtram concluſionem, cùm fundetur ſuper præſumptione: noſtra, verò concluſio ſuper veritate: eò quòd ſupponimus, huiuſmodi vſurarium ingredi religionem inſtinctu Spiritus Sancti: Doctor, tamen, ille ſupponit illum ingredi non diuino amore, ſed timore anguſtiarum, quibus circumuallatur grauatus ære alieno.

Ad ſecundam, dico, quòd licèt monaſterium huiuſmodi ingredientem adhuc nouitium poſſet expellere, tamen, non probatur inde ad id teneri: quod vtiq; ſi non teneretur, & ille vſurarius ad profeſſionem admitteretur, & indè nullum lucrum aſſequutum fuiſſet, patet ipſum monaſterium non teneri (vt ſupra probauimus) ad ſoluenda eius debita.

Ad tertiam, dic vt reſpondi ad primam rationem. Cùm vtriuſque idem fundamentum, & ratio ſit.

Ad quartam reſpondetur, non militare eandem rationem in ære alieno grauato, & filio habente parentes in graui neceſſitate exiſtentes, qui ſine illius

præſentia,

præſentia,& ope non poſſent uiuere:quoniam alieno ære grauatus, (vt diximus alias)eſt perſona libera,& ſui iuris,quæ pro debito obligari non poteſt: cùm longè ſit prætioſior libertas quacunque auri quantitate:perſona, vero, filij non eſt libera vſquequaque, cùm reputetur eadem perſona cum patre, vt in l.fin.C.de impub.&.alijs ſubſti.)Si,ergo,eadem perſona,ſe quitur,quòd filius ſit quid patris:quod patet,cùm Doctores,& iura dicant, patrē exiſtentem in neceſſitate poſſe filium vendere:vt in l.ſecunda, C.de patrib. qui filios ſuos diſtrahunt.& talis uenditio ualida eſt.Cùm,ergo,non ſit eadem ratio,ne que idem ius fore per ſe patet.& eſt textus in l.illud.ff. ad l.Aquiliam.

l.fin.C. de impuber. & alijs ſubſtit.

l.2 C.de patribus qui filios ſuos diſtrax.

76 *Ius idem, ubi eadem ratio.*

77 *Pater in neceſſitate conſtitutus poteſt filios vendere.*

Reſponſio ad quintam rationem.

Ad quintam reſpondetur negando diuerſitatem obligationis, cùm eadem obligatione,ſcilicet,præcepti iuris naturalis, & diuini obligemur ad promiſſa(cum iuramento facta)ſeruanda, qua obligamur ad ſoluenda debita, vt ſupra probauimus: & tamen, ipſe Gabriel ibidem fatetur vnumquemque tuta conſcientia poſſe ingredi religionem,licèt indè impediatur ab implendo promiſſa:Vnde uidetur quaſi(cum reuerentia,tamen,tanti Doctoris)ſibimet cōtrarius in hoc.

Reſponſio ad ſextam rationem.

Ad ſextam reſpondetur negando conſequentiam:quoniam, ratio propter quam monachari non poteſt ſeruus,& coniux poſt conſummatum matrimonium ſine conſenſu domini ſui,vel alterius coniugis,eſt,quia perſona illorum eſt obligata:quod negatur in libero homine ære alieno grauato:vt fuit probatum ſuprà latiùs.

Reſponſio ad ſeptimam rationem.

Ad ſeptimam reſpondetur.Primò,quòd licentia iudicis neceſſaria non videtur,quando realiter quis ceſſiſſet bonis actu(ſi habuiſſet aliqua) vel potentia,ac uoto,ſi nihil habuiſſet: nec ſpem bona aliqua aſſequendi haberet: cùm ſtante huiuſmodi impotentia tutus ſit in conſcientia:Secundò illud, quod dicitur a Biele,vbi ſupra,maximè ubi non eſt conſuetudo, quòd carēs ęre luat in corpore:nec neceſſariò addendum fuit: cum huiuſmodi regula militet ſolùm in eis,qui ratione alicuius criminis incurrunt aliquam pœnam pecuniariam.de quo eſt textus quàm apertiſſimus in l.prima,§.Generaliter placet,ff. de pœnis:non autem militat in debitis pecuniarijs,quæ quis incurrit ratione alicuius liciti contractus,vt puta,mutui,locationis,& huiuſmodi,vel etiam illiciti:vt in caſu noſtro: Ad id,quod ibidem ſubditur ingredi religionem non ſolutis debitis:nihil aliud eſſe,quàm ſpoliare creditores. Reſpondetur, quòd is, qui inſtinctu Spiritus Sancti ingreditur religionem renuntiando omnia temporalia:per accidens,& non per ſe dicetur eos ſpoliare ſuos creditores, ſed præter ſuam intentionem,& uoluntatem. Quapropter nullum peccatum incurrit: cùm opera noſtra malitiam, vel bonitatem recipiant ab intentione noſtra,iuxta Domini Ieſu ſententiam dicentis apud Matthæum. c. 6.ver.22. [Lucerna corporis tui eſt oculus tuus,ſi oculus tuus nequam fuerit, totū corpus tuum tenebroſum erit,]ideſt,ſi intentio tua in opere tuo.Sic,ergo, in propoſito hic nullam fraudem creditoribus facere comprobatur. Nec (propriè loquendo)talis dicetur ſpontè impediri à ſatisfactione creditoribus facienda:cùm hoc faciat compulſus a Spiritu Sancto,(vt fuit ſuppoſitum in concluſione præſenti)& non à cauſa euadendi aliquod temporale incommodum: Nec dicendus erit talis periurus:licèt quis cedendo bonis iuret ſe ſoluturum fore debita,ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit: Cùm licèt tale iuramentum regulariter fiat à cedente bonis,tamen,non erit neceſſe,vt talis ingrediēs iuramentum illud promat:cùm ſufficiat ei creditoribus tradere quicquid habeat,&

l.1.ff.de pœn.

beat, & vnquam aliqua de cauſa adipiſci poſſet, donec ipſis ſatisfactum fuerit: qua donatione, vel ceſſione ſtante, ſi quid poſt profeſſionem acquiſierit, non ſibi, vel monaſterio (niſi intuitu monaſterij ſibi derelictum fuiſſet) ſed creditoribus erit diſtribuendum. Quapropter concludendum omnino erit, noſtram concluſionem veriſſimam eſſe, non obſtantibus ſuprà adductis argumentis, & rationibus in contrarium.

Hæc omnia veriſſima ſunt de iure communi. Tamen hodie recipiunt limitationem (vt dixi in concluſione) dicendo veram eſſe concluſionem, & eius fundamenta in eo, qui non ingenti ære alieno grauatus, ſed ſolùm ſecundum vires facultatis eius ingredi voluerit religionem: ſi verò ingenti ære alieno excedente vires facultatis ſuæ quis eſſet grauatus, tunc nullo pacto debet ei annui ingreſſus, aut profeſſio; quòd ſi admitteretur ad profeſſionem, talis profeſſio eſſet nullius valoris, ac ſi nunquam fuiſſet emiſſa: quapropter illa non obſtante licebit quibuſcunque iudicibus, & curijs, etiam ſecularibus, ad quos, ſeu quas, ſpectat contra eos (vt priùs) iuris, & facti remedijs oportunis ex officio, vel ad cuiuſcunque inſtantiam, vel querelam, vel ciuiliter, criminaliter, aut mixtim procedere contra tales habentes ætatis ſuæ annos excedentes decimumſextum: qui poſt dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim æris alieni, aut inuerſam alienam (vt conſtitutionis ipſius verbis vtar) pecuniam eorum fidei creditam, vt ratiocinia effugiant, ingreſſi fuerant religionem. hæc omnia ſtatuit felicis memoriæ Sixtus Quintus Papa in anno tertio ſui Pontificatus: anno, verò, ſalutis 1587. ſexto Cal. Decembris, pro cuius conſtitutionis obſeruantia ibidem præcepit infraſcripta, his verbis vtens, videlicet: Quare volumus, ut cuiuſcunque iuuenis, aut viri maioris XVI annis à ſeculo ad religionem tranſeuntis, approbatio, admiſſio, & receptio in generali, vel prouinciali capitulo, (vt ſuprà ordinatum eſt) pro tempore fiant, necnon religioſi ſic recepti nomen, & cognomen, quibus in ſeculo vtebatur, & patria in ipſius capituli actis deſcribantur, & notentur: & inſuper quoſcunq; religioſos, eorumq; ſuperiores, qui aliquas perſonas (vt dictum eſt) inhabiles poſt hanc conſtitutionem publicatam receperint, voce actiua, & paſſiua: necnon officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuſcunque per eos obtentis eò ipſo in perpetuum priuamus, & tam illis priuatos, quàm ad illa, & alia quæcunque in poſterum obtinenda, perpetuò inhabiles, eorumq; incapaces decernimus, & declaramus. hæc in dicta conſtitutione Sixti Quinti.

Decimaſexta concluſio.

77

Vſurarius, an tuta conſcientia poſſit non omnia extorta per vſurã, ſed tantũ partem reſtituere per remiſſionẽ ſibi indultam à Papa.

Vſurarius non tenebitur de neceſſitate ſalutis omnia extorta per vſuram erogare pauperibus, quando veri domini illarum rerum ſunt penitus ignoti (vt in præcedentibus concluſionibus diximus) accedente conſenſu, & diſpenſatione, ſeu compoſitione facta à ſummo Pontifice rationabili de cauſa, vt puta, paupertatis gratia: non autem ſi ab Epiſcopo fuiſſet hoc indultum. Hæc concluſio probatur triplici medio: Primò, enim, per argumentum in clem. 2. §. ad hęc, de pœnit. & remiſſ. [Vbi prohibentur quæſtores huiuſmodi compoſitionem facere ſine ſpeciali indulto ſummi Pontificis. Arguendo, igitur, à contrario ſenſu: patet ibi, ſummum Pontificem hoc poſſe, & quòd ſtante tali compoſitione vſurarius tutus erit in conſcientia. Probatur quoq; præſens concluſio quoad vltimam eius particulam per argum. in c. non nos. diſt. 40. in quo Symmacus Papa dicit, [Summo Pontifici non fuiſſe indultam à Domino Ieſu Chriſto facultatẽ peccandi.] Dixi probari per argumentum: quoniam

Clem. 2. de pœnit. & remiſſ.

c. non nos. diſtin. 40.

quoniam licèt explicitè in dicto canone non fiat mentio de terminis noſtræ concluſionis, benè, tamen, implicitè : cùm ex illo eliciatur, ſummo Pontifici non licere peccare : Si, ergo, non licet peccare, inde ſequitur, ipſum non poſſe de iure talem compoſitionem concedere (ſi deſit rationabilitas cauſæ :) cùm hoc vergeret in euidentiſſimum detrimẽtum pauperum, quibus talia remiſſa fuiſſent de iure erogãda: & ſic eos ſpoliaret iniuſtè. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate : Ioannes, enim, de Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſt. 3. cap. vndecima cauſa eſt. §. verùm ſi alia motiua. Dominicus à Soto in lib. 4. de iuſt. & iure, quæſt. 7. art. 1. col. 10. in ver. ſed rurſus arguis, quamuis illa Papa. Cardinalis Zabarella in dicta clem. 2. §. ad hæc. in ver. quintò nota. & hoc idem ſenſiſſe Paulum de Eleazar. in dicta clem. refert Petrus quoque de Anchar. in eadem clem. in ver. octauò nota. Sylueſt. in Summa in ver. reſtitutio, octauò. §. 8. dicẽs hoc idem ſentire Archiepiſcopum Flor. in 2. par. tit. 2. cap. 6. in fine. Probatur inſuper & tertiò præſens concluſio quatuor rationibus irrefragabilibus : quarum prima eſt.

Ioannes à Medina.
Sotus.
Card. Zabar.
Anchar.
Syluester.
Archiepiſcopus Florent.

Prima ratio, ſi enim aliquid obſtaret concluſionis noſtræ veritati, & quò minus talis compoſitio fieri poſſit per Papam, vel eius auctoritate, & conſenſu : maximè hoc contingeret, quia Papa non eſt dominus incertorum bonorum, aut quia ius quæſitum eſt pauperibus ; ſed hæc non obſtant. Nam Papa non eſt dominus theſauri eccleſiæ, & tamen poteſt ipſum diſpenſare, quibus velit concedere, maximè aliqua exiſtente cauſa, & tenebit conceſſio, ſeu diſpenſatio, vti videmus eum paſſim per bullas, & indulgentias ipſum theſaurum diſpenſare : cùm tamen ſuus non ſit : ſimiliter non eſt dominus beneficiorum eccleſiaſticorum, ſicut nec ſacramentorum, & tamen ea poteſt conferre, & tenebit collatio: ſed pro maiori dilucidatione veritatis pręſentis concluſionis, ac huius primæ rationis, qua diximus probari noſtram concluſionem ; ſciendum quòd incerta debita (ideſt quæ licèt quantitas eorum ſit certa, tamen domini eorum ſunt ignoti, de quo loquimur in præſenti concluſione) ſi ius tantùm conſulimus naturale : illa in vſus communes Reipublicæ

Ratio prima concluſ. præſentis.

78 cędere deberent. Nam cùm res vniuerſæ traditæ in communi ſint humano dominio (quarum diuiſio iure gentium facta eſt) fit, vt dum expectatus legitimo tempore dominus non comparet : iteratò veniant in uſum publicum. At, verò, quoniam Chriſti Vicarius totius Reipublicæ Chriſtianæ pauperũ curam gerit : iure & meritò potuerit hæc bona, quaſi communia, reipublicæ pauperibus applicare : qui eiuſdem Reipublicæ ſunt egena membra. Idque Alexander Tertius ſub anno Domini 1170. faciendum Salernitano Archiepiſcopo iuſſit, vt patet in c. cùm tu. extrà de vſuris. non tamen quod ipſe fuerit primus rei huius auctor, ſed exemplo adductus antiquiſſimorum Sanctorum, inter quos fuit Diuus Auguſtinus in ſermone 35. de verbis Domini. & habetur in c. qui habetis de malo. 14. q. 5. & idem Auguſtinus ſcribens ad Macedonium, in epiſtola 54. & habetur in c. non ſanè. 14. q. 5. Quin, verò, dictus Alexander Tertius, & naturali iure, & diuino edoctus illud ſtatuit: Cùm Dominus dixerit apud Lucam cap. 11. ver. 41. [Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis.] ex quibus omnibus huc vſque dictis ſubſequuntur duo: Primum, quòd dominium harum rerum non tranſeat in pauperes, ac ſi creditorum hæredes eſſent : ſed dum ipſis datur, quaſi creditoribus ipſis ſoluitur. Et tunc per dationem ipſam acquirunt uerum dominium, quaſi Papa dominorum nomine illis tribuat. Subſequitur & ſecundum

Res incertæ reſtitutioni neceſſariò obnoxiæ cuius ſint, & quare pauperibus diſtribuantur.
c. cùm tu. extrà de vſur.
c. qui habetis, de malo. 14. q. quinta.
c. non ſanè. 14. quæſt. 5.

ſecundum, quòd dum Reſpublica in alios vſus pios, illis debitis expendendis eguerit, ceſſat tunc ius erogandi pauperibus. Quapropter poterit illa debita Reſpublica in tales vſus conſumere: nam ius poſitiuum non potuit naturali derogare: & hac de cauſa ſummus Pontifex tanquàm Dei Vicarius, & legitimus talium rerum diſpenſator, ac adminiſtrator propter ingruentem, inſtantemque publicam neceſſitatem, vt faciliùs, expeditiùsq́; fiat collectio, ac reſtitutio, poteſt partem condonare dictorum debitorum, vt reliquum ſoluatur. Hactenus loquuti fuimus, quid ſentiendum foret de iure: ſed de facto, & exequutionis modo nihil aliud loquimur, niſi quòd æquitas iuris huius 79 hæc eſt, vt per eiuſmodi compoſitionem tanta conficeretur pecunia publica, quæ vel alia tributa, vel bonam eorum partem poſſet excuſare: idque ſic fieret, vt non offerretur iniquis, ſuæ iniquitatis anſa: & tamen ex centũ, & quinquaginta nummis aureis, qui hac de cauſa Reipublicæ, pauperibusq́; debentur, tantùm colligere duo, ac remittere reliqua: plus detrimenti, quàm vtilitatis offerret pauperibus, quorum ſummus Pontifex pater eſt.

Norma ſeruãda in huiuſmodi compẽſationibus, ſeu remiſſionibus de parte debitorum.

Præterea: Papam diſpenſare poſſe in iure humano, ſeu poſitiuo eccleſiaſtico, neminem fugit: & maximè vbi exiſtit cauſa rationabilis, & tenet diſpenſatio, etiam ſi ius huiuſmodi à Concilijs vniuerſalibus emanauerit. Imò ſtatuta per concilia facta, intelliguntur, excepta Romani Pontificis authoritate, vt eſt videre nouiſſimè in Concilij Tridentini approbatione, quæ fuit facta à legatis dicti Concilij ad hoc miſſis, petita, & conceſſa à Papa Pio IIII. fœlicis memoriæ: quod & fuit olim ſtatutum in c. ſignificaſti, extrà de elect. fatetur Papa Paſcalis ſcribens Archiepiſcopo Panormitano. Modò, autem, bona incertis dominis debita humano, ſeu poſitiuo tantùm iure, pauperibus 80 debita ſunt: vt paulò ſuperiùs probauimus. Et per conſequens ob cauſam poterit Papa in illo iure diſpenſare. Maior ſupponitur, & fuit probata. Minor per ſe patet: quia ius naturale, & diuinum, quo tenemur pauperibus ſubuenire, non obligant nos, vt illis bona incerta largiamur: ſed tantùm, vt de noſtris proprijs, (ſi habemus) eorum indigentiam ſubleuemus; non de alienis, qualia ſunt bona incerta. Et ita ſupereſt: vt ſi hæc bona ſint pauperibus eroganda; ideo eſt, quia iure humano ita videtur inſtitutum, vt ſupra allegatum eſt de vſuris incertis. Et idem videtur de alijs rebus incertis iudicium, ac proindè ob iuſtam cauſam, poterit cõditor iuris Pontificij in eodem diſpenſare, 81 cùm habeat plenitudinem poteſtatis ſuper tale ius, vt habetur in c. propoſuit, extrà de conceſſ. præb.

Ratio ſecunda concluſionis.

Concilium approbatur à ſũmo Pontifice.

c. ſignificaſti, extrà de elect.

Bona incertorum dominorum ſunt pauperib. eroganda de iure poſitiuo.

Papa habet plenitudinẽ poteſtatis ſupra ius poſitiuũ.

Præterea: Non minus ius acquiritur Deo in voto eidem emiſſo adimplendo, quàm ſit pauperibus acquiſitum in bonis incertis diſtribuendis: cùm primum pertineat ad ius naturale & diuinum: ſecundum autem non, niſi ad humanum (vt fuit probatum) ſed Papa poteſt pro cauſa diſpenſare in voto Deo facto, & illud in aliud commutare, (vt patet per omnes canones) qui habentur ſub titulo de voto, & voti redemptione, ita vt is, qui vouit, maneat à debito adimplendi votum: ſic, ergo, modò ob cauſam licitam poterit Papa diſpenſare cum eo, qui bona poſſidet incerta, ne ea omnia pauperibus eroget, & ſic diſpenſatus erit tutus in conſcientia.

cap. propoſuit, extrà de conceſſ. præb.

Tertia ratio;

Præterea: Non minus debentur clericis eccleſiæ miniſtrantibus decimæ, ac primitiæ, quàm debeantur pauperibus bona: ſed Papa pro cauſa poteſt decimas in toto, vel in parte à miniſtris eccleſiæ auferre, & laicis applicare: quemadmodum ſummi Pontifices Regibus Caſtellæ tertiam partem decimarum

Quarta ratio.

marum eccleſiæ conceſſerunt, alijsq́; multis perſonis ſecularibus, ſeu ius patronatus in illos contulerunt, qui ex Pontificum conceſſione, & gratia, decimas omnes illarum eccleſiarum percipiunt: modò miniſtris de neceſſaria ſubuentione prouideant. Indè conſequens fit, quòd ſimiliter ob cauſam iuſtam poterit in huiuſmodi bonis incertis ab vſurario reſtituendis, fieri præfata compoſitio, ita vt ipſe poſtmodũ à reſtitutione reliquæ partis exactorum, per vſuram non reſtitutæ, liber, & tutus in conſcientia permaneat.

Decimaſeptima concluſio.

81 Licèt vſurarius liberetur à ſtatim perfecta, & completa reſtitutione omnium, quæ per ipſum fuerunt extorta per vſuram ab ignotis dominis, quamuis quantitas ipſarum rerum fuerit illi nota accedente conſenſu, ſeu compoſitione facta à ſummo Pontifice ſecum, vel ab alio priuilegiato ab ipſo, ad hoc faciendum, à ſummo Pontifice, & non per compoſitionem ab Epiſcopo, vel Archiepiſcopo (vt in præcedenti concluſione) Nihilominus, ſi vſurarius poſt accuratiſſimam inueſtigationem quantitatis rerum, quas extorſit per vſuram, non potuerit perfectè deuenire in cognitionem omnium rerum, quæ taliter extorſit, & conſulens ſuæ ſcrupuloſæ, ac timoratæ conſcientiæ, petat, & obtineat præadductam compenſationem, ſeu compoſitionem ab Epiſcopo ſuo ordinario, tutus erit in conſcientia, licèt reuera non omnia reſtituat, quæ extorſit per vſuram. Quapropter in tali caſu à reſtitutione facienda illius partis ſic ſibi condonatæ per huiuſmodi compoſitionem factam ab Epiſcopo, vel alio Iudice, excuſabitur, & liber in conſcientia permanebit: ſed ſi Iudex, vel Epiſcopus noluiſſet arbitrari ſecundũ quòd veriſimiliter ſibi viſum fuiſſet: remanebit ipſe (faciens talem compenſationem contra conſcientiam) obligatus ad reſiduum reſtituendum: & hæc compenſatio (propriè loquendo) non dicetur compenſatio, aut diſpenſatio, ſeu condonatio de aliqua parte vſurarum extortarum, ſed nudum iudiciũ, ſeu arbitrium de taxanda quantitate vſurarum ad pacandam conſcientiam ſcrupuloſam vſurarij. & animaduertendum quòd dixi, petat compenſationem taxandam ab Epiſcopo, &c. pro cuius intelligentia & practica hoc exequendi, ſciendũ, quòd ordinarius in tali caſu conſiderabit quanto tempore vſurarius ille vſuras exercuerat: & quantum nunc habet in bonis, & quantum habebat tempore, quo fœnerari incœpit; & ſuper hoc conſiderabitur fama viciniæ, & an aliàs mercationes exercuerit, & an in eis fortuna proſperè ceſſerit, & an fuerit improbus exactor, an curialis fœnerator: hæ, igitur, & ſimiles circunſtantiæ erunt ponderandę ab ordinario in compoſitione facienda cum vſurario, qui ignorat quantitatem vſurarum exactarum. Probatur, ergo, præſens concluſio: Primò per argum. in c. quamquam, de vſur. §. cæterum, in ſexto. vbi Gregorius Decimus [ſtatuit, quòd iudex compellat vſurarium ad præſentandam fideiuſſionem de ſoluendis uſuris certis ſecundum quantitatem earum: ſed ſi certę ipſę non eſſent, ipſe eas moderaretur arbitrio ſuo, non tamen ſcienter quantitate minores, quàm ipſe veriſimiliter credet, aliàs ad ſatisfactionem ipſe teneatur de reſiduo.] Idem probatur per argumentum optimum in l. prę ſes. C. de tranſact. in qua dicitur: [Adminiſtratorem ciuitatis poſſe ſuper re dubia tranſigere, non autem debitum liquidum remittere.] Idem habetur in l. pactum curatoris, C. de pact. Dixi probari noſtram concluſionem per argumentum in dictis iuribus: quoniam licèt in illis non fiat mentio explicitè de concluſione noſtra, benè, tamen, implicitè arguendo à ſimili: ſicut (enim) curator, tutor, & huiuſmodi

Vſurarius qd faciet ſi poſt remiſſionẽ partis vſurarum à Papa indultã, adhuc eſt in ſcrupulo.

c. quamquam, de vſur. in 6.

l. præſes. C. de tranſact.

l. pactũ curatoris. C. de pact.

& huiuſmodi non poſſunt remittere alicui debitũ liquidũ, quod debetur pupillo, quia eſſet dare alienũ ſcienter, quod ſibi prohibetur: & tamẽ poteſt remittere non liquidũ, cùm hoc in utilitatem pupilli uergat: ſic in propoſito, licèt Epiſcopus non poſſit cõponere, ſeu remittere uſurarum quantitatẽ liquidam, cùm per Pontificiũ ius debeãtur prædictæ vſuræ pauperibus, cuius iuris ipſe Iudex, vel Epiſcopus nõ poteſt eſſe moderator ſine expreſſa licẽtia Papę: ſic è contrà poterit remittere uſurarũ incertarum quantitatẽ, componendo cũ uſurario de ſolutione earũ, iuxtà arbitrium ſuum, & ueritatem rei ueri ſimilẽ: aliàs ipſe tenebitur reſtituere tanquã doloſus, & damnificãs pauperes. Probatur præſens concluſio & ſecundò Doctorũ auctoritate, videlicet: Cardinalis, enim, Zabarellę in cle. 2. §. ad hæc. in ver. quintò nota. de pęn. & remiſ. & Pet. de Anch. in d. cle. 2. in ver. octauò nota aliũ exceſſum. Archi. & Domi. à S. Gemi. in d. c. q̃. q̃. §. cæterũ. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm Epiſcopo in tali caſu, hoc nõ ſit prohibitũ, imò conceſſum, & hoc modo gerat negotiũ pauperũ vtiliter, indè patet, ipſum potuiſſe cõponere cũ vſurario, vtens modo ſupradicto, ac per cõſequẽs, vſurariũ in tali caſu excuſari à perfecta reſtitutione, cũ ignorãtia ſit probabilis, & nemo ad impoſſibilia teneatur. Card. Zabar. Anchar. Archid. Gemin. Ratio concluſ.

Ad arg. iu contrariũ in principio quęſt. adductum q̃ facillima erit reſpõſio, negando minorẽ, & ad eius probationẽ dicitur, ꝙ licèt Dominus Ieſus uſus fuerit uerbis imperatiuis loquẽdo de reddendo, qđ alienũ erat, tamen cũ huiuſmodi præceptũ affirmatiuũ impleri non poſſit ſine obſeruãtia præcepti negatiui, iccircò dicetur eãdem retinere naturã in ſe implicitã in eo, qui poteſt reſtituere; licèt nõ in eo, qui reſtituere nõ poteſt: loquẽdò de exteriori reſtitutione, tñ nec talis apud Deũ excuſabitur, niſi reſtituerit interiori reſtitutione, i. affectũ, ac uoluntatẽ habeat reſtituendi, quã primum facultas reſtituẽdi uſuras occurrerit ſibi: quod quàm elegãtiſſimè nos edocere voluit Cęleſtinus III in c. ſæpe cõtingit, extra de reſtit. ſpol. his uerbis utens, uidelicet: [Non multũ intereſt, quoad periculũ animę, iniuſtè detinere, ac inuadere alienũ: ex quibus verbis elicitur, ꝙ ſicut peccato furti peccat, qui accipit rẽ alienam inuito domino; ſic qui ſcienter, & voluntariè huiuſmodi rẽ apud ſe detinet: & ratio eſt patentiſſima: quoniã per hoc, ꝙ aliquis detinet rem alienã inuito domino, impedit eum ab uſu rei ſuæ: & ſic ei irrogat iniuriam. Manifeſtum eſt, autem, ꝙ nec ad modicũ tempus licet in peccato morari: ſed quilibet tenetur ſub pœna interitus æterni ſtatim deſerere peccatũ ſecundum illud Eccleſiaſt. c. 21. ver. 2. [Quaſi a facie colubri fuge peccatũ: & ideò quilibet tenetur ſtatim reſtituere (ſi poteſt) cùm in tali caſu reſtitutio pertineat ad præcepti negatiui obſeruantiam: vt ſæpiùs fuit probatum ſuprà locis innumeris. c. ſæpe contingit, extrà de reſtit. ſpol. Eccleſiaſ. c. 21. ver. 2.

QVAESTIO XXXII.

Vtrum omnia bona vſurarij ſint hypothecata, ſeu obligata pro vſuris ſoluendis, illis, à quibus ipſæ fuerant extortæ: ita vt quicunque aliquid ex ipſis habuerit, reſtituere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij bona eſſe poſſunt in triplici differentia.*
2 *Obligatio ad aliquid ſoluendum eſt duplex.*
3 *Obligatio realis quid ſit.*
4 *Obligatio perſonalis quid ſit.*

5 *Obligatio realis à perſonali differt tripliciter.*
6 *Homines accipientes de bonis vſurarii ſunt in triplici differentia.*
7 *Bona vſu non conſumptibilia per vſuram extorta, an ſint obligata ſemper dominis ſuis, etiam ſi per manus multorum pertranſierint.*
8 *Vſurarius à fure, & raptore non differtur quoad præceptum reſtitutionis damni illati.*
9 *Lucrum captum ex pecunia fœnebri eſt vſurarii, & non domini pecuniæ, & quare.*
10 *Res empta pecunia aliena nomine emptoris erit emptoris, & non domini pecuniæ, & quare.*
11 *Vſurarii vxor, filii, & famuli quando teneantur reſtituere ea, quæ conſumpſerunt de extortis per vſuram à dicto vſurario.*

Maior propoſ.
Minor propoſ.
Concluſio.

ET videtur primò dicendũ, ꝙ non omnia bona vſurariorum ſint obligata eis, à quibus vſuræ extortæ ſunt: quod & videtur probari hac ratione ſyllogiſtica, videlicet: Abſurda ſemper ſunt vitanda. At ſi omnia bona uſurariorũ eſſent obligata eis, à quibus uſuræ extortæ fuerunt, multa abſurda opus eſſet cócedere, q̃ ex hac cóclusione orirẽtur. Ergo dicendum erit, ꝙ non omnia bona uſurariorum ſint obligata eis, à quibus uſuræ extortæ fuerunt.

Maiorem per ſe patet veriſſimam eſſe.

Primum abſurdum.
Secundum abſurdum.

Minor probatur adducẽdo abſurda ipſa, quæ emanarent ex tali concluſione: quorum primum eſt, ꝙ nec gener uſurarij poſſet accipere dotem ab uſurario, qui ultra ualorẽ dotis aſſignandæ, habet alia bona, quibus poſſet reſtituere uſuras acceptas. Secundum: Nec aliquis poſſet ab eo emere, vel ei uendere ſimpliciter, & creditorib. competeret actio ſuper illis rebus, & ſic multi illaquearentur etiam bona fide incedentes. Ne ergo indè proueniant tot abſurda, dicendum uidetur, non omnia uſurariorũ bona eſſe obligata eis, à quibus ipſi extorſerunt uſuras.

SED CONTRA eſt tex. in c. cùm tu. §. poſſeſſiones. extrà de uſur. ſecundum unum intellectum, & diſtinctionem infra adducendam. Nam ibi præcepit Alexander III. vendi poſſeſſiones emptas ex pecunia fœnebri.

Primum not.
1 *Vſurarĳ bona eſſe poſſunt in triplici differentia.*
Secundũ not.
2 *Obligatio ad aliquid ſoluendũ eſt duplex.*
3 *Obligatio realis quid ſit.*
4 *Obligatio perſonalis qd ſit.*
5 *Obligatio realis à perſonali differt tripliciter.*

Reſpondeo præſenti quæſtioni ſcitu digniſſimæ tribus concluſionib. præmittẽdo, tamen, eis tria notabilia pro maiori intelligentia eorũ, quæ dicenda erunt in hac difficili quæſtione: in qua tres opiniones diuerſæ Doctorũ reperiuntur. Prima, quarũ fuit antiquorum Canoniſtarũ, qui dicebãt omnia bona uſurariorũ eſſe hypothecata, ſeu obligata ijs, à quibus illi uſuras extorſerunt. Secunda eſt moderniorũ Canoniſtarum dicentiũ, non eſſe obligata omnia bona uſurariorũ. Tertia eſt nonnullorũ Theologorum media via incedentium, & dicentium, triplici diſtinctione utendum fore in tali quæſtione.

Primò, notandum occurrit, ꝙ uſurarij bona poſſunt eſſe in triplici differentia: Primò bona extorta per uſuram: Secundò bona empta pecunia uſuraria: Tertiò bona acquiſita per legitimam hæreditatem, uel proprio labore, uel alio titulo iuſto.

Secundò, notandum erit, quòd obligatio alicuius rei, ſeu obligatio ad aliquid ſoluendum, vel alicui aliquid tribuendum, eſt duplex: alia, quæ dicitur realis, alia perſonalis.

Obligatio ergo realis eſt illa, quæ conuenit rei ex iure, quod habetur ſuper re illa particulari: obligatio, uerò, perſonalis (in propoſito) eſt, quæ conuenit rei non ratione ſui, ſed ratione perſonæ, cuius res illa eſt. Differunt autem hæ obligationes ad inuicem tripliciter. Primò in radice iam tacta; quia, ſcilicet, realis obligatio oritur ex ipſa re, quę alteri obligata eſt, vt patet de

tet de re furto ablata, vel per vſuram extorta : Obligatio, verò, perſonalis redundat in rem ex perſona domini obligati ad ſatisfaciendum parti læſæ per vſurarum extorſionem : puta, ad reddendum creditoribus, à quibus vſurarius extorſerat 1000. ducatos, quos accepit. Secundò, quia obligatio realis ſemper comitatur rem, ad quemcunque, vel ad quodcunq; res ipſa tranſeat: vt patet de re rapta, vel per uſuram extorta. Perſonalis, verò, obligatio non ſemper comes eſt rei : ſed quandoque res liberatur ab illa obligatione, perſeuerante tamẽ obligatione in domo, vel alia re ipſius. verbi gratia: Cùm, enim, domus, vel alia res non eſt obligata creditori (qui ſoluerat vſuras, cùm ipſe illam non aſſignaſſet pro vſuris, ſed pecuniam, vel aliud quid ſimile) non inquantum eſt hæc res: ſed inquantum eſt debitoris, ſtatim ut deſinit eſſe debitoris, deſinit eſſe obligata· ceſſat, enim, obligationis ratio. Ex hoc, autem, differunt tertiò : quia res obligationem realem habens annexam, nec vendi, nec emi, aut quocũq; alio modo alienari liberè poteſt: obligata, aũt, ratione perſonæ, alienari liberè poteſt, quandiu apud perſonã illam remanet, vndè creditori ſatisfacere poſſit. Patet hæc in bonis furis, & uſurarij, non tamẽ furto, vel uſura ablatis, & cæteris debitis ſimilib. & in bonis uſurarij, nõ tamen per vſuram acquiſitis, vt diximus. Tertium notabile ſit.

6 *Homines accipiẽtes de bonis vſurarij ſunt in triplici differentia.*

Homines aliquid recipientes de bonis vſurariorũ ſunt in duplici differentia (ſecundum duplicem cauſam, propter quã quis poteſt recipere de bonis uſurariorũ) videlicet cauſa lucratiua. i. dono, ex teſtamento, uel ſine, vel iuſto alio titulo : ſeu cauſa oneroſa : utputa per contractum emptionis, locationis, permutationis, & huiuſmodi. Prima concluſio.

7 *Bona vſu non cõſũptibilia p vſuram extorta, an ſint obligata ſemp dominis ſuis, etiã ſi per manus multorum pertranſierint.*

Bona, quæ per uſurã ſunt extorta, & uſu non conſumuntur (vt latiùs diximus in q. 1. notabili 8. vbi quæ dicantur bona, aut res, quæ uſu cõſumantur, & quæ non, annotauimus) ſunt obligata ei, (à quo fuerunt extorta per uſurã) obligatione reali, ſi ipſa bona adhuc extẽt: & hoc eſt uerũ, non ſolùm ſi adhuc extent in manu uſurarij, quàm alterius (etiã ſi per manus mille hominũ pertrãſiſſent) ad ipſum tã titulo gratuito, ſeu lucratiuo, quàm titulo oneroſo perueniſſent: ac per conſequens eadẽ bona numero, i. ipſamet, & non alia erunt reſtituenda ueris dominis, à quibus primò fuerant per uſurã extorta ab uſurario. Hæc concluſio probatur triplici medio (ultra ea, quæ allata fuerunt ſuprà in quæſt. 25.) Primò per tex. in c. tua. extra de uſur. in quo Alexãder III. ſcribens Epiſcopo Placentino infraſcriptis uerbis uſus fuit, videlicet: [Tua nos duxit fraternitas cõſulendos, quid ſit de uſurariorũ filiis obſeruandum, qui eis in crimine uſurarũ defunctis ſuccedunt, aut de extraneis, ad quos bona uſurariorũ aſſeris deuoluta? Tuæ, igitur, quæſtioni literis pręſentib. reſpondemus, ꝙ filij ad reſtituẽdas uſuras, ea ſunt diſtrictione cogendi, qua parentes ſui (ſi uiuerent) cogerentur. Id ipſum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendũ.] Inſuper probatur præſens noſtra concluſio per arg. in c. grauis, extra de reſtit. ſpoliat. in quo Cœleſtinus III Papa [præcepit compellendum fore quendam Archidiaconum reſtituere ablata (cum integritate) cuiuſdam Monaſterij fratribus.] Dixi probari noſtram cõcluſionem per arg. in d. cap. grauis. eo ꝙ licèt uerba ipſius concluſionis non ſint annotata in dicto textu, benè, tamen, ſenſus : cùm ibi præcipiantur ipſa ablata reſtitui, & non valor eorum, eò quòd ſæpè contingat rem furatam, vel per uſuram extortam ſecundum communem æſtimationem parui eſſe valoris: maximi, verò, apud dominum ipſius : vel ratione commodi, quod ex eius poſſeſſione ſentitur,

cap. tua. extrà de vſur.

c. grauis: extra de reſt. ſpol.

vel ratione affectus: maximè cùm (vt ſuprà in quæſtio. 27. notabili quarto, num.6. diximus) reſtituere ſit in priſtinum ſtatum rem ſtatuere, ſeu iteratò aliquem ſtatuere in poſſeſſionem, vel dominium rei ſuæ: quod quidem animaduertens idem Cœleſtinus Tertius Papa in Concilio generali (& habetur in cap. ſæpe contingit, extra de reſtitutione ſpoliat.) his verbis vſus fuit, videlicet: [Sæpe contingit, quòd ſpoliatus per ſpoliatorem in alium re tranſlata, dum aduerſus poſſeſſorem non ſubuenitur per reſtitutionis beneficium ſpoliato, commodo poſſeſſionis amiſſo, propter difficultatem probationum iuris, proprietatis amittit effectum. Vndè non obſtante iuris ciuilis rigore (ſecundum quod datur tantùm actio contra ſpoliatorem, non autem contra detentorem, vt in l.cùm a te.ff.de vi, & ui armata) ſancimus, vt ſi quis de cætero ſcienter rem talem receperit, cùm ſpoliatori quaſi ſuccedat in uitium, (eò quòd non multùm interſit quoad periculum animæ, iniuſtè detinere, ac inuadere alienum) contra poſſeſſorem huiuſmodi, ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur] hæc ibi. cuius auctoritate, ac deciſione præſentem noſtram concluſionem fuiſſe probatam per ſe patet. Idem probatur per arg. in l.eum, a quo. C.de ſolutionib. vbi hæc habentur, videlicet: [Eum, a quo mutuam ſumpſiſti pecuniam inſolutum, nolentem ſuſcipere nomen debitoris tui, compelli iuris ratio non permittit.] Dixi probari noſtram concluſionem per argumentum: quoniam licèt explicitè per dictum tex. non probetur noſtra concluſio, benè, tamen, implicitè: cùm ex illa eliciatur (vt peroptimè ibi docet Gloſ. in ver.eum. dicens, Nota quòd aliud pro alio (inuito creditore) non poteſt ſolui. Idem probatur per argum. in l.Paulus. la prima. ff.de ſolut. vbi hęc habentur, videlicet: [Paulus reſpondit, creditorē non eſſe cogendum in aliam formam nūmos accipere, ſi ex ea re damnum aliquod paſſurus eſt.] Idē per tex. in c.conſuluit, extra de vſur. in quo ſtatuit Vrbanus III. [vt quicquid ex mutuo reciperetur præcedentis intentionis lucri captandi gratia efficaciter reſtituere accipiens cōpellatur.] & hoc idē probatur ferè per omnes canones eiuſdē tituli. Probatur & ſecundò Doctorum ſententia, de quorum numero eſt S.Tho. in 2.2.q.78.art.3. in corp. quæſt. infraſcriptis vtēs uerbis, videlicet: Quędam, uerò, ſunt res, quarum uſus non eſt earum conſumptio, & tales habent uſum fructum, ſicut domus, & ager, & alia huiuſmodi: & ideò ſi quis domum alterius, uel agrū per uſuram extorſiſſet, non ſolùm tenetur reſtituere domū, uel agrum, ſed etiam fructus indè perceptos, quia ſunt fructus rerum, quarū alius eſt dominus: ex cuius uerbis elicitur, ipſum ſe ſubſcripſiſſe noſtræ concluſioni, cùm dixerit, reſtituendam domum ab uſurario fore, eo q̃ alius eſt eius dominus, vt puta, qui eam tradiderat ratione mutui. Caiet. Cardinalis in opuſc. tomo 2. tract.8.q.4. Ioan. de Medina in Codice de rebus per uſuram acquiſitis.q.4.§.incip. Corollariè ſequitur. in princ. & in uer. ſequitur amplius. & in §. ſubſequenti, in uer. aliorum tamen opinionem. & per totum. Subdens hanc rationem inter alias, quia ſi liceret donare, uel uendere huiuſmodi rem per uſuram extortam, contrectarent rem alienam inuito domino. Gabriel Biel in 4.ſent.diſt.15.q.11.concl.2. Dominicus à Soto in lib.6.q.1. art.4.col.5. §. Vtrum (ſcilicet) omnia bona uſurarij ſint ſubdita reſtitutioni. Fr. Ioſeph Angles in ſuo tractatu Flores Theologicarum quæſtionum, artic. quinto, difficultate 2.concluſ. 1. probatur quoque præſens concluſio Canoniſtarum auctoritate. Glo. enim, in d.c.tua. in ver. cogendi ſunt. extra de vſur. præſenti ſe ſubſcripſit cōcluſ. unà cum infraſcriptis Doctorib. infrà citandis.

c. ſæpe contingit, extrà de reſtit. ſpol.

8

Spoliator iniuſtus rei alienæ, de iure ciuili ſolùm compellitur ipsā reſtituere, & nō detētor ipſius; de iure, autem, canonico vterque.

l. eum à quo. C. de ſolut.

l. Paulus, ff. de ſolutionib.

cap. conſuluit, extrà de vſur.

S.Thomas.

Caietanus.

Ioā. à Medina.

Gabriel Biel.

Sotus.

Ioſeph Angles

Gloſ.

Gloſ.

Gloſ.in dicto cap.grauis, poſt figurationem caſus. Gloſ.in dicto c. ſæpe contingit.in ver.non ſubuenitur. Innocentius in dicto c.ſæpe contingit.colligens ex textu prædicto, quòd quicunque rem raptam à quocunque cęperit, conditione ex hac decretali tenetur: etiam ſi per multas manus res rapta tranſierit: & quia idem iudicium eſt de re rapta, & re per vſuram extorta (vt ſæpius fuit probatū in ſuperioribus quæſtionib.ſtante ſententia Diui Ambroſij Epiſcopi in lib.de bono mortis, c.12. & habetur in c.ſi quis vſuram.14.q.4.) dicentis, [Si quis uſurā acceperit, rapinam facit, vita non viuit] indè ſequitur dictū Innoc.amplexatum fuiſſe noſtram concluſionē, cui ſe ſubſcripſit quoq; Io.And.in d.c.ſæpe contingit.& in d.c.grauis. Anto.de But. in dictis iuribus. & Panor.ibidem.& Couarr.in princ.2.par.Relect.nu.3. & ibidem in §.ſexto. nu.1.& in prin.3.par.Relec.nu.3. Nauar.in ſuo Manuali, in c.17. de ſeptimo præcepto Decalogi, nu.10.& nu.24.Probatur & tertiò hac ratione irrefragabili, videlicet: Cum vnaquæq; res iniuſtè occupata ab altero habeat realem obligationem ad dominum ſuum: indè ſequitur, ꝙ res, ſeu bona ipſamet non vſu conſumptibilia extorta per vſurā apud quemcunq; in præſenti reperiantur, habent realem obligationē ad dominum ſuum: & per conſequens eadem numero, ſeu indiuidualiter ſunt ei, à quo extorta fuerunt, reſtituenda: conſequentiā veram eſſe patet, eò ꝙ talium dominium nō transfertur ad vſurariū, (vt fuit probatum latiùs in quæſt.25.) ergo reali obligatione reſtitutioni ſunt obnoxia eis, à quibus extorta fuerunt: quod indè probatur, cùm fructus ipſorum (ſi illa de ſui natura fructifera ſunt) ſint eorum, à quibus ipſa quis iniuſtè accepit: & ideò bona huiuſmodi cum fructibus indè ſuſceptis, quæ ſuſcipi poterant, reſtitui mandantur à Cœleſtino III Papa in c.grauis, extrà de reſt.ſpol. licèt ibi nulla ſpecialis mentio fiat de iniuſta ſpoliatione per extorſionē vſurarum: quoniam (vt quàm elegantiſſimè) probant multi Doctores, inter quos eſt Did.Couarr.(in lib.3.varia.reſol.c.3.nu.7. in ver.nulla etenim ratio,) dicens: nulla, enim, ratio congrua differentiæ dari poteſt inter vſurarium, furem, & raptorem, quoad illati damni emendationem, ad quam naturali iure omnes hi tenentur non ex contractū, nec quaſi contractu, ex cauſa læſionis illatæ proximo, quod ita manifeſtum eſt, vt nulla indigeat probatione, præſertim id proclamante regula in c.peccatum, de reg.iur.in 6. vbi dicitur, [Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.] & Diuo Ambroſio Epiſcopo (& habetur in c.ſi quis vſuram.14.q.4.) dicente, [Si quis vſuram acceperit, rapinam facit, vita non uiuit.] idem affirmauit Goffreda in ſua Summa ſub tit.de vſur.in princ. & Caiet.in comment.2.2.q.62.art.7. dicens in §.ſed ſalua eorum reuerentia, ꝙ miniſtri quoq; furis, raptoris, vſurarij, & huiuſmodi tenentur reſtituere.(& paulò poſt) dicit, quoniā hinc omnia pendent, parta ſiquidem ſunt quoad perſonam accipientis, hoc eſt quoad quis accepit, furari per alium, vſuras accipere per alium, vtrobique ille mediator accepit alienum (licèt) non per ſe, & per hoc vtrobique tenetur ipſe ad reſtitutionem inſolidum: quia eſt cauſa iniuſtæ acceptionis. Nec quæ diximus mira videri debent, cùm per ſe pateant, eò quòd bonorum ſic extortorum per vſuram dominium fixum permaneat penes primum poſſeſſorem. Quocirca obligatio quocumque cum bonis ipſis commigrat, nempè ſiue vendantur, (vt docuit Dominicus à Soto vbi ſuprà) ſiue donentur, ſiue iure hæreditario poſſideantur: obligabitur ea poſſidens (ratione rei acceptæ) reſtituere uero eorum domino.

[Margin notes: Innoc. — c.ſi quis vſurā. 14.q.4. — Ioan.And. — Ant. de Butr. — Panor. — Didac. Couar. — Nauarrus. — Ratio concluſ. — Antecedens. — Conſequentia. — 8 *Vſurarius nō differt à fure, & raptore quoad præceptum reſtitutionis dāni illati.* — c.peccatū, de reg.iur.in 6. — c. ſi quis vſurā 14.q.4.]

Sed animaduertendum, quòd in cõcluſione ideo dixi, ſi bona ſic extorta extant &c. quoniã ſi non extarent, ſed perijſſent, in tali caſu, tenerentur prędicti ad reſtituendum eorum pretium, & omne intereſſe indè illatum ueris dominis, (ut latius in quęſt. 27. diximus, & probauimus.) In qua etiam quęſtione, concluſione ſexta, multa attulimus in fauorem pręſentis concluſionis.

Secunda concluſio.

9

Bona per vſuram extorta, uſu ipſo cõſũptibilia cui ſint obligata.

Bona per uſuram extorta vſu ipſo conſumptibilia (quæ aliàs functionem recipere dicuntur) ſi fuerint alienata, & ad alios tranſlata ſiue titulo oneroſo, ſiue lucratiuo, cùm per ipſa ſint vſurariorum perſonæ obligatæ obligatione perſonali, & non reali (eò ꝙ iam præſupponantur conſumptæ, ſeu diſtractæ) indè fit, vt regulariter qui ea acceperunt à prædictis, non tenebuntur reſtituere illa veris dominis, cùm remaneat perſona uſurarij obligata ad illa omnia reſtituenda. Dixi, regulariter, propter concluſiones ſubſequentes: eò ꝙ ſolùm ipſi uſurarij, vel eorũ hæredes legitimi (quicunq; illi ſint ex teſtamento) cùm ratione hæreditatis ſubrogentur in locum eorum, & fictione iuris dicãtur repræſentare perſonas eorum, & hoc regulariter. Hæc concluſio probatur tri-

c. tua. extrà de vſuris.

plici medio: Primò, enim, per arg. in c. tua. extrà de vſur. cuius tenorem retuli ad uerbum in pręcedentis cõcluſionis probatione: cùm inter alia ibi dicatur, ꝙ [filij, hęredes vſurariorum compellendi erunt ad reſtituendas uſuras, ſicut perſonę patrum (ſi uiuerent) cogerentur.] ecce quomodo ibi ſummus Pontifex innuit, obligari hęredes obligatione perſonali: cũ ratione hęreditatis initæ reprę ſentẽt perſonã patrum. Idẽ probatur & clariùs per tex. in c. cũ tu. §. poſ-

c. cum tu. extra de vſur.

ſeſſiones, extra de uſur. in quo Alexãder III. infraſcriptis vtitur uerbis, uidelicet: [Poſſeſſiones, uerò, quæ de uſuris cõparatę ſunt, debent uendi, & ipſarũ pretia his, à quibus uſuræ extortę ſunt, reſtitui: vt ſic non ſolùm a pœna, ſed etiã a peccato poſſint (quod per extorſionem uſurarũ incurrerant) liberari.] hæc ibi. ex quibus clarè elicitur, ſummum Pontificem concluſionem noſtram approbaſſe, eò ꝙ ſi uoluiſſet, ꝙ res conſumptibilis uſu (per uſuram extorta) diſtracta adhuc eſſet in dominio ſoluentis illas, ratione uſurarum reſpectu obligationis realis, quæ in ipſa re extorta reperiretur: non dixiſſet, ꝙ [huiuſmodi poſſeſſiones emptę uſuraria pecunia uenderentur.] ſed ꝙ eędem poſſeſſiones redderentur dominis pecuniarum, quibus fuerant emptę ab ipſis uſurarijs. Quapropter conſultò prędicta aſſeruit Papa ibi, eò ꝙ ſciret, ꝙ empta res pecunia fœnebri eſſet ementis; licèt talis emptoris perſona remaneret indè obligata ad reſtituendas pecunias extortas per uſuras. Et ratio eſt in promptu, quoniã de ſui natura res uſu cõſumptibiles non ſunt fructiferę, licèt per

9.

Lucrũ captum ex pecunia fœnebri eſt vſurarij, & nõ domini pecuniæ, & quare.

induſtriam utentium illis fiant fructiferę: quapropter communis Doctorum cętus aſſeuerat, uſurarios non teneri ad reſtituenda lucra, quę ex pecunijs extortis per uſuram captarunt: cùm non dicantur fructus ipſarum, ſed potiùs induſtrię utentium ipſis. Et quòd quicquid ſit emptum pecunia aliena, ſit ipſius ementis, probatur apertiſſimè per textum in l. ſi ex ea pecunia. C. de rei uendicat. vbi hęc habentur, videlicet: [Si ex ea pecunia, quam depoſueras, is

10

Res empta pecunia aliena nomine emptoris, erit emptoris, & non domini pecuniæ.

apud quem collocata fuerat, ſibi poſſeſſiones comparauit, ipſiq; traditę ſunt, tibi, uel omnes tradi, uel quaſdam ex his compenſationis cauſa ab inuito eo, in te transferri iniurioſum eſt.] Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate, de quorum numero eſt ipſe Diuus Thomas in ſecunda ſecundę, quęſt. 78. art. 3. in reſponſione ad ſecundum & ad tertium. in quibus locis infraſcriptis uſus fuit uerbis, uidelicet: Poſſeſſiones, quę de uſuris ſunt cõparatę, non ſunt

corum,quorum ſunt uſuræ,ſed illorum,qui eas emerunt:ſunt,tamen, obliga-
tæ illis,à quibus fuerunt acceptæ uſuræ,ſicut & alia bona uſurarij: & ideo nõ
præcipitur, quòd aſſignentur illæ poſſeſſiones ijs, à quibus fuerunt acceptæ
uſuræ,quia fortè plus valent,quã uſuræ,quas dederunt:ſed præcipitur,quòd
vendantur poſſeſſiones,& earum pretia reſtituantur(ſcilicet)ſecundum quan
titatem uſuræ acceptæ:quoniam illud, quod acquiritur de pecunia uſuraria,
debetur quidem acquirenti, non propter pecuniam uſurariam datam, ſicut
propter cauſam inſtrumentalem, ſed propter ſuam induſtriam, ſicut pro-
pter cauſam principalem: & ideò plus iuris habet in re acquiſita de pe-
cunia uſuraria, quàm in ipſa pecunia vſuraria: hęc ille Sanctus. præſen-
ti quoque concluſioni ſe ſubſcripſerunt Cardinalis Caietanus, & reliquus — Caietanus.
Theologorum Cuneus,locis citatis in præcedenti concluſione. Ex Canoni- — Gloſ.
ſtis,verò,Gloſ.in dicto §.poſſeſſiones. & Gloſ.in dicta l.ſi ex pecunia. Goffre- — Goffreda.
da in ſumma titu.de vſuris.columna quarta, in §. Quid ſi fœnebris pecunia.
ubi contra Alanum concludens (inquit)ei,à quo aliqua fuerunt extorta per
uſuram, ex quibus empta fuit poſſeſſio,non competere actionem realem con
tra vſurarium,vel hæredes: ſed actionem perſonalem ad pecuniam: & iudex
ex officio ſuo compellet vſurarium,vſuras ſoluere (ſi habet vndè ſoluat) alio-
quin compellet vendi poſſeſſiones illas,& ſatisfacere creditori:vt in capitulo,
cùm tu.§.poſſeſſiones.extra de vſuris.hæc ille. cui videtur aſtipulatum fuiſſe
Ioan.And.in dicto capitulo,Cùm tu. Antonius de Butriò in dictis iuribus,ſe- — Ioan.And.
quens ſententiam Goffredi. Panormitanus in dictis iuribus, addens hoc eſſe — Ant. de But.
verum:quia ex quo res mea, vel mihi debita peruenit ad te cauſa lucratiua, tu — Panor.
teneris reſtituere,vt in l.ſi me,& Titium.ff.de rebus creditis ſi cer. pet. Dida-
cus Couarruuias, in loco citato in probatione primæ concluſionis, numero — Couarruuias.
ſexto,in fine:in §.His itaque pręnotatis.Doctor Nauarrus, vbi ſupra,nu. 265. — Nauarrus.
ſcilicet,in ſuo manuali,c. 17.

Probatur & tertiò præſens concluſio,hac ratione,videlicet. Cùm, enim, — Ratio concluſ.
omnes Doctores fateantur duplicem eſſe obligationem ad aliquid ſoluendũ,
& iam fuerit probatum,res uſu conſumptibiles,ſi diſtrahantur,regulariter ef-
fici eorum,ad quos transferunt per vſurarios:Inde ſequitur, quòd non actio
ne reali poterit agere is,qui ea tradidit uſurario:ſi,ergo,non actione reali,con
ſequens eſt,vt hoc fiat actione perſonali,cùm alia actio non reperiatur.

Tertia concluſio.

Contra ſcienter recipientes talia (extorta per uſuram) uſu conſumptibilia — 11
ab ipſis uſurarijs, qui non erant ſoluendo, ſeu non habebant aliundè undè — *Vſurarij uxor*
poſſent ſoluere,ſeu reſtituere extorta per uſuram veris dominis datur officio — *filij,& famuli*
iudicis actio perſonalis,& ſubrogantur in locum vſurariorum:Vndè tenebun — *quando excu-*
tur ſoluere uſuras extortas ab vſurarijs,vel reſtituere recepta ab vſurarijs ijs, — *ſentur à reſti-*
qui huiuſmodi uſuras ſoluerant:ſi verò ignorantibus ipſis, non eſſe ſoluendo — *tutione eorum*
ipſos uſurarios uſuras,ſi illa bona alienauerint,& ſibi tradiderint, recipientes — *quæ conſum-*
non peccabunt: hi, verò, qui uſuras ſoluerunt,habent actionem perſonalem — *pſerunt in do-*
officio iudicis contra tales recipientes,ſi titulo lucroſo illa receperint:ſi,verò, — *mo vſurarij,*
titulo oneroſo,ſubdiſtinguendum erit:quoniam:aut tunc vſurarius nihil indè — *quę per uſurã*
recipit,quod ſeruauit creditoribus reſtituendum,ſed quicquid habuit, expen — *extorta fue-*
dit in alimentis,vel dotando filiam:ſi,ergo,expendit in dotando filiam, dicen — *rant.*
dum erit,quòd de rigore iuris, ipſa filia facta uidua tenebitur dotem reſtitue
re creditoribus patris ſui:& idem dicetur de genero,de vxore, ac de filijs, ac

alijs

alijs de familia vſurarij,qui ab ipſo alimenta recipiunt:de quibus, tamen, de æquitate iuris,ſic erit diſtinguendum,ſcilicet,quòd aut ipſi nominati habent, vndè ex proprijs bonis,vel bonis conſanguineorum viuere poſſint, aut non: ſi primò, tenentur,ſi ſumptuoſiùs(quàm eorum ſtatum deceat)voluerint viuere(loquendo de vxore)ſecus ſi iuxtà eorum ſtatum:cùm ratione dotis aſſignatæ,ſibi liceat ex ipſa viuere:De filijs,quòd tenentur,ſi aliũdè uiuere poſſint:& idem de famulis voluntarijs,ſcientibuſque bona domini ſui omnia eſſe vſuraria,ac per conſequens reſtitutioni obnoxia, ſecus ſi ignoranter illi ſeruiſſent:& ſic poſſunt concordari Cardinalis Zabarella in clementina prima, de vſuris,quæſtione octaua,Imola ibidem,numero 54.(vt docet quoque Nauarrus in manuali cap.17.nume.268.& 271.)& reliqui Canoniſtæ, & Theologi citati ſupra in prima,& ſecunda concluſione præſentis quæſtionis.Si,ergo,aut extortam pecuniam vſurarius expendit (vt diximus) in alimentis, aut emendo poſſeſſiones. Si primo,tunc is,qui ſoluit vſuras habet actionem perſonalem contra eum,qui titulo etiam oneroſo recepit extorta ab vſurario: ſi ſecundò,non erit moleſtandus is,ad quam peruenit res extorta per uſuram: ſed ſi ignorãter aliquis impendit ſeruitia ſeu obſequia vſurarijs, ſi aliquid ab ipſis recipiunt,tuta conſcientia illud retinebunt.Idem dicitur de eo, qui titulo oneroſo accepit aliquid ab vſurarijs,qui vltra extorta per vſuras habebant alia bona legitimè acquiſita,quibus poterant ſatisfacere ijs, à quibus aliquid extorſerunt per vſuras.

Cõcordia Cardinalis Zabarellæ cum aliis Canoniſtis circa preſentis cõcluſionis materiam.

Hæc concluſio probatur auctoritate Doctorum qui fuerunt adducti in prima,& ſecunda concluſione locis ibi citatis,qui licèt quoad ſonum verborum nonnulli eorum videãtur in aliquo non inſimul conuenire: tamen,ſecundum mentem ipſorum verbis eorum, ibi expreſſam, mihi videtur omnes idipſum ſapere(vt contextum uerborum eorum librãti ſtatim apparebit).& ex his omnibus patet,non omnia bona vſurariorum eſſe hypothecata pro uſuris ſoluendis,vt elegantiſſimè probant Doctores citati,vbi ſupra, vnica voce, vna cum Ioanne de Anania in capitulo,cùm tu,& capitulo,tua.extra de vſuris, qui & prędictis quoq; concluſionibus aſtipulatur. Et per hæc patet reſponſio ad argumentum in contrarium allatum fuit in principio præſentis quæſtionis.

QVAESTIO XXXIII.

Vtrum ſoli vſurarij teneantur reſtituere vſuras extortas, an etiam cooperatores.

SVMMARIVM.

1 Locupletari cum aliena iactura non licet.

2 Vſura furtum, & rapina an differant quoad obligationem reſtituendi altero ex his modis obtenta.

3 Cooperari in damno proximis illato tripliciter ſumitur, ac fieri contingit.

4 Cooperari in exactione uſurarum dupliciter contingit.

5 Cooperari in exactione uſurarum negatiuè quis dicatur, & quis poſitiuè.

6 Cooperari vſurario ad mutuationem uſurariam differt à cooperari eidem ad acceptionem lucri ex mutuo,ſeu non reſtitutionem.

Cooperantes

7 *Cooperantes in uſuris exigendis quam pęnam incurrant.*
8 *Ratihabitio mandato comparatur,& quando.*
9 *Ratum habere quis non poteſt,quod ſuo nomine non eſt geſtum.*
10 *Reſtituere damnum is,qui fuit cauſa damni,tenetur de iure diuino.*
11 *Pęna iniuncta à lege,quando ſit ſeruanda in foro pęnitentiali.*
12 *Obligationis vinculum eodem modo diſſoluitur,quo acquiritur.*
13 *Mutuum uſurarium præcipere dupliciter poteſt conſiderari.*
14 *Conſulens mutuum uſurarium ad quid teneatur.*
15 *Conſentientem,& facientem par pęna debet conſtringere.*
16 *Conſilium nudum in maleficio quis dicatur dare.*
17 *Conſi ium dari contingit dupliciter.*
18 *Conſilium contrahendi dans ad quid teneatur.*
19 *Conſilium delinquendi dans ad quid teneatur.*
20 *Res,per quas cauſas naſcitur,per eaſdem reſoluitur.*
21 *Obligatio verbis facta an poſſit alijs uerbis diſſolui.*
22 *Cauſa quid ſit.*
23 *Conſentientes exactionibus(ſine quibus uſurarum exactio ſequuta non fuiſſet)tenentur inſolidum eas reſtituere.*
24 *Vſurariorum adulatores quando ad reſtitutionem vſurarum teneantur.*
25 *Vſurarijs prębentes aliquod commodum in tali exercitio, quando ad reſtitutionem teneantur.*
26 *Vſurarijs participes in exactione uſurarum quando teneantur inſolidum.*
27 *Vſurariorum inſtrumenta,vel alios libros,non manifeſtans, quando teneatur reſtituere inſolidum.*
28 *vſurarijs exactionibus non obſtans,quando ad reſtitutionem vſurarum teneatur.*
29 *Vſurarijs ipſis reſtituentibus uſuras,quando cooperatores abſoluantur à præcepto reſtituendi uſuras.*

CVm in præcedenti quæſtione ſermo ſit habitus de participantibus de rebus per uſuram extortis:meritò in præſenti quęritur de cooperantibus in extorſione vſurarum,an & ipſi teneantur vſuras reſtituere. Quapropter more ſolito procedendo primò videtur dicendum, quòd non: quod videtur probari poſſe ſic.

Si cooperatores uſurariorum in extorſione uſurarum, tenerentur quoque & ipſi uſuras reſtituere ijs,qui eas uſurario ſoluerunt : ſequeretur , quòd hi , qui uſuras ſoluerunt, locupletari poſſent cum aliena iactura. At conſequens eſt falſum,ergo,& antecedens : & quòd ſit falſum, probatur quàm apertiſſimè per tex.in cap.locupletari.de regulis iuris in ſexto,in quo dicitur .[Locupletari non debet aliquis cum aliena iniuria uel iactura.] & in l. Nam hoc natura.ff.de condi.indebiti.in qua hæc habentur, videlicet [Nam hoc natura,id eſt,iure naturali ut dicit ibi gloſ.æquum eſt,neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.] & idem habetur in l.de iure naturę.ff.de regulis iuris. Vbi eadem verba ferè repetuntur,videlicet.[Iure naturæ æquum eſt, neminē cum alterius detrimento,& iniuria locupletari]& quòd conſequens illud eliciatur ab illo antecedenti,probatur:quoniam ſi antecedens uerum eſſe fateremur,indè opus eſſet nobis, & fateri , quòd is,qui ſoluit uſuras,poſſet exigere illas ab uſurario, & ab vnoquoque cooperatore, & ſic qui (exempli gratia)ſoluit uſurario centum aureos pro uſura,ſeu ex ui mutui ſibi facti,cooperantibus nouem alijs perſonis,poterit ratione illorum centum exigere & conſequi mille aureos:etiam ſi nullum intereſſe ſentijſſet ex ſolutione centum aureorum

Antecedens. Conſequentia

e. Locupletari. de reg.iur.in 6.

1 *Locupletari cũ aliena iactura non licet.*

reorum(vltra ſortem)facta ipſi vſurario:quod quàm ſit abſonum,& à ratione remotiſſimum,omnibus rationis fulgore præditis ac decoratis perſpicuum eſſe non eſt qui ambigat. Vnde videtur, quòd cooperatores uſurariorum in extorſione vſurarum non teneantur vſuras extortas ab uſurarijs reſtituere his,qui eas illis ſoluerant.

Ro.c.1.ver.32. SED CONTRA. eſt ſententia Diui Pauli ad Romanos (ſcribentis de nonnullis ſpeciebus peccatorum,quæ à nonnullis Romanis fiebant)& dicentis:[quoniam qui talia agunt,digni ſunt morte,non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus,]ergo,pari ratione etiam cooperantes (iuxta diſtinctionem infra afferendam)reſtitutioni uſurarum (extortarum ab vſurarijs)erunt obnoxij.

Reſpondeo præſenti quæſtioni (ſcitu neceſſariæ confeſſoribus) nonnullis concluſionibus,præmittendo,tamen,illi(pro earum maiori intelligentia) non nulla notabilia infraſcripta,videlicet.

Primum notabile ſit hoc.

2 *Vſura,furtum & rapina an differant quoad obligationẽ reſtituendi altero ex his modis obtenta.*

Nulla differentia eſt inter læſionem proximis illatam(quoad obligationem reſtituendi incurrendam)per furtum,ſeu rapinam,& per extorſionem uſurarum propriè dictarum(vt latiùs probatũ fuit in præcedentis quæſtionis concluſione prima,& ſignanter in ratione ipſius concluſionis.) Indè ſequitur, ꝙ Doctores per pauciſſimi in materia vſurarum,de præſenti quæſtione loquuntur,tacitè innuentes,quòd idem omnino dicendum ſit de ipſa,ſicut per ipſos dicitur in materia furti:quod animaduertens ego uolui lectorem certiorem facere,quòd Doctores,qui citandi erunt à me in probationem cõcluſionum infraſcriptarum, perpauci eorum loquuntur in materia reſtitutionis vſurarũ ſpecialiter,ſed generaliter in materia reſtitutionis faciendæ rõne illatæ læſionis proximis.vt ex ſubſequenti notabili ex Diuo Thom.in 2.2.q.62. articulo ſeptimo,& ex Caietano ibi in commentarijs & ex Soto & Medina, & reliquis Doctoribus citandis in probationem concluſionum patebit.

S.Thomas.

Secundum notabile.

Cùm ad reſtitutionem quis teneatur(vt ſæpius diximus)non ſolùm ratione rei alienæ,quam quis accepit(vt docet S.Thom.vbi ſupra,in corpore quæſtionis,)verùm etiam ratione iniurioſæ acceptionis (tam à ſe quàm ab alijs ipſo cooperante,factæ)teneatur ad reſtitutionem damni illati.Quod quidem contingit dupliciter,directè,ſcilicet,& indirectè:directè quidem quando inducit aliquis alium ad accipiendum aliquid contra iuſtitiam:& hoc contingit tripliciter. Primo modo ex parte cooperantis mouendo ad ipſam acceptionem:quod quidem fit quatuor modis,videlicet : Præcipiendo, conſulendo, conſentiendo expreſsè,& laudando aliquem, quaſi ſtrenuum de hoc, quòd aliena ſic ſurripuit:ſeu quòd tam artificioſè contractũ uſurarium palliauerit ac ipſum cooperuerit nomine intereſſe,vel emptionis, & huiuſmodi. Secundo modo cooperatio in exactione uſurarum conſideratur ex parte ipſius accipientis illas:& hoc duobus modis, videlicet:primò, quia ipſum vſurarium, ſeu extorta per uſuram receptat:ſecundò,vel quia aliquo modo ei cooperatur in exactione uſurarum.Tertio modo cooperatio cõſideratur ex parte rei acceptæ:& hoc duobus modis,videlicet:directè,& indirectè:directè,quia,ſcilicet,particeps eſt in uſura iam accepta. Indirectè,quando aliquis non impedit,cùm poſſit,& debeat impedire vſurarum extorſionem: vel ſubtrahit præceptum,ſiue conſilium impediens uſurarum extorſionem : vel quia ſubtrahit ſuum

3 *Cooperari in damno proximis illato tripliciter ſumitur,ac fieri contingit in materia uſurarum.*

4 *Cooperari in exactione vſurarum dupliciter contingit.*

ſuum auxilium, quo poſſet obſiſtere, vel quia occultat poſt factam huiuſmodi extorſionem: qui quidem modi cooperandi uſurarijs in uſurarum extorſionibus continentur in his verſibus, videlicet: Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus. Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans: & ſic patet, quòd cooperantes in extorſione uſurarum duplici modo hoc faciunt, videlicet: poſitiuè, & negatiuè: poſitiuè dicunt̃ cooperari uſurarijs, qui ſex primis modis: negatiuè qui tribus vltimis modis cooperantur uſurarijs in extorſione vſurarum.

5 *Cooperari in exactione uſurarum negatiuè quis dicatur, & quis poſitiuè.*

Maxima differentia eſt inter cooperari uſurario ad mutuationem vſurariã, & inter cooperari eidem ad lucri ex mutuo acceptionem, ſeu non reſtitutionem. Quoniam, licèt ex primo naſcatur culpa lętalis propter opus prohibitũ, in quo quis cooperatur, tamen, nõ incurritur indè obligatio aliqua ad aliquid reſtituendum, cùm nondum quis fuerit damnificatus. ex ſecundo, autem, talis obligatio reſtitutionis incurritur, cùm indè mutuatarius damnificetur (vt patet ad ſenſum) ex ſolutione uſurarum. Rurſus aliud eſt cooperari alicui ad vſuræ ſolutionem, & aliud eſt cooperari alicui ad uſuræ receptionem ratione mutui. Nam ex primo non oritur obligatio reſtituendi aliquid, ſicut nec culpa: quando is, qui mutuatario cooperatur vt uſuram ſoluat, non vſurarij rem utiliter agere intendit, ſed mutuatarij: quia fortè videt, quòd niſi ſoluatur, non iterum mutuatarius mutuum reperiet: ſecus ſi uſurarij rem vtiliter agere prætendat. ex ſecundo, autem, ſemper incurritur obligatio reſtituendi.

6 *Cooperari uſurario ad mutuationem uſurariam differt à cooperari eidem ad acceptionem lucri ex mutuo, ſeu non reſtitutionem.*

Prima concluſio.

Iubentes, & ratum habentes (quando hoc fuiſſet factum vt ſibi gratum exhiberetur) vt ſunt Principes, Iudices, aduocati, & quotquot ad tale iudicium concurrunt, per quos ſtatuta de exigendis, ſoluendiſque vſuris cõduntur, aut facta obſeruari præcipiuntur, vel aliàs ad vſuras ipſas ſoluẽdas aliquem compellunt quomodocunque vel iam exactas reſtitui non adiudicantes, & uſurarium mutuum fieri permittentes: ſine quorum iuſſione, ac cooperatione prædicta omnia non fierent; licèt nihil de ipſis uſuris exactis aſſequuti fuiſſent: tamen ad illas reſtituendas inſolidum tenebuntur unà cum vſurarijs ipſis: & ſunt excommunicati ipſo facto: Dixi [Ratum habentes, quando hoc, &c.] propter tex. in capitulo, ratihabitio. de regulis iuris in ſexto, in quo hæc habẽtur, Ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari non eſt dubium: & in cap. ratum. de regulis iuris, in ſexto, in quo dicitur. [Ratum quis habere nõ poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.] Vndè quando ratihabitio eſt cauſa, propter quam reſtitutio uſurarum non fuiſſet facta: tunc verificatur concluſio, vt benè docuit Ioannes de Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione ſeptima §. Ad quartum in quo de ratihabitione.

7 *Cooperantes in vſuris exigendis in quam pœnam incurrãt.*

8 *Ratihabitio mãdato comparatur & quãdo.*

9 *Ratum habere quis nõ poteſt, quod ſuo nomine non eſt geſtum.*

Hæc, ergo, concluſio probatur quattuplici medio. Primò iure diuino per argumentum à ſimili, ſiue ex identitate rationis (quoad reſtitutionis obligationem inde incurſam.) Habentur, enim, hæc in libro Exodi. cap. 21. ver. 33. [Si aperuerit ciſternam, & foderit, non operuerit eam: cecideritq́ue bos, aut aſinus in eam, reddet dominus ciſternæ pretium iumẽtorum: quod autẽ mortuum eſt ipſius erit.] Dixi probari concluſionem pręſentem per argumentum à ſimili: Cùm iccircò dominus præceperit damni illati reſtitutionem: quia is, qui [aperuit ciſternam &c.] fuerat utiq; in cauſa, quòd dicta animalia corruerent (licèt ipſi nullum commodum indè ſentierint) & ſubſequenter domini illorum animaliũ ſine eorum culpa ſentierint damnum. Quapropter meritò

Exod. cap. 21 ver. 33.

ibi

ibi dominus Deus præcepit reſtituendum fore damnum indè illis illatum. Cùm,ergo,in propoſito prædicti(de quibus in concluſione habetur ſermo) iubendo,vel ratum habendo in uſurarumq́ue exactione cooperãdo vſurarijs, damnum mutuatarijs intulerint(quàmuis nullum commodum indè reportauerint)meritò,& ipſi inſolidum ad reſtitutionem talis damni illati tenebuntur.

Exod. c.21.ver ſi.35.& 36.
10

Reſtituere dãnum tenetur, qui fuit cauſa damni de iure diuino.

Idem rurſus probatur eodem iure diuino(modo prædicto) in eodem lib. Exodi.cap.21.ver.35.& 36.Dicẽte Domino.[Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit,& ille mortuus fuerit:ſi autem ſciebat, quòd bos cornupeta eſſet ab heri,& nudiùs tertius,& nõ cuſtodiuit eum dominus ſuus, reddet bouem pro boue]ſicut,ergo,præceptum eſt à Domino,damnum reſtitui ab eo, qui fuerat cauſa damni,& ſic implicitè,eodem præcepto mandatur, iubẽtem vſurarum extorſionem,ipſa ſequuta, ad reſtitutionem earum teneri in ſupplementum vſurarij non valentis,vel nolentis reſtituere, licèt ipſe iubẽs nullam vtilitatem indè percepiſſet.

Exod. cap. 22. ver.6.

Idem probatur eadem auctoritate iuris diuini in eodem libro,Domino dicente per os Moyſis.[Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas,& aceruos comprehẽderit frugum,ſiue ſtantes ſegetes in agris,reddet damnum,qui ignem ſuccenderit]& notandum,quòd prædictæ omnes iuris diuini auctoritates, ſeu loca ſunt notata in capitulo ſecundo,tertio,quarto,& quinto.extra de iniurijs, & damno dato.

ca.fin. extra de iniuriis,& damno dato.

Probatur & ſecundò iure canonico per tex. in capitulo fin. extra de iniurijs & damno dato. Vbi Gregorius Nonus infraſcriptis verbis confirmauit noſtram concluſionem,videlicet:[Si culpa tua datum eſt damnum,vel iniuria irrogata,ſeu alijs irrogantibus opem fortè tuliſti,aut hæc imperitia tua, ſiue negligentia euenerunt,iure ſuper his ſatisfacere te oportet:nec ignorantia te excuſat,ſi ſcire debuiſti,ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam.(& paulò poſt)qui occaſionem damni dat, damnum videtur dediſſe.

l.In legẽ Aquilia etiam. ff. ad l. Aquiliam.

Idem probatur per argumentum in l.In lege Aquilia etiam.ff. ad legem Aquiliam.Vbi dicitur.[In lege Aquilia etiam culpa leuiſſima venit. Quoties ſciente domino, ſeruus vulneranerit,vel occiderit, Aquilia dominum teneri dubium non eſt.]Dixi per argumentum,quoniam licèt explicitè non loquantur dicta iura de materia noſtræ concluſionis (cùm ſermo non habeatur de damno facto per vſuram)tamen,cùm generaliter loquatur de damnificanto, & cooperante in damnificatione proximi, per ſe patet, noſtram concluſionẽ per dicta iura probari,& quòd ſint excommunicati huiuſmodi iudices, & reliqui(vt in concluſione)probatur per textum apertiſſimum in clemẽtina vnica,de vſuris,in quo hæc habentur, videlicet.[Nos,igitur,pernitioſis his auſib. obuiare uolentes(ſacro approbante Concilio Vennienſi)ſtatuimus vt quicunque Communitatum ipſarum(in quibus ſtatuta cogentia ſolutionem vſurarum ſunt)Poteſtates,Capitanei,Rectores,Conſules, Iudices, Conſiliarij, aut alij qui uis officiales ſtatuta huiuſmodi,de cætero facere,ſcribere, vel dictare, aut quòd ſoluantur uſuræ,vel quòd ſolutæ (cùm repetunt̃ non reſtituantur plenè,ac liberè ſcienter iudicare præſumpſerint, ſententiam excommuincationis incurrant,eandem etiam incurſuri, niſi ſtatuta huiuſmodi hactenus edita de libris Communitatum ipſarum(ſi ſuper hoc poteſtatem habuerint) intra tres menſes deleuerint:aut ſi ipſa ſtatuta,ſiue conſuetudines effectum eorum habentes,quoquomodo præſumpſerint obſeruare.] Hæc in dicta clementina,ad verbum.

clem. vnica.de vſur.

Probatur & Doctorum auctoritate, & primò ſacrorum Theologorum:
Diuus, enim, Thomas ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in ſecunda ſecundę, S. Thom.
quæſtione ſexageſima ſecunda, artic. ſeptimo, in corp. quæſt. & in reſp. ad 2.
dicens. Primò iuſſio, quia ille, qui iubet, eſt principaliter mouens, vndè ipſe
principaliter tenetur ad reſtituẽdum. Caiet. in Commẽtarijs ibidem noſtram Caietanus.
amplectitur concluſionem in verſ. In eodem articulo in reſponſione ad ſecun
dum, qui refert verba prædicta Diui Thomæ, & illis ſe ſubſcripſit, Petrus à Paludanus.
Palud. in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecun-
da, articulo tertio, in principio, dicens. Vnde reſtitutio facienda eſt primò à
principali: Iuſſio: Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur: hæc ille:
quaſi diceret, non tantùm iubens reſtituere tenetur verùm etiam ratum ha-
bens damnum illatum proximo nomine ſuo: cùm tunc talis ratihabitio man-
dato comparetur. Dominicus à Soto. in libro quarto, de iuſtitia, & iure, quæ- Sotus.
ſtione ſeptima, concluſione tertia: in ver. Primus, ſcilicet, dicens. Primus, ſcili-
cet, ac potiſſimè, Iuſſio. Enimuerò qui iubet, princeps cauſarum eſt, ac ſubin-
de præcipuè reſtitutionis legi ſe ſubditus. & idem Sotus loquens ſpecialiùs
de cooperatoribus in materia uſurarum in libro ſexto, quæſtione prima, arti-
culo quarto, columna nona, in uer. Poſt hæc demum dicendum ſupereſt de
cooperaatoribus fœneratorum, ſe ſubſcripſit omnibus contentis in conclu-
ſione noſtra. Riccardus à media uilla in quarto ſententiarum, diſtinctione de- Riccardus.
cima quinta, articulo quinto, quæſtione quarta, in corpore quæſtionis, dicẽs,
quòd ille, qui iubet fieri principalior cauſa videtur, quàm exequẽs: eſt, enim,
cauſa prima: & ſic dicitur prima propoſitione de cauſis: cauſa prima plus in-
fluit in cauſatum quàm ſecunda. Vnde in fine articuli concludit, ipſum teneri
ad reſtitutionem damni illati ſua cauſa: Tartaretus idem fatetur in quarto ſen Tartaretus.
tentiarum, diſtinctione decima quinta, quęſtione ſecunda, Nicolaus de Orbel Nic. de Orb.
lis in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda, §. Gabriel Biel.
decimo ſexto, Gabriel Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quin
ta, quæſtione ſecunda, dubio ſecundo, & idem Biel loquens ſpecialiùs de coo
peratoribus fœneratorum in eodem 4. ſent. diſtin. 15. quæſtio. 11. concluſio-
ne tertia, & in ver. ſequitur tertiò. ſe ſubſcripſit omnibus contentis in conclu
ſione noſtra, Hadrianus Papa in libro quarto, de ſacramentis, titulo reſtitutio Hadrianus.
ne, folio 46. §. Iam dicam pro reſponſione. Scotus in quarto ſententiarum, di-
ſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda, articulo quarto, §. De ſecundo
ponuntur duo verſus. Ioannes de Medina in Codice de rebus per uſuram ac Io. de Medina.
quiſitis. in quæſtione quarta, de vſura reſtituenda, in capitulo incip. In quar-
to argumento principali. §. de cooperantibus, autem, cum vſurario. & §. ſeq.
incip. ſequitur inde, quòd iudices, Frater Ioſeph Angles in ſuo opuſculo in- Ioſeph Angles.
ſcripto Flores Theologicarum Quęſt. ſuper 4. ſent. in q. qui teneatur reſtitue
re. dub. 3. cõcl. 1. & ex Canoniſtis infraſcripti ſe ſubſcripſerũt pñti noſtrę cõ-
cluſioni, videlicet: Innoc. in c. ſicut dignum. extra de homic. volũt. vel caſuali. Innocen.
nu. 4. dicẽs, ꝙ qui eſt cauſa damni alterius lata culpa tenetur in vtroq; foro
ad reſtitutionem totius intereſſe, quod quis patiẽ culpa ſua prædicta: quapp
licèt ipſe Innoc. ſpecialiter nõ faciat mẽtionem de noſtræ cõcluſionis mate-
ria, tñ, benè implicitè de ipſa loquitur, loquendo generaliter de quocunque
damnum inferente lata culpa: cùm & eum, qui præcipit. &c. (vt in cõcl.) pa-
tet eſſe in lata culpa: eò ꝙ nõ poſſit excuſari ab ignorantia iuris diuini ꝓhibẽ
tis hm̃oi mutuũ uſurariũ. Io. And. in d. c. ſi culpa tua. ext. de iniu. & dãno dato. Ioan. Andr.

Ant. de Butrio. Ioan. de Anan. Geminianus. Panor. Goffreda.

D. Ant. de Butrio, Ioãnes de Anania, Panor. ibidẽ, Goffreda in ſumma, in titu. de iniurijs, & damno dato, Dominicus à S. Geminiano in ca. cõmiſſa. §. illum. de elect. in 6. tradens hanc regulam dicens iuxta glo. quòd quando lex delinquenti iniungit, quòd ſatisfaciat læſo (vt in caſu noſtro) de damno ſecuto propter eius delictum, iſta eſt ſeruanda etiam in foro pęnitentiali: quoniam non poteſt dici pœna reſpectu recipientis illam, cùm ille ſuum tantum recipiat, & non vltra, ratione pœnæ, licèt videatur pœna reſpectu ſoluentis: ſicut dicitur in ſimili reſpectu expenſarum, ad quas ſoluendas quis obligatur. hęc ille, quẽ ſequitur Fęlinus in c. 1. col. 14. in §. limitatur quinto. extra de conſtitutionib. Didacus Couarruuias in c. 6. ſecundæ par. §. 8. nu. 12. in ver. Quintò ex eadẽ opinione, ſequens dictum prædictorum axioma. Et circa excommunicationẽ latam contra iudices &c. vt in concluſione ſe ſubſcribunt Glo. Card. Zabarella, Petrus de Anchar. & Imola in dicta clem. Nauarrus in ſuo manuali. ca. 17. nume. 275.

11 *Pęna iniuncta à lege quando ſit ſeruanda in foro pęnitentiali.*

Felyn. Couarruuias. Gloſ. Card. Zab. Imola. Nauarrus.

Ratio concluſ. Maior propoſ. Minor propoſ. Concluſio.

Probatur & tertiò, hac ratione præſens concluſio, videlicet. Qui dant efficacem cauſam alicuius damni, illud tenentur reſtituere proximo. At iudices &c. iubentes prædicta dant efficacem cauſam damni proximo, ergo, iudices, &c. iubentes tenentur damnum illatum proximo reſtituere: maior, & minor fuerunt ſufficientiſſimè probatæ per allata ad probationem concluſionis.

Impugnatio cõcluſionis.

Attamen licèt veriſſima ſit noſtra concluſio, & tot mediis probata, tñ, poſſet quis inſurgere cõtra illam dicẽdo ipſam falſam, eò ꝙ in ipſa dicatur, quòd iubens mutuari ſub uſuris, vel exigere uſuras, vel exactas nõ ſoluere, teneatur ipſe reſtituere ei, qui illas ſoluerat, ſi ille talis non ſolueret illas, quod videtur eſſe iniuſtiſſimum: ſi, ergo, iniuſtum continet concluſio, ergo, vera non erit: & quòd contineatur quod iniuſtum eſt, probatur ſic, ſicut præceptum iubentis vſurpationem iniuſtam rei alienæ per mutuationem vſurariam obligat ipſum iubentem ad reſtitutionem: ita & præceptum iubentis reſtituere debebit abſoluere ipſum ab obligatione reſtituendi, cùm (vt ſupponitur in concluſione) nihil de uſurpatis obtinuèrit conſequentia probatur. cùm vinculum obligationis ſoluatur eodem modo, quo quæri aſſoleat vt in l. Quàmuis ſaltus. ff. de acquirenda, vel amittenda poſſeſſione, & in l. quemadmodum. ff. eo. Vbi dicitur, quòd quæ neceſſaria ſunt ad acquirendum, ſunt neceſſaria ad perdendũ: ſic, ergo, in propoſito, ſicut iubens, iubẽdo exactionem vſurarum incurrit vinculum obligationis illas reſtituendi, ſic ab illo venit abſoluendus præcipiendo reſtitutionem.

Ratio contra concluſionem.

l. Quàmuis ſaltus. & l. quemadmodũ. ff. de acqui. vel amittenda poſſ.

12 *Obligationis vinculum eodem modo diſſoluitur, quo acquiritur.*

Reſponſio ad impugnationẽ concluſionis.

Ad quod reſpondetur, quòd præcipere mutuum vſurarium poteſt dupliciter conſiderari: primò, quando præcipitur ei, qui aliàs non mutuaſſet ſub vſuris, ſed gratis vel ſi mutuaſſet ſub vſuris, illas non exegiſſet, vel ſaltem ſi exegiſſet, illas poſtmodum reſtituiſſet, ſi contrarium ſibi non fuiſſet præceptum. Secundo, quando mutuum vſurarium præcipitur ei, qui aliàs omnino præcipiens tenetur vſuras reſtituere inſolidum cum vſurario rationibus ſupra allatis, cùm dederit cauſam efficacem damni illati ab uſurario, ipſi mutuatario. & ſic dicitur in concluſione. Si, verò, ſecundò, tunc dicetur, quòd huiuſmodi præcipiens licèt mortaliter peccauerit ratione læſionis proximi intentatæ in tali præcepto: non, tamen, tenetur ad reſtitutionẽ, eo quòd non fuerit cauſa damni huiuſmodi illati vt patet ad ſenſum. & in hoc ſecundo modo verificatur prædictum argumentum in contrarium, vt per optimè docuit Alexan. de Ales, parte quarta, quæſtione 86. membro tertio, articulo quarto,

13 *Mutuum uſurarium præcipere poteſt dupliciter conſiderari.*

Alex.

§. ſecundo,

§.ſecundo,quem ſequitur Gabriel Biel in quarto ſententiarum, diſtinctione decima quinta, quæſtione ſecunda,dubio ſecundo.in ver. Et pro illorum ma iori declaratione circa modos. & Ioãnes de Medina in Codice de rebus reſti tuendis quæſt.8.inci.Corollariè ſequitur.in §.ſequitur amplius.

Secunda concluſio.

Conſulens uſurarium mutuum(etiam ſi ipſo non conſulente, alij conſul- uiſſent) tenetur reſtituere uſuras indè exactas, ſi exigens ipſe à ſe conſultus non reſtitueret,quia tenetur in ſolidum. ſed ſi taliter conſultus iam decreuiſ- ſet antè tale conſilium vſuras exigere,tunc non teneretur:ſed ſi decreuiſſet,ta men,non tam largas petijſſet,& exegiſſet,niſi ſuperueniſſet tale conſilium: tũc huiuſmodi conſulens tenebitur,in defectu principalis,reſtituere illas, ſolùm, plures quas vſurarius exegiſſet ratione ſui conſilij,nõ autem reliquas uſuras, quas iam ſtatuerat(antè omne conſilium ſibi præſtitum)exigere, cùm in illis conſulens non fuerit occaſio talis exactionis.In dubio, tamen, præſumitur, quòd uſurarius fuerit motus conſilio illius, & non propria uoluntate: Vndè niſi aliud conſtiterit,poterit cogi ad reſtitutionẽ,vt docuit multis medijs Felinus in capitulo,ſicut dignum.numero nono.extra de homicidio.

14 *Conſulens mutuum vſurarium ad quid teneatur.*

Felinus.

Hæc concluſio probatur quatruplici medio.Primò,enim,auctoritate iuris diuini in præcedenti concluſione citati.Secundò iure poſitiuo(vltra iura cita ta,vbi ſupra,)etiam per argumentum in iuribus infraſcriptis, in quibus fuit ſtatutum,quòd conſulentes teneantur(licèt non ex conſilio nudo, & ſimpli- ci,quod nihil operatur ad maleficium)ad eandem pęnam, quam delinquens ſuſtinere,ac pati de iure teneretur: ſi aliàs hic taliter conſultus tale quid (de quo quęritur)non feciſſet,niſi conſilio ſuo,vel aliorum(qui ad tale conſilium præſtandum erant præparati)accedente(vti in concluſione.)Vt habetur in c. nuper.§.in ſecunda.extra de ſent.excommu.Vbi hæc habentur,videlicet: [In ſecunda verò quæſtione credimus diſtinguendum:An is,qui nominatim ex- communicato communicat ſcienter in crimine crimonoſo,ei cõſilium impen dendo,&c.aut aliàs in oratione:In primo, quidem, articulo,cùm talis commu nicet crimini,& participet criminoſo,ac per hoc ratione damnati criminis, videatur in eum delinquere,qui dãnauit,ab eo,vel eius ſuperiore merito de- licti,tunc erit abſolutio requirenda,cũ faciẽtem, & cõſentiẽtem par pęna cõ ſtringat.Idem hr̃ in c.fęlicis. de pęn.in 6.Vbi à Bonifacio VIII. excõicantur in ſequẽtes,vel bãniẽtes Cardinales, & oẽs,qui in hoc dederint cõſilium, & ꝙ tex.quoad incurſionũ pęnæ nõ intelligat̃,niſi de præbẽtib. cõſiliuni veſtitũ .i.cauſans huiuſmodi in ſequutionẽ &c.& nõ de prębẽtib.cõſiliũ ſimplex,ſeu nudũ(& dicũtur ij tale cõſiliũ præbere,qui ad maleficiũ faciẽdum nihil adij- ciũt,vt docet gl.ibidẽ in ver.ſimplici fauore)tex.eſt apertiſſimus ibidẽ in §.Il- lud aũt.Idẽ in c.ſicut dignũ.§.Qui verò,ext.de homic.Vbi Alex.III.infraſcri- ptis vtit̃ verbis,videlicet.[Qui,verò,ſe aſſerũt animũ regis inflãmaſſe ad odiũ vnde homicidiũ fuit ſequutũ, durè & aſperè,ſed nõ ita ſeuerè puniẽdi ſunt, niſi fortè regẽ ipſum ad illud homicidiũ ſuis ſuggeſtionib.ꝓuocaſsẽt.]Vndè ibidẽ gl.dicit in ver. Prouocaſsẽt. fortè aliàs nõ facturũ: vndè æquè tenẽtur de dolo,vt ĩ l. & elegãter.ff.de dolo.Idẽ ꝑ tex.in l.j.§.ſed ꝑſuadere.ff.de ſeruo corrup.Vbi ĩter alia hæc hñr,videlicet.[Qui,igit̃,ſeruũ ſollicitat,vel faciẽdũ, vel cogitãdũ improbè,hic vr̃,hoc edicto notari:ſed verũ ita demũ tenet̃,ſi bo næ frugi ſeruũ pepulit ad delinquẽdũ.an verò,& ſi malũ hortatus eſt:vel ma lo ſeruo mõſtrauit queãdmodũ faceret?& eſt veri⁹,& ſi malo mõſtrauit,quẽ

c. nuper. extra de ſent.excom.

15 *Conſentiẽtem, & facientem par pęna conſtringere debet* c.fęlicis.de pęnis.in ſexto.

16 *Conſilium nudum in maleficio quis dicatur dare.* ca.ſicut dignũ. ext. de homic.

l. & eleganter. ff.de dolo.

delinqueret, teneri eum. Immo & ſi erat ſeruus omnino fugiturus, vel furtum
facturus, hic verò laudator huius propoſiti extitit, tenetur. Non, enim,
oportet, laudando, augere malitiam.] hæc in dicta l. ex cuius uerbis elicitur ve
ritas noſtræ concluſionis arguendo à ſimili, in omnibus partibus dictæ con-
cluſionis: vt patet ad ſenſum. Idem elicitur ex §. Interdum quoque furti tene-
tur. Inſtitu. de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. in quo hæc haben-
tur, videlicet. [Interdum quoque furti tenetur qui, ipſe furtum non fecit: qua
lis eſt is, cuius ope, & conſilio furtum factum eſt.] Idem prorſus habetur in l.
Qui ſeruo. ff. de furtis. Idem in l. conſilij. ff. de regulis iuris, & in capitulo, nul-
lus ex conſilio. de regulis iuris, in ſexto. Vbi hæc habentur, videlicet. [Nullus
ex conſilio (dummodo fraudulentum non fuerit) obligatur. pro cuius regulæ
intelligentia animaduertendum, quòd conſilium dari contingit dupliciter.
Nam aliquando datur conſilium contrahendi, & aliquando delinquendi, ut
17 docet Dynus in dicto capitulo, Nullus, quem ſequitur ibidem Gloſſ., Ioan-
nes Andreas, Francus, & Ancharanus, & Bartolus in l. ſæpe. numero ſeptimo,
ff. de verborum ſignificationibus, & apertiùs, in l. non ſolùm. §. ſi mandato
meo. ff. de iniurijs. & famoſ. libel. ſi, ergo, datur conſilium contrahendi, tunc
ſubdiſtinguendum eſt, quòd aut is, cui fuit conſultum, aliàs fuiſſet contractu
rus, aut non: ſi primò, tunc tenebitur: ſi ſecundo, locum habet diſtinctio regu-
18 læ: ſic dicendo, quòd aut interuenit fraus, aut non: ſi primò, tenebitur: ſi ſecun
do, non tenebitur, vt in dicta regula. Sed ſi fuit datum conſilium delinquendi,
ſubdiſtinguendum eſt, ꝗ aut is, cui conſilium datur, non erat id alias factu-
rus, aut erat alias facturus: ſi primò, tunc huiuſmodi conſulens tenebitur: Si ſe
19 cundo, & tunc etiam tenetur: quia non oportet laudando malitiam augeri. ut
in l. prima, §. ſed perſuadere ff. de ſeruo corrupto. quorum, tamen, Doctorum
notabile dictum erit intelligendum cùm grano ſalis, & non ſecundum ſimpli
cem ſonum verborũ. Quapropter dico, ipſos noluiſſe penitùs reiicere diſtin-
ctionem illam, quòd non teneretur conſulens, ſi conſultus aliàs non eſſet fa-
cturus etiam in materia furti, vel uſuræ: ſed, tãtum, ipſi loquuti fuerunt de eo,
qui primò conſuluit aliàs facturo, non, tamen tantum: & ſecundò in caſu ſolo
conſulentis ſeruo fugam, vel furtum: & quòd talis intentionis fuerint dicti
Doctores, probatur per dicti Dyni verba ſupra relata, cùm ipſe exemplifican
do duo dixerit. Primò, enim, ad probandum, quòd conſulens aliàs factu-
ro teneatur, attulit dictam l. primã, §. ſed perſuadere: in qua eſt ille caſus
ſpecialis ut annotauit Gloſ. fin. in §. Interdum quoque furti. in fine. Inſtitu-
tio. de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. Nam aliàs regulariter non
teneretur. & ſecundò id elicitur ex uerbis illis ipſorum Doctorum, & l. [quia
non oportet laudando malitiam augeri] ex quibus patet, ipſos loquutos fuiſ-
ſe de conſulente maius damnum, quàm conſultus facere propoſuiſſet. ut
clarius in ratione afferenda in probationem concluſionis dicetur, & pro-
babitur.

Probatur inſuper & tertiò noſtra concluſio Doctorum auctoritate. Diuus,
enim, Thomas, quàm libentiſſimè in ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexage-
ſima ſecunda, articulo ſeptimo, in corpore quæſtionis, circa finem, infra-
ſcriptis uerbis præſenti cõcluſioni ſe ſubſcripſit, videlicet. Non. n. ſemper con
ſilium, vel adulatio, vel aliquid huiuſmodi, eſt efficax cauſa rapinę. Vndè tunc
ſolùm tenetur conſiliator ad reſtitutionem, qñ probabiliter æſtimari pôt, ꝗ ex
huiuſmodi cauſis fuerit iniuſta acceptio ſubſequuta. & his per paucis verbis
omnibus

Inſtitu. quæ ex delicto naſcuntur. §. interdum quoque furti. l. Qui ſeruo. ff. de furtis. l. conſilij. ff. de regu. iur. c. nullus ex conſilio. de regu. iur. in 6.

Cõſilium dari contingit dupliciter.

Dynus. Ioannes Andr. Ancharanus. Bartol.

Conſilium contrahendi dans ad quid teneatur.

Cõſilium delinquendi dans ad quid teneatur. l. 1. ff. de ſeruo corrupto.

S. Thomas.

omnibus noſtræ concluſionis membris ſe ſubſcripſerit, probat Caietanus in commentarijs in dicto articulo 7. dicens, nonnulli aiunt, quòd requiritur ad reſtitutionis vinculum, quòd ſit cauſa ſine qua non acciperetur. Sed ſi acceptio omnino fuiſſet per alium facta, non teneri ad reſtitutionem, niſi ratione rei, quæ ad ipſum deuenit: & ex hoc principio deducitur, quòd cauſæ inſtrumentales particulares (loco quarum omnino fuiſſent aliæ, vt miniſtri ad uſuras, & inferiores milites, & pedites ad bellum manifeſtè iniuſtum) non teneri tur, niſi aliquid ad eos deuenerit: quoniam loco eorum affuiſſent, qui idem feciſſent. Sed ſalua eorum reuerentia valde iſti errant in ſenſu illius maximæ, & conſequenter longè aberrant, applicando. Plus, enim, in primis cauſa per quam aliquid fit, quàm cauſa, ſine qua non fieret, quoniam iſta inter cauſas non computatur: illa, verò, eſt cauſa (vt patet in philoſophia.) Et in propoſito, cauſa iniuſtæ acceptionis eſt, quæcunque efficit ipſam acceptionem iniuſtam: Vndè & in hoc articulo ſubdit author, quòd ideò quandoque adulator non tenetur: quia quandoquè non eſt cauſa efficax. Et ut omnes intelligant, ſi quis habeat multos famulos, & præcipiat, quòd occidant talem uirum: & ſingulis exiſtentibus paratis ad hoc, & ſufficientibus, ſi unus eorum ſolus occidat, nunquid ille non erit vera cauſa iniuſtæ acceptionis uitæ, & tenetur illi ad reſtitutionem: nec excuſatur à reſtitutionis vinculo pluſquàm à pœna mortis, à qua certùm eſt non excuſari, quia omnino multi alij ipſum occidiſſent. Habet, enim, locum in huiuſmodi regula euangelica: neceſſe eſt vt ueniant ſcandala: Veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum uenit. Ad affirmatiuam oportet, ergo, reſpicere, an, ſcilicet, iſte efficiat iniuſtã acceptionem, & non ad negatiuam: an, ſcilicet, nõ fuiſſet facta ſine ipſo. Tenetur, enim, quilibet ratione ſuæ operationis. Nec excuſatur, quia omnino hoc alius feciſſet. Cùm, ergo, vinculum reſtitutionis ſequatur operationem agentis, quando ex iniuſta acceptione conſurgit, ſine omni dubio conſtat, quòd extra obligatos ad reſtitutionem non ſunt, qui licèt nihil habuerint, & alij omnino hoc idem feciſſent, miniſtri fuerunt iniquæ acceptionis. hæc ille Doctor inter alia, cuius verba operæ pretium duxi ad verbum afferre, tum, vt clariùs pateret veritas noſtræ concluſionis, tum etiam quia ferè omnes infraſcripti Doctores ipſis verbis explicitè utuntur, & alij implicitè, dicentes, teneri conſulentes, quando id non fuiſſet facturus conſultus, Scotus quoque, Riccardus, Tartaretus, Nicolaus de Orbellis, Hadrianus, Gabriel Biel, Ioſeph Angles, Petrus à Palude in locis citatis in concluſione præcedenti, Ioannes quoque à Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione ſeptima ferè per totum, vbi eruditiſſimè noſtram probat concluſionem, Dominicus quoque à Soto in libro quarto, de iuſtitia, & iure, quæſtione ſeptima, articulo tertio, ver. Ad examen autem accuratius. & ibidem in libro ſexto, quæſtione prima, articulo quarto, columna nona, ver. Quicunque verè eſt cauſa. & ex Canoniſtis, Gloſæ in dictis iuribus canonicis & ciuilibus. Innocentius, Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, Panormitanus, Ioannes de Anania, Felinus in dicto capitulo, ſicut dignum. §. Qui uerò ſe aſſerunt, & in capitulo primo, in ver. limita, vt habeat, extra de officio delegati, Dominicus à Sancto Geminiano, & Ancharanus in dicto capitulo, fœlicis. de pœnis, in ſexto, ſequentes verba illius tex. in dicap. felicis. & Didacus Couarruuias in ſecundæ partis relectio. §. duodecimo, per totum; qui ad noſtram concluſionem probandam multas alias auctoritates affert: licèt per ſe patet, Petrum à Palude aduerſari aliquatenus præſenti

Caietanus.

20

Conſulens, aut aliquid faciens in detrimentũ proximi, quando alij hoc ipſum feciſſent, ad quid teneatur.

Mat. c. 18. ver. 7

Scotus.
Riccardus.
Tartaretus.
Nic de Orb.
Hadrianus & alij Doctores citati in præcedenti concl.

Felyn.
Anchar.
Geminianus.

Couarruuias.

noſtræ concluſioni,eò quòd voluerit,quòd ſit neceſſaria ad reſtitutionis obligationem,cauſa,ſine qua non contingeret acceptio iniqua, quaſi velit nõ eſſe reſtitutioni obnoxium eum,qui dederit cauſam acceptioni iniuſtæ,quæ nihilominus eo non dante cauſam,cõtingeret omnino:& licèt quidem hoc dixerit Paludanus in 4.diſt.15.q.2.art.5.in ver.De ſeruiente dicitur, tamen, ipſemet paulò antè in dicta quæſtio.2.art.3.in principio:ſed dubium eſt contrarium concluſerat,dicens:ſed quia agentes,& conſentientes pari pęna puniuntur,ideò tenetur,vt videtur.hæc ille.noſtræ concluſioni aſtipulatur Nauarrus quoque in ſuo manuali.cap.17.nume.19.& 20.& Syluest.in ver. vſura,octauo.§.2.licèt dicat opinionem Petri à Palude tutiorem,& reliquorum, quos adduximus pro noſtra concluſione veriorem:immo veram: Cardinalis quoque à Turre Cremata in cap.ſi res.14.q.6.nume.33.& deinceps.

Probatur & quartò hac ratione irrefragabili:ſi,enim,noſtra concluſio non eſſet vera,vnà cum omnibus clauſulis ibi allatis: ſequeretur hoc abſurdum, quòd nec ipſe uſurarius teneretur ad reſtituendas uſuras exactas à mutuatario. Nam ratio propter quam uſurarius tenetur ad reſtitutionem vſurarum, eſt,quia ille damnificauit mutuatarium exigendo ab ipſo uſuras, & non eſt,

Ratio concluſ. quia aliquid lucratur propria pecunia ſua ipſe vſurarius, cùm de ſui natura hoc nullo iure prohibeatur:alias omnes mercatores eſſent in mortali peccato:quod falſiſſimum eſt:cùm ipſi(ſi negotiando neminem decipiunt)maximè meritorium opus faciant:eò quòd eſt eorum exercitium Reipublicæ neceſſarium (vt docuit Pius Quintus felicis recordationis in extràuag. de cambijs) ſed iccircò lucrum vſurarium prohibetur, quoniam eſt lucrum rei non ſuæ: cùm per mutuum res mutuata fiat pleno iure mutuatarij (vt latiùs in prima

Antecedens. quæſtione in fine ſecundi notabilis dictum fuit. Si,ergo, vſurarius ab omnib. prædicatur obnoxius reſtitutioni eorum, quæ per uſuram acquiſiuit (vt læ-

Conſequentia. ſum exactione ipſa uſurarum reddat indemnem)indè ſequitur,quòd qui proprio conſilio fuit potiſſima cauſa damnificandi proximum exactione uſurarum,& ipſum teneri ad reſtitutionem huiuſmodi damni incurſi à mutuatario propter ſuum conſilium, per ſe patet. Nam ſicut nemo iudicio præditus dicere auderet Franciſcum vſurarium non teneri ad reſtituẽdum Petro quicquid per uſuram ab ipſo extorſit mediante mutuo conceſſo ſub uſuris: licèt ſi ipſe non mutuaſſet ſub uſuris dicto Petro, opus fuiſſet ipſi Petro pecunia egenti (ab alijs paratiſſimis mutuare ſub uſuris & non gratis) mutuo ſuſcipere pecuniam ſibi neceſſariam: ſic proculdubio dicendus erit ſtultiſſimus hominum, qui aſſeuerare non erubeſceret Andream conſulentem (in terminis,tamen,noſtræ concluſionis)non teneri, quia ſi ipſe non conſuluiſſet, alij quàm plurimi erant parati tale peſſimum conſilium præbere.ex his omnibus ergo,patet veritas præſentis noſtræ concluſionis.

Prima impugnatio concl. Quamuis veriſſima ſit noſtra concluſio,poſſet,tamen,contra illam inſurgere aliquis dicendo ipſam falſam & iniuſtam: cùm velit obligare conſulentem vſurarum exactionem ad reſtitutionem realem,ac per conſequens implicitè,

cap.omnis,res. 27.q.2. quòd non ſatisfaciat ſi contrarium conſuluerit:vt puta, reſtitutionem uſurarum ſolo verbo,ſicut ſolo uerbo cõſuluerat ipſas exigere: quod videtur prorſus irrationabile,& contra id,quod reperitur cautum in utroque iure. Nam

21 *Res, per quas cauſas naſcitur,per eaſdem diſſoluitur.* in capitulo,omnis res.vigeſima ſeptima,quæſtione ſecunda,dicitur: [Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur]igitur,cùm obligatio reſtituendi (per te) naſcatur conſulenti ex ſolo verbo ipſius, ſequitur, quòd ex ſolo

verbo,

verbo, videlicet per conſilium præſtitum de reſtituendo vſuras exactas, diſſoluatur obligatio reſtituendi uſuras extortas ratione conſilij vſurario præſtiti à conſulente. Inſuper tex. eſt in §. item per acceptilationem, in ver. conſentaneum. Inſt. quibus modis tollitur oblig. vbi hæc habentur, videlicet: [Conſentaneum, enim, viſum eſt, verbis factam obligationẽ, alijs poſſe verbis diſſolui.] Ad quod reſpondetur quàm breuiſſimè, quòd admiſſa Sancti Ioannis Chriſoſtomi (in dicto c. omnis res) & Iuſtiniani Imperatoris (in dicto §. item per acceptilationem) auctoritate: nihil tamen contra noſtram concluſionem ex ipſis habetur: quoniam ratio hæc adducta præſupponit, & verificatur ſolùm in conſulente, ex cuius conſilio nihil operis ſequutum eſt: nos, autem, in concluſione ſupponimus, quòd ratione conſilij vſurario præſtiti ipſe uſurarius exigendo uſuras effectualiter, opereq; ſequuto damnificauerit mutuatarium: & ſic non ſumus in terminis noſtræ concluſionis, ac per conſequens hęc prima impugnatio nihil probat contra ipſam concluſionem.

§. Item per acceptilationem. Inſt. quib, modis toll. oblig.

22 *Obligationem verbis factam alijs poſſe verbis diſſolui, probatur.*

Reſpõſio dictæ impugnationi.

Præterea: poſſet quis iterum inſurgere contra noſtram concluſionẽ dicendo, verum non eſſe quod ibi dicitur, quòd conſulens exactionem uſurarum (etiam ſi alij conſultores, ipſo non conſulente, non defuiſſent) teneatur illas reſtituere: & ratio eſt, quoniam huiuſmodi conſulens in tali caſu non poterit dici cauſa uſurarij mutui, & exactionis vſurarum: eò quòd nemo dicẽdus ſit cauſa alicuius rei, niſi fuiſſet illius rei cauſa ſine qua non: iuxta vulgatam cauſæ deſcriptionem: qua dicitur, cauſa eſt, qua poſita, ponitur effectus, & qua non poſita, non poneretur effectus. igitur ſi abſq; Petri conſulentis cooperatione non minùs fuiſſet mutuum vſurariũ petitum, & exactum, hoc conſulentibus alijs: & ſic non videtur poſſe dici, Petrum conſulentem fuiſſe cauſam damni illati mutuatario per uſurarium. Si ergo, Petrus conſulendo non fuit cauſa damni: nec igitur ad reſtitutionem tenebitur.

Impugnatio ſecunda contra concluſionem.

23 *Cauſa qd ſit.*

Ad hoc reſpondetur (vnà cum Ioanne de Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſtione 7. §. ſi obijcias, & Soto, & Couarruuia, locis citatis paulò antè) illam cauſæ deſcriptionem ſupra allatam non omni cauſæ competere, vt patet. Nam ſi duo ignes ſimul eidem ſtuppæ applicentur, vterque erit cauſa combuſtionis ſtuppę: cùm tamen neuter eorum ſit cauſa ſine qua non, quia quocunque eorum ſemoto, ſtuppa ipſa ab altero igne fuiſſet combuſta: ſimiliter in cauſis finalibus, idem patet in eo, qui ad eccleſiam uadit, tum ut diuina audiat, & decantet, vel ſaltem interſit diuinorum officiorum celebrationi, tum etiam vt diſtributiones lucretur, ita vt propter quemcunque ex his finibus iret, altero ſecluſo: de quibus conſtat, quod uterque eſt cauſa illius motus, & tamen quocunq; eorum ſecluſo, non minùs motus ille poneretur. Itaque illa deſcriptio cauſæ competit cauſæ præciſæ, non tamen vniuerſaliter competit cauſæ efficienti, cùm ſtet, dare plures cauſas eiuſdem effectus, quarum quælibet ſine altera ad effectum illum producendum ſufficeret, licèt non ſtet, dare plures cauſas præciſas, vt de ſe ſatis conſtat. Habet etiam præfata cauſę deſcriptio alias limitationes, quas breuitati ſtudens prętereo. Erit, igitur, alia magis propria cauſę deſcriptio, quam Ariſtoteles tradit dicens, cauſa eſt, vnde motus, vel à qua motus eſt. Quapropter patet, ꝙ licèt conſulens (vt in concluſione) non uideatur eſſe cauſa uſurarię exactionis (quodammodo) ſine qua non: cùm non fuerit cauſa pręciſa: tamen poterit dici cauſa dictę exactionis, quę ſufficit ad obligandum ad reſtitutionem: vt fuit latiùs probatum per allata in probationem ipſius concluſionis noſtrę.

Reſponſio impugnationi. Ioannes à Medina. Sotus. Couarruuias.

Ariſt. in primo de genera. c. 4. tex. 55.

24 *Cauſa (ſecundum Ariſtot.) quid.*

Tertia

Tertia concluſio.

25 *Conſentientes exactionib. uſurarum (ſine quibus uſurarum exactio ſequuta nõ fuiſſet) tenentur inſolidum eas reſtituere.*

Conſentientes mutuis vſurarijs, & vſurarum exactionibus indè ſequutis (ſine quorum conſenſu non fuiſſent exactæ vſuræ) tenentur inſolidum reſtituere illas, etiam ſi nihil ex ipſis aſſequuti fuiſſent, ſi uſurarius ipſe non reſtituerit: hæc concluſio probatur ijſdem medijs, & auctoritatibus, quibus fuerunt probatæ duæ concluſiones præcedentes, cùm militet eadem ratio, & ijdem Doctores in locis ibi citatis idem aſſeuerent.

Quarta concluſio.

26 *Vſurariorum adulatores quãdo ad reſtitutionẽ vſurarũ teneantur.*

Palpantes, ſeu adulatores vſurariorum quotieſcunq; eorum adulatio fuit cauſa exactionis vſurarum, vel in totum, vel in partem, videlicet: vt iam propoſita vſurarum exactio augeretur, ſemper tenebuntur inſolidum cum vſurarijs, illas reſtituere in totum, vel in partem iuxta cauſam datam ab ipſis (vt diximus in ſecunda concluſione.) Hæc concluſio probatur ijſdem medijs, quibus fuit probata ſecunda concluſio, vt diximus de tertia concluſione.

Quinta concluſio.

27 *Vſurarijs præbẽtes aliquod commodum in tali exercitio quãdo teneantur.*

Præbentes domus, & alia huiuſmodi commoda uſurarijs ad ſe recurrentibus pro abſcondendis vſurarijs exactionibus, vel libris, & alijs ſcripturis, quibus poſſent conuinci, & cõpelli vſurarij ad reſtituendas vſuras: ſi propterea qui ſoluerant uſuras, illas obtinere non poſſent, tenentur inſolidũ, licèt idem fuiſſet conceſſum ab alijs. Hæc concluſio probatur ijſdem medijs, quibus fuit probata concluſio prima & ſecunda, cùm idem ſit iudicium quoque de huiuſmodi recipientibus huiuſmodi recurſus vſurariorum, vt citati vbi ſuprà Doctores quoque docent in locis citatis.

Sexta concluſio.

28 *Vſurarijs participes in exactione uſurarum quãdo teneantur inſolidum.*

Participantes quoque cum uſurarijs in exactione vſurarum tam ij, qui in lucris uſurarijs participant, quàm mediatores (quocunque nomine cenſeantur) famuli, ſeu miniſtri vſurariorum cooperantes in exactione vſurarum: vt ſunt illi, qui illas negotiantur, ſeu exercent nomine alieno: licèt de illis nihil recipiant, niſi conſuetum ſalarium reliquis miniſtris dari conſuetum: notarij ſcienter vſurarium contractum ſcribentes palliando uſurarium mutuum: omnes, enim, hi ad reſtitutionem exactarum vſurarum tenentur inſolidum, cum vſurarijs principalibus: nec excuſabuntur, eò quòd ſi ipſi hoc non feciſſent, quàmplurimi alij feciſſent, vt luculentiùs fuit probatum in concluſione ſecunda. Hæc concluſio probatur ijſdem medijs, quibus diximus probari tertiam concluſionem.

Septima concluſio.

29 *Vſurariorum inſtrumenta, vel alios libros non manifeſtans quando teneatur reſtituere inſolidum.*

Mutus, & non manifeſtans, ſeu qui ſcit vbi ſint inſtrumenta uſuraria, vel libri vſurariorum, ex quibus poſſet is (qui vſuras ſoluit) compellere vſurarios ad ſibi reſtituendas extortas uſuras: & is qui in iudicio à iudice competenti compulſus fateri ueritatem præfatorum, dicit ſe neſcire: quoniam hic talis tenebitur quoque ad reſtitutionem uſurarum inſolidum cum uſurariis ipſis. Hæc concluſio probatur ijſdem mediis, quibus fuit probata prima & ſecunda concluſio, cùm hic talis det contra ordinem iuſtitiæ efficacem cauſam damnificationi ſui proximi.

Octaua concluſio.

30 *Vſurarijs exactionibus non obſtans quãdo ad reſtitutionẽ vſurarum teneatur.*

Non obſtans exactioni uſurarum is, ad quem ex officio ſpectat, tenetur illas reſtituere inſolidum cum vſurarijs ipſis: vt puta, ſi princeps, aut officialis publicus fuerit, ad quẽ ſpectat prohibere delicta in ciuitate, vel caſtris, vel hu-

iuſmodi,

iuſmodi, ne fiant: ſecus ſi hoc ex officio ſibi non competat. Hæc concluſio probatur illis medijs, quę fuerunt allata in probationē concluſionis primę: cùm hac limitatione, & diſtinctione vtātur omnes Doctores ibi citati,& ipſe Ioannes a Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſt.9. ferè per totum, qui probat ibidem concluſionem præcedentem, ſcilicet, ſeptimam: & ratio concluſionis eſt,quoniam licèt talis non obſtans (cui ex officio hoc non competat) peccet mortaliter, ſi poſſet obſtare ſine proprio diſpendio agens contra charitatem proximi: tamen, in nullo cooperatur vſurario: contrarium, tamen,contingere in eo cui ex officio hoc competat, non eſt qui non animad uertat: cùm ad hoc ſibi aſſignata fuerit iuriſdictio, & tributum ex ærario fiſci,vel ſaltem Reipublicæ,vt quàmplurimis medijs Doctores citati probant: quæ afferre (breuitati ſtudens) nolui, cùm per ſeſe hoc pateat veriſſimum. *Ioſ. à Medina.* *Ratio concluſ.*

Nona & vltima concluſio ſit hæc.

31 Prædicti omnes (quos dixi teneri inſolidum vnà cum uſurariis ipſis reſtituere vſuras exactas, etiam ſi nihil ad eos de ipſis perueniſſet) principali uſurario reſtituente, abſoluuntur à præcepto & obligatione huiuſmodi vſuras reſtituendi: ſed ſi aliquis ex huiuſmodi cooperatoribus vſuras ipſas reſtituiſſet,non tamen uſurarius ipſe eximetur ab obligatione reſtituendi uſuras exactas: ſed illas tenebitur reſtituere ei, qui pro ſe ſoluit mutuatario. *Vſurarijs ipſis reſtituētib. uſuras quādo cooperatores abſoluūtur à præcepto reſtituendi vſuras.*

Hæc concluſio probatur auctoritate omnium Doctorum, qui fuerunt citati in probatione primæ, & ſecundæ concluſionis: quoniam hoc idem probant locis ibidem citatis:& ratio præſentis concluſionis eſt patentiſſima: quoniam ipſe uſurarius tenetur reſtituere damnum proximo illatum ratione iniuſtæ acceptionis, & illorum exactorum retentionis: cooperatores,verò, ratione damni illati ex eorum cooperatione. *Ratio concluſ.*

Ad argumentum in contrarium adductum quàm facillima erit reſponſio, dicendo cum Diuo Thoma in 2.2.quæſt.62.art.7.in reſpon.ad ſecundum. ꝙ principaliter tenebitur reſtituere ille,qui eſt principalis in facto(vt puta)uſurarius in exactione uſurarum. Principaliter quoque poteſt dici,& pręcipiens uſurarium mutuum:ſecundariò exequens,& conſequenter alij per ordinem. Vno,tamen,reſtituente illi,qui paſſus eſt damnū, alius eidem paſſo damnum reſtituere non tenebitur; ſed illi,qui ſunt principales in facto, & ad quos res (per vſuram extorta)peruenit,tenētur alijs reſtituere,ſcilicet eis,qui reſtituerunt; & ſic patet, ꝙ indè mutuatarius, qui ſoluit uſuras non locupletabitur cum aliena iactura: ſed ſolùm recipiet id, quod ſibi de iure debebatur. *S.Thomas.*

QVAESTIO XXXIIII.

Vtrum liceat pecuniam, vel aliud mutuabile accipere mutuo ſub vſuris.

SVMMARIVM.

1 *Inducere aliquem ad peccandum, & vti peccato alterius in bonum finem,in quo differant.*
2 *Inducere aliquem ad aliquid faciendum quando quis dicatur.*
3 *In neceſſitate extrema exiſtenti, vel pro tali, licebit mutuum accipere ſub vſuris.*
4 *Mutuum petere ſub vſuris, quando nullum ſit peccatum: quando,verò,veniale, & quando mortale.*

CVM in præcedenti quæſtione dictum, ac probatum fuerit non tantùm vſurarios ipſos peccare, verùm etiam cooperatores illorum (quorũ nonnullos enumerauimus ibidem) & cùm uideatur, quòd ſi non adeſſent qui ab vſurariis peterent ſub vſuris, nec ipſi tam nequiſſimi ſceleris macula ſe deturparent: iccircò meritò ſubſequitur præſens quæſtio examinanda, in qua quærendum eſt, an petere ſub vſuris mutuum ſit prohibitum. Et primò uidetur dicendum eſſe prohibitum, ac per conſequens nemini licere pro quocunque commodo temporali petere mutuum ſub vſuris: quod videtur probari ſic.

Maior propoſ. Præbere occaſionem peccandi prohibitum eſt, ac per conſequens nemini licitum etiam pro quocunque commodo temporali indè captando.

Minor propoſ. At petere mutuum ſub vſuris eſt præbere occaſionem peccandi.

Concluſio. Ergo, petere mutuum ſub uſuris eſt prohibitum, neminiq; licitum etiam pro quocunque commodo temporali indè captando.

Maiot patet, quia præbere occaſionem &c. eſt præbere ſcandalum actiuum, quod ſemper eſt illicitum, cùm ſit peccatum: quod non licet perpetrare pro quocunque commodo temporali captando.

Minor non poteſt negari: quoniam ſi nullus peteret mutuum ſub uſuris, nullus mutuaret ſub vſuris, vt patet ad ſenſum.

Ergo &c.

SED CONTRA: ille, qui iniuſtitiam, vel iniuriam patitur ab aliquo non peccat ſecundum Philoſophum: Vndè iuſtitia non eſt media inter duo vitia: ſed vſurarius peccat inquantum facit iniuſtitiam accipienti mutuum ſub vſuris: ergo ille, qui accipit mutuo ſub uſuris non peccat. *Ariſto. Ethic. cap. 5.*

Reſpondeo præſenti quæſtioni duabus concluſionibus: præmittendo, tamen, illis vnum notabile pro earum maiori intelligentia: quod eſt

Notabile vnicum.

Aliud eſt inducere aliquem ad peccandum, & aliud eſt vti peccato alterius in bonum finem. Primum, enim, ſemper eſt illicitum: & hoc verificatur in eo, qui petit aliquid, quod fieri nequit ſine peccato: ut contingit in omnibus operibus aduerſantibus præceptis diuinis: inducere, enim, eſt præcipuum genus cooperationis ad malum: nam inducere eſt aliquem non cogitantem aliquod malum perpetrare, excitare, ac mouere ad illud operandum: Vndè per ſe patet ſemper eſſe peccátum aliquem inducere ad peccandum: & ſic in propoſito, illicitum eſt inducere aliquem ad ſibi, uel alteri mutuandum ſub uſuris, qui nollet ſub uſuris mutuare. Vti, uerò, peccato alterius in bonum finem unicuique licebit, exemplo Dei Optimi Maximi, cui hoc eſt in uſu: ex quolibet, enim, malo elicit aliquod bonum; & hoc uti peccato alterius ad bonum proprium: alijs uerbis Cardinalis Caietanus (in Commentarijs ut infra) exponit, dicens, magna differentia eſt inter inducere ad minus malum, ut euitetur maius, & offerre ac tradere materialiter materiam minoris mali. Dixi offerre &c. ideſt, non inducendum aliquem ad explendam malam eius uoluntatem circa oblatam materiam, ſed ad redimendam uexationem ſuam: hæc ille, & ut in noſtra materia loquamur, hoc facit petens mutuum ſub uſuris, ut ſibi miſero ſubueniatur ab uſurario, ſaltem, ſub uſurarum exactione: licet ſi uellet ille, poſſet ſuæ petitioni annuere ſine peccato, mutuando ſine aliqua exactione, aut ſpe uſurarum, ei humanitatis, ac charitatis opus exhibendo:

1 Inducere aliquem ad peccandũ, & vti peccato alterius in bonum finem in quo differant.

2 Inducere aliquẽ ad aliquid faciendũ, quando qs dicatur.

Caietanus.

bendo: & ſic patet, talem petentem mutuum ſub vſuris non cooperari peccato vſurarij: cùm coactus petat ſub vſuris, petiturus mutuum ſine illis, ſi ei ſpes adeſſet illud aſſequendi. ſicut docet S. Thom. (vt infrà) licere incidenti in latrones oſtendere, & offerre bona ſua ab ipſis diripienda, vt ſic mortem euaderet ab illis intentatam, exemplo decem virorum, qui dixerunt Iſmaeli, Noli occidere nos, quia theſauros habemus in agro. Vltra hæc videbis, quæ attuli ſupra in quæſt. duodecima, num. 3. & num. 4. circa intelligentiam iſtius termini inducere.

Ierem. c. 41.

Prima concluſio ſit hæc.

3

Exiſtẽti in extrema neceſſitate, vel pro exiſtẽte in tali neceſſitate licebit mutuũ ſub vſuris accipere.

Vnicuique exiſtenti in extrema neceſſitate, vel pro exiſtente in extrema neceſſitate licebit ſine aliquo peccato inducere ſuaſionibus ſuis diuitem ad ſibi, uel alteri mutuandum ſub vſuris, quando omnino ille talis nollet mutuare gratis, licèt non eſſet paratus mutuare ſub uſuris, illi conſulendo minus peccatum, quod committet dando ad vſuram, quàm commiſiſſet non mutuando penitùs: & ſic ipſum permittendo fame perire, quod pertinet ad peccatum homicidij (quod grauius peccato vſuræ eſſe nulli dubium eſt) iuxtà doctrinam Diui Ambroſij in lib. de officijs, cuius ſententia refertur in c. Paſce. diſt. 86. [Paſce fame morientem. Quiſquis, enim, paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non pauiſti, occidiſti.] hæc ibi. Hæc concluſio probatur triplici medio: Primò, enim, per arg. in c. ſi quod veriùs. 33. q. 2. & eſt Diui Auguſtini de adulterinis coniugijs, lib. 2. cap. 15. vbi inter alia dicitur: [Si, enim, facturus eſt, quod non licet: iam faciat adulterium, & non faciat homicidium: vt uiuente vxore ſua, alteram ducat, & non humanum ſanguinem fundat.] & quoniam hæc concluſio videtur fuiſſe probata ex adductis in probationẽ, & examinationem quæſtionis duodecimæ, vbi multas Doctorum authoritates, & rationes attuli: hic tantùm dicam, non obſtare, quòd videtur hęc concluſio contra ſententiam Diui Thomæ in 2. 2. quæſt. 78. artic. 4. in corp. quæſtionis dicentis, quòd nullo modo liceat inducere aliquem ad mutuandum ſub vſuris. Non, enim, obſtat noſtræ concluſioni, quoniam ipſe ſanctus Doctor loquitur ibi regulariter, non in caſu noſtræ concluſionis: quoniam vt ipſemet docuit in 2. 2. quæſt. 32. art. 5. in corp. quæſt. in fine, dicens, neceſſitatem proximi obligare aliquem ad eleemoſinam ſibi largiendam ſub præcepto, illam ſolam, ſine qua is, qui neceſſitatem patitur, ſuſtentari non poteſt. (& addit rationem in fauorem noſtræ concluſionis) In illo (inquit) enim, caſu locum habet quod Ambroſius dicit, Paſce fame morientem, ſi non paueris, occidiſti. ex quibus verbis patet, ipſum non aduerſari noſtræ concluſioni, vt quàm elegantiſſimè annuit Dominicus à Soto in lib. 6. quæſt. 1. art. 5. probans poſſe quem inducere, vel conſulere minus malum, vt euitetur maius ab eo, qui apud ſe conſtitutiſſimum erat illud perpetrare. Idem reſpondetur Gabrieli Biel in 4. ſent. diſtin. 15. quæſt. 11. dubio 14. ſe ſubſcribenti ſimpliciter uerbis Diui Thomæ prędictis, cùm ipſe quoque loquens de præcepto eleemoſinarum ſe ſubſcribat dictę ſententiæ Diui Thomę.

c. paſce. diſt. 86.

c. ſi quod uerius. 33. q. 2.

S. Thomas defenditur, & interpretatur eius mens.

Sotus.

Secunda concluſio:

4

Mutuum petere ſub vſuris quando nullũ peccatum ſit, quando veniale, & quando mortale.

Sub uſuris petens mutuum ab eo, qui eſt paratus mutuare ſub uſuris, & non gratis nullo peccato ſe maculat in duobus caſibus: primus eſt, ſi illud ſibi, vel proximo ualde neceſſarium eſt: ſecundus eſt, ſi uelit ex mutuata re ſibi conſulendo uacare mercaturæ licitę, vt tali modo ſibi victum, & omnia ad ſuum ſtatum decentia congregare poſſit: tamẽ ſolùm veniale peccatum com-

mittet,

mittet, ſi hoc fecerit ad ſuperfluas congregandas diuitias, vel ut latiùs uiuat: erit mortale peccatum in caſibus duobus: primus, ſi pro re illicita, non ratione ſuſceptionis mutui, ſed ratione finis praui: & ſecundus ſi ſciens pro certo ſe non poſſe ſoluere poſtmodum tempore debito, nihilominus mutuum ſub vſuris ſuſcipit, vel vt ſic fallat mercatores, vel indè ſequitur depopulatio totius ſubſtantiæ, ac patrimonij ſui, & propriæ familiæ: quam in perpetuum, vel quaſi, egeſtati ſubiicit. Vel ratione ſcandali actiui: vt ſi Epiſcopus, vel alia perſona religioſa ſuſciperet mutuum ſub vſuris habens neceſſaria, vt lautiùs viueret. Hæc concluſio probatur auctoritate Diui Thomæ in 2.2. queſt.78. art.4. in corp. quæſt. & in reſpon. ad ſecundum. Cardinalis Caietani in Commentarijs ibidem, Dominici à Soto in lib.6. vbi ſupra. Gabrielis Biel vbi ſupra. Riccardi in 4. ſent. diſt. 15. art. 5. quæſt. 5. in princ. Innocentij, Ioan. And. Antonij de Butrio, Panorm. & Ioan. de Anania in c. ſuper eo. extrà de vſur. Sylueſt. in ver. vſura, ſeptimò. §. 1. Nauarri in ſuo Manuali, cap. 17. num. 262. 263. & 264.

S. Thomas. Caiet. Sotus. Biel. Riccardus. Innoc. Ioan. And. Ant. de Butrio. Panor. Ioan. de Ana. Syluest. Nauarrus.

Ad argumentum modò quàm facillima erit reſponſio: dicendo minorem illam regulariter eſſe veram, ſi eam intellexerimus iuxta ſonum verborum: ſed ſi acceperimus inducere ad peccatum, largo modo pro, conſulere minus peccatum ei, qui omnino paulò poſt voluiſſet maius peccatum perpetrare, & iam ad illud ſe accinxerat: tunc dicemus falſam eſſe minorem, cùm hoc non ſit inducere ad peccatum: vt latiùs per adducta in concluſionibus allatis in quæſt. 12. probauimus, & ſic patet ueritas noſtrarum concluſionum.

QVAESTIO XXXV.

Vtrum vſurarij publici, ſeu manifeſti ſint plectendi aliqua alia pœna vltra pœnam peccati mortalis, & obligationis reſtituendi extorta per vſuram vnà cum omni damno indè illato.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius manifeſtus quis propriè appellandus ſit.*
2 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur ad effectum, vt incurrat pęnam. cap. quia in omnibus. extrà de vſuris.*
3 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur ad effectum, vt incurrat pęnam. cap. quànquam, de vſur. in ſexto.*
4 *Peccare manifeſtè quis dicendus ſit.*
5 *Vſurarius laicus manifeſtus eſt infamis.*
6 *Vſurarius laicus occultus nulla infamia fędatur, donec per ſententiā denudetur crimen ſuū.*
7 *Vſurarius laicus manifeſtus, an admittatur ad communionem altaris.*
8 *Vſurarij manifeſti oblatio in eccleſia facta, non erit recipienda, ſed eleemoſinæ quando.*
9 *Vſurarius manifeſtus quando priuabitur ſepultura non reſtituendo.*
10 *Notarius, appellatur ſeruus publicus.*
11 *Cautio, & cautio idonea, vel ſufficiens, an differant.*
12 *Vſurarij prædicti non valentes reſtituere vſuras extortas non priuabuntur eccleſiaſtica ſepultura.*
13 *Vſurarius manifeſtus reſtituens vſuras, & non intereſſe, an priuetur ſepultura eccleſiaſtica*
14 *Vſurarij manifeſti teſtamentum eſt ipſo iure nullum, nec tales erunt admittendi ad ſacramenta; niſi prius reſtituerint, vt poterunt.*

Vſurariorum

15 *Vſurariorum manifeſtorum codicilli, & donationes cauſa mortis ſunt ipſo iure nulla non præmiſſa reſtitutione.*
16 *Pœnalia iura etiam in materia excommunicationis extenduntur.*
17 *Vſurarij prædicti teſtamentum quando erit validum.*
18 *vſurarij manifeſti cadauer ſepultum in eccleſia quando exhumari debeat.*
19 *Vſurarij prædicti an debeant admitti ad confeſſionem, & ſacramentalem abſolutionem.*
20 *vſurarij prædicti non oriundi, an debeant expelli à ciuitatibus, in quibus exiſtunt.*
21 *Vſurariorum laicorum manifeſtorum pœnis ſubiacent, & ipſi clerici vſurarij manifeſti.*
22 *Diſpenſare poterit Epiſcopus in infamia incurſa à clerico propter vſuras manifeſtè ab ipſo exactas.*
23 *Vſurarij clerici ſunt ſuſpendendi ab officio, & beneficio.*
24 *Vſurarij laici ſunt excommunicandi, ſi non deſtiterint ab exactione vſurarum.*
25 *Clerici an poſſint accipere oblationes de manu vſurariorum manifeſtorum.*
26 *Sepelientes uſurarios manifeſtos in loco ſacro ſunt excommunicati.*
27 *Sepelientium appellatione quæ perſonæ veniant.*
28 *Legis mens ex tribus colligitur.*
29 *Legis ratio, dicitur mens ſeu anima legis.*
30 *Contra legis mentem faciens, & non contra verba legis incidit in pœnam legis.*
31 *Legis extenſio in pœnalibus, an fiat ad id, quod eſt de mente ipſius legis, & non de ſenſu verborum.*
32 *Legis mens comprehenſiua quid ſit, & quotupliciter colligatur.*
33 *Legis mens extenſiua, ſiue extenſa quid ſit.*
34 *Lex an extendatur in pœnalibus ad comprehenſa ſub mente.*
35 *Lex etiam extenditur in pœnalibus, quando talis extenſio eſt ſecundum mentem legis comprehenſiuam.*
36 *Lex in pœnalibus non extenditur quando talis extenſio eſſet ſecundum mentem legis extenſiuam ſiue extenſam: in non pœnalibus, autem, extenditur.*
37 *Legi facere fraudem quot modis contingat, & an talis incidat in pœnam ſtatutam non obſeruantibus legem talem.*
38 *Donare non poteſt maritus vxori.*
39 *Legis mens eſt ratio legislatorem mouens ad legem condendam.*
40 *Legis mentem ſeruanti non eſt curandum de verbis legis.*
41 *Statutum extenditur etiam ad alios caſus, ſine quibus diſpoſita per ſtatutum non poſſunt commodè ſortiri effectum.*
42 *Res non ſermoni, ſed ſermo rei ſubiectus eſt.*
43 *Religioſus abſconſum habitum ſuæ religionis deferens, eſt excommunicatus.*
44 *Contra legem facere quis dicatur.*
45 *Legi fraudem quis dicatur facere.*
46 *In legem committere quis dicatur.*
47 *Monialium clauſtra ingrediens eſt excommunicatus per bullam Gregorij XIII.*
48 *Excommunicati an ſint ingredientes monaſteria monialium ſine prætextu licentiarum.*

CVM tandem aliquando (Deo Opimo Maximo præſtante) peruenerim ad nouiſſimam quæſtionem pertractandam in præſenti opuſculo, operæpretium viſum fuit examinare in ea: An, vltra adducta in deteſtationem inhumaniſſimi ſceleris vſurarum, ipſi publici, & manifeſti vſurarij veniant aliqua alia pœna plectendi ultra reſtitutionem bonorum extortorum per uſurariam mutuationem vnà cum damnis indè illatis ipſis mutuatarijs, à quibus illa ſic iniuſtè abſtulerunt: & procedendo iuxta morem conſuetum, dico, quòd primò videtur dicendum, vſurarios publicos, & manifeſtos quoſcunque ulla alia pœna, præter iam adductas, plectendos fore: quod & videtur probari forma ſyllogiſtica tali pacto, videlicet:
1. Afflictio non eſt addenda afflictis. Maior propoſ.

Minor propoſ. At ſi vſurarij quicunque publici, vel manifeſti aliqua alia pęna eſſent ple-ctendi vltra adductas, adderetur afflictio afflictis.

Concluſio. Ergo, non erunt ipſi vſurarij (quicunque illi ſint) manifeſti, ſeu publici alia aliqua pœna (vltra adductas) puniendi.

Maior,& minor propoſitio non indigent probatione, cùm per ſe pateant.

SED CONTRA: Scriptum eſt Ierem. c. 17.ver. 18. Confundantur qui me perſequuntur,& non cõfundar ego: paueant illi,& non paueam ego: induc ſuper eos diem afflictionis,& duplici contritione cõtere eos Domine: ergo, quis poteſt pro vno delicto non ſola vna pœna puniri, ſed pluribus, vt paſſim experientia iudiciorum forenſium nos edocet: cùm multi, primo maceratione carceris mancipationis, torturæ,& aliorum tormentorum, & poſtmodum aliquando vltimi ſupplicij pœnæ donentur.

Reſpondeo præſenti quæſtioni nonnullis concluſionibus, præmittendo, tamen, illi vnicum notabile pro illarum maiori intelligentia.

Vnicum notabile ſit hoc

Manifeſtus uſurarius licèt quis in multis caſibus dicatur, tamen quia multæ ſunt pœnæ ipſis debitæ de iure, & in pœnis benignior interpretatio erit facienda, vt in cap. in pœnis, de reg. iur. in ſexto. iccircò operæpretium duxi iuxta doctrinam Didaci Couarruuias in lib. 3. cap. 3. à num. 4. vſque ad nu. 6. variarum reſolut. ſigillatim ſubnectere acceptiones, ſeu ſignificata per hos terminos, manifeſtum, vſurarium.

c. in pęnis, de reg. iur. in 6.

Couar.

1 Manifeſtus, igitur, vſurarius primò dicetur, qui palàm,& publicè fœneratitiam artem ita exercet, vt ipſa operis, & patrati ſceleris euidentiam nullam excuſationem habeat, vt in c. euidentia, extrà de accuſ. in quo omnes Doctores conueniunt. Secundò, qui crimen ipſum confeſſus eſt in iudicio, iure etenim ea confeſſio manifeſtum facit, tex. in c. vlt.& c. veſtra. extrà de cohab. cler. & mulier.& in c. olim, extrà de verb. ſign. Gloſ. in hac ſpecie in c. 1. in ver. manifeſtos, de uſur. in 6. quam Doctores inibi ſequũtur.& in c. quia in omnibus, extrà de vſur. Diciturq; frequentiſſimè id eſſe notorium iuris, quod apparet per confeſſionem in iudicio emiſſam. & ideò manifeſtus vſurarius dicetur is, qui apud iudicẽ confitetur ſe uſurarium eſſe, etiã ſi ſimplex confeſſio ſit, nec profeſſus fuerit ſe manifeſtum uſurarium eſſe; quemadmodũ & in ſpecie explicat Francus in d. c. ſuper dictã Glo. in ver. manifeſtos. & eſt de mente Doctorum ibi,& Abb. Ananiæ,& aliorum in d. c. quia in omnibus. Tertiò, licèt confeſſio extraiudicialis non efficiat quem manifeſtum uſurarium. argum. in cap. vlt. extrà de cohab. cler.& mul. Si, tamen, ea facta fuerit coram Sacerdote,& teſtibus publicè, ita quidem ut id in plurium notitiam deuenerit, dicendus erit quis ex ea confeſſione, vſurarius manifeſtus: vt docet Gloſ. in dicto c. quamquam, de vſur. in 6. in ver. manifeſti. quam ita intelligunt Archidiac. Dominicus à S. Geminiano, & Francus ibidem. Abb. in c. quia in omnibus. Ioan. de Anania in d. c. quia in omnibus, col. 5. Bal. in l. j. col. 4. C. de ſacroſan. eccl. Felin. in c. auditis, col. pen. de præſcrip. quorum opinio communis eſt ſecundum Socin. in conſi. 127. col. 2. lib. 3. & profectò ſi eorum rationes conſiderauimus, non refert, an fiat ipſamet confeſſio extra iudicium coram ſacerdote, vel notario: modò facta fuerit coram teſtibus, ita palàm, & publicè, quòd in plurium aures cognitionem huiuſmodi, & ſcientiam peruenerit. Nam & hi Doctores ea ratione (eorum ſententiam probant) quia confitentis ore crimen iſtud effectum ſit manifeſtum. Quartò, qui ob hoc crimen iam

Vſurarius manifeſtus quis propriè appellandus ſit.

c. euidẽtia, extrà de accuſat.

c. fin. extrà de cohab. cler. & mulier.

c. olim, extrà de verb. ſignif. Gloſa.

Francus. Gloſ. Abbas Ananias.

Gloſ. Archid. Gemin. Francus. Abbas. Ananias. Baldus. Felin. Socinus.

à iudice

à iudice per ſententiam damnatus fuerit: cùm iudicis pronunciatio notorium efficiat: vt in c. vltimo, extrà de cohab. cler. & mulier. Vndè non dicetur manifeſtus vſurarius, qui conuictus in iudicio eſt, niſi ſuperueniat ſententia iudicis. Notandũ inſuper, prædictis modis dicetur quis manifeſtus uſurarius, ad effectum incurrendi pœnas ſtatutas in d. c. quia in omnibus. (quas in concluſionibus enumerabimus) extrà de uſur. At ſi tractetur de incurrendis pœnis ſtatutis in c. quamquam. de vſur. in 6. contra uſurarios manifeſtos, etiam ſi huiuſmodi criminis pęnituiſſent, ac iuſſiſſent uſuras reſtitui ijs, à quibus extorſiſſent, tunc manifeſtus uſurarius is dicendus erit, qui ita palàm, & publicè uſuras exercuit, ut ipſa criminis euidentia non poſſit ulla tergiuerſatione celari: quod & hac ratione probatur. Siquidem non eſt ueriſimile, Romanum Pontificem tam graues pęnas ſtatuiſſe aduerſus eum, qui ſemel mutuum dederit ſub vſuris, licèt id confeſſus fuerit publicè in iudicio, vel extra iudicium, vel à iudice ex ea cauſa fuerit damnatus. Nec item in eum, qui ſecretè, & occultè uſurarios contractus pactus fuerit, quamuis demum eius criminis accuſatus, vel confeſſione, vel probationibus alijs fuerit condemnatus: nam & in his caſibus non poſſet iuſtè hunc reum pronunciare eſſe manifeſtum vſurarium. Et licèt ſententia, aut eius confeſſio eum efficiat uſurarium manifeſtum, non ſufficit ea iudicis manifeſtatio ad pœnas ſtatutas in d. c. quamquam. cùm inibi (vt par eſt) manifeſtatio facti, & non iuris exigatur. Idem probatur ex eo, quòd in c. 1. de vſur. in 6. Exercitium uſurarum manifeſtum requiratur, quo quidem deficiente, legis pœna deficere debet: & præter hæc, eadem ſententia probatur auctoritate dicti Couarruuias ubi ſuprà, & antè illum Bartoli, qui in l. 2. nu. 3. ff. de furt. dixit, quòd ad hoc, vt quis dicatur manifeſtus uſurarius, oportet quòd is publicè tabulam, & menſam paratam habeat ad mutuandum ſub uſuris. Attamen tradit ipſe hanc decidendi normam in hoc his uerbis utens, videlicet: Quandoque quæritur utrum quis dicatur delinquens, ſeu peccator manifeſtus: vt fur uſurarius, uel alio modo, reſpectu certi, & limitati delicti: & tunc requiritur apprehenſio, ſeu acclamatio contra eum in ipſo actu delinquendi, uel in his, quæ ſunt proxima delicto, vt in iſtis legibus: quandoque quæritur, utrum aliquis ſit manifeſtus peccator alicuius delicti in genere, & tunc non ſufficit, quòd faciat ſemel, aut bis illud delictum: ſed requiritur, quòd ſtet publicè paratus ad illud delictum faciendum: vt facit meretrix in proſtibulo, uel uſurarius ad banchum, vt in l. palàm. in princ. ff. de ritu nuptiarum. & quod not. in cap. vſurarum. de vſur. in ſexto. Item ſi non facit ita palam, ſed quaſi, vt puta, mutuat in camera ſua cuilibet volenti: argum. in dicta l. palam. hæc omnia Bart. ubi ſupra. Idem docuit Bal. in l. j. C. de ſacroſan. eccl. col. 4. dum aſſeuerat, non ſufficere ad hoc, ut quis ſit uſurarius manifeſtus, ꝙ probetur eum uſurarium eſſe: ſed requiri probationem actuum publicè, & palàm geſtorum ſuper eiuſdem criminis exercitio: & idem Bal. eadem rurſus aſſeuerauit in l. vnica. §. ſimiliq; modo in ſecundo, num. 4. dicens uſurarium manifeſtum eum eſſe, qui palàm, & in omnium, uel maioris partis conſpectu uſuras exercet: ex his omnibus, ergo, patuit, quomodo ſit ſumendus uſurarius manifeſtus quoad noſtram materiam: quę omnino ſunt notanda pro maiori intelligentia eorum, quæ erunt afferenda ad deciſionem præſentis quæſtionis.

Prima, ergo, concluſio ſit hæc.

Laicus vſurarius manifeſtus eſt infamis infamia iuris nulla expectata ſnīa.

Margin notes: c. fin. extrà de cohab. cler. & mulier. — 2 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur ad effectum, vt incurrat pęnam, in c. quia in omnibus. extrà de vſur. ſtatutã.* — 3 *Vſurarius manifeſtus qs dicatur ad effectum, vt incurrat pęnam, in c. quamquam, ſtatutam.* — c. 1. de vſur. in ſexto. — Couarr. Bart. — 4 *Peccare manifeſtè quis dicendus ſit.* — Bald. — 5 *Vſurarius laicus manifeſtus eſt infamis.*

cap. infames. 3.q.7.

l. improbum. C.ex quib.cauſis infamia irrogatur.

cap. infames. 6.q.1.

Hæc concluſio probatur duplici medio: Primò, enim, per tex: in c.infames. §.fin.3.quæſt.7.vbi hæc habentur, videlicet: [Infamia incurritur aliquando ipſo genere facti, vt exercentes improbum fœnus,& illicitè exigentes vſuras vſurarum.] hæc ibi. Idem in l.improbum. C.ex quibus cauſis infamia irrogatur. vbi hæc habentur, videlicet: [Improbum fœnus exercentibus, & uſuras vſurarum illicitè exigentibus infamiæ macula irroganda eſt.] Idem per arg. in cap.infames. 6.quæſt.1. circa finem. vbi dicitur [omnes eſſe infames, quos eccleſiæ, vel ſeculi leges infames pronunciant.] at quoniam prædictę eccleſiaſticæ,& ſeculi leges pronunciant infamem exercentem improbum fœnus: indè patet noſtram concluſionem probari per dictum tex.in cap.infames. Et notandum, quòd dicta concluſio verificatur in quocunque uſuram exercente:nec in hoc audienda eſt glo.in dicta l.improbum.(dicens non comprehendi in d.l.niſi qui exercent vltra limites definitos in l.eos. C.de vſur.) vt quàm elegantiſſimè probat Didacus Couarr.loco infraſcripto. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum aùctoritate: Bart.enim, in d. l. improbum, vnà cum Glo.ibidem. Panor.in cap.inter dilectos,num.2.de exceſſib.prælat. Didacus Couarr.in lib.3.cap.3.num.2.variarum reſol.qui & quàmplurimorum aliorum ſententias fauentes noſtræ concluſioni recenſet. Syluest. in tit. de uſur.nonò.§.4. Archid.& Card.à Turre cremata in d.cap.infames. 3.q.7. qui,& tradunt quid ſit infamia,& quotuplex: de quibus latiùs dixi in noſtra practica canonica criminali in lib.1.tit.de accuſat.

Bart. Couarruuias. Panor. Gloſ. Syluest. Archid. Card. à Turre cremata.

Secunda concluſio.

6 *Vſurarius laicus occultus nulla infamia fœdatur, donec per ſententiam denudetur crimen ſuum.*

Laicum, verò, uſurarium occultum nulla iuris infamia notari (donec eius crimen detectum fuerit per ſententiam iudicis) patet: vndè, & poterit occultè etiam reſtituere uſuram exactam, qua reſtituta ab infamia huiuſmodi omnino liberatur. Hæc concluſio probatur per argumentum à contrario ſenſu in dictis iuribus adductis in præcedenti concluſione,& in cap.inter dilectos,extrà de exceſſibus prælatorum.qui frequentem mutuationem exigit, cùm loquatur de manifeſtis. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate,videlicet Didaci Couarruuias vbi ſuprà,num.2.in ver.incip.ſcribit,tamen,Salicetus. qui hoc probat auctoritate Saliceti in dicta l. improbum. & aliorum Doctorum. Dominus Bartholomeus Bertazzolus in conſi.55.num.9.ſe ſubſcripſit quoque noſtræ concluſioni, quam probat multorum aliorum auctoritate. Probatur & tertiò ratione: Cùm ad infamiam iuris incurrendam neceſſarium ſit delictum non eſſe occultum, vt ex adductis iuribus patuit: indè ſequitur ueritas noſtræ concluſionis.

cap. inter dilectos, extra de exceſſ. prælat.

Couarr. Salic. Bartholomeus Bertazzolus. Ratio concluſ.

Tertia concluſio.

7 *Vſurarius laicus manifeſt⁹, an admittatur ad cõmunionẽ altaris.*

Laicus uſurarius manifeſtus non erit admittendus ad communionem altaris, quam tamen communionem altaris Innocentius,& Ioannes And. locis citandis exponunt ad recipiendum corpus Domini. Abbas, verò, antiquus in c.cùm tu.de vſur. exponit, ꝙ non admittantur ad eccleſiam, quando ibi celebrantur diuina officia, nam aſſiſtentes debent admitti ad communionem altaris, & hæc expoſitio magis placet Panor.in c.quia in omnib. extrà de vſur. qui dicit hanc eſſe fortè meliorem expoſitionem, vt uſurarius rubore confuſus faciliùs reſipiſcat, ſicut dicimus de excommunicato, vt in c.pia.de except. lib.6.& addit Panormitanus,& multum placet mihi hęc expoſitio,& eſſet obſeruanda. Ioannes, etiam, de Anan.in d.c.quia in omnibus.aſtipulatur Panor. & addit ſe ſcire obſeruari hoc ultra montes. Didacus, Couarr.ubi ſuprà, nu.5,

§.tandem,

§.tandem, ſequitur expoſitionem Innocentij. Idem facit Sylueſt. ubi ſupra. Vtraque expoſitio cùm bona ſit, iecircò ei nihil addendum puto, illam remittendo lectoris arbitrio.

Quarta concluſio.

8

Vſurarij manifeſti oblatio in eccleſia facta, non erit recipiēda, ſed eleemoſinę quādo.

Laici manifeſti vſurarij oblationes oblatæ non erunt ſuſcipiendę in eccleſia, vt docet tex. in d.c. quia in omnibus. & ibi Doctores omnes: eleemoſinæ, verò, poterunt ſuſcipi, ſi indè non efficerentur inhabiles ad reſtituendas uſuras: vt ijdem Doct. vbi ſuprà probant. & Io. And. in c. cùm voluntate. extrà de ſent. excom.

Quinta concluſio.

9

Vſurarius manifeſtus quando priuabitur ſepultura non reſtituendo.

Laici uſurarij manifeſti non poterunt tradi ſepulturæ eccleſiaſticæ, licèt in vltima uoluntate mandauerint hæredib. ſolui uſuras, quas exegiſſent dum ſani fuiſſent, ſed oportebit eas omnino uel ſoluiſſe extortas uſuras, vel dediſſe non qualemcunque cautionem de ſoluendo illas, ſed pignoratitiam, vel fideiuſſoriam de ſoluendo uſuras omnes extortas: & hoc mediante inſtrumento publici notarij: hæc omnia, tamen, iuxtà facultates ipſorum uſurariorum: quia ſi nihil haberent (& hoc notoriè conſtaret) non eſſent moleſtandi, & reſtitutio plenaria facienda eſt, nec habebitur ratio ne egeat: vt latiùs probauimus (exponendo quoque qualiter erit intelligenda huiuſmodi particula [Ne egeat) in quæſtione trigeſimaprima, concluſione quarta. Hęc concluſio probatur triplici medio: Primò, enim, per textum in cap. quia in omnibus, extra de vſur. in quo Alexander Tertius in Concilio Lateranenſi [ſtatuit uſurarios manifeſtos decedentes in peccato uſurarum extorſionis, non fore admittendos ad ſepulturam eccleſiaſticam.] & apertiùs noſtra concluſio probatur per textum in cap. quamquam, de uſuris, in ſexto. in quo habentur infraſcripta ſtatuta à Gregorio Decimo in Concilio Lugdunenſi, videlicet: [Quamquam uſurarij manifeſti de uſuris, quas recèperaut ſatisfieri expreſſa quantitate, indiſtinctè in ultima uoluntate mandauerint: nihilominus, tamen, eis eccleſiaſtica ſepultura denegetur, donec de uſuris ipſis fuerit (prout patiuntur facultates eorum) plenariè ſatisfactum: vel illis, quibus eſt facienda reſtitutio (ſi preſtò ſint ipſi) aut aliis, qui eis poſſint acquirere, vel eis abſentibus loci ordinario, aut eius uices gerenti, ſiue rectori parochiæ, (in qua teſtator habitat) coram aliquibus fide dignis de ipſa parochia (quibus quidem ordinario, vicario, & rectori prædicto modo cautionem huiuſmodi eorum nomine, liceat præſentis conſtitutionis auctoritate recipere: ita quòd illis perindè actio acquiratur) aut ſeruo publico, ideſt notario (vt docet ibi Gloſ.) de ipſius ordinarij mandato, idoneè de reſtitutione facienda ſit cautum: cæterum, ſi receptarum uſurarum ſit quantitas manifeſta, illam ſemper in cautione prædicta exprimi volumus: alioquin aliam recipientis cautionem huiuſmodi arbitrio moderandam: ipſe, tamen, ſcienter non minorem, quàm uériſimiliter creditur, moderetur: & ſi ſecùs fecerit, ad ſatisfactionem reſidui teneatur.] hæc in dicto canone. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate. Gloſ. enim, in dicto cap. quamquam. in ver. idoneè. & gloſ. in cap. ad noſtram. la prima, in ver. ſufficienti cautione. vbi tradit hanc optimam regulam, ac doctrinam dicens, Nomine cautionis, ſimplex promiſſio intelligitur, ut in l. ſaucimus, C. de uerb. ſign. & Glo. in c. 1. de confeſ. diſt. 4. in uer. cautione. in fi. ſi autem dicatur idonea uel ſufficiens, intelligitur de pignoratitia, uel fideiuſſoria: ut in l. ſi mandato Titij. §. ultimo. ff. mand.

c. quia in omnibus, extra de vſur.

c. quamquam, de vſur. in 6.

10

Notarius appellatur ſeruus publicus.

11

Cautio, & cautio idonea, vel ſufficiens, an differant.

Anchar. Specul. Ant.de But. Panorm. Felin. Couarr.

ff.mandati. & in l.4.§.adijci. ff.de fideicomm.libert. Petrus de Anch.in dicto cap.quamquam. Gloſ.in cap.fin. extrà de pignorib.in ver.idoneè. Specul.in titu.de empt.§. 1.num.9.& 10. Antonius de Butrio, Panorm. Felinus, & alij Canoniſtæ ſuper prædictas Gloſas, qui omnes idem probant. Didacus Couarruuias vbi ſuprà nu. 6. qui recenſet quàmplurimos Doctores ita tenere.

Ratio concluſ.

Probatur & ratione: Cùm, enim, dictum fuerit in c.quia in omnibus.extrà de vſur. quòd huiuſmodi vſurarij non accipiant Chriſtianam ſepulturam, ſi in hoc peccato deceſſerint, & ſtatim poterat fraudem quis facere legi, dicens, ergo, hic vſurarius mandans reſtitui vſuras debet tradi ſepulturę eccleſiaſticæ: & ratio eſt, quoniam eo ipſo quòd mandauerit vſuras reſtitui (ſuppoſita pęnitentia de Dei offenſa) non deceſſit in peccato taliter incurſo; Iccircò canon voluit, vt nullatenus ſepeliretur in eccleſia, niſi ſolutis vſuris, vel ſaltem præmiſſa cautione fideiuſſoria, vel pignoratitia: vt omnino ſequatur reſtitutio vſurarum cum effectu.

Sexta concluſio.

12 *Vſurarij prædicti nõ valentes reſtituere vſuras extortas non priuabuntur eccleſiaſtica ſepultura.*

Vſurarij manifeſti, qui nullam poterunt præſtare cautionem propter paupertatem notam omnibus: poterunt ſepeliri in eccleſia, ſi præſtiterint iuratoriam cautionem. hæc couclusio probatur triplici medio. Primò, enim, per argum.in c.cùm tu.extrà de vſur. & in cap.quamquam.de vſur.in ſexto, in ver. [prout patiuntur facultates eorum] vbi arguendo à contrario ſenſu; patet, ipſos non priuandos fore eccleſiaſtica ſepultura, ſi facultas eis defuerit ſoluendi vſuras: ſi, ergo, hac de cauſa non ſoluentes vſuras excluduntur à tali pœna, quantò magis ſi ſatisfecerint prout potuerint, ſub iuratoria cautione, ſi aliam non habuerint.

c. cùm tu. extra de vſur. Gloſ. Anchar. Archid. Gemin.

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate. Gloſ. enim, in vtroque cap.in ver.facultates. Anch.in d.c.quamquam.in fi. Archid. in d.cap.quamquam.in ver.patiuntur. Domin.à S. Gemin.qui ibidem ſe ſubſcripſit dictæ Gloſ.

Ratio concluſ. Antecedens. Conſequentia

Probatur & tertiò hac ratione. Cùm ad impoſſibile nemo teneatur, & nemo regulariter debeat puniri non præcedente culpa: & priuatio ſepulturæ, quędam pęna ſit: cùm inter pęnas vſurarijs manifeſtis iniungendas connumeretur, & hec videlicet ut careat eccleſiaſtica ſepultura: indè patet ueritas noſtrę concluſionis, cùm in ipſa ſupponatur, uſurarium huiuſmodi non poſſe aliam, quàm iuratoriam præſtare cautionem.

Septima concluſio.

13 *Vſurarius pdictus reſtituẽs vſuras, & nõ intereſſe, an priuetur eccleſiaſtica ſepultura.*

Laicus vſurarius manifeſtus reſtituens uſuras, & non intereſſe, ſeu damnũ illatum ijs, à quibus uſuræ fuerant extortę, nou ſubiacebit pœnę indictæ in d.c.quamquam. vnde, & poterit ſepeliri in eccleſiaſtica ſepultura. Hæc concluſio probatur triplici medio: Primò, enim, per arg.in d.c.quamquam, [vbi tantũ præcipitur ſub pœna priuationis ſepulturæ eccleſiaſticę reſtitutio uſurarũ, nulla facta mentione de reſtitutione damni, ſeu intereſſe indè illati.

c.quamquam, de vſur.in 6. Archid. Anchar. Gemin.

Probatur & ſecundò Doctorũ auctoritate. Arch.enim, in d.c.quãquam.in ver.de uſuris. Anch.in d.c.quãquam.in 5.not.Domi.à S.Gemi.in d.c.quamquã. in ver.quæro an vſurarius debeat reſtituere.

Ratio concluſ. Antecedens. Conſequentia.

Probatur & tertiò hac ratione. Cũ ſimus in pęnis, in quibus ſtrictior interpretatio erit facienda, & nõ fiat extenſio: vt in cap.in pęnis.& in c.odia.de reg.iur.in 6.conſequens erit, ꝙ vſurarius manifeſtus nõ reſtituens intereſſe illatum ratione uſurarum extortarum non ſubiaceat pœnis dicti c.quamquam. & ratio euidentiſſima eſt: quoniam nulla mentio de ipſis intereſſe, & damnis reſtituendis fit in dicto canone.

Octaua

Octaua concluſio.

Vſurarij laici manifeſti teſtamentum eſt ipſo iure nullum, nec alicui licebit ipſorum teſtamentis intereſſe: immò (ſecundum Baldum in conſilio 334. libro 2.) Lex principis non. poſſet hoc ſtatuere, niſi præmiſſa cautione prædicta. 14

Vſurarij prædicti teſtamentum eſt ipſo iure nullum, nec tales ad ſacramenta admittendi ſunt, niſi prius reſtituerint ut poterunt.
c. Quanquàm. de vſur. in 6.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per textum apertiſſimum in dicto capitulo, Quamquàm. §. fin. de vſuris in ſexto, in quo hæc habentur, videlicet. [Nullus manifeſtorum vſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat, ſiue ipſos abſoluat: niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro ſuarum viribus facultatum præſtent (vt præmittitur) idoneam cautionem. Teſtamenta quoque manifeſtorum vſurariorum aliter facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo iure.]

Ioannes Andr. Ancharanus. Archid. Geminianus. Ant. de But. Panor. Ananias. Couar.

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate: Nam Ioannes Andreas, Archidiaconus, Petrus de Ancharano, & Dominicus à S. Geminiano in dicto capitulo, Quamquàm, circa finem: Antonius de Butrio, Panormitanus, Ioannes de Anania in c. Quia in omnibus. extra de vſur. Couarruuias, vbi ſupra, numero 9.

Ratio concluſ.

Probatur & tertio hac ratione, videlicet: Cùm vnuſquiſque teneatur reſtituere vſuras extortas de neceſſitate ſalutis, & quàm facillimè vſurarij prompti ſint ad teſtamentum condendum, vt diuites relinquerent filios, præponentes, quadam tacita infidelitate, commodum temporale eorum, æterno ſpirituali, ipſorum vſurariorum diſpendio: iccircò pijſſima mater eccleſia præcepit nullum haberi teſtamentum, quod non præcedente reſtitutione uſurarũ, vel ſaltem cautione idonea fieret: vt hoc modo omnino compulſi ipſi vſurarij reddant vſuras extortas: & ſic quodammodo cogantur inuiti ad conſulendum propriæ ſaluti.

Nona concluſio.

Codicilli, & donationes manifeſtorum vſurariorum ipſo iure ſunt nullæ (ſicut fuit probatum de teſtamentis,) niſi præmiſſa cautione prædicta. 15

Vſurariorum prædictorũ codicilli & donationes cauſa mortis ſunt ipſo iure nullæ.
c. Quanquàm. de vſur. in 6.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, enim, per argumentum in dicto capitulo, Quamquàm, [cum ibi prohibeatur teſtamentum condi per vſurarium manifeſtum, non præuia cautione prædicta] eo, quòd licèt quoad ſolemnitates, quæ obſeruantur in conficiendis teſtamentis, codicilli ab ipſis differant, non, tamen, quoad finem, & ſcopum legiſlatoris in dicto cap. Quanquam: quæ fuit procurare per prohibitionem teſtamentorum, vt uſuræ extortæ ſoluerentur ijs, à quibus fuerant extortæ, quarum reſtitutio poterit impediri per codicillos, eodem modo, ſicut per teſtamentorum confectionem.

Gloſ. Archid. Anchar. Io. And. Geminianus. Francus. Ananias. Felinus. Couarruuias.

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate. Nam præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit Gloſ. in dicto cap. Quanquàm, in ver. aliter facta. Archidiaconus, Petrus de Ancharanus, Ioannes Andreas, Dominicus à S. Geminiano, Francus in dicto cap. Quanquàm, Ioannes de Anania in cap. Quia in omnibus. Felinus in cap. tranſlato. col. vlt. extra de conſtitutionib. Didacus Couarruuias, vbi ſupra, §. 5. & 6. nume. 9.

Ratio concluſ.

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm codicilli largè ſumpti dicantur teſtamenta: quia mentis teſtationes, vt in cap. placuit. §. ſed aliud. 13. quæſt. 2. Inſtitu. de teſtamentis, in principio, & in l. conficiuntur. l. ab inteſtato. ff. de iure codicillorum, indè ſequitur veritas præſentis noſtræ concluſionis, vt pœna ſtatuta contra vſurarios prædictos circa teſtamenta non conficienda

16 *Pęnalia iura etiam in materia excommunicationis extēdūtur, & quādo.*

cienda extendatur ad codicillos, & ad omnes vltimarum voluntatum diſpoſitiones: quoniam aliàs facilè (vt docet prædicta Gl.) eſſet conſtitutionē hanc dicti cap. Quamquàm, in hoc eludere: ac per hoc comprobatur eſſe veriſſimā doctrinam Gloſ. in cap. 1. in ver. Italiæ. de temporibus ordinat. & Gloſ in clementina prima, in ver. ſepulturæ, in fine. de ſepulturis, Imolæ ibidem, Ioannis de Anania in rubrica de apoſtatis, & in cap. cùm ſit Romana. & Fęlini in cap. translato. columna fin. in ver. tertiò nota: qui omnes Doctores afferunt multa iura, & aliorum Doct. ſententias ad hoc ipsū probandum, quæ videnť confirmari per tex. in cap. ſi ciuitas. de ſententia excommunicationis in ſexto. Vbi hæc notabilia habentur, videlicet. [Si ciuitas, Caſtrum, aut villa ſubiiciantur eccleſiaſtico interdicto, illorum ſuburbia, & continentia ædificia eo ipſo intelligi uolumus interdicta. Nam licèt prædicta uideantur aliàs murorum ambitu terminari: hoc, tamen, caſu, ne uilipendi valeat ſententia interdicti (quod fieret, ſi poſſet in ipſorum ſuburbijs, vel continentibus ædificijs licitè celebrari vt priùs) expedit interpretationem fieri latiorem: cōcludunt, igitur, ipſi Doctores etiam in materia excommunicationis (vt de lata excommunicatione contra ſepelientes manifeſtos vſurarios) quòd appellatione ſepellientiū non veniant ſolùm actu ſepellientes mortuos huiuſmodi, cùm ſint viles perſonæ: verùm etiam clerici portantes cereos, comitantes & apportantes funus, fodientes, fabricantes, aperientes ſepulchrum pro illis ſepelliendis: & hoc eſt, ne faciliter poſſet eludi conſtitutio huiuſmodi, eò quòd ſequeretur hoc abſurdum, quòd unus, tātum, qui eſt vilis perſona, fortè de ſeruis uſurarij ſepelliens innodaretur vinculo excommunicationis, & reliqui cooperantes huiuſmodi ſepulturæ non: quod eſſet abſurdum: quapropter propriè loquendo nō dicetur hæc ponderatio, iuris extenſio: ſed mens comprehenſiua. Nam in hoc caſu ſic erit diſtinguendum: vt docet Bartolus (in l. omnes populi. nume. 60. ff. de iuſtitia & iure, infraſcriptis vtens verbis.) Aut quærit, utrum ſtatuta recipiant interpretationem actiuè, hoc eſt, utrum ſe extendant ad caſus in ſtatuto non comprehenſos, an paſſiuè, hoc eſt, vtrum leges ſe extendant ad ſtatuta. Primò caſu, aut quæris de caſibus, ſine quibus diſpoſita per ſtatuta non poſſunt commodè ſortiri effectum ſuum: & ad illos extenditur ſtatutum: aut quęris de alijs caſibus, in quibus eſt eadem ratio, & tūc, aut caſus illi per ius commune non ſunt deciſi, & ad illos extenditur: aut ſunt deciſi per ius commune, & ad illos non extenditur, hæc Bartolus, vbi ſupra. His præmiſſis, notandum (vt docet Felinus, & Ananias, ubi ſupra,) quòd ubi conſtitutio eſſet eluſoria, ſi non extenderetur, tunc, etiam ſi ſit exorbitans, & correctoria, extenditur etiam in materia excommunicationis, quæ, tamen, propriè loquendo nō

Bartol.

17 *Vſurarij prædicti teſtamentum erit validū, ſi antè mortem uſurarius ipſe præſtitiſſet cautionem de ſoluēdo uſuras ſi ſecus alij pro ipſo ſine eius mandato.*

dicetur fieri extenſio, ſed tacitè includi in dicta conſtitutione pœnali. & licèt Cardinalis Zabarella in dicta clementina prima, de ſepultu. aduerſetur, tamē, quoniam prima hæc opinio videtur, & eſt meo iudicio verior, cùm fundata ſit validiſſimis rationibus, & eruditiſſimorum uirorum auctoritate: iccircò ipſi me ſubſcribo quàm libentiſſimè: quam rationem veriſſimam latiùs probabo infra in concluſionis vltimæ probatione.

Decima concluſio.

Laici vſurarij manifeſti teſtamentum ualidum erit, licèt factum fuiſſet antè præſtitam prædictam cautionem, dummodo antè mortem illam præſtitiſſet: ualidum, verò, non erit, ſi non ipſe, ſed hæres ipſius poſt mortem eius illā præſtiſſet, ſicut nec ſi ipſam dictus uſurarius non præſtitiſſet propter abſentiā

ſacerd otis,

ſacerdotis, vel notarij publici, & hoc imputetur ſibi: in caſu, tamen, quo hære des poſt mortem ipſius cautionem præſtitiſſent, tunc concedetur illi ſepultura eccleſiaſtica.

Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, per argumentum in dicto cap. Quamquàm. §. fin. de uſuris in 6.

Probatur ſecundò Doctorum ſententia. Nam infraſcripti Doctores ſe ſub ſcripſerunt præſenti concluſioni, videlicet, Ancharanus, & Gloſ. in ver. aliter facta. Dominicus à S. Geminiano in dicto cap. Quamquàm. §. fin. Gloſ. in clementina prima, in ver. Manifeſtos. de ſepulturis, & ibi Ioannes de Imola, numero 28. & 29. Cardinalis Zabarella, quæſtione 21. Antonius de Butrio in c. Quia in omnibus. & ibi Ioan. de Anania. *c. Quanquàm. de vſur. in 6. Anchar. Gloſ. Geminianus. Gloſ. Imola. Card. Zab. Ant. de Butrio.*

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm in his, quæ fiunt ſimul & ſe mel non detur priùs, & poſteriùs, indè patet concluſionem veram eſſe: maximè cùm finis huiuſmodi conſtitutionis ſeruetur, & mens legiſlatoris: licèt ali qualiter fiat contra eius verba. *Ratio concluſ.*

Vndecima concluſio.

Cadauer uſurarij manifeſti ſepultum non præmiſſa cautione prædicta contra canones prædictos, ſi poterit diſcerni ab alijs debet ab eccleſiaſtica ſepultura amoueri in odium tanti criminis. 18 *Vſurarij prędicti cadauer ſepultum in eccleſia exhumari quando debeat.*

Hæc concluſio probatur auctoritate Glo. in clemen. 1. de ſepultur. in verſ. eis quibus. Cardinalis Zabar. in fine dictæ clemen. Imolæ. ibidem. num. 39. & omnium Doctorum. *Gloſ. Imola. Zabar.*

Duodecima concluſio.

Laici uſurarij manifeſti ad confeſſionem, & ſacramentalem abſolutionem non debent admitti niſi facta reſtitutione vſurarum, vel ſaltem præmiſſa cautione prædicta prout diximus in concluſione quinta. 19 *Vſurarij prędicti an debeant admitti ad confeſſionem, & ſacramẽtalem abſolutionem. c. Quanquàm. de vſur. in 6.*

Hæc concluſio probatur triplici medio. primo per textum apertiſſimum in cap. Quamquàm. §. nullus. de uſuris in ſexto. Vbi Gregorius Nonus in Concilio Lugdunenſi infraſcriptis verbis noſtram concluſionem roborauit, videlicet: [Nullus manifeſtorum uſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat, ſiue ipſos abſoluat, niſi de uſuris ſatisfecerint, vel de ſatiſ faciendo, pro ſuarum uiribus facultatum præſtent (vt præmittitur) idoneam cautionem.] hæc. ibi.

Probatur & ſecundò Doctorum omnium prædictorum auctoritate. *Ratio concluſ. Antecedens. Conſequentia*

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm, enim, Peccatum non dimittatur, niſi reſtituatur ablatum, iuxta ſententiam Diui Auguſtini, & eſt textus in cap. Peccatum. de regulis iuris in ſexto. Indè ſequitur meritò ſacramentaliter abſoluendum non fore manifeſtum uſurarium, niſi præmiſſa reſtitutione: Sed animaduertendum, quòd conſultò textus prædictus duo ſtatuit: primũ, non eſſe admittendum ad confeſſionem, & hoc ut occurrat ſcandalo, quod ex uſurarum extorſione manifeſta dederat: vt ſic confuſus erubeſcens reſipiſcat: ſecundum, ei imponendam non eſſe abſolutionem ſacramentalem: quoniam, Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatũ. Vndè reſtitutione non facta, (dum poſſet fieri ſacramẽtalis abſolutio) impenderetur fruſtrà, & ſacramentalem eſſet irritum, & ſacerdos ſacrilegium committeret, ſi talem ſcienter abſolueret ſacramentaliter, cùm & deſit contritio. 20 *Vſurarij prędicti non oriundi an debeant expelli à ciuitatibus in quibus exiſtunt.*

Tertia decima concluſio.

Laici vſurarij manifeſti, non oriundi non poſſunt ab aliqua vniuerſitate, collegio,

collegio,ciuitate,vel à ſingulari perſona,& huiuſmodi(ad commorandum in eorum locis, ut ibi exerceant vſuras) admitti: verùm potius omnino infra tres menſes expelli:quod ſi non fecerint,vniuerſitas, & huiuſmodi incurrent ipſo iure pœnam interdicti: epiſcopi, verò, & ſuperiores pœnam ſuſpenſionis: inferiores, verò, eccleſiaſticę ſententiam excommunicationis:laicæ verò perſonæ omni priuilegio remoto per cenſuram eccleſiaſticam compeſcantur.

ca.1. de vſur.in ſexto.

Hæc concluſio probatur duplici medio. Primò per textum apertiſſimum in capitulo primo,de vſuris in ſexto,in quo Gregorius Nonus inter alia infraſcriptis verbis noſtram concluſionem confirmauit, videlicet:[Hac generali conſtitutione ſancimus, vt nec collegium, nec alia vniuerſitas,vel ſingularis perſona cuiuſcunque ſit dignitatis,conditionis,aut ſtatus,alienigenas,& alios non oriundos de terris ipſorum publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere uolentes,ad hoc domos in terris ſuis cōducere,vel conductas habere permittant: ſed huiuſmodi uſurarios manifeſtos omnes infra tres menſes,de terris ſuis expellant,nunquàm aliquos tales de cætero admiſſuri. Nemo illis ad fœnus exercendum domos locent, vel ſub alio titulo quocunque concedant.Qui uerò contrafecerint,ſi perſonæ fuerint eccleſiaſticæ, Patriarchæ,Archiepiſcopi,epiſcopi,ſuſpenſionis:minores verò perſonæ ſingulares, excommunicationis.Si autem collegium,ſeu alia vniuerſitas, interdicti ſententiam ipſo facto ſe nouerint incurſuros. Quam ſi per menſem animo ſuſtinuerint indurato, terræ ipſorum (quandiu in eis ijdem vſurarij commorantur)ex tunc eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Cæterum ſi laici fuerint, per ſuos ordinarios ab huiuſmodi exceſſu,omni ceſſante priuilegio per cenſuram eccleſiaſticam compeſcantur.Hæc in dicto canone.

Probatur & ſecundò Doctorum authoritate omnium in dicto cap.1. Syluester quoque in ſumma in ver. vſura.9.§.4.partic.octaua pęna.

Quarta decima concluſio.

21 *Vſurariorum laicorum prædictorū pęnis ſubiacent et ipſi clerici uſurarij manifeſti.* Couarruuias.

Quæcunque fuerunt adducta in præcedentibus concluſionibus de pœnis vſurariorum manifeſtorum laicorum, locum habent etiam in clericis uſurarijs manifeſtis,immo fortiùs.Hæc concluſio probatur ijſdem quoque medijs quibus ille fuerunt probatæ:cùm nulla ſpecialis mentio fiat de laico, aut clerico in illis iuribus:ſed generaliter prædicta ſtatuantur de quocunque uſurario manifeſto:nec in hac materia debet eſſe magis priuilegiatus is, qui maioris peccati vinculo ratione ſcandali ſe voluntariè uinxit (vt patet ad ſenſum) licèt & ipſi clerici acriori pœnæ ſubiacendi ſint pro tali crimine, vt in ſubſequentibus cōcluſionibus patebit,& fatetur Didacus Couarruuias,vbi ſupra, numero tertio,qui & probat, quòd quoad infamiam incurſam à clerico quo ad beneficia & dignitates obtentas & obtinendas poſſe diſpēſare epiſcopum cum ipſo ſuo clerico,qui olim fuit vſurarius manifeſtus, vti etiam docet Panormitanus in cap.inter dilectos.numero ſexto,extra de exceſſibus prælato.

22 *Diſpenſare poterit epiſcopus in infamia incurſa à clerico vſurario propter uſuras manifeſtè exactas.* Panor.

Quinta decima concluſio.

23 *Vſurarij clerici ſunt ſuſpendendi ab officio, & beneficio.* c.Præterea.extra de vſur.

Clerici vſurarij ſunt ſuſpendendi ab officio & beneficio,& laici excommunicandi, niſi deſtiterint ab extorſionis vſurarum exercitio vſque ad dignam ſatisfactionem.

Hæc concluſio probatur per textum apertiſſimum in capitulo, præterea. extra de vſuris. Vbi[Alexander Tertius ſtatuit contenta in noſtra concluſione his verbis utens,videlicet.Præterea parochianis tuis uſuras recipere interdicas. Qui ſi parere contempſerint, ſi clerici ſint,eos ab officio, & beneficio ſuſpendas:

ſuſpendas:ſi laici,vſque ad dignam ſatisfactionem,ipſos vinculo excommunicationis aſtringas.hęc ibi.idem aſſeuerant & omnes Doctores ibi,quia textus eſt apertiſſimus.Idem fuit ſtatutum in c.ſi quis clericorum.diſt.47. & ibidem per Doctores,cùm clari ſint illi textus.

24 *Vſurarij laici ſunt excommunicandi ſi non deſtiterint ab exactionẽ uſurarum.*

c.ſi quis clericorum.diſt.47.

Decima ſexta concluſio.

Clerici accipientes oblationes de manu vſurariorum manifeſtorum, illas reſtituere teneantur & exequutione ſuorum officiorum careant, donec ſatisfaciant ad arbitrium epiſcopi.Hæc concluſio patet ex verbis cap. quia in omnibus.extra de vſur. & ibi per Doctores:quoniam eadem verba concluſionis ibi recenſentur.

25 *Clerici an poſſint accipere oblationes de manu uſurariorum manifeſtorum.*

Decima ſeptima & vltima concluſio.

Sepelientes,tam clerici,quàm laici,in loco ſacro manifeſtos vſurarios,non præuia reſtitutione vſurarum,vel idonea cautione de vſuris reſtituendis (pro ut latiùs in præcedentibus concluſionibus fuit dictum)illis perſonis, à quib. extortæ ipſæ uſuræ fuerant,ipſo facto incidunt in excommunicationem maiorem.Et animaduertendum,quòd appellatione ſepelientium non ſolùm veniunt actu ſepelientes ipſos vſurarios,ſcilicet,tumulantes, ſeu in foueam ipſos vſurarios proijcientes,ſeu humeris proprijs ipſos portantes deſcendendo in foueam aliquam,ibi ipſos proprijs manibus tumulantes: (cùm hi ſint viliſſimæ & imperitiſſimę perſonæ) verùm etiam appellatione ſepelientium veniunt clerici portantes cereos, comitantes cadauer, decantantes officium ſolitum decantari pro mortuis paulò poſt ſepeliendis,portantes funus,fabricantes foueam,& denique omnes cooperatores huiuſmodi ſepulturæ talium vſurariorum manifeſtorum.Cùm & in pœnalibus, (etiam in materia excommunicationis) fiat extenſio de caſu ad caſum, qui implicitè in caſu expreſſo continetur, ſine qua extenſione, ſeu (& veriùs) interpretatione,non ſaluaretur mens legiſlatoris,& dicta conſtitutio pęnalis eſſet eluſoria,& fruſtratoria: Vnde talem extenſionem legis pęnalis nolunt Doctores extẽſionem legis appellare,ſed mentem legis comprehenſiuam:qui,tamen, termini, illicò declarabuntur & præmittentur probationi præſentis concluſionis afferendæ: cùm hæc quæſtio ſit quotidiana,& varia inter Doctores reperiatur ſententia, circa ipſam.Vndè acuratiſſimè examinare,ac probare hanc vltimam concluſionem(Deo dante)ſtudebo.

26 *Vſurarios manifeſtos ſepelientes in loco ſacro ſunt excommunicati, & quando.*

27 *Sepelientium appellatione, quæ perſonæ veniant.*

Hæc igitur concluſio probabitur triplici medio, poſt relationem quatuor notabilium,quæ neceſſaria ſunt ad intelligentiam materiæ præſentis concluſionis & totius materiæ extenſionis legum pœnalium etiam excommunicationis.Sciendum igitur primò, quòd (vt docet Petrus de Ancharano in cap. poſtquàm.columna prima,de electio.in ſexto in ver.Sed hic quæritur.Vbi in ſraſcriptis verbis vtitur,videlicet:Sed hic quæritur quomodo,& ex quib. colligitur mens legis.Dic,quòd ex tribus.Primò ſi ſenſus proprius continet iniquitatem:tunc intelligimus ſecundum improprium.Vt in l.In ambigua.ff. de regulis iuris.l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excuſat.tutorum. Secundò quando ratio legis repugnat ſenſui uerborum.Nam ratio legis, mens legis eſt. ut in l. cùm mulier.ff. ſoluto matrimonio, & notatur in l.nominis, & rei.§.verbum ex legibus.ff.de verborum ſignificat.Tertiò colligitur: ſi communis uſus loquendi repugnet propriæ ſignificationi:tunc,enim,mẽs legis eſt quòd intelligamus eam ſecundum communem vſum loquendi, licèt ſit improprius. ut in l.librorum.§.quod,tamen,Caſſius.ff.de legatis tertio,& l.in vulgari,l.ut Al phenus.

28 *Mens legis ex trib.colligitur.*

Anchar. Ancharanus.

29 *Legis ratio dicitur mens,ſeu anima legis.*

30 *Faciens contra mentem legis, & non contra legis uerba incidit in pęnam legis.*

phenus. & l.anniculus. ff. de verborum ſignificat. In iſtis, ergo, caſibus ſi quis faceret contra mentem legis (etiam non offendendo verba) incideret in pœnam legis; & ècontrario ſiquis faceret contra verba, non offendendo mẽtem, non incideret in legem: pone exemplum, ſtatuto cauetur, quòd quicunque ex traxerit ſanguinem in palatio, condemnetur in mille. Barbitonſor flebotomauerit ibi aliquem, an debeat condemnari? Secundum verba ſtatuti videtur, quòd ſic, ſed non ſecundum eius mentem, quia intellexit de ſanguine iniurioſo, non de ſanguine cauſa ſanitatis extracto. De offendente etiam mentem legis, ſeruatis verbis, ſume exemplum. de capitulo, Quanto, de priuilegijs. & etiam de monacho qui portat habitum monachalem coopertum, & abſconſum: offendit, enim, mentem, licèt ſeruet verba, & ideo eſt cenſendus apoſtata: niſi ſit iuſta cauſa transformationis. vt notatur in capitulo, certum. de regulis iuris in ſexto, per Ioannem Andream in mercurialibus. & vide ibi per Dynum, & Bartol. in l. non dubium. C. de legibus. Qui Bartolus ibidem prædicta omnia aſſeuerat. numero decimo, vndecimo, & duodecimo, Syluester quoq; in verbo, lex. §. 18. 19. & 20. & Philippus Francus in d. c. certum. qui ſequitur Io. And. ibidem hoc ipſum tenentem.

Secundum notabile.

31 *Extenſio legis in pęnalib. an fiat ad id, quod eſt de mente ipſius legis, & non uerborum ſenſu.*

Mentem legis poſſumus dupliciter conſiderare: quia quædam eſt mens comprehenſiua legis: quædam, verò, mens extenſiua, ſeu extenſa. De mente, ergo, comprehenſiua aliquid colligitur quatuor modis. Primò ex communi vſu loquendi, quia ille præualet omni rigori, & ſignificationi verborum, argumentum in capitulo, cùm dilectus. extra de conſuetudine, vbi dicitur, quòd (conſuetudo eſt optima legum interpres.) Secundò colligitur mens comprehenſiua legis, ſi aliter intelligendo, ſequeretur abſurdum, vel abſonus intellectus: cùm lex debeat eſſe poſſibilis, & honeſta: vt in capitulo, Erit autem lex. diſtinctione quarta, & notat Bartolus in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure. Secundum eum tolle exemplum: dicit lex, quòd faciens homicidium decapitetur: ſi ſeruarentur præciſè verba legis, furioſus, vel ſe defendens facientes homicidium decapitarentur: quod eſt contra ius. ut in clementina, ſi furioſus. de homicidio. Vel ſi lex diceret, quòd non trahens ad ignem condemnaretur in decem: ſi ſimpliciter hoc edictum (vt iacet in litera) intelligeretur, tunc ſequeretur hoc abſurdum, quòd infans, vel infirmus ligarentur: quod non videtur eſſe de mente comprehenſiua ipſius legis. Tertiò intelligitur hæc mẽs, quando per eandem conſtitutionem, vel aliam apparet aliquid exempli gratia poſitum. ut in l. prima, ff. vti poſſi. Vbi dicit lex (quòd licèt uerba edicti loquantur de fundo, tamen, in domo etiam locum habent verba edicti.) Pone exemplum canonicum. Prohibet canon beneficia non conferri permutantib. ut in clementina prima, de rerum permut. Quartò colligitur ſi in lege eſſet appoſita ratio: vt tunc mens, quæ ex illa colligitur, dicatur comprehenſiua, ut notatur in clementina prima, de electio. Mens, autem, legis extenſiua, ſiue extenſa dicitur illa, quæ colligitur ex identitate rationis non ſcriptæ. vt in l. prima, C. de interdic. tolle textus canonicos in capitulo, inter cæteras. extra de reſcriptis, in capitulo ſecundo, extra de translatio. prælatorum. & multos alios, quos referam in probationem concluſionis, in quibus omnibus dicitur, quòd procedatur ex identitate rationis: & quod lex extendatur ſub mẽte, patet: procedendo, tamen, cum hac diſtinctione: ſic dicendo: aut loquimur de mente legis cõprehenſiua, aut de mente legis extenſiua, ſiue extenſa: ſi primò loquamur,

32 *Legis mẽs comprehẽſiua quid ſit, & quotupliciter colligatur.*

cle. ſi furioſus. de homic.

33 *Legis mens extenſiua, ſiue extenſa quid ſit.*

34 *Lex an extendatur ad comprehenſa ſub mente.*

mur, ſcilicet, de mente legis cõprehenſiua, tunc extenditur ad illa, etiã ſi lex 35
eſſet pœnalis, vt dicit etiã Glo. in c. ſi poſtquàm, de elec. in 6. in ver. mentem.
& omnes ferè Canoniſtæ infra citandi. Nam d. c. ſi poſtquàm. de ſui mente
comprehenſiua comprehendebat caſum, quando electus venit, & non ſtetit:
quod colligitur ex eo, quia aliàs fruſtrari poſſet dicta conſtitutio: quod fuiſ-
ſet abſurdum. & hæc impropriè dicitur extenſio: (vt dicunt communiter Do
ctores) Aut agitur de mente legis extenſiua, ſeu de extenſione legis quoad
mentem extenſiuam, ſeu extenſam: & tunc diſtinguendum erit tali pacto, vi- 36
delicet, aut lex eſt pœnalis, aut non: ſi primò, non fiet extenſio, cùm lex non
extendatur ex identitate rationis, vt in c. ſtatutum, de elect. in 6. & notat Ioan
nes And. in regula, odia. de reg. iur. in 6. ſi verò lex non eſt pœnalis, & tunc
fit legis extenſio quoad illam mentem extẽſiuam, quia procedimus ad alium
caſum, quàm ad caſum comprehenſum in lege, per rationis identitatem: vt
in dicto cap. inter cæteras, cum ſimilibus. Hæc omnia ſunt Geminiani in di-
cto cap. ſi poſtquam. §. ſi verò, ſequentis Ioannem de Imola.

Lex etiam extenditur in pęnalib. quando talis extenſio eſt ſecundum mentem legis cõprehenſiuã.

Lex in pęnalibus non extenditur ſecundũ mentem legis extenſiuã, ſiue extẽſam in nõ pęnalibus, ſic,

Tertiò notandum, quòd legi facere fraudem dicitur quatuor modis: Pri-
mò de re ad rem: vt puta, ſi in aliqua lege prohibitum ſit pecuniam filiofami-
lias mutuare: ſi, ergo, quis non mutuaret pecuniam, ſed frumentum, vel vi- 37
num, vel oleum, vt his diſtractis pecunia mutuetur, factum videtur contra vo-
luntatem legis, licèt non contra verba, & ideò filiofamilias ſubuenitur, vt in
l. ſed Iulianus, §. mutui dationem. ff. ad Senatuſcon. Maced. Item eſt prohibi-
tum ne Præſides prouinciarum, vel alij, qui prouincias regunt, accipiant a
ſubditis munera: ſed permiſſum eſt, quòd accipiant eſculenta, & poculenta:
ſi, ergo, recipiunt eſculenta, & poculenta, quæ trahi poſſunt ad munerum
qualitatem, videntur verba amplecti, ſed offendere voluntatem. vndè fa-
ciunt fraudem legi de re ad rem. Secundò, de perſona, autem, ad perſo-
nam: patet exemplum in marito, qui non poteſt vxori donare; nam ſi donat 38
alij, vt eius miniſterio vxori quæratur: fraus uidetur facta de perſona ad per-
ſonam, & propterea non valet donatio: vt in l. ſi ſponſus, in principio. ff. de
donatio. inter virum & vxorem. & generaliter dici poteſt fieri fraudem le-
gi de perſona ad perſonam, vbicunque perſona prohibita facit contra pro-
hibitionem, alterius miniſterio: quia videtur offendi legis voluntas, cùm
adſit regula iuris, dicens, [Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur]
vt in capitulo, poteſt quis, de regulis iuris, in ſexto. Tertiò fit etiam fraus
legi de contractu ad contractùm alium non eodem modo celebratum: vt
ecce maritus non poteſt donare vxori, fingit ſe vendere, cùm aliàs vendi-
turus non eſſet: nam non valet uenditio, quia contra legis voluntatem ni-
titur, ſi aliàs venditurus non erat: aliàs valeret uenditio, niſi quatenùs con-
tractus in ſpeciem donationis incideret: vt in dicta l. ſi ſponſus, §. circa.
Quartò fit fraus de contractu ad eundem contractum, vt cùm mulier uel-
let pro alio intercedere, actum eſt, vt principaliter obligationem ſuſcipiat,
vt non iuuetur beneficio Velleiani: nam nihilominus iuuatur, cùm re uera
intercedere uideatur, vt in l. quàmuis, §. ſi cùm eſſem. ff. ad Velleianum. Hæc
omnia Dynus in cap. certum eſt, de reg. iur. in ſexto. quem ſequuntur reliqui 39
Doctores. Qui Dynus ibidem concludit dicens: Mihi, autem, videtur, quòd
cùm mens nihil aliud ſit, quàm ratio, quæ legiſlatorem mouit: tunc verba
legis non extendantur, niſi ad eum caſum, ad quem extenditur ratio: vt in
l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Et uidetur, quòd vbicunque conſtat

Notab. tertiũ.

Legi facere fraudem quot modis contingat, & an talis incidat in pęnã ſtatutã non obſeruantibus legem talem.

Donare non poteſt maritus vxori.

c. poteſt, de regul. iur. in 6.

Legis mens eſt ratio legiſlatorem mouẽs ad legem condendam.

40 *Legis mentem ſeruãti non eſt curandum de verbis legis.*

de ratione legis,ſeu de mente verbis contraria: liceat offendere verba, men-
tem ſeruando:vt in l.ſcire,etiam,oportet.§.aliud,ff.de excuſatio. tutorum, &
tempor.eorum,& ita credendum eſt intellexiſſe Doctores: Cùm effectus ver
borum ſemper trahantur ad limitationem rationis,non ècontra. Hæc omnia
Dynus,vbi ſupra.Cui aſtipulatur Ioannes Andreas in mercurialibus.in dicta
regula.certum.qui & addit nonnullos modos in quib.fit fraus legi.in c.quan-
tò.extra de priuileg.circa finem.& Petrus de Anch.in c.canonum ſtatuta.co-
lum.18.extra de conſtitutionib.quos quidem modos non retuli hic,cùm re-
uera includantur in præcitatis modis.

Notabile quartum.

Quartò memoriæ commendanda erit peroptima diſtinctio, ac breue do-
cumentum,circa legum interpretationem,ac extenſionem traditum à Barto-
lo in l.omnes populi.numero 60. ff. de iuſtitia, & iure,& hoc, videlicet: aut
quæris vtrum ſtatuta recipiant interpretationem actiuè,hoc eſt, vtrum ſe ex-
41 tendant ad caſus in ſtatuto non comprehenſos,an paſſiuè: hoc eſt, vtrum le-
ges ſe extendant ad ſtatuta.Primo caſu,aut quæris de caſibus,ſine quibus di-
ſpoſita per ſtatuta non poſſunt commodè ſortiri effectum: & ad illos extendi
tur ſtatutum.Aut quæris de alijs caſibus, in quibus eadem eſt ratio, & tunc:
Aut caſus illi per ius commune non ſunt deciſi, & ad illos extenditur: Aut
per ius commune ſunt deciſi,& ad illos non extenditur.hæc omnia Bartolus
vbi ſupra. His, ergo, præmiſſis,ad concluſionem noſtram (vt iacet in litera)
probandam me accingendo:dico ipſam probari per argumentum in clemen-
tina prima,de ſepulturis.Vbi hæc ad uerbum habentur,videlicet: [Eos, qui
propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora non ſine contemptu cla-
uium eccleſiæ in cœmeteriis,interdicti tempore in caſibus non conceſſis à iu-
re,vel excommunicatos publicè,aut nominatim interdictos,vel vſurarios ma
nifeſtos,ſcienter ſepelire præſumunt: decernimus ipſo facto excommunica-
tionis ſententiæ ſubiacere:à qua nullatenus abſoluantur, niſi priùs ad arbi-
trium diœceſani epiſcopi eis,(quibus per præmiſſa fuerit iniuria irrogata) ſa-
tisfactionem exhibuerint competentem: nullo eis circa præmiſſa exemptio-
nis,vel quouis alio priuilegio ſub quacunque forma verborum conceſſo ali-
qualiter ſuffragetur.] Hæc in dicto canone.Dixi probari per arg.in d. cle. qm̃
(licèt explicitè totus contextus verborũ nr̃æ concluſionis,nõ contineat̃ in di
cto canone,benè,tñ,implicitè, ſecundũ mentẽ cõprehẽſiuam dicti canonis,
per quẽ intendebat Papa ꝓhibere,ne concederetur uſurarijs ſepultura in ca
ſu ꝓhibito à iure(de quo latiùs diximus in præcedentib.cõcluſionib.) Cùm
reuera iuxta ea,quæ attulimus in 1.& 2.notab.etiam,& oẽs citati,ac nomina-
ti in noſtra concluſione verè cõprehẽdant̃ in dicto canone ſecũdũ ipſius mẽ-
tem comprehenſiuam:& ꝙ mens dicti conditoris huiuſmodi canonis hæc fue
rit,probatur,ſic reducendo theoricã allatam in dicto notab.1. ad practicã ca-
ſus noſtri contenti in dicta cle.Sciendum,ergo,ꝙ ex tribus diximus (ſecundũ
Doctores etiam in pœnalibus)mens legis colligatur.Primò [ſi ſenſus ꝓprius
contineret iniquitatem] & quòd hoc ſit in caſu noſtro, patet,qm̃ (vt optimè
dicit Gloſ.& alij Doctores paulò poſt citandi) ſi ſolùm Pontifex intellexiſſet
de ſepelientibus in actu, ſeu proprijs manibus (vt videtur denotare verbum
in canone poſitum,videlicet:ſepelire)& non alios nominatos in concluſione
noſtra,dicta conſtitutio contineret iniquitatem,eò ꝙ ligaret ſolũ vilem perſo
nam,& innocentem:cùm ferè oẽs talis cõditionis(qui precio ꝓprijs manib.

Statutum extenditur etiam ad alios caſus ſine quibus, diſpoſita per ſtatutũ non poſſunt commodè ſortiri effectũ.

Concluſionis probatio.

cle.1.de ſepult.

defunctos

defunctos ſepeliunt ſeu tumulant) ſint ignorantes talem conſtitutionem pon
tificiam,nec ad ipſam diſcendam aliquo iure teneantur, cùm aliàs ſequere-
tur,quòd miſerrimi,ac pauperrimi homines (vt ſunt omnes talis cõditionis)
tenerẽtur ſtudio iuris canonici inſudare,ad quod eos obligatos eſſe,quis ſine
rubore affirmabit? Vnde patet,eos ignorantia talis conſtitutionis probabili
laborare,ac per conſequens non incidere in ſententiam excommunicationis
latam contra ſepelientes,vt ſtatuit Bonifacius Octauus in capitulo, vt anima ca. vt animarũ.
rum.de conſtitutionibus in ſexto.Vbi infraſcripta habẽtur,videlicet.[Vt ani- de conſti. in 6.
marum periculis obuietur,ſententijs per ſtatuta quorumcunque ordinario-
rum prolatis,ligari nolumus ignorantes:dum,tamen, eorum ignorantia craſſa
non fuerit,aut ſupina]hæc ibi:Vndè patet,eos excuſari à tali ignorãtia, & nõ
incidere in excommunicationem, eò magis, quòd in dicta clementina dica-
tur[qui propriæ temeritatis audacia,&c.]quod nec ſuſpicari,quidem,poterit
de talibus pauperrimi conſtitutionem hanc ignorantibus. Cùm,ergo, ſecun-
dum proprium vocabulum[ſepelire]non debeat accipi ſolùm, pro manuali-
ter ſepelire(ne tale abſurdum indè oriatur)ſequitur ſumendum fore, ſepeli- l. In ambiguis.
re,etiam ſecundum improprium.vt in l.in ambiguis.la prima,ff.de regulis iu- la 1.ff. de regu.
ris. Vbi hæc habentur,videlicet. [In ambiguis orationibus maximè ſententia iur. l. ſcire etiã
ſpectanda eſt eius,qui eas protuliſſet.]Idem in l.ſcire etiam oportet. §. aliud. oportet. ff. de
ff.de excuſationib.tutorum.& tempor.eorum,habetur,quòd[quotieſcunque excuſat. tut..
ex verbis legis ſimpliciter intellectus reſultat iniquitas, tunc à uerbis recedi- c.intelligentia.
tur,& mens ſeruatur.]Vndè meritò canonizata fuit ſententia Hilarij in capi- ext. de ver.ſig.
tulo,intelligentia.extra de uerborùm ſignificat.Vbi dicitur. [Intelligentia di- 42
ctorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi:quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſer- *Res non ſermoni, ſed ſermo rei ſubiect⁹ eſt.*
mo ſubiectus.] Canonizata quoque reperitur ſententia Diui Gregorij Papæ c.propterea.ex
(in capitulo,propterea.extra de verborum ſignificat.)dicentis. [Propterea, ſi tra de ver.ſign.
prolixam epiſtolam meam ad interpretandum accipere te fortaſſe continge-
rit:rogo non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu transferri: quia plerum-
que dum proprietas verborum attenditur,ſenſus veritatis amittitur] hæc ibi.
Secundò legis mentem(diximus) colligi, quando ratio legis repugnat ſenſui
verborum:Nam ratio legis,mens legis eſt: & quòd legis mens ſit capienda,
quando ratio legis repugnat ſenſui verborum: probatur per textum in l. no- l. nominis, &
minis & rei.§.verbum.ff.de verborum ſignificat.Vbi hæc habentur,videlicet. rei. ff. de verb.
[Verbum ex legibus ſic accipiendum eſt,tam ex legum ſentẽtia,quàm ex ver- ſignif.
bis.]hæc ibi.& quòd repugnaret ſummopere menti, ſeu ſententię verborum
(quibus Papa in dicta clementina vtitur)ſi ſub nomine ſepelientium ſolùm
venirent foſſores,ac dictæ perſonæ viles, quæ proprijs manibus tumularent
tales vſurarios, & nonomnes nominati in noſtra concluſione: patet ex hoc:
quoniam indè conſtitutio pontificia hæc fruſtraretur ſua ſpe,& ſuo fine:pro-
pter quem ipſam Papa edidit:Nam ſcopus ſummi Pontificis in dicta clemen.
fuit(vt patet ad ſenſum,& in ipſius litera,vt probauimus) vt indè tã ipſe vſu-
rarius manifeſtus,quàm ipſius hæredes(ſaltem ne infamiã,ac dedecus in hoc
ſeculo incurrerent propter denegationem ſepulturæ) ſic compellerẽtur vſu-
ras reſtituere iuxta tex.in c.quia in omnib.extra de uſur.& in c.quanquàm.de c.Quia in om-
vſur.in 6.& quidem hęc intentio Papæ quam facillimè fruſtraretur, ſi ſolùm nibus. extra de
tumulantes,qui(vt dixi)in hoc ferè ſp,inculpabiles eſſent,niſi,& oẽs citati ac vſuris.
nominati in cõcluſione appellatione ſepelientiũ venirent:vt patet ad ſenſũ,& c. Quanquàm.
alijs multis rõnib.patebit,cùm ſnias Doct. nræ cõcluſioni aſtipulãtiũ referã. de vſur.in 6.

l. librorum appellatione. ff. de leg. 3.

Tertiò diximus iudicandum fore ſecūdum mentē legis, ſi communis vſus loquendi repugnet propriæ verborum ſignificationi.vt in l. librorum appellatione.§.Quod autem Caſſius.ff.de leg.3. Vbi hæc habentur,videlicet. [Quòd autem Caſſius ſcripſit de membranis puris verum eſt.Nam nec chartæ puræ debentur libris legatis,nec chartis legatis,libri debebuntur, niſi fortè & hic nos urſerit voluntas, vt puta,ſiquis fortè ſic reliquerit: chartas meas vniuerſas(qui nihil aliud,quàm libros habebat.)Nemo,enim, dubitabit libros deberi:Nam & in vſu plerique libros,chartas appellant:ſic,ergo, in propoſito noſtro.Cùm,enim,communi uſu verborum, ſeu loquendi ſepelientes dicantur non ſolùm foueam facientes,& actu ipſo tumulantes:ſed tam laici,quàm clerici aſſociantes cadauer ad eccleſiam, quàm decantantes mortuorum officiū circa ipſum(vt fama volat:)Nam ſi quis talium ab alijs interrogetur, vnde veniat.Reſpondebit,ueni à ſepeliendo tali homine,vel ſepeliuimus talem. Vnde patet,quòd & noſtræ clem.conſtitutio debeat interpretari(non dicàm,extendi ad nominatos omnes in concluſione)includens omnes, de quibus nominatim fit ſermo in concluſione noſtra(vt patet ad ſenſum.)Et quòd omnia prædicta ſint vera,probatur quoque per allata in ſecundo notabili,& alia ſub ſequentia iura,ac Doctorum vota hic relata. Inſuper probatur concluſio per arg.in c.vt periculoſa.ne clerici vel monachi.in 6.in quo Bonifacius Octauus infraſcriptis verbis vtitur,videlicet. [Vt periculoſa religioſis euagandi materia ſubtrahatur,diſtrictiùs inhibemus; ne de cætero aliquis quantumcunque religionem tacitè,vel expreſsè profeſſus in ſcolis,vel alibi habitum religionis ſuæ dimittat:(& paulò poſt)ſi quis autem horum temerarius violator extiterit,excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto] hæc ibi inter alia. Dixi probari noſtram concluſionem per argumentum in dicto ca.vt periculoſa. quoniam & ſi non probetur ipſa concluſio explicitè per ipſum canonem, cū nulla penitùs in ipſo fiat mentio de contentis in noſtra concluſione, probatur,tamen,tacitè arguendo à ſimili tali pacto,videlicet:hic canon. Vt periculoſa, eſt pænalis,& innodat tranſgreſſorem pœna ſententiæ excommunicationis. Sic, & ille allatæ clemen.conſtitutionis: & ſicut hic canon expreſsè non dicit incidere in pœnam excommunicationis deferentem habitum ſuæ religionis abſconſum:ita quòd non poſſit cognoſci religioſus talis religionis:ſed ſimpliciter eum incidere,qui dimiſit habitum:& tamen,omnes Doctores paulò poſt citandi dicunt maxima cum ratione deferentem habitum abſconſum incidere in excommunicationem.& ratio eſt,quoniam, & ſi non traſgrediatur hic talis verba canonis iſtius pœnalis, benè, tamen, mentem & rationem ipſius:Vnde hæc non dicetur mens canonis extenſiua, ſed comprehenſiua, & quòd hoc intenderit conditor canonis luce clariùs elicitur ex verbis ipſius in principio,quando rationem huiuſmodi conſtitutionis nos docens dixit. [Vt periculoſa religioſis euagandi materia ſubtrahatur.]Nam ſi vera non eſſet noſtra interpretatio,ipſa conſtitutio pœnalis fuiſſet eluſoria,&fruſtratoria:quià poſſent religioſi ita commodè,& ſine periculo,quòd cognoſcendi ſint,& aliquam indè infamiam, & pœnam incurſuri ſint,extra monaſterium vagando, cum habitu abſconſo,ſicut ſiue habitu penitùs, & ſic fieret fraus legi impunè (contra ea, quæ probauimus in tertio notabili) & indè canon hic fruſtraretur ſpe, ac intentione ſui conditoris : quod quàm ſit abſurdum per ſe patet,& ꝙ obſeruans verba canonis pęnalis,& offendens mētem ipſius incurrat pęnam illius,non ego,ſed tex.in c. fi. de reg.iur.in 6. docet ꝗ apertiſſimè,

ca.vt periculoſa. Ne cler. vel monachi in 6.

43 *Religioſus abſconſum habitum ſuæ religionis deferens eſt excommunicatus.*

(quæ

(quæ quidem regulæ verba ſumpta ſunt ex l. non dubium. C. de legibus & conſtitutionibus. Vbi hæc habentur, videlicet. [Non dubium eſt in legem committere, qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatem.] & ex cap.plerique. 14.q.3.)infraſcriptis verbis,videlicet. [Certum eſt, quòd is committit in legem,qui verba legis complectens, contra legis nititur uoluntatem.]hæc ibi.Sic,ergo,in propoſito, ſicut deferens habitum religionis ſuæ abſconſum,quia ipſum defert materialiter,& non formaliter (vt docet Caietanus in ſummula ſua in ver.excommunicatio.cap.61.dum interpretatur eundem canonem)incidit in excommunicationẽ in dicto canone promulgatam contra dimittentes habitum ſuæ religionis: cùm tranſgrediatur voluntatem canonis illius pœnalis, licèt complectatur verba ipſius canonis:ſic & in caſu noſtræ concluſionis in dictam canonis pœnam incidunt omnes nominati in concluſione,cùm obſeruata cortice literæ ipſius,tranſgrediantur uolũtatem, & mentem legiſlatoris,quæ fuit procurare reſtitutionem vſurarum, vt latiùs diximus poſt relationem dictæ clementinę.Nam aliàs utique ſicut,& hęc cõſtitutio pœnalis.cap.vt periculoſa.fuiſſet habita contemptui,& fruſtatoria, niſi includeret deferentes habitum abſconſum, ſic & conſtitutio pœnalis dictæ clementinæ,vt fuit ſupra, ſatis probatum.

Lnon dubium. C.de legibus.

c.certum.de regul.iur.in 6.

Inſuper noſtra concluſio probatur per argumentum in capitulo, ſi ciuitas. de ſnĩa excõicationis in ſexto,in quo Bonifacius Octauus infra ſcriptis utitur verbis,videlicet.[Si ciuitas,caſtrum, aut uilla ſubijciantur eccleſiaſtico interdicto,illorum ſuburbia, & continentia ædificia eò ipſo volumus intelligi interdicta.Nam licèt prædicta videãtur aliàs murorum ambitu terminari, hoc, tamen,caſu,ne uilipendi valeat ſententia interdicti(quod fieret, ſi poſſet in ipſorum ſuburbijs,vel continentibus ædificijs,licitè celebrari,vt prius)expedit interpretationem fieri latiorem.]hæc ibi inter alia. Sed animaduertendum, quòd non ſine cauſa dixi noſtram concluſionem probari per argumentum in dicto cap.ſi ciuitas,eò,quòd licèt de ipſa noſtra concluſione,nec verbum quidem habeatur in dicto canone explicitè,benè,tamen, implicitè: cùm eadem ratio militet in vtraque conſtitutione:immo,quoniam ibi iccircò talis fiat extenſio ad ſuburbia,ne uilipendi valeat ſententia interdicti, quòd benè implicitè hoc præcepiſſet,ac præcipere intendiſſet.etiam ſi nõ expreſſiſſet ſummus Pontifex tale quid,ſed ſolùm prohibuiſſet,ne quis auderet celebrare in ciuitate,aut uilla interdicta. Sed iccircò ſuam intentionem ad maiorem cautelam declarauit,quia forſan audierat aliquos dubitantes de hoc:quod quidem & ſequutum fuiſſet in caſu noſtræ concluſionis,ſi apud Pontificem ſummum fuiſſet huiuſmodi declaratio expoſtulata.vt patet ad ſenſum: quoniam aliàs, & ipſa uilipenderetur:Vt diximus ſupra.Idem videtur probari per argumentum in capitulo, ſi poſtquàm.§.ſi verò.de electione in ſexto, in quo hæc habentur conſtituta à Bonifacio octauo, videlicet, [Si verò electus, qui (iuxta conſtitutionem fœlicis recordationis Nicolai Papæ Tertij prædeceſſoris noſtris)ad dictam ſedem venerat pro electionis ſuæ negotio proſequendo, de Romana Curia ſine licentia receſſerit,antequàm huiuſmodi negotium ſit ſinitum,eius electio auctoritate conſtitutionis ipſius:(quæ non ſolùm, ut quis veniat: ſed etiam ex ſui mente exigit quòd vſque ad finem negotium proſequatur)eo ipſo uiribus euacuatur omnino.] hæc in dicto §. Dixi probari per argumentum, quoniam reuera ex ipſo elicitur, quòd etiam in pœnalibus tranſgrediens mentem alicuius canonis punitur pœna ſtatuta, licèt verba

c.ſi ciuitas. de ſententia excommunic. in ſexto.

cap.poſtquàm. de vſur.in 6.

canonis,ſeu ſenſum literalem non fuerit tranſgreſſus: & quàmuis multa alia iura afferri poſſint ad probandum,quòd mens legis pœnalis potiùs ſit obſeruanda,quàm verba:tamen,breuitati ſtudens illa miſſa faciam, credens in medium hucuſque producta,ſufficere.

Dynus. Anchar. Geminianus. Bartol. Probatur præſens concluſio,ergo,& ſecundò Doctorum auctoritate(vltra citatos in dictis notabilibus,vt fuerunt,Dynus,Petrus de Ancharano in dicto capitulo, ſi poſtquam.Geminianus,& Bartolus.)Glo.enim(unà cum infraſcriptis alijs Doctorib.) prædictis rationibus ſe ſubſcripſerunt, vnanimes aſſeuerantes,quòd etiam in pœnalibus & excommunicationibus iudicandum erit incurrere pœnas ſtatutas eos, qui obſeruantes verba conſtitutionum, tranſgrediuntur.ac violant mentem,intentionem,ſeu volũtatem legislatorum: ſeu rationem,qua ipſi moti fuerant ad talem conſtitutionem pœnalem ſtatuendam:aſſeuerantes eſſe,quòd huiuſmodi(quæ prima facie videtur extenſio)verè,non ſit extenſio legis, ſed potius interpretatio(vt paulò antè ſæpius probaui.)Doctores,ergo,ſubſcribentes noſtræ concluſioni, ſic probatæ ſunt.

Imola. Stephanus. Lapus. Imola in dicta clementina prima,de ſepulturis.numero trigeſimo quarto, & trigeſimo quinto, dicens hoc idem quod & noſtra concluſio, quaſi ad verbum: quod & probat verum auctoritate Stephani, & Lapi Doctorum: & addit & hanc rationem dicens,quia ſepultura dicitur, quæ fit in cimiterio cum pſalmis,& orationibus vt in capitulo,quæſta,decima tertia, quæſtione ſecunda, & capitulo,placuit.23.quęſtione quinta, Ancharanus idem fatetur in clementina prima,de ſepulturis,notab.nono. Sequens ſententiam Stephani hoc dicentis.Idem Gloſ.in dicta clementina prima, de ſepulturis,in ver.ſepelire, in

Gloſ. fine.Gloſ.in dicto capitulo,intelligentia.in ver.ex cauſis, Gloſ.in dicto capitulo,Propterea.in ver.Proprietas.Gloſ.in capitulo, Quanquàm.de vſuris in ſexto,in ver.Aliter facta:Glo.in dicto capitulo,certum.de regulis iuris in ſexto, Gloſ.in dicta l.Non dubium in ver.Amplexus.Gloſ.in dicto capitulo, pleriq; Gloſ.in ver.Italiæ.capitulo primo,de tempor.ordin.in ſexto, Gloſ.in dicto capitulo,ſi poſtquam.§.ſi vero.in ver.Mente.

Ioan.Andr. Hoſtienſis. Geminianus. Anchar. Ant.de Butrio. Ioannes Andr. Ioannes Andreas, in Mercurialib. in dicto capitulo,certum.Hoſtien. in ſumma,titulo de contrahen. emptione, & venditione, §. & ad quid venditor.in ver. Illud autem nota, quòd ſi quid fiat in fraudem legis,non valet. Geminianus in dicto capitulo, ſi poſtquam.§. ſi verò.in ver.Gloſ.ſuper ver. Mente. Ancharanus in dicto capitulo, ſi poſtquam.in ver.Quintò nota.& in dicto capitulo primo,in ver. circa hoc.de tempor.ordin.in ſexto,Antonius de Butrio in capitulo,Deus.extra de vita & honeſtate cler.in ver.quæro quomodo.& in dicto capitulo,intelligentia.& in dicto capitulo,propterea,Ioannes Andreas in dicto capitulo,Deus.dicens incidere in pœnam excommunicationis religioſum incedentem cum habitu abſconſo ſubtus alium alterius habitus,puta, laicalis, aut clericalis.

Panor. Ioan.de Anan. Felyn. Sylueſt. Panormitanus in dicto cap.Propterea.Ioannes de Anania in rubrica de apoſtatis. Felin. in capitulo, translato. columna finali.in verſ.Tertio nota,quòd ubi conſtitutio.extra de conſtitutionibus,Sylueſter in verbo,lex.§.decimo ſexto, decimo ſeptimo,decimo octauo,decimo nono,& vigeſimo.

Ratio concluſ.

Antecedens. Probatur & tertiò hac ratione(vltra quàm plurimas ſupra allatas,) videlicet:Cùm,enim,etiam in pœnalibus tranſgreſſio legis ſit punibilis:& is,qui facit

Conſequentia. fraudem legi, ipſam tranſgreditur legem (vt ſupra, fuit probatum, quàm pluries:) Indè ſequitur veritas noſtræ concluſionis, quòd nominati in ipſa concluſione ſint excommunicati,quàmuis hoc ex verbis illius conſtitutionis

clementinæ

clementinæ non reſonet grãmaticaliter. Quapropter notandum,ꝙ circa hoc docet quædam,memoriæ cõmendanda, Glo.in d.l.non dubium,in princ. his *Gloſ.* verbis vtens,videlicet: Ad euidentiã igitur præmitte,ꝙ habemus tres terminos,ſ.facere contra legem,facere fraudem legi,& cõmittere in legem. Facere 44 contra legem eſt,quãdo quis facit de directo contra verba, & mentem legis, *Facere contra legem quis dicatur.* vt in hoc exemplo.Lex prohibet minorem alienare res immobiles ſine auctoritate tutoris,& decreto iudicis.Si,ergo,minor alienaret ſine iſta ſolemnitate, diceretur facere contra legem. Facere,verò,fraudẽ legi eſt,quando quis non venit contra verba legis,ſed contra mentem:imò verba legis obſeruat: exem- 45 plum,Lex prohibet ne pecunia numerata mutuetur filiofamilias: aliquis non *Facere fraudem legi quis dicatur.* mutuat filiofamilias pecuniã,ſed fructum,vel aliam rem:vt poſtea filiusfamilias eam vendat,& pecuniã habeat: iſte mutuans talia non facit contra verba legis,ſed contra mentẽ : ideò fraudem legi facit:(& de hoc facere fraudẽ legi,quot.ſ.modis fieri contingat:vide quæ dixi ſuprà in 3.notab.allato nu.37. ad declarationem veritatis noſtræ concluſ.) Cõmittere,verò,in legẽ eſt ter- 46 minus generalis ad duo ſupradicta: ſiue,enim,quis de directo faciat cõtra le- *Cõmittere verò in legẽ quis dicatur.* gem,ſiue faciat contra ſolam mentẽ:vtrôq; caſu dicitur cõmittere in legẽ:& de hoc propriè loquitur lex iſta.ſ.Non dubiũ eſt:& ex his omnibus iam productis in probationẽ noſtræ huius vltimæ concluſ. præſentis tractatus reſultat deciſio alterius quæſtionis,de qua fui olim interrogatus circa intellectum conſtitutionis Papæ Gregorij XIII. fęlicis record.editæ in anno quarto ſui *Concil. Trid. ſeſſ.25.c.5.* Pontificatus, anno,verò,ſalutis MDLXXV. in qua conſtitutione reuocauit omnia priuilegia,ac licentias,quibuſcunq; conceſſas illùc vſque de ingrediendo monaſteria,& loca monialium:inhibuitq; omnibus,qui huiuſmodi licentias obtinuerant,ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda ſuper qua à nemine niſi à Romano Pontifice (præterquàm in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſit impertiri:ne ipſarũ licentiarum prętextu,monaſteria hùiuſmodi quouis modo ingredi audeant : hæc fuerunt conſtituta : ſed quoniam varia Doctorum fuit interpretatio:nam aliqui eorũ aſſeuerauerant adhùc ingredientem monaſteria monialiũ,& conſentientes non ſub prætextu licentiarũ (cum ipſas nunquã obtinuiſſent) ſed alia etiã nefaria de cauſa,vel honeſta:non,tamen,neceſſaria (iuxta ſtatutũ ſacri Concilij Tridentini in ſeſſ.25.c.5.incip.Bonifacij VIII.) non incidere in excõmunicationem Papæ reſeruatam paulò antè relatam,& quia ſemper ego contrariũ in voce protuli,idem operæpretium duxi in ſcriptis hinc redigere, ne quis blandiens inſulsè ſibi de dictorũ Doctorum ſententia,ſibi(inquam)& alijs fiat occaſio ruinæ ſpiritualis,& corporalis,non animaduertens ꝙ faciat.(in præiudicium propriæ ſalutis) fraudem legi huiuſmodi. Quapropter, vt tam peſſimo ſcandalo (vtcunque occurrere poſſim) referam hic ad uerbum, citatã extrauagantem conſtitutionem,vt poſtmodum palàm faciam, quàm longè aberrent à uia veritatis ij,qui prædicta aſſeuerare non pertimeſcunt. Tenor,igitur,dictæ Con- 47 ſtitutionis eſt hic,videlicet: [Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad *Tenor bullæ Gregorij XIII. de non ingrediendo monaſteria monialium ſub prætextu licentiarum.* futuram rei memoriam. Vbi gratiæ, & indulta ab hac ſede conceſſa ſucceſſu temporis incommodũ afferre noſcuntur: expedit illa ſalubri præſidentis conſilio ſubmoueri. Proindè ſanctimonialium quieti,& tranquillitati conſulere, periculaque, & ſcandala ab eis remouere cupientes, auctoritate præſentium reuocamus,& abolemus omnes, & quaſcunque licentias,ac facultates ingrediendi monaſteria, domos,& loca monialium, ac etiam virorum quorumuis

ordinum,

ordinum, quibuſuis Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, & alijs cuiuſcunqu e ſtatus, & conditionis mulieribus, ac etiã omnes, & quaſcunq; licentias ingrediendi monaſteria, domos, & loca ipſarũ ſanctimonialium: quibuſcũq; viris, etiam eiuſdẽ ſtatus, & dignitatis, tam à prædeceſſoribus noſtris, quàm etiam à nobis, & Sedis Apoſtolicæ legatis, aut alijs ex quibuſuis quantũcunq; vrgentib. cauſis, ſub quibuſcunq; tenoribus: & etiã derogatoriarum derogatorijs, reuocatoriarũ reſtitutorijs, alijsq́; efficaciorib. clauſulis, irritantibusq́;, & alijs decretis etiã motu proprio, & ex certa ſcientia, deq́; Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, atq; ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum contemplationẽ, vel ſupplicationem conceſſas, confirmatas, ac etiã iteratis vicib. renouatas. Caſſamusq́; & annullamus literas deſuper confectas, & proceſſus habitos per eaſdẽ: inhibentes eiſdem, qui illas obtinuerunt, ſub excõicationis pœna ipſo facto incurrenda: ſuper qua à nemine, niſi à Romano Pontifice (præterquàm in mortis articulo) abſolutionis beneficiũ poſſit impertiri: ne ipſarũ licentiarum prætextu monaſteria huiuſmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatiſſis, verò, necnon Abbatibus, Conuentibus, ac alijs monaſteriorũ vtriuſq; ſexus ſuperioribus, & perſonis (quocũq; nomine vocentur) diſtrictè præcipimus ſub eadem excõicationis pęna: necnon priuationis dignitatum, beneficiorũ, & officiorum ſuorũ, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterũ obtinenda: ne in monaſteria, domos, & loca ſua, quẽquam prętextu huiuſmodi licentiarũ, & facultatum ingredi faciant, vel permittant. Quin etiã ſub eiſdem pęnis ipſo facto incurrendis, prohibemus, atq; interdicimus omnibus, & quibuſcũq, perſonis eccleſiaſticis, & ſecularibus: ac ẽt ordinum quorũcunq; etiam mendicantiũ regularibus, ne prætextu licentiarũ ab Epiſcopis, vel ſuperioribus: quibus illas cõcedendi in caſibus neceſſarijs tantùm, ex decreto Concilij Tridentini tribuitur: ne monaſteria ipſa monialiũ pro libito; ſed neceſſitatib. vrgentibus, dũtaxat ingredi, nevè moniales ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, monaſteriorumq́;, & ordinũ prædictorũ iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis, illis, eorumq́; ſuperiorib. prædictis, ac alijs quibuſcunque, per quoſcũq; Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & dictã Sedem, ſub quibuſcũq; tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis; & decretis cõceſſis, confirmatis, ac etiã iteratis vicibus innouatis: quibus omnibus, eorum tenores, perindè, ac ſi ad verbũ inſererentur: præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq́; contrarijs quibuſcũq;.] hęc omnia habentur in dicta extrauaganti conſtitutione: ex qua infraſcripta eliciuntur, videlicet: Primum, ꝙ conditoris canonis iſtius mens fuerit, conſulere quieti monialiũ, & aliorum virorũ regularium: ac obuiã ire (& quantũ in ſe fuerat) amouere omnia impedimẽta, quibus potuiſſent tales perſonæ à ſpiritualium rerũ cogitatione, & exercitio auocari: ac remoueri ab illis omnia pericula, & ſcandala, quæ per ingreſſum tam mulierum, q̃ virorum ad illas moniales, & per ingreſſum mulierũ ad regulares viros oriri paſſim poterant ratione fragilitatis humanæ; vt elicitur apertiſſimè ex verbis ipſius conſtitutionis, in principio illius allatis, quæ incip. [Proindè ſanctimonialium quieti: & finit, remouere cupientes.] Secundum, ꝙ dictus ingreſſus vetitus includat etiam eos,

Seſſ. 25. c. 5.

quibus

quibus à ſummo Pontifice fuerat illùc uſq; indulta facultas ingrediendi huiuſmodi monaſteria nō obſtante conſtitutione (citata) ſacri Concilij Tridentini, & ſub tali prætextu ingrediebātur monaſteria ipſa. Tertium, ꝙ ingredientes talia monaſteria incurrant ipſo facto excōicationem ſummo Pontifici reſeruatam. Quartum, ꝙ hoc concedentes, ac permittentes Præſidentes ipſi, ac ſuperiores monaſteriorū vtriuſq; ſexus talem ingreſsū in caſib. non conceſſis in Concilio Tridentino, incurrant eandē ſententiam excōicationis Papæ reſeruatam, & priuationem dignitatum, beneficiorū, & officiorum ſuorū, ac inhabilitatem ad illa, & alia in poſterùm obtinenda. Quintum, iiſdem omnibus præ enarratis pœnis innodat omnes vtriuſq; ſexus laicos, & regulares ingredientes dicta monaſteria pro libito ſub prætextu licentiarum ſibi indultarum ab Epiſcopis, vel ſuperioribus, quibus illas concedendi in caſibus neceſſarijs tantùm ex decrēto (citato) Concilij Tridentini facultas tribuitur. Sextum, & vltimū, ꝙ iiſdem pęnis inuoluūtur moniales tales aliter admittere pręſumentes. hæc omnia ex dicta conſtitutione habentur. His, ergo, præmiſſis, ſupereſt modò probare aſſertum, ꝙ. ſ. etiam his pęnis inuoluantur ingredientes, & permittentes ingredi talia monaſteria ſine prætextu licētiarum; ſed ſua temeritate. ſ. (cū notitia dictæ cōſtitutionis, vel quam ſcire ipſe tenebatur de iure) pro quocūque bono, ac malo exercitio in dictis monaſterijs explendo. Non obſtante, ꝙ ſecundū ſonum literæ uideātur innodari talibus pęnis ingredientes ſolùm ſub prætextu licentiarū prædictarum, & non alia de cauſa: cùm ibi nulla fiat mentio de ingrediente propria temeritate, & ſine aliquo prætextu alicuius licentiæ obtētæ à ſummo Pontifice, vel Epiſcopis, aut ſuperioribus, ſecundum Concilium Tridentinum. Non obſtante, ꝙ conſtitutio hęc ſit pœnalis, & regula iuris ſit, ꝙ in pęnalib. non fiat extenſio de caſu expreſſo ad non expreſſum, vt dicebant illi Doctores (alioquin eruditiſſimi) cùm id videatur ſtatutū in c. pœnæ ſicut. de pœnit. diſt. 1. & in l. interpretatione. ff. de pœn. in quibus iuribus hęc habentur: [Pęnæ legū interpretatione molliendę ſunt potius, q̄ exaſperandæ.] ex quibus elicitur regula illa vulgatiſſima: In pœnis, ſeu pœnalib. non fit extenſio. Idem in c. in pœnis, de reg. iur. in 6. vbi dicitur: [In pœnis benignior interpretatio eſt facienda.] & in c. odia. de reg. iur. in 6. vbi dicitur, [Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.] Item in fauorē Doctorum (quos dixi aſſeueraſſe ingredientes talia monaſteria quacūque de cauſa; dummodo non ſub prætextu licentiarū, &c. non incidere in excōicationem, cùm cōſtitutio talis ſit pęnalis) prædictorū videtur fuiſſe Card. Zabar. in cle. j. de ſepult. q. 26. qui dixit, nominatos in noſtra concluſione nō incidere in pęnam excōicationis, eò ꝙ conſtitutio illa ſit pęnalis. Idem Doctor in clem. vnica, de conſang. & affin. col. 3. in 1. q. incip. Quæro cùm hæc clem. vbi dicit, ꝙ ſi quis contraheret matrimoniū cum cognata Iudęa, vel Pagana, vel ſpirituali, aut legali nō incideret in excōicationem, per dictā clem. latam: cùm ſit cōſtitutio pœnalis, quæ extendi nō poteſt de caſu ad ſimilem caſum: & idē prorſus fatetur Glo. in d. clem. in ver. eos. Addidit Card. vbi ſuprà, ꝙ nō poſſit fieri extenſio in pęnalibus. His, ergo, allatis in fauorē illorum Doctorū non obſtantibus, dico veriſſimā fuiſſe meam concluſionē, necnon & interpretationē dictæ conſtitutionis pęnalis editæ per Gregorium XIII. ac per conſequens ingredientes, & permittētes ingredi talia monaſteria (vt in dicta bulla, ſeu cōſtitutione) ſine aliquo prætextu licentiarum ſunt ipſo facto excōicati, & alijs pœnis (ibi recenſitis) irretiti: niſi ignorantia probabilis eos excuſaret, vt ſi ruſtici

46 *Excommunicati, qui ſint pro ingreſſu in monaſteria monialium, vel virorum, & quando.*

c. pęnæ, de pęnit. diſt. 1. l. interpretatione. ff. de pœnis.

c. in pœnis, de reg. iur. in 6.

c. odia. de reg. iur. in 6.

Gloſ. Card. Zabar.

ſtici eſſent, vel huiuſmodi, qui hanc ignorant conſtitutionem, & ab ipſa addiſcenda excuſarentur (vt fuit ſtatutũ in c. vt animarũ, de conſtit. in 6.) ſecùs ſi laborarent ignorantia craſſa, vel ſupina: quia tunc incidiſſent. & ratio eſt, quoniam ipſi tales ingredientes ſiuc prætextu comprehenduntur in ipſa pœnali conſtitutione ſecundum mentẽ legiſlatoris. Vndè nulla extenſio indè apparet. cùm caſus nõ dicatur ſimilis, ſed comprehenſus iuxta notata in notab. 1. ſuprà paulò antè allato, & alia tria notabilia, & per ea, quæ dixi exponendo mentem clem. 1. de ſepult. reducendo theoricam allatã in dictis notabilibus ad practicã, & intelligentiam mentis legiſlatoris dictę clem. Cùm reuera nulla fiat extenſio conſtitutionis prædictæ, eò ꝙ ex ipſa eliciatur fuiſſe comprehẽſum hoc ſub illa prohibitione, vt peroptimè exprimere voluit ibi ſummus Pontifex, afferendo (in principio ipſius conſtitutionis) cauſam, propter quam ipſe motus fuerat ad talẽ conſtitutionẽ faciendam: quæ quidẽ duplex fuerat. Prima quarũ fuit, vt per eam conſuleret quieti, & tranquillitati ſanctimonialium. quod patet per verba ipſiuſmet Papę, quæ ſunt hæc, videlicet: [Proindè ſanctimonialium quieti, & tranquillitati conſulere.] Secunda erat, vt omnia ſcandala, & pericula (quantum in ſe fuerat) in ipſis monialibus, & monachis, ſeu regularibus remoueret: quod & ipſemet Papa innuit ſubinferens hæc, videlicet: [Periculaq́; & ſcandala ab eis remouere cupientes.] & quidem quis cõpos mentis non animaduertat, ꝙ æquè quies, & tranquillitas monialium, & monachorum perturbatur ex ingreſſu taliũ non ſub prętextu licentiarum, ſicut ex ingreſſu ſub prætextu licentiarũ, necnon & ꝙ ipſæ perſonæ religioſæ pericula incurrere poſſint, & ſcandala ſuſtinere æquè, & eodem modo ex ingreſſu talium in eorum monaſteria ſub prætextu licentiarum: ſicut ſine tali prætextu: cùm ratio, qua hoc probatur, ſit patentiſſima, nempè, quoniam licentia aſſequuta, vel prætextus aſſequutæ facultatis ingrediendi talia monaſteria, per ſe conſiderata, & ſumpta; nihil horum malorum operatur (pro quibus uitandis Papa talem conſtitutionem edidit) ſed ipſemet actu completus, ſ. corporalis ingreſſus talium perſonarum in dicta monaſteria, quibus fuerat anteà ingreſſus conceſſus. qui quidem corporalis ingreſſus æquè cauſa tantorum malorum (quæ pręcauere intendebat Pontifex ſummus) eſſe poterint ingredientes ſub prętextu, ſicut & ingrediẽtes ſine tali prætextu: quod & confirmatur, & alia ratione. Cùm, enim, hi, quibus conceſſæ fuerant huiuſmodi facultates ingrediendi monaſteria, ſint magnates, ac Principes, qui non ita frequẽter ad moniales ingredi aſſoleant prępediti alijs negotijs, & quàm ſæpiſſimè erga laicas perſonas delectentur (vt experientia docet) cùm ſic gratia uacandi huius miſerrimi ſeculi uanitatib. maius ſuppetat eis cõmodum, quàm alijs hominibus inferioris conditionis, quibus non aſſolet talis facultas indulgeri: cùm indè poſſent maiori cum tumultu, & diſpendio monialium, & regularium uirorum introduci ſine timore incurrendi pœnas contentas in hac recenſita conſtitutione. Vndè luce meridiana clariùs elucet, ꝙ ſi dicta conſtitutio non cõprehenderet ingredientes ſine tali prætextu; eluſoria foret, & fruſtratoria hęc conſtitutio: & pro nihilo duceretur, & mens legiſlatoris non attenderetur contra tot iura, & ſententias Doctorum, quas ad probandam noſtram concluſionem (quæ in idem vt patet coincidit) cùm in utraque adſit conſtitutio ſecundum mentem comprehenſiuam legis, licèt non ſecundũ verba legis, ſicut & etiã omnes Doctores ſenſerunt de intellectu c. vt periculoſæ, ne clerici, vel monachi, in ſexto. quæ conſtitutio pœnalis eſt, innodans tranſ-

greſſores vinculo excõicationis comprehendens regularem deferentẽ habitũ ſuæ religionis abſconſum, q̃uis in dicto canone ad verbũ nulla fiat mentio de tali caſu, ſed ſimpliciter excõicet non deferentes habitum ſuæ religionis: (ſicut latiùs ſuprà diximus) tamẽ verè ille abſconſum habitũ deferens in excõicationem incidit ratione iam ibi allata, ibi vide, ne denuò eadẽ repetam. Accedit inſuper, ꝙ quidam meus Reuer. Prælatus optimæ doctrinæ, ac deuotiſſimæ vitæ retulit ſe audiſſe à quondam Illuſtriſſimo, Reuerendiſſimo, ac deuotiſſimo (ne dicam Sanctiſſimo, vt ab omnibus, & à me habebatur) Cardinale Archiepiſcopo Mediolanenſi nomine Carolo Bonromeo, ꝙ cùm ipſe Cardinalis conſuluiſſet eundem Gregorium XIII. ſummum Pontificem fęl. recor. de intellectu huius cõſtitutionis, an inciderent in pœnas in illa expreſſas ij, qui ingrederentur dicta monaſteria non ſub prætextu licentiarum: reſpõſum recepit ab eodem Pontifice ſummo, quòd ſic omnino, imò à fortiori, Papa hoc reſpondit forſan motus rationibus à me ſupra allatis, tam ad probationem concluſionis præſentis, quàm ad interpretationem dictæ conſtitutionis. His, ergo, præhabitis, quàm facillimè reſponſum dabo productis contra hanc noſtram aſſertionem, & primò ad iura producta, reſpondeo, ꝙ dicta iura locum habent quando ſumus in mente extenſa, ſeu extenſiua legis: quæ quidem mens extenſa, ſeu extenſiua legis dicitur illa, quæ procedit per identitatem rationis non ſcriptæ, quæ non eſt in caſu noſtro, cùm identitas rationis ſcripta ſit (vt probauimus ſuprà) imò in caſu noſtro adeſſe maioritatem rationis ſuprà probauimus: non autem iura locum habent in mente comprehenſiua legis, vt docuerunt Ioannes de Imola, & Gemin. & ego ſuprà retuli in notabili ſecundo, referens eorum doctrinam, ac inſimul differentiam inter mentem comprehenſiuam legis, & mentem extenſiuam, ſeu extenſam legis: imò & hoc idem aſſeuerant omnes Doctores ſuprà citati concludentes, ꝙ in legibus pęnalibus fiat extenſio, quę tamen extenſio ſecundum eos eſt impropriè dicta: propriè, verò, eſt mens comprehenſiua, cùm verè idem implicitè intentum fuerit, & comprehenſum in dicta conſtitutione, ipſam interpretando ſecundum eius mentem potiùs, quàm ſecũdum ipſius verba: vt facere debent iudices, & ueridici interpretes, prout multis iuribus ſupra probauimus, in probationem concluſionis allatis: quæ quidem omnia ibi allata ſummopere deſeruiunt ad probanda quæcunque attulimus pro interpretatione Conſtitutionis Gregorianæ allatæ. Ad auctoritatem, verò, Gloſæ, & Card. Zabar. allatam in fauorem contrariæ ſententiæ, quàm facillima erit reſponſio, dicendo illos loquutos fuiſſe de extenſione legis facta ex idẽtitate rationis ſolùm, ac per conſequens ſecundum mentem legis extenſiuam, quæ quidem in pœnalibus non habet locum: non autem de extenſione legis facta ex maioritate rationis, vel ſecundum mentem comprehenſiuam legis. & ꝙ hæc reſponſio ſit optima, & uera, audite quid dicat idem Card. Zabar. loco citato ſupra, ſcilicet, in clem. vnica, de conſang. & affin. col. 3. in ver. Quæro cùm hæc clem. (poſtquàm protulit quæ ſupra retulimus, ſubintulit infraſcripta, videlicet) Non debet (vt prędixi) in odioſis fieri extẽſio ratione ſimilitudinis, (qui Doctor præmiſerat hęc uerba ibidem paulò antè dicens) Et hanc gloſam nota: & dicit, ꝙ licèt conſtitutio pœnalis comprehendat caſum fortioris rationis, vt dixi ſupra eadem clem. in tertio contrario: non, tamen, comprehendit caſum ſimilem: quia in pœnalibus non fit extenſio. regula c. in pœnis. de reg. iur. in ſexto. & idem Card. in citato tertio cõtrario infraſcriptis utitur verbis, Card. Zabar.

videlicet:

videlicet, ex hoc notatur, quòd conſtitutio pœnalis comprehendit caſum fortioris rationis: & hoc optimè probat litera, iuncta hac Glo. hęc ille. ex quibus quàm apertiſſimè patuit, Doctores citatos à parte contraria non tantùm ſibi non fauiſſe, imò veriùs aduerſatos fuiſſe. Hęc omnia hic inſerere ſtudui, ut ueritas tam difficilis, & quotidianæ quæſtionis, hominum memoriæ traderetur ad laudem Dei Optimi Maximi omnium bonorum largiſſimi, ac munificentiſſimi largitoris, decus meæ Congregationis, & ſolamen Confeſſorum, Conſultorum, ac Iudicum piorum: necnon ad eruditionem pœnitentium vt ſcire queant quomodo euadant laqueos Diaboli in mutuis, & reſtitutionibus faciendis tam circa ipſas uſuras exactas, quàm circa quodcunque detrimentum illatum iniuſtè proximo ſuo.

Ad argumentum, modò, allatum in principio præſentis quęſtionis facillima erit reſponſio, dicendo ipſum locum habere in pęna iniuſtè illata, non autem iuſtè ſecundum Ieremiæ ſententiam, ſeu orationem, dicentis: Duplici contritione contere eos Domine. Laus Deo ſit ſemper.

Ierem. cap. 17. ver. 18.

FINIS.